Digitized by Google

15. 2. 242.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA AQUENSIA

AD EXCELLENTISSIMUM ET REVERENTISSIMUM VIRUM

JOSEPHUM ANTONIUM CORTE

PRIMO AQUENSEM NUNC MONREGALENSEM EPISCOPUM

ADJECTÆ SUNT PLURES ALEXANDRINÆ AC FINITIMARUM PEDEMONTANÆ DITIONIS PROVINCIARUM CHARTÆ ET CHRONICA CUM COLLECTIONE DIPLOMATICA AC TABULIS GENEALOGICIS ANTIQUAS MARCHIONUM MONTISFERRATI SALUTIARUM CEVÆ INCISÆ BOSCHI PONZONI AC ALIORUM ALEDRAMICÆ GENTIS MARCHIONUM ORIGINES ENUCLEANTIBUS.

E MSS. CODD. EDIDIT PRÆFATIONE CATALOGO NOTIS INDICIBUS ILLUSTRAVIT

JOHANNES BAPTISTA MORIONDUS D. T. C.

PARS II.

Patris Theodosii Lanfranchi a Saluciis Provinciæ Chronologi

EX DONO C. F. DURANDI A VILLA

TAURINI MDCCXC.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

Edita jam priore parte, nunc e vestigio altera subsequitur, illa, quae tota ferme in Ecclesiasticis monumentis versatur, si non dignitate, at certe documentorum varietate, et copia multo praestantior. Complectitur enim praeter praeclara quaedam de sacris rebus opuscula complura antiqua Chronica, Aquensem, Monferratensem, universamque pene Pedemontanam historiam illustrantia; innumera item cujusvis generis de Marchionum ab Aledramo satorum prosapia diplomata. Quae sane quam grata, quam jucunda iis, qui litteras amant, ac patriae laudis, avitaeque virtutis splendore delectantur, quisque intelligit. Quoniam autem prae operarum festinatione, temporisque angustiis ad eorum singula praefari haud licuit, idcirco nunc quid ad eorum intelligentiam proficuum, auctoritatemque eis conciliandam idoneum repperi breviter hic declarare operae pretium judicavi.

De nonnullis documentis de rebus Aquensibus iterum editis.

Praecunt vetera monumenta, quorum licet aliqua nuspiam vulgata fuerint, attamen pleraque jam edita fuerunt. Eorum initio a saeculo XI., finis ad decimum tertium, (col. 52.) Et quidem primitus in animo erat haec, uti alia in hac secunda parte jam edita praetermittere, at doctorum virorum sententia, et ipsa operis ratio, quod praecipue in Aquensium commodum est susceptum, consilium mutare suasit. Quamvis enim jam fuerint publica luce donata, at pleraque in amplis voluminibus parum obviis, et inter aliarum rerum multitudinem continentur, ut nec haberi facile possint, nec sine difficultate legi, prout vel materiae connexio, vel lectorum desiderium postulare videtur. Quotus vero, quantusque est eorum numerus? Si de prioribus sermo sit sunt nempe XXVII., cujus paucitas nec volumini officiet, nec aliis gravioribus locum praeripiet. Quid vero si ista non eadem prorsus esse cum editis affirmem? Multa enim fuerunt emendata, plura cum variis editionibus, aliqua cum membranis diligenter collata, ut etsi eadem facie tenus appareant, attamen si quod circa illa operae, ac lucubrationis positum a me fuit, inspiciatur, ac diversa prorsus in melius reformata videantur.

De duabus Oddonis Bellingerii, et Ludovici Bruni a Roccaverano Synodis, ac aliis eorum scriptis.

Consequuntur opuscula quaedam luce, ni mea me fallit opinio, dignissima. Sunt enim duae Synodus a duobus praeclarissimis Episcopis confectae, prima ab Oddone Bellingerio, altera a Ludovico Bruno. Ex iis non solum hujus Ecclesiae status eorum temporum intelligi potest, verum etiam multa cognosci ad Subalpinae Ecclesiae disciplinam spectantia, eoque maxime si aliae Synodus in priori parte a me editae adjungantur, sive antiquissima illa, quam Otto Archiepiscopus Mediolanensis cum Episcopo Aquensi anno MCCLXVI. Aquis celebra-

Digitized by Google

vit, eaque a Bonifacio Episcopo Aquensi initio circiter saeculi XV. habita, sive quae posterioribus a Concilio Tridentino temporibus sive typis, sive sola scriptura promulgatae ad nos pervenerunt. Ut autem ad Oddonem Episcopum redeam, et multum ille Ecclesiae cui praefuit, commoda auxit, et splendorem scriptis comparavit. Ut enim alia taceam, monetae cudendae privilegium ab Imperatore Henrico VII. impetravit, uti argui potest ex nummo in Museo Trivultiano Mediolani asservato, cujus imaginem in priori voluminis folio delineatam exhibui, atque illud a se visum, ac lectum mihi testatus est V. C. Joseph Vernazza Baro de Fernei. Nonnulla etiam scripsit ad res Aquenses pertinentia. In quadam enim historica Chronotaxi Episcoporum Aquensium a Theobaldo Ajnardo jussu Ludovici Bruni Episcopi an. MD. conscripta, quam V. C. Malacarnes Aquis reperisse merito gloriabatur, mentio habetur Catalogi Episcoporum Aquensium ab Oddone Bellingerio Episcopo confecti. Hujus fragmentum, quod desinit in Ugone Episcopo, ejus liberalitati acceptum refero; multis tamen mendis scatet, ac alicubi etiam mutilum videtur. Quamvis vero Aynardus in eo saepe ad seriem Bellingerianam provocet, non tamen aliquem ejus textum refert nisi in Arduino primo Alexandrinorum Episcopo. Cum brevis ille sit, atque omnino ea, quae in praefatione primae partis pag. XII. ad veterem sententiam de subjectione Ecclesiae Alexandrinae ad Aquensem comprobandam protuli, confirmet, optimum judico illud afferre. Sic autem legitur apud Ajnardum. *Arduinus (verba Oddonis Bellingerii in Catalogo pluries laudato) S. R. E. Presbiter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem Episcopus Aquensis creatur de mense septembris ab Alexandro III. sub anno MCLXXVIII. Insubriae quidam populi Alexandro huic haerentes, tempore belli inter ipsum, et Fredericum Imperatorem, qui favebat Victori Antipapae, sedem sibi in via fluvio Tanagro imposita pararunt, ac fossa, valloque adeo munitam, ut quindecim millium colonorum numero par esset. Hac illa repleta, et munita ex ea Civitatem fecerunt, mutatoque loci nomine quia Roboretum dicebatur, deinceps Alexandria in gratiam Alexandri ejusdem summi Pontificis coepit dici. Tunc declaravit Alexander III. praedictum Arduinum Episcopum Aquensem, et Alexandriae simul, adeo ut per Episcopum Aquensem conseorata sit dignitas Cathedrae Alexandrinae, non vice versa per Alexandrinum Cathedra Civitatis Aquensis. Quod multipliciter probatur. Nam praedicta villa ROBORETUM nuncupata cum quibusdam proximioribus SOLERIO, GAMALERIO, GAMUNDIO, VILLAFORI, VILLA S. VIGILII, quae modo subjiciuntur Episcopo Alexandrino, prius spectabant ad Diocesim Aquensem, ut deducitur ex litteris donationis B. Guidonis, quibus Ecclesiam dotavit Aquensem, et de his loquuntur Imperialia diplomata, quorum originalia in archivio hujus Cathedralis habentur, et praesenti transumto insertae sunt copiae. His ab Episcopo Oddone auditis dicendum est, quod si res ita fuerunt etiam Ecclesia Aquensis schismate proprio laboravit; sed neque Arduinus electus Alexandriae, nec Otto Arduini successor, et simpliciter electus Alexandriae; jurisdictionem exercuerunt ullam in Diocesi Aquensi.* Ex contextu sermonis videtur Ajnardus innuere superiora usque ad verbum *copiae* ad Oddonis testimonium pertinere. At quomodo Oddo, qui saeculo XIV. floruit, dicere potuisset quinque illa oppida *modo subesse Episcopo Alexandrino*, qui nondum eo tempore fuerat Alexandrinis restitutus? Vel ergo hoc Ajnardi additamentum est ibi insertum, vel dicendum testimonium Oddonis superius desinere in §. *Quod multipliciter etc.* Hoc autem in casu licet vis argumenti paullisper imminuatur, manet hoc tamen satis validum, ut adversa sententia levitatis arguatur.

Digitized by Google

Quomodo enim doctus hic vir, qui antiqua tabularia excusserat tum ad historiam Episcoporum reformandam, tum ad Ecclesiae jura tuenda, qui ad documenta provocat, haec tam certo asseverasset, nisi rem extra dubium positam conspexisset? Huic testimonio, aliisque jam in prima parte prolatis si addantur et textus Jacobi a Varagine Archiepiscopi Januensis, ac clarissimi saeculi XIII. historiae patriae scriptoris, aliaque nonnulla in notis hujus voluminis relata, constabit magis, magisque, quanta veterum scriptorum de hac subjectione sententia soliditate niteretur.

Praeter hunc Episcoporum Catalogum alios etiam historicos libros composuisse videtur, quorum meminit Jofredus ab Ecclesia in principio suae Salutiensium Marchionum arboris Genealogicae; en ejus verba. *Altra volta passò Tete per una Città chiamata Attilia; e cercando diverse Croniche per trovare questa Città in una, che ritrovai in Aiqui fatta di cento anni fa, e più per un Vescovo di essa Città, vidi che nominava una Città per nome Attilia, e la metteva nella valle di Scrivia. Ma non ne parla in tal forma, che si possa distinguere, nè comprendere dove fosse situata. Andando però noi appresso a investigare, e rivedendo più storie, e Croniche abbiamo trovato, che detta città Attilia fu in detta valle Diocesi di Tortona tra Serravalle, ed Arcate.* Haec Chronica desinit in annis MCCCCXXXIV., quibus si centum et amplius anni detrahantur, habebimus sane epocham, qua Oddo Bellingerius in Aquensi Cathedra sedebat. Neque enim aliquem fore arbitror, qui putet Fr. Jacobum ab Aquis utpote qui in Chronico col. 138. in fine Attiliae meminit, a Jofredo ibi fuisse indicatum. Praeter enim quam quod aperte asserit auctorem Chronicae ab ipso Aquis repertae Episcopum Aquensem fuisse; illud etiam animadvertere juvat duo a Jofredo memorari quae aperte utrumque distinguunt. Scribit ipse, in Chronica Episcopi Aquensis Attiliam collocari in valle Scriviae, sed locum haud indicari, quem in aliis peculiariter demonstratum reperit. Prima observatio Bellingerianae, secunda Jacobinae Chronicae accomodatur. In hac enim quam sine auctoris nomine citat, Attilia inter Serravallem, et Arquatem collocatam olim fuisse Jacobus affirmat.

Utrumque hoc Oddonis opus uti multa alia veterum incuria perierunt, et una nobis temporis edacitatem superavit Synodus ab hoc Episcopo Aquis coacta, quam ex antiquo saeculi XIV. Chartaceo codice Episcopalis Tabularii exscripsi. Multa sane in eo menda scriba commisit, quae in notis posterioribus corrigere conatus sum; desunt etiam subscriptiones tam Canonicorum, quam Archipresbyterorum, quae in primigeniis exemplaribus apponebantur, ut perinde is non autographus, sed exemplar ab eo deductum jure possit haberi. Fuit celebrata anno MCCCVIII. die mercurii X. aprilis. Hoc anno Paschae festum incidit in diem XIV. aprilis, adeó ut dies mercurii fuerit feria IV. majoris hebdomadae, ex quo hujus Ecclesiae consuetudo celebrandi Synodos in majori hebdomada innotescit, qui mos in subalpinis, et ubique fere in Ecclesia vigebat. Haec enim erat tunc sacri ordinis optime distributa oeconomia. Diebus festis presbyteri Capellarum ad plebes conveniebant sacrorum officiorum causa in capite jejunii Archipresbyteri poenitentes ad Episcopum ducebant, vel mittebant, ut iis poenitentiam imponeret: in fine vero quadragesimae in majori hebdomada ad Synodum conveniebant tum ut de poenitentium conversatione fidem facerent, absolutionemque ab Episcopo impetrarent, tum alia negotia Ecclesiastica in communi conventu expedirent, tum ut sacrorum oleorum consecrationi interessent, et secum ad suas plebanas Ecclesias deferrent. Qua-

Digitized by Google

propter hic merito laudandus Episcopus, qui veteris Ecclesiae consuetudinem secutus hoc nobis vigilantiae pastoralis, ac antiquae disciplinae praeclarum reliquerit monumentum.

Nunc pauca de Ludovico Bruno. *Ludovicus Brunus*, ait Tritemius, *natione Italus de Marchionatu Montisferrati* (non Astensis, uti perperam Algisius in sua historia MSS., sed ex Comitibus Roccaverani, ubi adhuc ejus familia extat) *vir undecumque doctissimus utriusque juris professor, et celeberrimus interpres, poeta laureatus, philosophus, et orator insignis, ac divinarum scripturarum non ignarus ingenio excellens, et disertus eloquio, fertur utroque genere scribendi multa praeclara cudisse opuscula, sed nihil eorum ad manus nostras memini pervenisse praeter illum tractatum, quem eleganti carmine descripsit in coronatione Maximiliani Regis lib. I. sancta per aeternum petra etc. de coeteris nihil vidi, vivit adhuc, et varia conscribere dicitur sub eodem Rege Maximiliano anno Domini MCCCCXCIIII.* Ejus autem meminit Simlerus Biblioth. pag. 461. Joh. Alb. Fabricius Biblioth. med., et inf. latin. l. XI. pag. 854. ubi illud de coronatione Maximiliani poema commemorant. Mirum autem est a rerum Germanicarum scriptoribus, qui tot de suis Imperatoribus opuscula edidederunt, in suis Collectionibus praetermissum. Primus qui hujus poematis specimen edidit ex antiqua editione, habetur Frid. Gott Freytag. I. C. Is tom. II. Adparatus litterarii edit. Lipsiae 1753. pag. 823. libri cujusdam notitiam praebet, cui illud insertum erat: en titulus: *Oratio Hermolai Barbari laureati poetae ad Fridericum, et Maximilianum principes cum gratulatione Ludovici Bruni laureati poetae de Regis Romanorum coronatione*, in 4. folior. 14. Pag. vero 824 hanc ejus refert inscriptionem: *De serenissimi, ac invictissimi Maximiliani Archiducis Austriae, Burgundiaeque etc. Romanorum Regis nuper electi coronatione* (facta Aquisgranae an. MCCCCLXXXVI. IX. aprilis) *Ludovici Bruni poetae laureati, ac juris utriusque Doctoris gratulatio*; ex 411. exametris constat, cujus hoc specimen Freitagus retulit.

Sancta per aeternum petra fundata tonantem,
Christicolum classis magnum protensa per orbem,
Tempus adest, jam laeta Deo da carmine grates,
Hunc que diem jubeas memores celebrare nepotes.
Ornentur jam templa novis hinc frondibus: inde
Floribus aulaeisque, et gratos thuris odores
Undique percipiant altaria, lumina micent
Cerea, phoebeam mittantque per aethera lucem.
Atque Sacerdotes solemnia sancta canentes
Reliquias, et sacra ferant divina per urbes,
Atque suburbanos populos comitentur ad unum.
Quisquis adest purusque puer, mundaeque puellae
Plebeive Chori cuncti gratentur ovantes;
Nam est ille dies memorabilis omne per eum
Quo generi humano Christus pietate superna
Contulit optanti quo nil potuisset haberi
Majus, quod recto delectum Maximilianum
Judicio heroum, Regem jubet ante vocari
Nunc Romanorum sacri tum deinde parentis

Digitized by Google

Sufficere imperio, primamque hinc referre coronam,
Inde aliam atque aliam patrum de more vetusto.
O Deus omnipotens, quis dignas reddere grates
Officii tanti valeat mortalis habere
Ni capias clemens pie reddere, sume precamur,
Sume igitur grates imo de pectore nostras,
Et pietate tua praesentia gaudia firma,
Ut sint perpetua ac fatis illaesa futuris,
Gaudeat ut Coesar nato imposuisse coronam
Imperii primum; natus sumpsisse labores,
Atque graves senio curas, quo publica possit
Auspiciis res nostra regi felicibus, atque
Sancta fides Christi toto dominarier orbe etc.

Quam carus fuerit Maximiliano ex multis eorum temporum testimoniis colligi potest: certe diu in aula Imperatoris vixisse patet ex Jacobi Wimphelingi epistola ad Jacobum Spiegel nepotem I. C. in Marquardi Frehervi scriptor. rer. German. T. II. p. 767. edit. Struvii, ubi ait Maximilianum in aula sua maximos viros praesto semper habuisse, ac fovisse addens: *an non summa prudentia, et eloquentia praeditus est generosus ille Comes de Titionibus, an non eloquentissimus fuit Ludovicus Brunus mihi familiarissimus?* Haec recensetur inter Epistolas Uldarici Zazii ad viros aetatis suae doctissimos Ulmae 1774. in 8. p. 54.

Neque solum Maximiliani laudes heroico carmine celebravit Aquensis hic scriptor, verum etiam Friderici IV. illius decessoris, uti tradidit Gregorius Pedrocha Mantuanus, qui saeculo post Ludovico in Episcopatu Aquensi successit, in historico Commentario MSS., cui tit. *Solatia Aquensis Ecclesiae* his verbis. *Hic a primis annis jucundioribus literis operam dedit, exinde praestantioribus utriusque philosophiae, quibus conjunctis I. U. D. est declaratus, nec tamen Pieriam viam terere minime praetermisit, quin animi gratia ad Heliconem gressu facillimo saepius se reciperet, favente Calliope in doctrina vitae emendatrice mella manavit: Cedro digna de Frederico hujus nominis tertio Imperatore, ac de gestis serenissimi Maximiliani Romanorum Regis cecinit, pro quibus . . . . . Fredericum praedictum impulit ad cogitandum de honoribus conferendis Ludovico, eumque insignivit laurea, et S. Laterunensis Palatii, Aulae, et Concistorii Comitem Palatinum dixit, facultatemque tribuit naturales bastardos, spurios, notos, incestuosos copulative, et disjunctive, et quoscumque alios ex illicito, et damnato coitu procreatos viventibus, vel etiam mortuis eorum parentibus legitimandi, omnemque geniturae maculam penitus abolendi. Nota lector differentiam inter Comitem Palatinum legalem, et Imperialem creatum a Caesare. Illi enim qui per annos XX. publice docendo leges fuerint professi in urbe, aut in aliis regiis Civitatibus, titulum, et honorem Comitis Palatini ipso jure consequuntur, non autem habent facultatem legitimandi. Literae Friderici datae fuerunt XXVIII. maii anno Domini MCCCCLXXXVI.* Ubi autem existant poemata illa, quibus Fridericum laudibus extulit a Pedrocha memorata me latet. Illud eo docente quoque comperi brevem quamdam historiam in fine membranacei voluminis Ecclesiae Aquensis, quo vita Guidonis continebatur, propria manu descripsisse. Cum enim ipse podagra acriter conflictaretur, ac ejus se precibus commendasset, paullo post se penitus

Digitized by Google

doloribus vacuum sensit, cujus rei ille posteris memoriam ad sancti hujus Episcopi laudem tradere voluit. In ea vero ita se inscripsit: *Ludovicus Dei, et Apostolicae sedis gratia Episcopus Aquensis, et Comes, ac Caesareae majestatis apud SS. D. N. Julium II. Pontificem maximum orator.* Dolendum autem ultima libri folia, quibus haec Ludovici historia descripta erat, recisa nunc esse.

Memoratis Ludovici scriptis accensemus nunc Synodum a nobis editam ex autographo in tabulario Ecclesiae Aquensis existente. In ea elucet quantum ejus fuerit in hac Ecclesia disciplinae instaurandae studium, ac sollicitudo. In ea enim condenda ita se gessit sapientissimus Episcopus, non ut novas, ac multiplices leges conderet, sed ut veteres renovaret, verbis earum retentis, ne novas interpretationum difficultates injiceret, suis temporibus minus accomodatas committeret, paucas pro re nata adderet, easque claras perspicuas sanctione confirmatas sua, ne de earum obligatione exsurgeret controversia. Prae oculis habuisse videtur Synodum Bellingerianam, ex qua plures canones in suam transtulit, mutavit alios, nonnullos praetermi it. Cum autem hanc edere in animo esset, ne actum ageremus illud consilii a nobis captum est, ut quos noviter statuisset, produceremus, reliquis, quos ab Oddone mutuavit solo titulo indicantes. Inter illos autem, quos titulo tenus solum retulimus utpote ab Oddone exscriptos, nonnulli sunt, in quibus aliquid ab ipso immutatum est, nempe qui numeros praeferunt VIII., X., XVIII., XXI., XXIII., XXV., quos tamen, quia modica in ipsis mutatio facta fuit, describere supervacaneum judicavimus. Quos vero Ludovicus in Bellingeriana Synodo praetermisit, sunt positi sub numeris III., VII., IX., XII., XIII., XVI., XIX., XXIV., XXVIII., XXIX., XXX., XXXI., XXXII., XXXIII., XXXIV. Inter eos, quos ipse antiquis addidit memoratu dignus est tit. XXIII., quo omnibus presbyteris animarum Rectoribus praecipit, ut *Summam D. Archiepiscopi Florentini*, vel *Manipulum Curatorum* apud se habeant, et in illis studeant diligenter. Nihil horum habetur in Synodo Bellingeriana, cujus ratione non tam in temporum calamitate, quae studia impediebat, quam etiam in diversa disciplina, quae eo tempore adhuc in hac Diocesi vigebat, collocandam existimarem. Nam ea adhuc aetate Canonica adhuc poenitentia in usu aliqua erat ex parte, qua fiebat, ut Parochi libris poenitentialibus in hac Ecclesia ex antiqua consuetudine receptis, juxta quos poenitentias imponerent, uterentur. Quae disciplina cum sensim sine sensu evanuerit, ac ei arbitraria Sacerdotum sententia circa poenitentias successerit, idcirco necesse fuit, ut ab Episcopi diligentius Theologicorum tractatuum studium suis presbyteris praeciperent. Doctissimus autem hic Episcopus duos eis utilissimos, probatissimosque libros proposuit, quorum primus est summa S. Antonini. Cum autem duplex ea sit major una, quae omnium uberrima, amplissimaque existimatur, minor altera, quae primae compendium est, utrique videtur congruere titulus libri ab Episcopo Aquensi requisitus. Tam enim prima, quam secunda Summae titulum praefert, licet verius illa Summa Theologiae sit, ista *confessionum*, quae etiam *institutio Sacerdotum*, vel *interrogatorium*, aliquando etiam *defecerunt* ex primo operis vocabulo, vel ab ipso Archiepiscopo Florentino, vel a sequioribus Theologis fuerit appellata. Posterioris elegantem paravit editionem Antonius Baldassar Mattiae Antuerpiensis, et Corderius in Montesegali anno MCCCCLXXII. die XXIV. mensis octobris in 4., cujus exemplar extat in praeclara C. Durandi a Villa Bibliotheca. Alter est *Manipulus Curatorum*, qui in hac Pedemontana ditione typis a Bejamo ea circiter tempora impressus fuit, in cujus fine hic versus appositus. *Hoc*

Digitized by Google

Bryanus opus pressit Christophorus altum: deest annus. Vide lectiones de primis editionibus Pedemontis Jos. Vernazzae p. 9. 25. Guido de monte Rocherii illum sub initio saeculi XV. in Parochorum commodum composuit. Qua de causa institutionem *Neophitorum Curatorum*, sive *Manipulum Curatorum* inscripsit, ex eo quod Sacerdotes *potissime Curati debent istum habere in manibus, ut videant ea, quae circa suum officium sunt peragenda*, dicavitque D. Raimundo Valentinae sedis Episcopo, uti ex epistola ei praefixa, ac data Turolii anno Domini MCCCXXXIII. Divisit autem totum opus in tres partes, quarum prima de Sacramentis omnibus excepta poenitentia agit: secunda de modo hanc administrandi; tertia *de articulis fidei, et iis quae pertinent ad informationem populi*, scilicet simboli Apostolici, orationis Dominicae, ac Decalogi praeceptis. Haec magni eo tempore habebatur ob brevitatem, perspicuum ordinem, ac soliditatem, ut multae ejus factae fuerint editiones: unam habeo Antuerpiae an. MDLXXIV. impressam in 12., atque ab Antonio Genhartio in Leodiensi Diocesi haereticae pravitatis inquisitore illustratam, annotationibus auctam, et locupletatam, totique Diocesi propositam, cui in finem addita Missae expositio, et documentorum pro Parochis collectio utilissima ab eodem Genhartio composita.

De Statutis Eusebii de Tronzano Can. Vercel., ac Visitatoris Provinciae Mediolanensis Capitulo Alexandriae propositis.

Synodis accenseri quodammodo possunt decreta ab Eusebio de Tronzano Canonico Vercellensi, ac Vicario generali Aicardi Archiepiscopi Mediolanensis, ac ejusdem provinciae Visitatore generali Canonicis Ecclesiae Alexandrinae anno MCCCXXXIV. proposita. Aliae enim Synodi ad totius Diocesis spiritualia negotia reformanda, haec ad unius quidem, at magis praecipuae, ac praestantis Ecclesiae; in illis universus Diocesani Cleri conventus, in hisce Canonicorum Ecclesiae majoris; ibi omnium Parochorum, hic Capituli tantummodo consensus, et approbatio expetitur, ut mihi videatur secerni eas ita inter se posse, ut illae majores, minores hae Synodi appellari possint. Inter antiquas minores Synodos recensendam jure puto hanc pro Ecclesia Alexandrina praescriptam. Cur autem hic Provinciae Mediolanensis Visitator Alexandriae minorem hanc Canonicorum Synodum, non vero omnium Diocesis Alexandrinae Parochorum, quam per ducentos, et amplius annos nuspiam ibi convocatam novimus, coegerit, explicari oportet ab illis, qui Archidiaconum Alexandrinum non solum in sua Ecclesia, verum etiam in tota Alexandrina Diocesi jam eo tempore plenam exercuisse jurisdictionem contendunt. Illud animadverto causam haud esse repetendam ab aliqua Archiepiscopi Mediolanensis repugnantia. Nemo enim eo in Alexandrinos propensior esse debuit. Cum enim ob Mathaei Vicecomitis, aliorumque factiosorum hominum praepotentia Mediolani publica turbaretur res, Bergolium modo, modo Alexandriam frequenter petiit, ac anno MCCCXXXIX. in Coenobio fratrum Minorum domicilium fixisse constat ex duabus epistolis a Saxio in hujus Archiepiscopi vita memoratis. Non ergo voluntas eis gratificandi defuit, quin imo non aliunde auctae in Archidiaconis dignitatis, causam arcessendam puto, quam in benevola hujus Archiepiscopi voluntate, qui et per se, et apud S. Pontificem Johannem XXII., cui erat acceptissimus, ea privilegia impetraverit, quibus non solum bona mensae Episcopali olim annexa post eorum vindicationem Archidiacono concessit, verum etiam capta occasione, qua Ecclesia Aquensis Episcopo destituta duorum de Episcopatu inter se conten-

Digitized by Google

dentium diuturnas, ac gravès patiebatur concertationes., Episcopatus Alexandrinus ei commendavit. Sed de his alias.

De Regulis Confratrariarum S. Spiritus, et S. Antonii.

Duas piis Laicorum sodalitatibus regulas nunc primum edimus, alteram pro Confratria S. Spiritus anno MCCLVI., uti in ejus fine legitur conscriptam, ac ex codice Chartaceo a V. C. Can. Bruno Aquensi mihi donato erutam; alteram saec. XV. pro S. Antonii sodalitio. Prima speciem praefert fraternae societatis, quae antiquissimis temporibus in Ecclesiam inducta sensim sine sensu ubique fuit propagata, quod a scriptoribus, qui de Confraternitatibus egerunt, Muratorio, Basso, Pellicia nondum fuerat animadversum. Huic ego conabor aliquam lucem adjungere; quod si praestitero, rem me fecisse putabo antiquitatum Ecclesiasticarum amatoribus nec injucundam, nec inutilem.

Quod antequam praestem prius illius natura, officia, ac leges sunt mihi explicandae, prout in veteri illo codice continentur; tunc enim facile erit lectori ejus cum antiquis veterum patrum testimoniis comparationem facere, atque eorum cum nostris similitudinem perspicere, quod mihi est propositum demonstrare. Leges itaque Confratribus S Spiritus in eo codice descriptae dividuntur in decem capita, quarum haec est summa mutuus amor, correctio fraterna, dissidentium reconciliatio, eleemosinarum erogatio, sextarii frumenti, ac sexdecim circiter denariorum annuale contributum, solemnis tribus Pentecostis diebus tam pauperibus, quam fratribus praesentibus aliquibus Clericis parata, ac sobria refectio, cerei, et argentei nummi Presbitero Missam canenti oblatio, Missae, ac preces pro defunctis, fratrum demortuorum honorifica sepulturae curatio, piorum legatorum executio, conspiratio mutua ad deprecandas, sin minus ad depellendas a fratribus juxta leges injurias ab extraneis illatas, obedientia Prioribus exhibenda; quae omnia ad haec principia revocantur, mutuam, qua seuriChristi, et Ecclesiae filios, ac fratres diligant benevolentiam, conviviorum celebrationem indigantium levamen, et obedientiam Praepositis praestandam.

Quamvis vero praeferant annum MCCLVI., dubitandum tamen haud est, quin antiquior in ea civitate sit earum institutio. Extat enim in tabulario Ecclesiae Catedralis charta anni MCCLIV. XXVI. decembris; qua Capellanus S. Mariae majoris de Aquis ex mandato D. Girardi Muscardi Judicis immittitur in possessionem *domus Guidi Sartoris de Burgo, cui cohaeret domus Confreriae S. Spiritus.* Praeter hanc domum, aliam ex Aquensibus chartis, et forte tertiam ad illam pertinuisse novimus. Cum enim universa Civitas esset in tria tercieria divisa Pusterulae, Burgi majoris, et Burgi novi, sic horum quodlibet suam habebat domum, qua congregationes fiebant, et collectae, reditusque, qui ad eam ex possessionibus legatis spectabant, a massariis recondebantur. Saeculo XVI. primi, et secundi tercierii reditus constabant in sextariis 4. frumenti, et Bianchis (moneta illorum temporum) XCIII.; tertii vero ex pretio locationis cujusdam horti siti prope Ecclesiam S. Trinitatis, et domus cujusdam prope coemeterium Cathedralis; Ecclesiam habebant, cui titulus S. Spiritus in suburbio majori, uti ex charta anni MCCCXII. Tab. Capit. colligitur. Complectebatur viros, et mulieres, quorum singuli suum eligebant praefectum viri *Priorem* (qui in Concilio Burdigalensi appellatur *Comes*, in Vaurensi *major*), mulieres vero *Priorissam* nuncupatam. Atque haec erat forma, quam pedetentim Aquis cepit memorata fraternitas. Qui semel in fratrem erat electus, non poterat nisi ob aliquod gravissimum crimen expelli.

Digitized by Google

Ex praecipua Civitate, uti in aliis evenit, manavit ad alios in Diocesi pagos, et oppida. In primis statutorum Canellarum Capitulis concinnatis multo ante annum MCCCXXXIV., quo fuerunt collecta C. III. extat lex in haec verba „ *quod quilibet de Confraternitate S. Spiritus solvat Prioribus dictae Confraternitati annuatim bannum solid. II. Astens.*, uti legitur in membranaceo volumine, quod ibi servatur apud haeredes q. T. Presbyteri Stasiae. Ripaltae etiam fuisse colligitur ex quadam charta anni MCCCCLXXXIX. VII. julii, qua ea Communitas litem de bonis Confraternitatis S. Spiritus Casali agitatam finivit media solutione florenorum 12500. Hospitali S. Mariae Gratiarum in ea Civitate facienda. Eadem vero bona ab hac difficili lite redemta cessit fratribus Ordinis S. Dominici ad fundationem conventus ea lege, ut curam pauperum, ac hospitalis S. Spiritus, cui jam fuerant attributa, gerere tenerentur. Tabulas dabo alio volumine, et quidem lectu dignissimas. In actis Curiae sub Episcopo Thoma de Regibus anni MCCCCLXXVII. praecipitur Confratribus S. Spiritus loci Bruni, ut ostendant Bullam a Sixto IV. eis datam Romae anno MCCCCLXXIV. super distributione quorumdam annualium reddituum ad eam Confratriam pertinentium. Neque solum Aquis, Canellis, Ripaltae, et Bruni olim fuisse institutam apparet, sed in omnibus fere, vel parvis hujus Diocesis viculis, sicuti ex actibus Visitationum anno MDLXXVII., et MDLXXXIX., aliisque posterioribus colligitur.

Si vero ad vicinas, remotioresque Italiae Civitates oculum intendamus, facilè erit invenire documenta, quibus diffusam ubique, ac propagatam hanc fraternitatem ostendi possit. Monteregali jam ab anno MCCLXIV. erat instituta, perduravitque usque ad medietatem saeculi XVI. uti ex prolatis chartis (1) monuerunt C. VV. Eques Grassi, ac R. P. Clemens Dolium. In toto in Segusiae tractu ubique haec etiam erat pervulgata. In antiquissimis Bugellae statutis ejus mentio habetur, uti etiam in edicto a Muratorio T. VI. p. 457-8. dissert. LXXV. prolato, quo Ferrariensis Civitas anno MCCLXXXVII. novas flagellantium sectas, aliasque laicorum Confraternitates proscripsit, eam tamen, de qua agimus, excepit hisce verbis: *exeipimus etiam congregationes factas, et ordinamenta ad honorem Dei, et reverentiam Sanctorum pro se-*

(1) *Et earum summa* MCCCLXIV. indic. II. XXIII madii actum in Monteregali sub porticu domus Laurentii Vitalis Jacobus Vitalis, Laurentius Prucha, & Nicolinus Grossus Priores Confratriae Vici de extra portam Vici cognoscentes facere utilitatem ipsius Confratriae vendunt Petro de Anzono petiam terrae in fine Vici ad montem Almanum pro lib V. Asten. Et ego Joannes de Nudiva Not. &c. Ex arch S Dominici. MCCLXXV, ind. III., die I. sept. Bona Ota de Plano legavit Confratriae de Vico medietatem sui Castagneti positi in Aimeta coh. Obertus de Plano, Odinus Auderda, tali modo quod Prior Confraternitae solvat annuatim Monasterio Trinitatis sol II. Asten., & sext. IV. castan. viridarum, & facere fieri annuatim suum annuale in Ecclesia S. Donati de Vico. Quod si non faceret dictus Presbyter Amicus capere possit sine licentia alicujus Potestatis possessionem dicti Castagneti, & ipse teneatur solvere dictos sol. II, & faciat suum annuale in dicta Ecclesia S. Donati de Vico. Actum in Monte, & ego Manfredus Scassus Not Ex arch. S. Dominici. MCCCXXXIV. die XXVII. decembris. Agnes Gatoria .... legavit Confratriae de Vico, quae est extra portam Vaschi sol. C. Asten. ex archivo Casotuli. MCCCLVII. actum in Monteregali sub porticu Oberti de Vitali nob. D Guielmus Burgensis ex DD. Cigliarii vendidit petias II. terrae in fine Caraxoni in Lerma sub trana Henrico Capello, cui cohaeret Antonius Zanetus, ac tertiam partem unius minae grani, quam solvere tenetur annuatim Confratriae S. Spiritus Burgi Caraxoni pro lib. ... Et ego Conradus de Turre Not. Ex arch. S. Dominici. MCCCCV. Inventarium Confratriae S Spiritus portae Vici. I. domum unam sitam extra portam Vici. II. petiam Castagneti in dicto fine Vici in Aimeta ap. cl. Dolium MCCCCXIV. Risetta Dura legat Confratriae Plani Breduli lib V. Asten. occasione emendi de more cicer Ex schedis Rulfianis; *quam consuetudinem Episc Hieron. Scarampus in Apostolica Diocesis Visitatione an. MDLXXIII. reprobavit. Illae duae Confratriae cum alia nuncupata de Darmascena decreto Civitatis Astensis Hospitali S. Crucis an. MDXLVIII. unitae.*

Digitized by Google

crificiis, et oblationibus faciendis, et de providendo fratribus tempore necessitatis. Quibus sane verbis vix praeclarius poterat haec S. Spiritus Confratria indicari. In libro, cui tit. *Laureolae sacrae Episcoporum Papiae etc. auctore Bartol. Petragrasso* p. 90. refertur a S. Rodobaldo I. (cor. II.) Cepolla ab anno MCCXXX. ad MCCLIV. Papiae in claustris SS. Gervasii, et Prothasii Confratriam S. Spiritus fuisse institutam, uti advertit C. V. Topia Vic. generalis Terdon. Ad hanc pertinere quoque existimo *Scholam caritatis*, quam Venetiis MCCLXIX. jam institutam pro Confraternitate interpretatus est Muratorius in memorata dissertatione, licet ejus naturam, ac speciem non fuerit assecutus. Hanc enim F. Jacobus ab Aquis, ubi de Alex. III. Venetiis morante agit, clarius nominat *Domum Fratrum de Caritate.*

Ex Italia ad Galliam accedamus, videamusque utrum haec Ecclesia Ecclesiasticae disciplinae fidissima custos prium hoc institutum receperit, probaveritque. Receptum autem, ac ad postrema usque tempora permansisse constat ex Synodo Provinciali a Cardinale Borbonio Rothomagi celebrato, et a D. Bessino ex Congregatione S. Mauri in collectione Concilio-rum Rothomagensium edito, in cujus secunda parte pag. 223. haec statuuntur, *quae ex pietate, et devotione ortum duxerunt caritatis, et aliorum fraternitates earum statuta in visitatione ab Episcopis visitari volumus ..... frequentiam, et sumtum conviviorum, quae a Caritatis fratribus, et aliis impensa fraternitatis agitantur ..... damnamus.* Quae hic *Caritatis* fraternitas vocatur in aliis vetustioribus Galliae documentis S. Spiritus nomen praefert, uti in charta anni MCCCXCVIII. a Ducange producta in suo Glossario ad vocem *Confratria.*

At non solum receptam suadent haec documenta, sed probatam fuisse antiquiora demonstrant. Concilii Vavrensis (an. MCCCLXVIII.) Patres, inter quos duo Archiepiscopi Narbonensis, et Tholosanus, ac Vicarius alterius Auxitani Archiepiscopi adfuerint, postquam *Can. XIV.* damnassent privatas quasdam conjurationes, quas specioso fraternitatis nomine laici quidam velabant, addunt per *hoc autem Confraternitates in honorem Dei, et B. M. Virginis, et aliorum Sanctorum, et pro subsidiis pauperum introductas, in quibus conjurationes, et juramenta hujusmodi non intervenerunt, non intendimus reprobare.* Hic Canon ipsismet verbis exscriptus fuit a quadragesimoterrio Concilii Avenionensis anni MCCCXXXVII., et a trigesimoseptimo alterius Avenionensis anni MCCCXXVI. coacti, in quibus idem prorsus sine variatione legitur. Eadem exceptio invenitur in Burdigalensi anni MCCLV., in quo cum patres in Canone XXIX. abusum Confratriarum *non earum inventum se damnare profiteantur*, sequenti canone inter statuta, quae a Confratriis edi permittunt, excipit facta ad *eleemosinas colligendas, et relicta, seu data in usus aliquos piis a vivis, et defunctis expendenda.* Item in Arelatensi anni MCCXXXIV., in quo in universum Confratriae reprobantur, excipitur, *nisi fiant de voluntate Diocesani Episcopi propter urgentem, et evidentem utilitatem.* Exhinc itaque patet S. Spiritus Confratriam non Aquis solum, ac Italiae finibus contentam fuisse, sed in Gallia quoque viguisse antiquis, ac recentioribus temporibus.

Sed quae ejus erit origo, quae prima institutio, unde, et a quibus primum inducta? Antonius Augustinus Tarraconensis Archiepiscopus in sua *Juris Pontificii veteris Epitome* Parisiis anno MDCXLI. par. II. lib. XIV. tit. *de fratriis* duos refert canones, unum ex (pseudo) Clementis I. Epistola ante medium, alterum ex Concilio Nannetensi, ex quibus videretur inferri ipsum putasse ad Apostolica tempora eas esse referendas. Qui tamen ita concluderet, multum ni fallor a mente auctoris aberraret. Neque enim tantum virum Ecclesiasticae antiquitatis si quis

Digitized by Google

alter peritissimum nostrarum Confratriarum originem ab iis temporibus arcessere voluisse existimari fas est. Dicendum potius videtur duo illa testimonia hoc ab ipso consilio fuisse prolata, ut in secundo nostrae Confraternitatis ultimam notitiam, ac quasi institutionem, ac leges; in primo vero illius spiritum, ac imaginem in primorum Christianorum benevolentia, bonorum communicatione, ac conviviorum facilitate exhibere voluerit. Et sane cum illud a primis hujus Confraternitatis institutoribus propositum sibi fuisse videatur, antiquam nimirum Apostolicorum temporum liberalitatem, ac amoris fraternitatem in sua societate renovare, ad hunc finem opportuna esse debere censuit haec verba Clementis (Epist. ad Jacobum sec. II. conficta): *Caritatis recipiendae, et habendae maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum, mensamque faciatis, et in quantum unusquisque praevalet, crebrius panes, ac sales suos cum fratribus suis sumat ..... communes facite cibos vestros cum his, qui secundum Deum fratres sunt, quia per haec temporalia pacis officia, et caritatis fructibus gaudia aeterna merebimini* etc. Egregia sane monita, sed ad omnes fideles directa iis simillima quae in Patrum Apostolicorum scriptis passim leguntur nostris etiam Confratriis maxime opportuna. At alia ratio est Concilii Nannetensis, in quo non de generali omnium fidelium societate agitur, sed de peculiari fraternitate. Leges autem, quae huic ibi praescribuntur, ita nostris respondent, ut eadem esse qnisque statim intelligat. At praestat canonem repraesentare. Hujus duplex extat lectio alia brevior apud Labbeum Coll. Conc. Gen. Tom. IX. pag. 472. c. II., et Reginonem de Ecclesiastica disciplina lib. II. §. 472. ed. Baluzii Viennae 1765. pag. 373., quam secuti sunt reliqui canonum collectores, ac ipse Antonius Augustinus l. c.; alia fusior apud Hincmarum Capitul. Tit. 1. c. 16. p. 715. edit. Sirmondi, et apud Labbeum Tom. VIII. pag. 572. Ejus hic textum adscribam, de additamentis, vel variantibus admonito suis locis lectore. *De collectis, quas Gheldonias, vel Confratrias vulgo appellant* (quas consortia vocant *Regin.*) *sicut verbo monuimus, et nunc scriptis expresse praecipimus, ut tantum fiat, quantum ad auctoritatem, et utilitatem, atque rationem* (salutem animae *Regin.*) *pertinet. Ultra autem nemo neque Sacerdos, neque fidelis quisquam in Parochia nostra progredi audeat, idest, ut in omni obsequio religionis conjungatur* (*deest apud Regin.*) *videlicet in oblatione, in luminaribus, in oblationibus,* (orationibus *Reg.*) *mutuis, in exequiis defunctorum, in eleemosinis, et ceteris pietatis officiis* (*sequentia usque ad* pastos *desunt apud Regin.*), *ita ut qui candelas offerre voluerint, sive specialiter, sive generaliter, aut ante Missam, aut inter Missam, antequam Evangelium legatur ad altare deferant. Oblationes autem, et unam tantummodo oblatam, et offertorium pro se, suisque omnibus conjunctis, et familiaribus offerat. Si plus de vino voluerit in buticula, vel canna, aut plures oblatas, aut ante Missam, aut post Missam Presbytero, vel Ministro illius tribuat, unde populus in eleemosina, et benedictione illius eulogias accipiat, vel Prebsyter supplementum aliquod habeat. Pastos autem, et comessationes, quas divina auctoritas vetat, ubi et gravedines, et indebitae exactiones ..... adeo penitus interdicimus: ut si Presbyter fuerit, vel quilibet Clericus gradu privetur; si laicus, aut foemina ab Ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Conventus autem talium Confratrum, si necesse fuerit, ut simul conveniant, aut forte aliquis contra parem suum discordiam habuerit, quem reconciliari necesse sit, et sine conventu Presbyterorum, et ceterorum esse non possint, post peracta illa, quae Dei sunt, et Christianae Religioni convenium, et post debitas admonitiones si contigerit, ut verae caritatis, et fraternae invicem consolationis*

Digitized by Google

omnes ad refectionem conveniant, sic talia fieri permittimus; ut servata modestia, et temperantia, et sobrietate, pacisque concordia, sicut decet fratres omnia in aedificationem fraternitatis, et laudem, et gloriam Dei, et gratiarum actiones fiant etc.

Quid veniat nomine Ghildoniae patet ex contextu, in quo vertitur *collecta*, et est derivatum a gelt Germanico vocabulo, quod pecuniam significat, ut proinde dederit nomen iis omnibus coitionibus, in quibus quisque suam symbolam ad opus in communem utilitatem confert, quemadmodum e converso verbum *Confreria*, quae societatem significat, translatum fuit ad significandum pecuniam, vel res, quae a Confratribus solvi in commune oportebat, uti ex Ducange, et mea hac regula initio C. VI. colligitur. Ceterum quocumque nomine vocitata a veteribus fuerit, illud tamen colligitur nostram ibi indicatam Confraternitatem, ut praecipuae, quae in medium nos attulimus, leges, ex ea videantur desumtae. Quis enim harum Confratriarum scopus, nisi cultus religionis, et singularis inter eos benevolentia? Huc enim spectant oblationes ad Missam, conviviorum charitatis fovendae gratia celebratio, eleemosinarum largitio, fratrum correctio, ac reconciliatio, neque haec extra Ecclesiam, sed cum Presbyteris, et Clericis, quae omnia in nostra regula singillatim praescribuntur.

Quae cum ita sint superest inquirere tempus, quo illae fuerint institutae. Muratorius, qui hoc concilio ad vetustatem fratriarum probandam usus est, asseruit a Sirmondo, qui inter Gallicana edidit, ad annum DCCC., a Pagio vero, et Lelandaeo ad DC LV. collocari. Mabillonius licet incerti temporis esse fateatur, ejus tamen auctoritate nititur in praefatione ad III. saecul. Benedict. scil. VIII. a Christo (pag. 130. praefationes ed. Rotomagi 1732.) ad eorum temporum disciplinam illustrandam. Ejus sententia confirmari potest ex textu a nemine adhuc observato apud Reginonem l. c. c. V. §. 86. p. 219., in quo praecipitur, ut Episcopus *percunctetur de Confratriis, et Confraternitatum societatibus qualiter in Parochia agantur.* Diserte autem probavit Balutius tam istam inquisitionem, quam alteram initio libri I. pag. 1. ejusdem Collectionis a Reginone descriptam ad tempora Bonifacii Germaniae Apostoli (qui obiit DCCLV. non DCCLXXIV. uti in Gallico script. Eccl. dictionario) revocandam esse; agi vero in ea inquisitione de Confratriis a Nannetensi probatis nemo in dubium revocabit, qui observet in Reginonis collectione nullius alterius fraternitatis mentionem fieri, nisi de illis, qui a Nannetensi, et Hincmaro fuerunt probatae. Perspicuum ergo fit recte Mabillonius Nannetense Concilium inter monumenta ad octavum saeculum spectantia retulisse; at si quis observet utrobique apud Reginonem agi de re jam vulgata, et ubique in Ecclesiis inducta, affirmabit praeterea uti pridem monuimus a VII. praecedenti saeculo ortum in Gallia habuisse, ut deinceps propter irrepentes abusus a patribus Nannetensibus saec. VIII., ac ab Hincmaro an. DCCCLII. debuerit legibus quibusdam coerceri. At in qua Ecclesia primum inducta? Si fides constitutionibus quas edimus adhibenda, in Dioces: Valentina orta illa fuit, cui sententiae, cum haec antiqua auctoritate nitatur, et facile traditione potuerit retineri, nec oppugnatores habeat, injuria fides denegaretur.

Neque tamen aliquis hasce confratrias eam formam, stabilitatemque, quam adeptae postmodum fuerunt statim accepisse putet. Quod facile intelliget, qui recentium oeconomiam, leges, ac regulas cum iis documentis, quae de veterum fratriarum instituto ad nos pervenerunt, diligenter conferat. Videbit enim eas in multis, iisque praecipuis convenire, in aliis levioribus differre, cujus ratio in promtu est. Nam cum primum exortae, non omnes Episcopi,

Digitized by Google

vel Magistratus congruas suis plebibus, vel populo singulas earum leges putarunt. Praeterea initio non scriptis legibus, sed verbo tenus fuerunt consociatae, traditioneque conservatae. Quo factum est, ut alibi in plura, alibi in pauciora capita convenerint, aliqua etiam progressu temporis admiserint ab Ecclesiae consuetudinibus, vel minus congrua, vel contraria, quae canonicis sanctionibus removeri, temperari, ac restringi debuerint. Inter haec reconsonandum juramentum, quo se obstringebantur, et annuatim alicubi renovabant, quod tam Carolus Magnus anno circiter DCCC. lege XIII. inter Longobardicas a Muratorio editas p. II. T. I. Rer. Ital. pag. 660., non solum in vetitis absolute Confratriis, sed et in illis, quas permisit caussa eleemosinae faciendae, et Lotharius I., quam leges omnes Ecclesiasticae supra memoratae, quae eas odioso conspirationis nomine traducunt, reprobarunt: Item commessationes, ac ebrietates, in quas saepe Christiana convivia degenerabant, qua de causa S. Stephanus in Regula Grandimondensium apud Ducange l. c. cap. 20. haec suis praecepit: *comessationes, quas populus Confraternitates vocant, nullo pacto faciant apud vos*: Poenae etiam, ad quas solvendas cogebant illos, qui aliquam ex fraternitatis legibus observare praetermiserant. Quaedam etiam addebant legibus alioquin optimis, quae in Ecclesiarum detrimentum vertebant, oblationes nimirum Ecclesiis debitas subtrahentes, conventicula extra Ecclesias facientes, ad alia pacta se in aliorum detrimentum invicem obligantes, vestes *cum aliquibus signis exquisitis, vel caracteribus induentes*, ex quibus si quis damnatam liberorum Muratorum societatis originem repeteret, non solum me laudatorem haberet, verum etiam et nonnullis antiquorum canonum textibus ejus posset sententia confirmari. Haec autem inconmoda proficiscebantur ex eo quod multae ex iis confratriis instituerentur sine Episcopi auctoritate, quam patres Nannetenses, et Hincmarus in primis ad eorum honestatem requirunt, et quod scriptis ac statis legibus non uterentur, uti postmodum cum formam stabilem acceperunt factum fuit.

Primum scriptarum regularum exemplum nobis suppeditavit Johannes de Johannis in suo codice Diplomatico Siciliae anno MDCCXLIII. Panormi edito, qui ex membranaceo autographo codice quaedam Capitula retulit a decem, et octo Presbyteris, et triginta duobus laicis ann. MXLVIII. confecta, in quibus peculiaris quidam B. M. V. in Ecclesia S. Michaelis de Naupactessa imagini cultus praecipitur in honorifica ejus delatione per Ecclesias, Missarum celebrationes, orationes pro Regibus, Clero, et eorum fraternitate, item ut se invicem corrigant, in infirmitatibns se invisant, morientibus adsint, demortuorum curent funera. Haec statuta licet non omnia expresse contineant, quae in nostra habentur regula; in iis tamen quae retulimus, capitibus, excepta peculiari religione erga B. M. Virginis imaginem, cum nostris admodum consentiunt.

Gallicana Ecclesia, quae prima Confratrias induxit, serius earum leges scripto consignavit, quas vero collegit, ac edidit, nostris pressius inhaerent, atque adamussim respondent. Vetustum earum codicem Martene, et Durandus invenerunt in tabulario Ecclesiae Massiliensis, quem in novo Anecdotorum Thesauro T. IV. ed. 1717. pag. 165-6. prodiderunt. Complectitur autem decem capita, quibus praefixum est Arnaldi Narbonensis electi, et Apostolicae sedis legati approbationis decretum anno MCCXII. editum, ex cujus exordio natura, atque indoles Confraternitatis explicatur his verbis: *Inspirante illo, qui habitare facit unius moris in domo, et cooperare* (aliquid deest) *cor credentium in primitivam Ecclesiam erit unum, et anima una etc.* Regulae autem ita se habent. In primo capite statuitur, quod *jura Ecclesiae majoris*

Digitized by Google

Episcopi Canonicorum, et Religiosòrum inviolata serventur, ita quod in nullo ex ista Confratria praejudicetur juri eorum. II. Si quis fecerit aliquid, quod injuriam Ecclesiae inferat etc. et ammonitus . . . . . noluerit satisfacere . . . . . expellatur. III. Unusquisque det pro eleemosina singulis diebus Dominicis obolum unum . . . . . ad distribuendas eleemosinas . . . . . IV. Si quis de Confraria ista discordiam aliquam habuerit adversus alium de Confratria . . . . . possit per Rectores Confratres amicabiliter terminari. V. Si aliquis fecerit injuste uni ex Confratribus .... universi Confratres teneantur .... eos conciliare. VI. Si quis Confrater obierit, qui non possit habere necessaria in die sepulturae suae, de eleemosinis Confraternitatis habeat honorifice necessaria sepulturae. VII. Si incidit in paupertotem, subveniant ei Confratres. VII. Singulis annis una die statuta faciemus celebrari divina officia pro vivis, et defunctis Confratribus, et pro omnibus fidelibus defunctis ab omnibus Sacerdotibus, qui in Civitate fuerint, et comedant pauperes hospitalitatis S. Spiritus sani, et infirmi sufficienter illa die de eleemosinis Confratriae. IX. Quicumque Confratres, qui electi . . . . . mandata verint, ut Confratres veniant ad eorum colloquium . . . . . teneantur sine mora venire, ad quod Episcopus, vel Praepositus Massiliensis convocentur. X. Si quod meliorandum, vel mutandum in praedicta Confraria fiat cum consilio Ecclesiae, et Episcopi. Decem haec capitula et numero, et re sunt cum illis, quae in regula a me edita leguntur. In iis facile quisque videt expressas Gildonias a Nannetensi Hincmaro, aliisque memoratis, non ei novatrias, vel Ecclesiis insidiosas, sed cum *auctoritate, utilitate, et ratione* institutas. Haec autem legum collectio, ac Praesulum confirmatio tanti est, ut ab ea Confraternitas suum vere ducat initium. Quo in sensu accipiendam puto periocham a Ducange allatam in Glossario ad vocem *Confratria*, ubi ex Bernardi Yterii Chronico ad annum MCXCVII. textum hunc producit, *Confratria obolorum tunc orta est.* Quae enim haec erit obolorum Confratria, nisi a Massiliensibus recepta, in cujus lege I L. obolum dari praescribebatur, et quae origo, nisi ejus institutio cum statutorum approbatione?

Memoratis Siciliae, ac Galliae regulis, Aquensis haec nostra erit nunc adjungenda. Affinitas autem, quam in ejus legibus cum aliis antiquioribus intercedere demonstravimus, satis superque hujus societatis antiquitatem demonstrat, quod explicare nobis propositum fuerat. Superest nunc, ut ejus fata in Aquensi Diocesi breviter explicemus. Cum ubique per eam esset diffusa, hoc ei accidit adversi, ut possessiones, quae ei progressu temporis fuerant legatae, ann. MCCCCLXX. hospitali S. Mariae Gratiarum civitatis Casalis, ex S. Pontificis voluntate aggregarentur, uti nos edocet autographum documentum illius anni, nobis a C. V. I. C. Bosio Regio pro Terdonensi provincia Fisci Generalis Advocato commodatum. Quae sane calamitas caeteris Confraternitatibus Diocesis Aquensis jam ea tempestate numero admodum multiplicatis communis fuit. Cum enim Marchio Montisferrati Casalense Nosocomium amplificare deliberasset, a Sixto IV. Pontifice Breve impetravit, quo ei omnia reliquarum Confraternitatum in Diocesi Aquensium existentium bona immobilia adjungebantur. Utrum autem Communitates ea redimere curaverint, quemadmodum Ripaltensem ex ea charta fecisse constat, latet. Profecto ex hoc tempore admodum deficere, ac obscurari coepit harum Confratriarum disciplina. In decretis anno MDLXXVII., et MDLXXXIX. ab Apostolicis visitatoribus susceptis multae ex iis in Diocesis oppidis abolitae, ejusque proventus vel ad Ecclesiarum constructionem, et reparationem ut Ponzoni, Ponti etc., vel ad alia baptismalibus

Digitized by Google

Ecclesiis necessaria suppellectilia ad tempus concessi fuerunt; alias vero societati Sacramenti cum obligatione superfluos redditus pauperibus distribuendi, attributi, vel ad montes pietatis erigendos ut Tilieti ditionis Januensis, alibique in perpetuum uniti. Ubi vero earum conservatio utilis visa fuit, abusibus, qui in eorum administratione, vel distributione irrepserant, obviam itum; sic decretis cautum, ne ex oblationibus, vel collectis *baccanalia* amplius celebrarentur; item ne feria V. hebdomadae majoris panis, vini, placentarum, aliorumque ciborum fieret populo distributio; atque haec ipsa fuerunt praescripta Aquensi Confraternitati, quam sub oculis Episcoporum positam incolumem servari satius ad civium pauperum levamen duxerunt. Caeterum cum in cap. IX. hujus regulae quaedam Camillus Beccius Episcopus, pietati, ac Christianae modestiae minus consentanea deprehendisset, ea abrogari ductis lineolis voluit; reliquas vero decreto suo probavit, quod a Pedrocha decessore suo fuit confirmatum. Temporibus forte mutatis e republica Aquensi dein magis esse visum fuit, si hujus societatis redditus Nosocomio publico unirentur uti ann. MDCCXXII. ex publica auctoritate effectum fuit, ea tamen lege adjecta, ut festis Pentecostes diebus indigentibus e civitate panis largitio fieret, quae consuetudo diu retenta haud ita pridem defecit.

Explicatis iis, quae ad Confratrias S. Spiritus illustrandas conducere poterant, superest, ut de altera S. Antonii sodalitate verba faciamus. Pertinet haec ad genus illud novarum Congregationum, quae saeculo XIV. flagellantium, seu verberatorum nomine exortae in Italia fuerunt. Primus, qui eis regulam tradiderit, habetur S. Bonaventura. Quae licet in ampla ejus operum editione fuerit praetermissa; attamen P. Pacificus a Dragonerio Dioc. Salut., qui in epistolis apologeticis Confraternitatum Astae editis anno MDCCLXXXV. ejus compendium italice vertit, testatur se invenisse vetustissimum codicem, in quo illae uti a S. Bonaventura fuerunt conscriptae, purae, atque incorruptae continebantur, at siluit locum ubi ille extat, additque praeterea a Clemente IV. postmodum fuisse approbatas. Auctor compendii historiae Ianuensis mentitis Lipsiae typis editae tradit anno MCCCCV. S. Vincentium Ferrerium Januae praedicasse, ac verberatorum Congregationibus methodum, qua officia sacra, ac charitatis opera ab iis exercerentur, tradidisse, ex quo videretur consequi ipsis regulam aliquam ab eo scriptis propositam. S. Carolus Borromeus inter egregia multa, quae ad disciplinae, ac morum reformationem curavit in Concilio Provinciali II. anno MDLXIX. celebrato tit. II. decret. XXIII. edit. Mediol. pag. 74. statuit, ut Episcopus *Confratrias in eam disciplinatorum regulam redigere curaret, quam jussu ejus recognitam, et emendatam, atque ejus temporis rationi accomodatam ad communem sodalitatum usum* editurus erat, ac pag. 899. actorum Ecclesiae Mediolanensis attexitur. Romae anno MDLXXXV. pro Urbis Archiconfraternitatibus regulae quaedam fuerunt typis impressae, quae ad alias in orbe Catholico Confratrias ad ipsas aggregatas observandae mittebantur. Iis utebatur Confraternitas S. Ambrosii (non S. Antonii uti in Catal. et titulo doc. n. 98. col. 529. par. I. irrepsit) Aquensis, quae Romanae Confalonis B. M. V. aggregationem impetraverat, uti cernere est in literis unionis, in quibus regulae summa exhibetur, a me in prima parte editis.

Nunc vero quaeri posset, cuinam ex quatuor memoratis accensenda sit haec S. Antonii regula? Longobardicus caracter quo scripta satis indicat editis a S. Carolo Borromeo, ut a Romana Archiconfraternitate antiquiorem multo esse. Differt autem quam maxime ab altera,

Digitized by Google

quam S. Bonaventura composuisse fertur, uti ex comparatione cum ejus compendio deprehendi. Ad quam itaque referam? Forte inter illas adscribi posset, quae a S. Vincentio Ferrerio (si tamen aliquas scripto edidit, quod nondum liquet) fuerunt emendatae. Cum enim ipse, uti prodidit Razanus in ejus vita apud Bollandistas an. MCCCCV. *Universas regiones, et urbes Pedismontium, et totam maritimam regionem lustraverit*, Aquas etiam venisse verisimile est. Attamen ingenue fateor nulla me invenisse documenta, quibus constet saeculo XV. Verberatorum Aq. Dioc. sodalitia scriptis legibus usa fuisse. Nulla earum mentio vel in tabulariis Ecclesiae, vel in erectionis decretis. In hisce enim solum in genere Confratrum officia a Diocesano Episcopo praescribebantur, uti videre est in decreto Thomae de Regibus Episcopi pro erectione sodalitii subtus Incisae castrum a Manuele Pignono an. MCCCCLI. excitati. In eo enim Episcopus permittit, ut in domo coemta Oratorium Disciplinantium instituatur, ut *in eo orationes, ceremonias, officia sacra, rogationes, et disciplinas faciant*: Missas vero ab Archipresbytero, vel Praeposito, iisque distentis a Vicario eorum, vel a quolibet legitimo Sacerdote ex eorum licentia celebrare curent hac lege, ut de oblationibus fidelium, quae in Missa fierent, medietas Archipresbytero, medietas Confratribus divideretur, et libra cerae mensae Episcopali solvatur. Quod pensum, Canon appellatus, non tam in signum subjectionis, quam ad fidem legitimae fundationis perpetuo faciendam fuit inductum. Hoc adeo verum est, ut in fine saeculi XVI. cum vix aliqua Laicorum sodalitas regulas haberet suas, Apostolici Visitatores omnibus pene Diocesis Confraternitatibus praescripserint, ut sibi S. Catoli regulas comparatarent, ad quarum normam sua reformarent officia, ac praecipue iis ubique interdictum uti quibusdam *inconditis cantilenis*, ac *nullius auctoritatis*, quae in suorum officiorum celebratione canere solebant.

Explicatis iis, quae ad hujus regulae auctorem dignoscendum conducere poterant, nunc opus est, ut aliquid de illius in hanc Civitatem prima introductione disseram; ea enim cognita facile quoque erit intelligere, quando in Diocesi fuerint quoque propagatae. Ecclesia S. Antonii, in qua haec sodalitas instituta, quae titulum ei contulit, ex vetustissimis Civitatis habebatur: ob calidi fontis vicinitatem apud eam pro pauperibus infirmis balneum fuerat constructum, cujus administratio a Capitulo Aquensi Capellano erat concredita. Anno MCCCLXVIII. adhuc hospitale S. Antonii de balneo nuncupabatur, quam appellationem mutatam jam reperi in charta anni MCCCCXVII. descripta in protocollo Boni Johannis Tabul. Episcopalis, ubi Ecclesia, ac *Hospitale Verberatorum* nominatur. Hanc mutationem inductam fuisse reor versus finem saeculi XIV. Paradinus enim in Sabaudiae Chronicis, aliique memorant an. MCCCXCII. ob pestilentias, aliaque portenta totum pene Pedemontem ad poenitentiae opera animum adjecisse, atque in omnibus pene Civitatibus populares sacco indutos processiones ad sacratiora templa instituisse, atque piis operibus, orationibusque se totos applicuisse. Quid vero facilius quam ut, si par religionis, ac Dei placandi studium Aquis quoque fuerit excitatum, et Ecclesia S. Antonii, quae in meditullio Civitatis posita erat, ad pia haec opera perpetuo colenda fuit publica auctoritate electa? Profecto adeo apud cives bene illa audiebat, ut in generali totius Civitatis consilio an. MCCCCXVIII. XXIX. januarii coacto *bona immobilia Verberatorum Congregationi* (unica adhuc in Civitate) legata, pro quibus solvi consueverat pro lib. XII. registri, fuerint ab omni talearum onere exemta.

At jam tempus est vela contrahere, ac quae fusius dicta summatim exhibere. Ex superio-

Digitized by Google

ribus constat ante Verberatorum sodalitates alias extitisse, quae si propiie loqui volumus non sodalitates, sed fratrias, sive fraternitates dici debent ad posteriorum distinctionem. Illae enim erant fidelium coitiones ad opera poenitentiae verberationes, processiones, cantus, cujus rei gratia peculiari veste sacco scilicet, et fune induebantur, ac oratoria piorum exercitiorum causa habebant. Antiquiorum autem illarum fratriarum alia mens, alius finis: sibi enim praestituerant primorum Christianorum concordiam, ac charitatem aemulari, quibus *cor unum, et anima una*, uti Narbonensis Archiepiscopus asserebat. Voluerunt siquidem, ut qui societatem profiterentur se sui fratres reputarent, ac essent, ac mutuam opem in necessitatibus, in infirmitate, in omni vitae officio, in ipsa morte sibi invicem praeberent, ac non solum in pauperes effusi, sed et in omni religionis cultu erga Praepositos, ac Sacerdotes propensi. Catebat equidem peculiari habitu, forte etiam Ecclesia, habebat tamen suas leges, pia officia, legitimam auctoritatem. De ea jam ab initio saeculi octavi ad haec usque tempora, testimonia habentur haud interrupta saeculorum traditione earum duratione ad nos derivata. Quae cum Muratorius haud fuerit assecutus, nil mirum proinde si dubitaverit, an antiquae Confratriae, quas ante Verberatorum institutionem legerat, a subsecutis sodalitiis similes, vel dissimiles fuerint, et utrum posteriora ista an. MCCLX. inducta veterum illarum fuerint renovatio, an vero diversarum prorsus prima aliqua institutio (a). Ceterum cum vetustate senuissent, ac segnius charitatis opera exercerent, paullatim abolitae, ac eorum officia, ac bona ad recentiores Verberatorum Confraternitates traducta, vel piis Caritatis Congregationibus unita.

De S. Guidonis Episcopi Aquensis vita.

Inter tam multa, tamque honorifica Aquensis civitatis inedita documenta S. Guidonis vitam praetermittere religio fuit. Vir enim fuit et sanctitate, et prudentia saeculo XI. clarissimus, eratque optandum, ut ejus antiqua historia e tenebris, ubi hucusque latuit in publicum proderet. Bollandistae, qui nunquam satis laudando instituto adeo in actis Sanctorum illustrandis adlaborarunt, triplicem hujus Episcopi vitam prae manibus habuerunt, unam cui titulus *Brevis Translatio*, alteram quae a Laurentio Calceato an. MDCVIII. composita ferebatur, tertiam vero Dominici Nani a Mirabello versibus latinis. Primam quam et antiquitate, et sinceritate aliis praestare putarunt, brevibus notis illustratam reliquis dimissis ediderunt. Fatendum tamen viros ceteroquin doctissimos lapsos in hac re fuisse aliorum, quorum usi sunt opera vel negligentia, vel imperitia deceptos.

Nobis vero cum sors obtigerit Ecclesiae Aquensis Tabularia evolvere, eaque diligentius scrutari, et illud felicius evenit tres invenire codices, ex quibus accuratius, ac certius de iis judicium ferre datum est. Primus, qui occurrit, fuit codex membranaceus in 4. caracthere Gotico vulgo dicto, sed amplo, ac perspicuo qualis saeculo XIV. in usu erat pro libris publicis Ecclesiae officiis destinatis. Sic autem in primo ejus folio legebatur. *Iste liber est Ecclesiae Catedralis S. Mariae de Aquis. Illum librum fecit scribi frater Jacobinus de Aquis ex Ordine fratrum Praedicatorum ad honorem Jesu Christi, et B. M. Virginis, et B. Dominici,*

(a) *Pii isti Laicorum coetus rariſſimi occurrunt, & etiam fortaſſis a ſubſecutis ſodalitiis diſſimiles in multis erant, uſque adeo ut ſi quiſquam contendat circiter annum MCCLX. inſtitutionem illorum, ſive renovationem eſſe ſtatuendam certe me ſibi adverſantem non ſit habiturus. Murat. T. VI. diſſ. 75. l. cit.*

Digitized by Google

et B. Petri Martyris, in quo continentur legendae Beatorum Dominici primi fundatoris Ordinis Praedicatorum, et Petri Martyris ejusdem Ordinis, et illum dedit Ecclesiae S. Mariae Catedralis de Aquis tali conditione quod celebrent festum B. Dominici, qui est quinta die intrante augusto, et B. Petri Martyris, quod est secunda die exeunte aprilis, de B. Dominico faciant festum novem lectionum, de Beato autem Petro Martyre faciant festum trium lectionum, quia est tempore Paschali. Quicumque vero de hoc libro aliquid raserit, vel litrum furatus fuerit, anathema sit ipso facto, quam sententiam dedit Aquensis Episcopus. Post legendas S. Dominici, et S. Petri Martyris, quorum prima praefert auctoris nomen Fr. Constantini Ord. Praedic., secunda ven. Fr. Thomae de Lentino Patriarchae Hierosolimytani (1) adjunctum fuit officium coronae Jesu Christi, in cujus lectionibus traditur modus, quo S. Ludovicus Galliarum Rex eam sibi comparavit. Sequitur deinde B. Vidonis vita, quae a nobis nunc primum editur in viginti, et amplius capita divisa cum ejus liturgicis precibus notis musicalibus distinctis. In fine adnexa sunt excerpta quaedam ex Chronico Viterbiensi, historia de usurpatione Septebrii, destructio Meladii ab Alexandrinis facta. Quae omnia uno, eodemque vetusto caractere sunt conscripta, ac concluduntur hac clausula *omnia ad honorem Salvatoris, et ad protectionem, et conservationem, et ad bonum regimen, et pacificum Civitatis Aquensium.* Cum autem folia adhuc quaedam vacua remanerent, iis recentiori manu saec. XVI. adscriptum Prioris B. Guidonis vitae compendium, cui titulus *Brevis Translatio,* estque eadem, ac illa sub eodem titulo a Bollandistis edita, ac nonnullae aliae notae historicae.

Praeter hunc codicem duos alios obviam habui, in quibus non haec brevis, sed fusior altera Guidonis vita continebatur, alterum membranaceum ad Aquense Capitulum aeque spectantem ad usum chori saec. XIV. conscriptum, in cujus fine fuit illa a quopiam adscripta; alterum chartaceum Tabularii Episcopalis, scripturam sub initio praeteriti saeculi usitatam praeferentem, quem membrana expolita tegebat, in cujus medio litteris majoribus fugientibus tamen ac detritis haec prostabat inscriptio VITA B. WIDONIS EPISCOPI AQUENSIUM AUCTORE LAURENTIO CALCEATO AQUENSI CIRCA ANNUM DOMINI MCCLX. Duas itaque B. Guidonis vitas nobis exhibent Aquensia Tabularia fusiorem unam, atque antiquiorem, alteram breviorem, ac recentiorem. Illa enim invenitur in veteribus Ecclesiae libris, haec solum in uno, cui recens addita fuit. Ex quibus videtur hoc tuto a nobis affirmari posse de illa locutos fuisse, quotquot de B. Guidonis gestis sermonem instituentes ad acta Ecclesiae Aquensis, vitam, codicem, historiam, legendam provocabant, uti fecerunt recentiores Crova, Pedroca, Ferrarius, et ex antiquis Fr. Jacobus ab Aquis, Oddo Bellingerius Episcopus in Catalogo, aliique veteres Scriptores (2). Et sane praeterquamquod haec sola in antiquis membranis Aquensibus reperitur, ex ipsa haud infirma sumi possunt argumenta ad hoc idem comprobandum. Scriptor vitae ubi civitatem Aquis laudibus effert, se Aquensem prodit, itemque Canonicum cum scribit fratrum Canonicorum precibus ad eam scribendam exstimulatum; atque haud longe ab ea, qua sanctus Episcopus floruit aetate abfuisse indicat aperte, cum de fontibus, ac locis unde petiit eorum, quae scripsit, argumenta loquens, ait, se ista diligenter inquisivisse a patre, patrem vero didicisse ab avo suo; ex quibus infertur tres solum, vel

(1) Prima edita fuit ab Ecard in Tom. I. Script. Ord. Fr. Præd., secunda a Bollandi continuatoribus.
(2) Vita di S. Guido MS. solatia Eccl. Aq. MS. Catal. SS. Ital. ad diem II. junii. V. par. II. col. 342. lin. 2.

quatuor intermedias generationes ab eo ad ipsum interfluxisse. Quae sane optime conveniunt cum laudata Episcopalis codicis inscriptione, quae vitae auctorem ad an. MCCLX. refert. Accedit hoc aliud argumentum. Meminit auctor Niceae Palearum, quae initio saeculi XIII. an. MCCXX. fuit aedificata, alias vero laudatur haec legenda a fr. Jacobo de Aquis, qui sub finem ejusdem saeculi floruit. Manifestum ergo videtur vitam medio illo tempore fuisse conscriptam. At Laurentiine Calceati, uti supetior habet Episcopalis codicis inscriptio, an alterius, Constantini scilicet, ut in notis ad ejusdem vitae prologum animadverti, opus erit? Puto Laurentii Calceati. Quamvis enim codex ille, et inscriptio illa non multae sit antiquitatis, attamen ex diligentia, qua ille scriptus est, verisimile fit ex antiquiori aliquo desumtum. Quando autem, et qua de causa hoc contigerit, colligi potest ex quadam annotatione, quam in primi membranacei codicis fine reperi. Licet enim magna ex parte sit abrasa, nonnulla tamen adhuc supersunt, ex quibus intelligi datur an. MDLXXVI. B. Guidi vitam ex codicibus Capituli exscriptam, et ad S. Pium V. Romam transmissam, ut videtur, ad officium proprium impetrandum, quod effici haud potuit, ex eo quod nonnulla parum probabilia in ejus initio contineri visa sunt, neque ceterorum satis aliunde confirmaretur auctoritas. Cultus itaque, ac sanctitas approbata: officii vero proprii concessio dilata, prout in quibusdam Ecclesiae Tabularii chartis annotatum reperi. Quidni ergo dici possit hisce temporibus illam ex vetustis codicibus Ecclesiae, in quibus auctoris nomen authenticum haberetur, exscriptam fuisse? Accedit Calceati familiam inter Aquenses antiquissimam esse, uti apparet ex Chartulario Alberti Episcopi saepius in prima parte memorato, in quo ad an. MCCXX. Henrici Calceati an. MCCXXXII. MCCXL. Gulielmi Calceati de Aquis fit mentio. In quodam regesto Ecclesiarum Diocesis Aquensis saec. XVI. in eodem archivo asservato asseritur filios quondam Petri Calceati patronos fuisse Altaris SS. Angelorum de Aquis. Potuit itaque quidam Laurentius ex eadem familia sanctissimi Ecclesiae suae Episcopi gesta scribendi onus suscipere. Neque obest recens illa in memorato prologo *Constantini* superscriptio. Cum enim aliquis aegre ferret auctoris nomen in prologo desiderari, et putaret eundem esse, qui primam in codice vitam composuerat, Constantinum nempe Ord. Praed., ac S. Dominici laudatorem, proinde in eo scripturae loco, ubi Calceati nomen evanuerat, inseruit *Constantinum*, uti novus caracter a Longobardico quo scriptus codex admodum diversus perspicue ostendit. Ex hisce itaque constat quantum a vero aberraverint Bollandistae, cum fusiorem hanc vitam saec. XVII. foetum esse arbitrati sunt, eamque proinde alteri postposuerunt.

Nunc superest ut de brevi illo vitae compendio, cui titulus *Brevis translatio* statim post vitam a me rursus typis editio, atque notis a Bollandistis illustrato verba faciam. Eadem summatim continet, quae in vita latiori sermone exponuntur, ac perfecte cum altero Fr. Jacobi compendio congruit. Auctor illius videtur fuisse Ludovicus Brunus Episcopus Aquensis, de quo superius. Argumentum peto tum ex hujus erga S. Guidonem peculiari ob receptam valetudinem devotione, quam in Sinodo publice testatam voluit, cum festum cum octava in tota Diocesi celebrari jussit, tum ex elegantiori stylo, quo est scripta, ac ex annotatione, quae in fine ejus vitae extabat, ac tota pene deleta postmodum fuit, in qua una legi adhuc potest nota anni MD. VII. septembris, quo tempore Ludovicus Aquensem regebat Ecclesiam. Cujus autem sint additamenta historica ad finem utriusque vitae a me edita incertum omnino, sincrona profecto manu fuerunt adjuncta. Quae ex Gotifredi Viterbiensis Chronico refert, diligenter investigavi.

Digitized by Google

in editione, quam Muratorius inter R. I. Scriptores T. VI. p. 347. paravit. At quae de S. Guidone in meo hoc fragmento habentur, ibi prorsus desunt: nisi forte contineantur in *Speculo Regum*, *et Genealogia Imperatorum*, quod adhuc MS. in Imperiali Viennensi Bibliotheca asservari Muratorius affirmat. Fieri etiam potest, ut aliquis in margine Chronici Gotifredi quo ipse utebatur, hoc B. Guidonis elogium adscripserit, quod a sequiori lectore fuerit pro gemino Gotifredi foetu in textum receptum, atque in hunc codicem translatum.

Post Laurentium Calceatum, quem primum gestorum suorum laudatorem nactus est Beatus Vido, Fr. Jacobus Aquensis breve ejus vitae compendium scripsit, quod vide col. 141. §. *Tempore.* Hoc integre cum Calceati legenda consentit eo excepto, quod ubi Calceatus Guidonem asserit Rodulfi Regis temporibus natum fuisse, hic Henricum Regem rectius substituit; qua autem ratione prior lectio intelligi possit in notis explicavi. Integro et amplius a Jacobo seculo Ludovicus Brunus Episcopus Aquensis fusiorem Calceati vitam contraxit titulo ei praefixo *Brevis translatio*, quam Bollandistae ceteris praetulerunt; atque ego edidi col. 109. Praeterea Dominicus Nanus a Mirabello eodem prope quo Ludovici aevo beati Vidonis historiam latino carmine descripsit, cujus sequentes versus et quidem ut erat auctoris praestantia, haud inelegantes speciminis gratia exhibuerunt Bollandistae.

Hanc satus Aenea Trojano condidit urbem
Sylvius, atque illam proprio de nomine dixit etc.

Quibus versibus de origine Aquensis Civitatis Calceati sententiam recitavit, de qua vide meas posteriores notas. Duos autem solum superiores versus dederunt Bollandi continuatores non integram vitam, tum quia uti fatentur mutilum nacti sunt codicem, tum quia nihil in ea contineri ipsis visum est, quod non aeque in alia *Brevi translatione* quam ediderunt luculentius haberetur.

Meminit hujus vitae C. V. Malacarnes in libro: *Medici e Cerusici* pag. 90., et .... qui a se in quodam codice repertam testatur, in quo exscriptor notaverat typis jam editam Ticini anno MD. Cum hanc neque MS., neque impressam videri mihi contigerit, nil praeterea addere possum. Solum animadvertam dictum a Mirabello, quod est illustre, atque antiquum Aquensis Diocesis oppidum uti ostendunt ea, quae Jacobus Aquensis col. 171. § *Audiens* habet, a Civitate Aquensi non nisi tribus, vel quatuor miliaribus distans. Tametsi enim vulgari sermone Murbellum vocetur; attamen Mirabelli nomen in antiquis membranis retinuit. In omnibus enim fere quas ante sec. XIII. chartis, inveni semper Mirabellum nuspiam Murbellum legi descriptum, uti videre est in parte I. *Mon. Aq.* col. 27. lin. 31. col. 59. lin. 12. col. 66. lin. 40. col. 83. lin. 37. seculis vero posterioribus frequenter *Murbellum* raro *Miribellum* saepe etiam Mirabellum nominatum, ut vidi par. I. col. 238. lin. 18. col. 325. lin. 35., aliisque apud me chartis, quas brevitatis causa praetereo videre est. Ex quo etiam cognovimus qua de causa Episcopi Aquensis vitam describere susceperit. Ea tempestate maxima colebatur S. hic Episcopus religione: Ludovicus antistes in Sinodo ejus festum summa celebritate per totam Diocesim celebrandum indixerat an. MCCCCXCIX. Quid pronius Diocesano viro, qui poetica facultate pollebat, quam ad Episcopi sui imitationem, quae hic soluta oratione scripserat, versibus latinis reddere, ac sanctissimum Episcopum de Aquensi Diocesi adeo benemeritum carmine heroico celebrare? Quod anno sequenti praestitisse ex libro Ticini tunc edito, atque a Malacarne memorato colligitur.

Neque tamen putandum est ab hoc solum tempore excitatum in Dominici Nani pectore eximii hujus erga B. Vidonem Religionis studium. Multo enim ante cum Aquis humaniores litteras profiteretur suis oculis conspexerat quanta Aquenses honoris, ac reverentiae signa ipsi exhiberent. Anno enim MCCCLXXXVI. XII. decembris communi Consulum suffragio ad publicum latinae linguae magisterii munus exercendum fuit adscitus, uti ex actis in tabulario Civitatis adservatis, in quibus ipsi jubent Dominico Nano de Mirabello *solvant scholares latinantes florenos II., de Donato flor. I., de Psalterio sol. VIII.* In docendi officio ei suffectus Petrus de Monte Barutio, huic vero Matthaeus de Comitibus Papiensis. Dolui autem me non invenisse in eodem tabulario acta Civitatis (vulgo *Convocati*) pro ultimis hujus seculi annis, quibus iterum Dominicum nostrum Aquis humaniores litteras docuisse mihi facile persuadeo.

Post Nanum de Mirabello sub initium seculi XVII. Filippus Ferrarius Alexandrinus in sue Sanctorum Italiae Catalogo edito Mediolani apud Hieron. Bordonium an. MDCXIII. in 4. pag. 337. ad diem II. junii. breve compendium inseruit vitae B. Guidonis, quod ut ipse in fine annotavit *extraxit ex quodam MS., et antiquis lectionibus Ecclesiae Aquensis, quae emendatione* indigent, quo nomine Laurentii Calceati *legendam* indicavit. Usus autem est codice a superioribus diverso; ubi enim isti in fine proloquii *de origine familiae* B. Guidonis habent virisse anno Christi MXXVIII., ille, quo Ferrarius utebatur, legebat natum fuisse, quod manifesto falsitatis vitio laborat, ut proinde, quas ipse ad hanc rem observationes congessit, eas sponte corruant.

Post Ferrarium Felix Crova Casalensis, ac S. Guidonis in sede Aquensi decessor novam vitam eleganti, ac vulgari oratione composuit, quam in decem capita distribuit, quorum primum de certitudine sanctitatis B. Guidonis, II. de ortu ejus, III. de studiorum profectu, IV. de reditu in patriam, V. de illis quae ei acciderunt postquam a suis agnitus fuit, VI. de spiritualibus exercitationibus post adeptum Episcopatum, VII. de ejus testamento, VIII. de obitu, IX. de miraculis ab eo patratis, X. de antiquo ejus in Civitate, ac Diocesi cultu. Tres eis praefationes adjunxit unam Civitati, cui opus dicavit, alteram, et tertiam Lectori, quae duae ita differunt, ut in prima varias corporis translationes innuat, ac aedificandae Capellae votum jam dudum a civibus emissum, in altera generales historiae fontes indicet, materiae praestantiam, ac operis difficultatem. Miratus mecum saepe fui hanc vitam licet haud ignobili stylo conscriptam nuspiam typis editam fuisse. Multo enim praestabilior fuisset, quam ejus compendium, quod latino idiomate, et prout ea ferebant tempora turgido stylo in paucas paginas capitulatim confecerat quidam Garbolinus Rethoricae professor in Civitate Aquensi, ediditque Alexandriae anno MCDCLXXIII. typis Jos. Stramesii paginarum 22. in 12. sub hoc titulo: *Antemuralis, ac tutelaris Aquensis urbis in Monteferrato gloriosi S. Guidi olim Episcopi vita brevibus enunciata expositore I. U. D., ac Theologo DD. Johanne Antonio Gajetano Gerbolini de Taurino publici gymnasii Aquensis de Rethorica lectore hausta ex scriptis Ill., et Rev. DD. F. Felicis Crovae jure Episc. Aq., et Comitis.* Dicata autem fuit D. Guidoni a Porta Canonico Cathedralis Eccl. Aq., ubi ejus laudi attribuit, quod Taurini lauream in utroque jure adeptus fuerit, laudatoremque habuerit Emmanuelem Philibertum Pancalbum primarium lectorem, ac Equitem Sanctorum Mauritii, et Lazari. Singularia plane sunt quae in Aquensis hujus familiae commendationem extollit. Haec porro sunt, quae de B. Guidonis vita ad nos perveuerunt commentaria: neque enim vacat illos commemorare, qui obiter solum, ac levi calamo ejus gesta attigerunt, uti Ughellus, et Au-

Digitized by Google

gustinus ab Ecclesia in Episcopis Aquensibus, Podroca Episcopus Aquensis in libro MS. *Solatia Aquensia*, Britius Episcopus Albensis in Vol. II. MS. *Ecclesiae occidentalis*, Ainardus, Camillus Beccius, auctor vetustissimus dipticorum Aquensium MS., aliique, qui breves Aquensium Episcoporum catalogos cum perstricta ad singulos gestorum narratione composuerunt. Sed de his nihil est, ut plura dicamus. De illis enim alias in ejus vita sermo redibit.

De Chronicis Monferratensibus, Salutiensibus, et Aquensibus.

Antequam ad singulorum Chronicorum, quae in hac II. parte in publicum prodeunt, praefationem accedam, aliquid mihi generatim dicendum videtur de quibusdam historicis libris, quorum materia cum ea, quam pertractandam in hoc opere suscepi, admodum est consentanea, quosque in harum rerum investigatione detegere sors tulit.

Ex illis nonnulli adhuc extant, alios frustra desideres, juvabit tamen scire olim extitisse. Aliqui de rebus agunt ad Marchiones Monferratenses, alii ad Salutienses, reliqui ad Aquensis Diocesis oppida, vel Civitatem spectantibus. Monferratensium Marchionum historiam versant Chronica duo Galeoti de Carreto, soluta unum oratione, alterum versibus italicis octavis rithmis uti dicitur conscriptum. Hieronymus de Medicis Advocatus Ducis Mantuae in informatione pro causa Montisferrati an. MDXLV. Mantuae typis edita non solum illorum testimonio usus est ad suae causae praesidium, verum etiam aliarum historiarum, et chronicorum notitiam ingessit, quae frustra apud alios requiras. Sic nonnulla probat ex quibusdam *Memoriis Antiquitatum* extractis ex archivio Casalis, quas alibi citat sub hoc altero titulo *Copia Antiquitatum*, neque aliud fuisse puto, quam veterem quamdam Chronicam, uti ex locis productis apparet: profert etiam *librum antiquum manu Michaelis Notarii, in quo notata sunt nonnulla antiqua, inter cetera arrestatio Johannis in castro Taurini die V. januarii ann. MCCCXLIV., et stetit XII. menses cum dimidio, item die VI. januarii positus fuit campus ad Clavasium per Ducem Sabaudiae.* Librum hunc in Mantuae Ducali archivo extare existimo non tam ex causae natura, quam ex civitate, qua scribebat Hieronymus, in cujus archivum eo tempore quotquot documenta causae Ducali favere Jurisconsulti putarunt, ex omnibus Montisferrati tabulariis illatum fuit. Cum enim documenta extra Civitatem posita retulit, locum indicavit, uti superius in libro antiquitatum fecisse animadverti, quod cum fuerit ab ipso hic praetermissum, argumento est non aliunde nisi apud sui principis tabularium istud extitisse.

Johannes Andreas Iricus Tridinensis, cui illustrandarum patriae antiquitatum et ardens studium, et commoda plura Mediolani adfuerunt, duo Chronica Damiani de Deatis, et Vulpis de Blanzate, qui ambo Secretarii Marchionalis munere fungebantur, paucorum licet annorum seriem complectentia penes se habebat, uti ex ejus epistola didici an. MDCCLIX. die XII. decembris. *Ho io presso di me due piccole Croniche parimenti MSS., ma comprendono la serie di pochi anni, ed una è di Damiano de Deatis, l'altra di un certo Volpe di Bianzate ambi Secretarj Marchionali.* Anonimum aliud de rebus Monferratensibus in membranaceo codice caractere Longobardico apud V. C. Carolum Deninam vidit I. C. Mathaeus Boccaccius. In catalogo chartarum Salutiensium, quae in Tabulario Gratianopolitano habebantur, duae nominantur Genealogiae antiquitus conscriptae, quarum altera sic ibi inscribitur *Genealogia Aledrami, et Marchionum Monferratensium*: altera vero hoc modo *Membranae continentes Aledrami Genealogiam an. MCCCCVIII.* Has ego Genealogias interpretor fuisse non nudis no-

Digitized by Google

minibus contextas, sed cum historica eorum, quae quisque ex Marchionibus gessit explicatione ampliore, vel breviore prout scriptori arrisit, vel necessitas, pro qua confectae expostulavit; quemadmodum videmus in *Genealogico arbore* Jofredi ab Ecclesia (sic enim suam historiam inscripsit), et in alia anonima, quae in hac parte col. 252. edita a me fuit. Antonius Guainerius, qui saeculo XVI. floruit Chronica Monferratensia memorat, quae qualia sint, indictum voluit; sic enim loquitur in tractatu de Balneis an. MDLIII. Venetiis apud Junctas. *Verum toties haec misella Civitas eversa est, ut tam Silvae, quam Silvestriae nominibus abolitis antiquum solum Aquis nomen retinuit, quae octingentos jam annos sub ditione super illustris Aledrami familiae Marchionum fuit, interpolate tamen, ut in ipsorum Marchionum Chronicis saepe legi, sed ultima ejus destructio etc. Roberti Regis tempore fuit.* Inter Monferratensia Chronica recenseri possunt duo, quae ad Monasteria in ea ditione posita pertinebant. Primi fragmentum mihi fuit olim a quodam Cavagnolii Communitatis Consiliario ostensum, in quo agebatur de origine Monasterii S. Fidei in eo territorio extantis, quod nunc Mensae Episcopali Aquensi probante Rege nostro in perpetuo fuit a S. Pontifice unitum, ex quo concludi posset ab illius Monachis fuisse conscriptum; ubi autem integrum extet posteritas forte deteget aliquando. Alterius Chronici mentionem feci in parte I. hujus operis col. 24., ubi in titulo documenti sub n. 13. positi illud a Chronico Johannis Abbatis Monasterii Grassani desumtum affirmavi. Unde autem acceperim, in notis posterioribus col. 632. explicavi, nempe ex quadam collectione diplomatica ad Comitum Masini, ac Valpergae familiae illustrationem edita; ubi ad calcem documenti haec erat Notarii autentica probatio: *il sovrascritto ricavo d' instromento di donatione contenuta in una vecchia Cronica MSS. di Gioanni Abbate del Monastero di Grassano è stata da me collazionata. C. Lorenzali Notajo* . . . . . Quanti autem momenti sit hujus Notarii testificatio ex annotationibus, quas ei subjeci, intelligi potest.

Multo plura, eaque egregia, et praeclara extant de Marchionibus Salutiensibus historica commentaria. Cuneense Chronicum, in quo sane multa Salutiensium Marchionum gesta referuntur, vidi in Bibliotheca C. V. Jos. Vernazzae, ejusque fragmentum refertur in MSS. Italico Marchionum Salutiensium Commentario a Comite Carolo Salutio de Paesana praeterito saeculo conscripto, atque in tabulario ejusdem familiae asservato. Neque solum hoc libro MSS. usus est in sua texenda historia laudatus Comes Carolus, alia habuit prae manibus monumenta haud contemnenda. Sic fragmentum recitat codicis, qui inscribitur: *liber generationum Ill., et Excell. Marchionum de VVasto, deinde Salutiensium P. Michaelis Madeae O. F. P.* notus etiam scriptori historiae Gallicae Delphinatus uti constat ex parte II. col. 596. hujus operis; Commentaria etiam Gabrielis, et Augustini Bucci de Marchionibus Salutiensibus; item anonimum librum *de gestis, ac sepultura Amedei Cardinalis ex Marchionibus Salutii*; notas etiam historicas a Com. Johanne Andrea de Salutio versus finem saeculi XV. conscriptas. Et haec quidem omnia ad Salutiensium Marchionum historiam pertinent, quibus si addatur Jofredi *arbor Genealogica*, cujus antiquissimum extat exemplar in tabulario Comitis de Paesana; alterum vero apud C. V. Comitem, ac Praesidem Platznert maxima cura ab illo, quod ad Pingonem spectabat exscriptum; demum Chronicon Abbatiae S. Dalmatii de Pedona, cujus fragmentum recitavit C. V. Jac. Durandus Rationalis Curiae Collateralis in Pedemonte

Digitized

Cispadano; aliaque MSS. commentaria unum cujusdam Fiae Salutiense, alterum Carmagnolian a C. V. Comite Felice Durando a Villa possessa, egregia sane habebitur Salutiensis historiae parata suppellex.

Sed jam ad historicos Statiellensis historiae fontes est properandum. C. V. Felix Durandus a Villa Regiarum Fisci expensarum Consiliarius, de quo supra, non sine maxima laudis significatione facta est a me commemoratio, in praeclarissima sua Bibliotheca MSS. servat Can. Gulielmi Schiavinae amplissimos Alexandriae annales non tam elegantia latini sermonis, quam documentorum cujusvis generis copia praestantes sub finem seculi XVI. ab ipsomet auctore conscriptos. Extat Alexandriae in tabulario Marchionis Ghilini opusculum latinum historiam continens annorum MCCCCXCVIII-IX. inscriptum *Biennium luctuosissimum etc.* MS. a Johanne Jacobo Ghilino compositum. Librum in quo Niciae Palearum origo narrabatur in domo Jacobi a S. Maria inventum, atque a se exscriptum prodidit Johannes Tavella, qui sic habet in brevi hujus MSS. Civitatis historia: *e questa edificazione di Nizza fu principiata nel MCCXXXV. secondo si trova notato in un certo libazolo trovato in casa di Messere Jacomo de S. Maria, qual fu trascritto di mia mano per servar memoria.* Quando autem haec Tavellae historiola fuerit scripta, intelligimus ex Catalogo chartarum tabularii Niciae an. MDLXXXIV. confecto, in quo illa sub hoc titulo describitur. *Copia della Cronica, ed edificazione della presente terra di Nizza con espressione delle cause, ed autori della detta edificazione di certo Tavella.* Pristinum hoc exemplar periit, quod vero circumfertur mutilum est, et forte interpolatum, uti ex hac inscriptione innotescit. *Copia di Cronica dell' edificazione di Nizza ritrovata ne' scritti del sig. Gio. Tavella di sua mano scritta, ed in molti luoghi da me non intesa, nè ancor finita.* In Bibliotheca Conventus fratrum Capuccinorum extra Niciae muros amoenissimo coelo constructi extat antiqua relatio itineris Caroli VIII. per Italiam, aliaque nonnulla ad Niciae historiam pertinentia. Possem hisce addere breve, ac satis elegans commentarium oppidi Cassinarum a quodam Oddone fine sec. XVI. confecto, quod in hoc volumine edidissem, nisi in animo foret illud cum aliis quibusdam ad illud oppidum spectantibus conjunctim proferre. Praetereo hic recentiora scripta I. C. Johannis Francisci Sburlati de Montisbarutii descriptione, et alia quaedam de oppido Ponzoni, Castrinovi Burmiae levia sane, ac exigua, ut gradum faciam ad veterum civitatis Aquensis Annalium notitiam prodendam.

Omnes pene auctores, qui de rebus Aquensibus scripsere, ad annales hujus Civitatis provocant, quod nescio an eadem alteri cuipiam ex subalpinis Civitatibus sors contigerit. Ut a recentioribus incipiam, Aug. ab Ecclesia in sua Pedemontis MSS. descriptione tit. de Aquis ait illos, qui prodiderunt Monasterium S. Petri de Aquis a Luitprando aedificatum ex Chronicis Civitatis hausisse. Lucas Probus Blesi in lib. *Aqui città antica del Monferrato* an. MDCXIV. Terdonae typis Nicolai Violae edito, dum refert pulsis Longobardis Aquas Civitatem solis Imperatoribus subjectam, a reliquis vero liberam mansisse, ad Civitatis chronica se refert his verbis: *dopo lo scacciamento de' Longobardi la Città per quello, che si vede nelle Croniche di essa restò libera, e soggetta solo all' Imperatore.* Aurelius Scassi Aquensis in latino de Balneis tractatu ejusdem Violae typis edito an. MDCXII. cap. I. cum narrasset Aquas suam olim virtutem ex Dei voluntate amisisse ob prohibitos a Balneis pauperes, leprosos, et aliis contagiosis morbis vexatos, quam denuo post interdictum revocatum totius populi precibus

Digitized by Google

secuperarunt, ut narrationem auctoritate confirmet ad annales provocat, *ut in ejus annalibus legitur*. Antonius Guainerius libro superius citato cap. I. scribit, *ea enim Aquis Civitas illius antiquissimi Comitatus caput est, et quia aquae illae calidae innumerabilibus aegritudinibus subveniebant, Aquesanae antiquitus nominabantur; et ideo Aquesanae Comitatus* dictus est. (de hac appellatione vide notas post col. 755.) *Fuit haec tam antiqua Civitas a Silvio primo Latinorum Rege condita, ut in ejus annalibus legi, et tunc Silvia dicta est.* Ad Chronica Aquensia provocat Leander Alberti in sua totius Italiae descriptione Bononiae conscripta, ac Venetiis edita 1567. fol. 383. his verbis. *Già fu molto nobile e ben popolosa questa Città come si vede nelle Croniche di essa.* A quibus autem eorum acceperit notitiam, quae de Aquarum civitate scripsit, Blesius indicavit in libro superiori. Publice eo tempore in Bononiensi archigymnasio juris civilis libros interpretabatur Johannes Crottus multis editis libris clarissimus. Hic utpote Aquensis, ac rerum patriarum callentissimus Leandrum Civitatis suae historiam edocuit. Cum autem Crottus in suis libris non *Aquensem* se inscribat, sed *Monferratensem*, ideo Blesius, ne quis inde de praedictis causam dubitandi sumeret, advertit ipsum odio in patriam suam, quae ex Bononia redeuntem minus honorifice, uti sibi par esse videbatur, susceperat, Monferratensem potius, quam Aquensem se dixisse. Profecto Crottae familiam Aquensem fuisse se suadent acta Curiae sub Episcopo Thoma de Regibus agitata. In iis enim ad annum MCCCCLXXVII. occurrit bis terque nomen *Arnaldi Crottae civis Aquensis Panni mercatoris, ac tinctoris*, cujus filius esse potuit Johannes, qui Crottae humile nomen apud suos in Crottum mutaverit.

At haec recentiora. Antiquiores adeamus scriptores. Bencius Alexandrinus, qui initio saeculi XIV. floruit, de hujus Civitatis antiqua prosperitate loquens eam confirmat ex Chronicorum ejusdem sententia, *ut eorum testantur Chronicae*. Quod sane Bencii testimonium maximi faciendum puto, eo quod demonstrat operam ludere illum, qui contenderet non alios esse annales istos, sive Chronica Aquensia, quam illa a fratre Jacobo composita, atque a me in hac secunda parte producta. Quamquam enim ad hanc opinionem refellendam satis esset animadvertere, ea quae a praenotatis scriptoribus narrantur in Jacobi Chronico fere omnia abesse; attamen si quis illud solum consideret, fratrem Jacobum eodem quo Bencius aevo floruisse, difficultas omnis evanescet. At neque hac observatione licet optima, uti est necesse, cum ipse Jacobus in suo Chronico profiteatur se, quae de Aquensi Civitate scripsit, ea tradidisse *secundum antiquas ejus historias, et Chronica*. V. fol. 15., et 79. Regii Codicis. Ad veritatem proprius ille accederet, qui putaret Annalium Aquensium parentem esse Oddonem Bellingerium, nisi eadem difficultas obesset, eodem nimirum hunc, quo Jacobus, et Bencius saeculi initio floruisse. Cum deperditi annales illi sint, in tanta antiquitatis obscuritate vix conjecturae locus dari potest. Antonius Astesanus in historia Astensi versibus latinis composita, cui titulus *de varietate fortunae* a Muratorio vulgata R. I. Scrip. lib. II. cap. V. auctores laudans, quibus ad opus suum texendum usus est, libros Surdi Aquensis commemorat hisce verbis.

Vidi etiam libros, quos scripsit Surdus Aquensis.
Multorum referens, quam plurima gesta virorum.

Fieri hinc posset, ut Surdi nostratis libri partem illorum constituant, quos *Annalium* modo, modo *chronicorum* nomine citarunt veteres. Surdorum familiam Aquensi solo saeculo XIV. haerentem demonstrat charta tabularii Episcopalis in protocollo Guidonis Epi-

Digitized by Google

scopi inserta, qua an. MCCCLXIX. die XVIII. jan. Jacobus ex Marchionibus Incisae Canonicus, ac Vicarius generalis Ecclesiam S. Sixti de Mirabello Andreolo Surdo Clerico in titulum concedit; quod sane indicaret illam hoc tempore Murbelli indigenam extitisse. Quod si Surdi libri diversi a Chronicis Aquensibus erant, laudi tamen huic Civitati erit vertendum, quod praeter Oddonis Bellingetii, Jacobi, et Surdi historias, alios habuerit publicos annales, in quibus cives res suorum temporum gestas posteris tradiderunt. Sed nunc ad singularium Canonicorum illustrationem aliquid est dicendum.

De Chronico Imaginis mundi Fr. Jacobi ab Aquis O. d. Praed.

Ex iis, quae a me proferuntur, ceteris antiquius est Fr. Jacobi Chronicon, de cujus praestantia, antequam sermonem instituam, videtur aliquid dicendum de auctoris genere, ac vitae ratione. Quod sane brevibus efficiam, cum vix aliquis ex veteribus de hoc scriptore nos edocere voluerit, sileantque prorsus Echard, et Quetif in sua scriptorum O. F. P. Bibliotheca.

Prima, quae de eo in monumentis Aquensibus mentio occurrat, uti conjicio, est charta tabularii Capitularis anni MCCLXXXIX., in qua inter testes Notarius recenset *Jacobinum de Belengeriis de Aquis*. Jacobum hunc nostrum esse colligi potest ex tempore, quod cum Jacobi nostri aetate concurrit, deinde ex nomine diminutivo, quod etiam post factam in ordine Praedicatorum professionem semper apud cives suos retinuit, licet cum ipse subscribit *Jacobus* se nominet. Utriusque exemplum habemus, posterioris in codice superius nominato de vita B. Vidonis, et Chronici ab eo confecti, prioris vero in charta tabularii ejusdem, qua an. MCCCXX. Reinaldus Bavosius *praesentibus Fr. Jacobino de Aquis de ordine FF. Praedic., F. Simone de Ciprio Converso ejusdem ordinis*, et coram Aquensi Archidiacono, atque Archipresbytero vendit possessiones quasdam in posse Plaxani Johanni Moyae de Mursasco.

Conversus iste, qui ejus videtur servitio addictus, indicat sane quanti in Religione Jacobus haberetur. Si licet ex iis arguere quae scripsit, studium quod e Chronico elucet ipsum collocasse in nobiliorum Italiae familiarum origine explicanda, videtur innuere ab illustribus parentibus generosam indolem fuisse sortitum, quae sane conjecturam confirmant, quam antea afferebam ex Belingeriorum prosapia ortum habuisse. Recte autem Blesius saepe laudatus animadvertit, quod et antiquis posset illustrari documentis, Bellingerios Aquis nobilitate, et potentia quam maxime antiquis temporibus floruisse; at post excitatas Guelforum, et Ghibellinorum factiones a Bellexiis Civitate expulsos Papiae, Valentiae, Bassinianae sedes fixisse, ac stirpes propagasse.

Ex hac itaque familia, in qua circa idem tempus floruit Oddo Bellingerius Episcopus Aquensis, cujus supra eruditionem, ac libros laudavimus, litteris etiam excelluit Jacobus noster. Et quemadmodum Oddo Gentilis suus decessorum Episcoporum historiam contexere suscepit; ita hic universi orbis, ac Civitatis suae fastos posteris tradere sibi praestituit. Primum vero quod aggressus est opus, videtur esse historia suae patriae, et quidem latino carmine. Quando enim in majori Chronico incidit occasio aliquid de Aquensibus rebus interserere versus adhibet, quod speciatim elucet in fol. 51. R. cod. ubi, cum sibi opportunus videretur locus Civitatis suae historiam describere, vix primo versu delibato stylum abrumpit hoc pacto: *Nunc antiquissimis antiquis, et novis magnificentiis Aquensis Civitatis metrice scriptis, secundum quod traditur in antiquis historiis, et chronicis. De primo nomine. Cis Mare novu etc.*

Digitized by Google

Neque absurdum ea tempestate videbatur historias versibus adornare; nam et Gotofredus Viterbiensis, et Panegirista Berengarii, et Donizzo, et Astesanus, aliique plurimi, uti apud Muratorium videre eas metro scripserunt. Investiganti autem, utrum alicubi extet haec Fr. Jacobi Aquensis historia, occurrit ea in Bibliotheca Bibliothecarum Bernardi Monfauconii, ubi cl. auctor MSS. codices Alexandri Petavii recensens memorat *Fr. Jacobi ab Aquis historiam patriae suae.* In Catalogo Bibliothecae Vaticanae, in quam Petavii codices fuerunt traducti, sic fuit inscripta. *Jacobi de Aquis Minoritae compendium historiae Aquensis, et aliarum Civitatum Lombardiae ex Bibliotheca Alex. Petavii Romae* Plut. 414. 171. 705. Neque cuipiam negotium facessat Jacobum ibi Minoritam nominari non Dominicanum; qui enim veterum codicum aliquam notitiam habent, bene norunt quam frequenter errores in ejusmodi titulis, ac in codicum Catalogis irrepserint. Atque ne a re nostra discedamus, sufficit animadvertere Pingonem in Catalogo auctorum, quibus usus est in sua *Enucleatione arboris gentilitiae*, dum nostratis Jacobi Chronicon majus recenseret, illum inter *Gallos scriptores* adnumerasse; et infra observabimus a Britio Albensi Episcopo Johannem fuisse appellatum, sicuti etiam Bencii Alexandrini codex in Ambrosiana sub titulo Benvenuti ab Imola fuit inscriptus. Quod autem in Gallias historia haec migraverit, facile etiam quisque intelliget, qui sciat quanta scriptorum subalpinae ditionis, et chartarum farrago eo a Gallis, qui tandiu in Pedemonte sec. XVI. dominati fuerunt, sit translata, uti demonstrat inter cetera index codicum, et chartarum, quas prae manibus habuit Charpentierius in suo ad Glossarium Ducangii supplemento. Neque hoc solum dedit suae erga patriam benevolentiae argumentum: aliud etiam superius attuli, cum memini ipsum Ecclesiae Cathedrali quendam membranaceum codicem donasse, in quo vitae S. Dominici, S. Petri Martyris, et S. Guidonis continebantur, ut de eis in ea Ecclesia officium solemniter et perpetuo perageretur.

Alterum aggressus est opus, nempe *Chronicon imaginis mundi*, de quo nunc agimus. Extat autem in codice Chartaceo Regiae Taurinensis Bibliothecae sub n. 589. l. 111. 5. minuto, et implexo caractere. Dividitur totum opus in duas partes. *Prima* continet historiam veteris, et novi testamenti usque ad finem actuum Apostolicorum in compendium contractam, in qua Genealogias Patriarcharum, ac Regum delineavit adscripta ad latus eorum historia. Incipit autem: *Magister historiae scholasticae considerans historiae sacrae prolixitatem tentavit seriem sanctorum Patrum etc.* constat septem foliis, post quae incipit secundae partis index omnium rerum, quae in opere continentur, cujus hoc est exordium: *ut facilius, et magis ordinate inveniri valeant ea quae continentur, et de quibus tractatur in praesenti opere, quod opus intitulatur Chronica libri imaginis mundi, ideo describitur tabula haec, et primo ponetur de pertinentibus ad Deum, et fidem Catholicam, de summis Pontificibus Ecclesiae Romanae, et de evenientibus ipsorum tempore, de sanctis, et miraculis evenientibus a principio fundationis Ecclesiae sanctae usque ad tempora . . . . . II. Tractabitur, ac ponetur de Imperatoribus Romanorum, qui fuerunt post Christi Jesu adventum in hoc saeculo, et de venientibus tempore ipsorum ad temporalia, et secularia spectantibus. III. De Regibus Francorum, et origines ipsorum de Regibus Longobardorum, et quomodo, et quo tempore venerunt in Italiam, et de aliis Regibus multis, de Ducibus, Marchionibus, et Comitibus specialiter Italiae, quomodo etiam, et quando fuerint aedificata multa loca, civitates, et villae maxime in Lombardia, et Pedemontium.*

Digitized by Google

Et primo praemittentur aliqua de aetatibus mundi, et duratione ipsarum aetatum secundum opiniones multorum. Iste index occupat fol. duodecim. Nescio autem unde factum fuerit, ut numeri foliorum in indice designati ad unum quodque caput haud respondeant rebus, quae in opere versantur, ut nunc frustra quis ex hoc Catalogo loca ubi de aliqua re agitur inquireret. Absoluto indice incipit secunda pars. Cui hunc titulum praefixit. *Secunde pars Chronicae Imaginis mundi, quam compilavit frater Jacobus ab Aquis Ord. Fr. Praed. ad honorem Jesu Christi, ac nobilis civitatis Aquis Lombardiae unde oriundus fuit.* Dein *incipit prooemium. Processus clarus, et perfectus veteris testamenti divina mediante sapientia continetur in prima parte ipsius operis, quae prima continet quinque mundi aetates, secundum quod distinguuntur, et dividuntur ab omnibus historiographis Orosio, Paulo, Eusebio, Josepho, Hieronymo, Beda, Pomerio, et Vincentio.* Paulo vero infra in eodem folio *ponamus de quinque aetatibus mundi aliam opinionem scilicet magistri Petri Pictaviensis etc.* In fine autem haec leguntur. *Iste liber, qui intitulatur Chronice imaginis mundi a fratre Jacobo de Aquis Ord. Praed. erat de bonis Fr. Thebaldi de Dyano Conventus Albensis, quam dedit R. M. Lud. de Lura Provinciali Lombardiae, et Conventus Monasterii Revelli una cum Conventu Albensi, qui ipsam volunt esse, et dederunt Conventui Salutiarum gratis, et sponte modo, et sub conditione, ut reponatur in communi libraria ipsius Conventus Salutiarum, qui liber est quaternorum sex, et haec de mandato praedicti R. Provincialis scripsi Eg. Fr. Jacobus de Jenovessi Conv. Salut.* Autographum esse suadet scriptura auctori sincrona, quaedam item annotationes juvandae memoriae causa, ac additiones in margine appositae, aliaeque textus emendationes, ac correctiones.

Ex hac notatione conjici forte posset Fr. Jacobum Albensis Conventus coenobitam fuisse. Hoc enim posito facile intelligitur, cur ad Fr. Thebaldum de Diano Albensis Conventus sodalem Jacobinus codex pervenerit. Neque repugnat historia, nam in notitia conventuum Provinciae Lombardiae initio saeculi XIV. confecta, ac ab Echard et Quetif in *Script. Ord. Fr. Praed.* T. I. pag. 25. edita haec leguntur n. XI. *Albensis: in Alba fuit locus acceptus anno Domini MCCXCIV. Conventus positus an. MCCXCV.* Alibi in eadem notitia n. IV. *Conventus S. Catherinae fundatum, et donatum a D. Bonifacio Episcopo Albensi, ubi fuerunt introductae sorores Domini MCCCV. in adventu Domini.*

Hujus alterum exemplar extat in Bibliotheca Ambrosiana uti Muratorius A. I. M. AE. T. XIX. col. 917. diss. XLIV., et Vernazza praef. ad Chron. Benv. a S. Georgio, ac Tiraboschi in historia litteraria Italiae T. V. pag. 405. edit. Mutinae MDCCLXXXIX. tradiderunt, quorum postremus refutavit Mansi opinionem, qui eundem censuit ac Fr. Jacobum ab Aquino Gulielmi quondam a S. Amore adversarium. Neque enim inter eos adest solum patriae discrimen, sed etiam aetatis. Ille Campaniae in Regno Neapolitano, hic Lombardiae nobili Civitate ortus fuit, uti de se ipso superius profitetur. Ille anno MCCLX. floruit. Hic initio saeculi XIV. Quamvis enim Muratorius scripserit ipsum floruisse anno Christi MCCXCVI.; attamen nemo ex recentioribus ejus est secutus sententiam. Deceptus ipse est ex codice Ambrosiano, cujus cum folia summis digitis attigisset. (Parvi enim momenti scriptorem reputabat, de quo infra), vidisseque quodam loco post Celestinum, sistere auctorem in Bonifacio VIII., hic totius finem operis adesse cogitavit, quo factum est, ut, cum alii ex codice Taurinensi descripto in Catalogo T. II. p. 150. Taurini edito largius historiam Jacobi protrahi cognovissent, putaverint

Digitized by Google

Ambrosianum imperfectum, ac mutilum esse, vel primam solum in eo partem contineri, quo errore litteratos liberavit V. Cl. Bugatti, qui post diligens institutum codicis examen deprehendit cum Taurinensi usquequaque convenire.

At quando hoc opus a Jacobo incoeptum, et absolutum? Quoniam nec Bugatti, nec Tiraboschi quidquam de eo tradiderunt, res erit ex Chronico diligenter inquirenda. Folio 22. R. cod. sic habetur. *Agam de omnibus Imperatoribus usque ad Imperatorem Henricum, qui imperavit anno Christi MCCCX. tempore D. Clementis V. Papae, qui illum in imperio confirmavit, et hoc facto* ait *veniemus ad summos Pontifices Romanos usque ad tempora Johannis XXII., qui fuit statim post Clementem praedictum scilicet anno MCCCXVII.* Haec autem scripsit absoluta jam prima parte, cum jam in latos secundae partis campos ingrederetur.

Opus itaque suscepit initio saeculi XIV.; absolvit vero anno MCCCXXXIV. uti ex textibus a me in col. 170. lin. 19., et col. 175. lin. 7. ejusdem partis relatis perspicuum fit. Post hunc annum nulla amplius de eo mentionem factam inveni. Salutiis fuisse moratum conjici potest non tam ex accurata quarumdam rerum ad eos Marchiones spectantium narratione, quam ex quadam annotatione in margine libri apposita, ubi de situ loci Montisferrati loquens adscripsit *de Salutiis videri*, quae loquendi ratio facilius, ac magis proprie Salutiis actibenti, quam alibi accomodatur. Sic inter libros quibus usus est, unum saepe in margine laudat, de quo infra, quem apud quemdam de Salutiis repererat.

Expositis iis, quae ad auctoris genus aetatem, ejusque opera in genere pertinent, nunc aliquid de auctoritate, quam ipsa merentur, et methodo, qua in excerptis faciendis usi sumus, dicendum a nobis est, ac primum de auctoritate. Liberandus enim denique videtur ab odiosa fabulatoris imputatione, quam ex quibusdam leviusculis erratis toti ejus Chronico adscripserunt haud obscuri nominis viri. V. C. Tiraboschi de majori Chronico, cujus solius notitiam habebat, verba faciens, ait Muratorium in memorata dissertatione fabulosum opus existimasse, ac indignum publica luce. At integram debebat clarissimus hic auctor Muratorii sententiam referre, quae sic habet: *Visum quoque mihi fuit in Bibliotheca Ambrosiana Chronicon Fr. Jacobi ab Aquis Ord. Praedicatorum, quod inscribitur Imago mundi . . . . . Ego quod multis ineptiis, ac fabulis opus illud scateat, stiloque humili, ac barbaro conscriptum fuerit, veluti parum utilem factum suis tenebris reliqui: nonnulla tamen inde excerpi possent suum usum habitura in Italiae historia. Vide Benvenutum de S. Georgio in historia Montisferrati, qui Jacobi istius narrationem de origine Marchionum Monferratensium refellit.*

Tametsi Muratorius in hoc textu parum honorifice de Jacobo loquatur, haud tamen inficiatur ex Jacobo Italicam historiam aliquid emolumenti capere posse, quod silentio praeteriit Tiraboschi. At vereor ne Muratorius consuetam, ac justam adhibuerit ad hoc ferendum de Jacobo judicium diligentiam. Superius enim animadverti lapsum fuisse in Ambrosiani codicis recensione, quam perfunctorie exegisse ipse Tiraboscus ex Bugatti testimonio, quod protulit fateri cogitur. Demus tamen nonnulla ipsum scripsisse fabulosa de Caroli magni gestis, aliisque paucis. At quotusquisque est historicus, qui res a se remotissimas scribens in tanta historiarum incertitudine, ac penuria non fabulas recitet? Fidenter dico haud modica sane pars ex tot historiarum voluminibus, quae edidit, delenda foret, si fabulae ab iis essent omnes resecandae. Si autem historicis adhibetur fides pro iis temporibus, quibus vel scripserunt, vel

Digitized

traditiones sinceriores ad eos promanare potuerunt, quidni et Fr. Jacobo par concedatur auctoritas? Ergone quia scriptor XIV. saeculi fabulas bona fide venditavit in iis, quae ante millesimum gesta sunt; et in sequioribus omnem amittere fidem debebit? non ne Muratorius ipse in multis, quae edidit Chronicis antiquiora, ac fabulosa tempora resecavit, ea solum profitens, quae auctoris aevo erant propinquiora, ac notiora, in quibus haud facile fuisset labi scriptorem.

At ipse, dicet quispiam, excusandus in hac causa videtur, utpote qui in hoc de Jacobo judicio Benvenuti sententiam secutus est. Scio equidem Benvenutum a S. Georgio primum fuisse, qui non sine stomacho in Iacobum calamum strinxit, eumque ut fabulatorem, ac mendacem historicum traduxerit; unde evenit, ut non solum apud exteros, verum etiam apud suos Monferratenses nempe male Jacobus audierit. Injuria tamen. Quid enim peccavit Jacobus, ut adeo culpari a Benvenuto mereretur? Tota ejus culpa in eo versatur, quia tradidit Aleramum Ducis Saxoniae unicum filium, Ottonis Imp. filiam rapuisse, carbonariam exercuisse artem, in Brixiae obsidione pro Episcopo Albinganensi acriter pugnasse etc. At cur haec vitio Jacobo vertuntur, cum Antonius Astesanus in suo poemate eadem prorsus latino carmine circa ea tempora descripserit? uterque ergo fabulatur; at iste ante minutam rei narrationem praemisit rem se ea aetate pervulgatissimam canere: *Quod notum toto pene sub orbe reor.* Adde etiam a Johanne de Mussis in Chronico Placentino; et recentius a Philippo Bergomensi in suo supplemento Chronicorum insertam. Quid mirum itaque si fidem apud antiquiorem Jacobum obtinuerit, cui minora erant et historiae, et chronologiae subsidia? Rem descripsit prout erat eo tempore recepta. Unde autem traditio ortum habuerit, et quae fuerit causa erroris haud ipse potuit investigare. Putavit autem Hieronymus de Medicis in celebri sua allegatione deceptos veteres historicos ex Saxonicae historiae perversa interpretatione. Tradit enim ex Saxonum historia constare Ottonem II. tres habuisse filias, quarum duae in Monasterio professionem fecerant, tertiam vero dum in Monasterio degeret nomine Justam (cor. Juttam) a Ducis Boemiae filio raptam fuisse; adversus hunc arma movisse Ottonem, attamen procerum precibus, ac Juttae supplicationibus flexum Duci pepercisse, eumque in generum recepisse. Hisce quae Hieronymus ex hist. Saxoniae tradidit consonant sincroni scriptores a Leibnitio in collec. Rer. Brunsvicensium T. I. relati. Ex hac historia perperam Aledramo applicata fabulam inde a Jacobo, Antonio, primum scriptam ortum habuisse putat. Quod sane haud videtur inverisimile; ut enim Muratorius in suis Annalibus observavit hisce temporibus saepe evenit, ut verae historiae, quae alicubi contigerant, ad alias familias sub diverso coelo degentes fuerint accommodatae. Quod in Aledramo contigisse ex superioribus intelligimus. Inde fit ut licet erraverit Jacobus, non tamen ut novae fabulae inventor, erit traducendus, uti a Benvenuto factum fuit. Quamquam si Jacobus adhuc in vivis esset, multa sane, eaque ingentia errata posset in Benvenutum retorquere: *neque enim* (utor verbis ipsius Muratorii in praef. ad Chron. Benvenuti) *felicius ipse processit in investiganda origine Marchionum Montisferrati*: at Jacobi partes in hac re egregie adimplevit M. Joseph Malaspina in diss. Epist. ad Saxium T. II. Op. Sigonii, qui et Benvenuto saepe occinit illud poetae, quo hic in Iacobum usus erat, *unde haec emis. ..... ne pudeat dominum monstrare tabernae?* at alia suppetunt, quae illum minus aequum erga Iacobum fuisse persuadent.

Digitized by Google

Quid enim iniquius quam auctorem nominare, ubi lapsus est, in aliis vero, ubi recte sapit, ac fides probatur, ejus nomen praeterire? Ita se gessit Benvenutus. Postquam enim ejus narrationem de Aledramo risu excepisset, genealogiam tamen suam ex Iacobi scriptis tacito nomine concinnavit. Unde enim accepit gradus, quos in primi Aledrami nepotibus apposuit, nisi a Fr. Jacobo, a quo omnes scriptores, ac historici suas de Aledrami familia genealogias acceperunt? Unde hausit Bonifacium II. filium fuisse Gulielmi II., et Gulielmum III. filium Bonifacii II. (p. 20-1.), nisi a fratre Iacobo? Cujus sunt fragmenta Chronici, quod anonimum dicit, cujusque nititur auctoritate pag. 23. lin. 3^a., item pag. 32. in fine, item pag. 26., item pag. 40., sive 41-2., nisi Chronici *Imaginis mundi*, cujus vituperat auctoritatem? Haec sane si Muratorius considerasset, ac cum Ambrosiano codice contulisset, satis erant, ut eum ab iniqua Benvenuti sententia approbanda possent revocare. Addam aliud argumentum, quod convincit nimis praecipiti in Iacobum censura Muratorium usum fuisse. Novit quisque quantum extulerit auctoritatem Placentinorum Chronicorum Johannis de Mussis, quae edidit in R. I. S. T. T. XVI. pag. 441. Hic vero quidquid Jacobus Aquensis de nostrorum Marchionum origine, ac sobole scripsit, ac refertur in col. 168., 169., 170., 171. ipsis verbis retentis integra in sua Chronica Placentina col. 589-90-1. transtulit. Quae ergo causa erit, ut apud Iacobum haec male audiant, egregie vero apud scriptorem Placentinum? Quod si haec ignoravit Muratorius, jam constat oscitanter illa in Iacobum scripsisse, neque satis accuratum de eis examen instituisse, alioquin enim illum habuisset in ea existimatione, quam alii eruditi viri de eo habuerunt.

In horum numero recenseo Hieronymum de Medicis, Pingonem in libris supranominatis, Baldessanum, qui ex eo refert altare Ecclesiae S. Petri Aq. fuisse ab Angelis consecratum, ac Britium in II. Vol. MSS. historiae Eccl. occidentalis p. mihi 241, licet erret in nomine, quo eum adducit nempe Johannem ab Aquis, Augustinum ab Ecclesia, qui hujus saepe auctoritate nititur in descriptione MSS. Pedemontis, et speciatim par. I. cap. VI., et alibi, demum Johannem Tavellam in MS. tractatu de Niciae origine, quibus addi potest Andreas Iricus. Is enim cum in hist. Tridin. p. 45. cujusdam anonimi Chronici textum de Jordana Rainerii Marchionis Monferratensis sorore retulisset, cupieretque auctorem detegere, ex quibusdam conjecturis colligere se recte posse putavit esse Johannem Vulpum de Blanzate Bonifacii M. Cancellarium, qui ex tabularii Marchionalis monumentis fragmentum illud confecerit, qua in re quamvis erraverit (auctor enim est Jacobus noster, apud quem ille reperitur col. 169. lin. 13.), liquet tamen eum Chronicae auctorem haud contemnendae auctoritatis existimasse. Quae sane animadversio locum habet, quoad alia multa hujus Chronici fragmenta quae fuerunt tacito auctoris nomine vel ab antiquis citata, vel a civitatibus, oppidisque sollicita cura conservata uti fecit Alexandria, in cujus tabulariis P. M. Cavallerius totam Jacobi narrationem a col. 168. usque ad 170. lin. 46. hujus editionis invenit; item Sezadium, in cujus archivo fragmentum conservatur, quo ejus oppidi Marchionum, et Monasterii origo explicatur. Quae veterum cura demonstrat quanti ab ipsis hoc Chronicon fieret uti innuebam.

At hisce argumentis utpote extrinsecis praetermissis, nunc adferam, quae historia ipsa suppeditat, ac consistunt tum in fontibus indicandis, ex quibus res gestas promsit, tum in praecipuarum rerum cum probatioribus historiis collatione. Primum non aliunde colligi magis potest nisi ex Regio codice, quo usi sumus, cui auctor in margine persaepe indicavit

Digitized by Google

auctores, quos adhibuit. Fol. 37. profert Titi Livii libros, Juvenalis versus, Josephum, Orosium, Hieronymum, Eutropium, fol. 72., Bedam, de Longobardis Paulum Diaconum, Historiam Scolasticam, Ecclesiasticam, magistrum Petrum Pictaviensem, quem Vossius circa annum MCCC. floruisse scribit teste Muratorio diss. XLIV., fol. 37. Historiam Britonum, ex qua refert Elenam Constantini matrem filiam fuisse Chelis Regis Britonum, fol. 50. Chronicam Trevirensem, Martini Historiographi, ex quo ait Papam quemdam Johannem lubricum, et carnalem accepisse uxorem cujusdam militis, a qua cum noluisset abstinere, a Diabolo occisum, ex quo origo de Johanna Papissa indicatur, fol. 43. Historiam Alexandri M. circa Tartarorum nationem, fol. 45. Jordanis Historiographi de Ungaris, quorum dicit Jordanem fuisse *interpretem*, et *auctorem*, fol. 66. in historia Caroli Magni Historiale Vincentii, et Chronicam, Varaginis, fol. 36. Pomerium: at falso alicujus codicis titulo deceptus fuit, neque enim auctoris nomen est, sed Chronici a Riccobaldo Ferrariensi confecti, et a Muratorio in T. IX. pag. 97. editi, neque *Pomerium*, sed *Pomarium* inscribitur. Memorati auctores et noti sunt, et pro iis, quibus floruerunt temporibus inter probatiores habentur. Alios autem adducit, quorum vix aliquis meminit, magisque proinde interest notitiam dare. Cum de Turrianis loqueretur Chronicam antiquam profert, quae eorum originem a quodam Philippi Regis Franciae fratre deducit diversam ab illa, quam tradidit Bernardinus Corius in historia Mediolanensi patria. De origine, ac historia Francorum agens in ora libri adscripsit *D. Andreas librum habet in Salutiis*, et infra *D. Andreas habet in optimo dictamine*, alibi vide *tractatum D. Andreae*. Fol. 27 nominat Benedictum de Rivalta, quem dicit *multa vidisse*. Fol. 52. se refert ad librum de *Mirabilibus* mundi compositum a *quodam Veneto, qui diu fuit cum Tartaris, et dicebatur filius Milionis, et ibi in carcere Januae fecit librum pulcherrimum de Mirabilibus mundi, de quo libro sunt multa infra in numero*. In alio loco memoriae causa, fol. adscripsit. *Domini de Busca istas Cronicas debent habere*. Ex hisce omnibus satis constat in texenda historia, nec veterum monumentorum incuriosum fuisse, nec in secernendis probatis auctoribus indiligentem.

At insigniora nonnulla hujus Chronici perlustremus, spero enim fore, ut ex illorum cum aliis collatione magis magisque illius pretium, atque existimatio augeatur. Quae de duobus Vercellensibus Episcopis col. 133. refert, comprobantur, ac illustrantur ex vulgata a C. V. Guidone Grandi Camaldulensi S. Bononii Abbatis Lucediensis vita. Narrat synchronus vitae auctor Petrum Episcopum Vercellensem in Palestinam ad loca sancta visitanda peregrinatum fuisse, ibique a Saracenis, ac captum Babilonem deductum a Regina Christiana opera S. Bononii Abbatis, qui eum recognovit, ac eo quoque anno MIX. migraverat liberatum fuisse, cum ipso deinde digressum montem Sinai visitasse, dein Hierosolyma, et Constantinopoli lustrata anno circiter MXII. patriam reversos fuisse. Vitae hujus editor multum operae posuit, ut hujus Episcopatum tam certo monumento traditum conciliaret cum documentis ab Ughellio prolatis, quibus Leonem constat an. MXIII. Vercellis Pontificatum tenuisse; cui expediendae quaestioni haud parum juvat nunc Jacobi nostratis textus, qui rem suo aevo adhuc exploratam Chronico inseruit suo. Hic primus omnium Ottoniani diplomatis sub ejus certa epocha meminit, quod latuit diligentissimum ceteroquin virum Cl. Jos. Vernazzam (praef. Benv.a S. Georgio pag. 43. lin. 8.) uti etiam teste Hieronymo de Medicis ejus distinctam mentionem fecit Albericus Roxiatus in suo dictionario, qui floruit MCCCXL. verbo *Feudum*. Ipse primus retetam Gulielmorum Monferratensium primam setiem patefecit. Quae profert de origine Mar-

Digitized by Google

chionum Malespinae, ac de Romagnano apprime conveniunt cum iis, quae Galvaneus Flamma ejus sodalis in Chronico majori ad annum DCCCCLXXXIX. prodidit, uti videre est ex textu in antiquitatibus Estensibus Tom. I. pag. 257. a Muratorio relato. Quae de S. Thoma Aquinate veneno peremto haud multum differunt ab iis, quae Italice cecinit Dantes in Purgatorio cantu XX. (a). Quae de maxima morum, ac culturae mutatione Italico solo Friderici II. temtemporibus illata (col. 152. §. *tempore*) concinunt cum iis, quae Riccobaldus in Pomario observavit; qui sane utpote illi aetati proximiores, certiores esse testes puto, quam Muratorius, qui diss. XXIV. et XXV. A. I. M. AE. opinatus est tempora, quae nos barbarica vocamus, ingenio, atque industria posterioribus praestitisse. Crudelem Acelini agendi rationem a Jacobo descriptam consonam esse cum aliis eorum temporum scriptoribus lector deprehendet, sed praeterea aliqua etiam clarius, vel ab aliis praetermissa cognoscet, uti facta comparatione cum Rolandino Monaco Paduano, Parisio de Cerreto, et Chriguello facile colligitur. Historia de claudorum interfectione eadem narratur a V. C. Jo. Ba. Verci in sua Acelinorum historia T. II. pag. 348.; alia quoque de XII. mille Paduanis civibus necatis, sed diversimode. Jacobus tamen consentit cum Gulielmi Venturae Astensis narratione R. I. S. T. XI. col. 155. Mors Acelini refertur etiam a Verci sub eadem epocha; at Jacobus aliqua refert adjuncta a ceteris praetermissa. Historia conditae novae urbis Victoriae, ejusque occupatio, ac destructio nonne multo luculentius a Jacobo, quam ab aliis est memoriae mandata? Quid vero nunc de Friderici I. itinere in Palestinam, Friderici II. gestis, ac Corradini acerba morte dicam? Fuit quidem illud iter ab aliis scriptoribus traditum, ab auctore nempe Chronici Reichenspergensis, Arnoldo Lubecensi lib. III. cap. 30. Sicardo Cremonensi, Gotefrido Viterbiensi T. VII. R. It. Scrip. editis, Abbate Urspergensi; sed Jacobi narratio illud habet peculiare, quod ex brevi, ac ignoto alicujus ocularis testis itinerario fuerit ab eo transcripta, quemadmodum ex ipso contextu apparet. Eamdem praestitit diligentiam in iis, quae de Friderici sobole scripsit, quo nemo accuratius eam evolvit. Corradini vero fata, atque mortis adjuncta, unde accepit nisi ab illo *qui cum esset hisce omnibus praesens* scripto mandavit, uti ipsemet affirmat lin. 24. col. 161.? Removeatur itaque ab hoc scriptore adeo de patria de exteris rebus benemerenti injusta ipsi macula inusta, ipsique potius gratiae habeantur, quod cura ac studio effecerit, ut multa historiae nostrae eo auctore noscamus, quae alias laterent.

Plura sane in hujus scriptoris defensione addi a nobis possent, nisi temperanda esset oratio, ac ad alia festinandum, quod antequam fiat de methodo a nobis in excerptis adhibita aliquid dicendum videtur. Opportunum duximus, quae ante aeram Christianam protulit, prorsus praetermittere, sicuti reliqua fere omnia, quae ante saeculum XI. persequitur, nonnullis excerptis quae Pedemontanam attinguit historiam. Ceterum ex illis nonnulla etiam utilia seligi adhuc potuissent, uti de S. Prospero Aquitaniae Doctore, quem Episcopum fuisse ex multis Chronicis a se inspectis testatur; item Nocerinum S. Galli Abbatem primum sequentias

---

(a) *Carlo venne in Italia, et per ammenda*
Vittima fe di Corradino, et poi
Rifpinfe al ciel Tommafo per ammenda.

Ad quae Benvenutus Imolensis apud Murat. A. I. M. Æ. T. I. col. 1216. *Carolus praedictus habens fuspectum Thomam de Aquin. Ord. Praed. . . . . fecit eum venenari in via per quemdam Phificum familiarem fuum.*

fecisse, quas ad Missam cantari Nicolaus Papa concessit, Hermannum *Alma Redemptoris* Petrum de Campostella *Salve Regina*, aliaque in hac re, de quibus legendus Card. Bona, inter quae illud notatione dignum judico, quod ait fol. 173. Robertum Regem auctorem esse sequentiae *S. Spiritus adsit nobis gratia*, quo difficultas circa auctorem sequentiae de Spiritu sancto, quem alii Robertum, alii Hermannum Contractum praedicant, a criticis mota solvi posset, ut duae sint sequentiae, quarum superior a Roberto, altera vero *Veni sancte Spiritus* a Contracto fuerit composita, utilia inquam haec fortasse etiam errant, at neque tempus suppetebat, neque nunc haec Ecclesiasticae eruditionis capita colligere erat animus.

Praestabilius forte fuisset alia addere post saeculum XI., quae tamen utpote non tanti momenti praetermisi. Aliqua speciminis loco proferam, ut de reliquis hujus generis conjectura capiatur, sic de Friderico I. fol. 61. scribit coronatum ab *Hadriano Papa*, *cujus consilio se regebat, et maxime in justitia facienda tam de Romanis, quam de aliis transgressoribus, et bene indigebant Lombardi tunc tali Principe, quia tota Lombardia erat sine froeno*: inde progressus ad narranda inter eum, ac Alexandrum Papam acerrima dissidia subdit, *fit postea Concilium Venetiis, et fit pax inter Imperatorem, et Papam, et Cardinales, et sic fit unum ovile, et unus pastor*: ad haec in margine adnotavit: *traditur alibi pulchra historia de Papa occultato in domo fratrum de caritate.* Postea refert historiolam, quam nescio an ab aliquo alio fuerit tradita. *In illo concilio volunt Veneti facere maximum honorem, et convivium Imperatori, et positis mensis ponitur una mens sola alta parata pro duobus, et duo sedilia de auro pulcherrima . . . . . intellexit Imperator, quod Veneti volunt facere Ducem sedere ad mensam in latere Imperatoris. Tunc statim Imperator sedem manibus propriis ponit super sedile suum, et sedit statim super utrumque dicens: iste non erit aequalis in latere Imperatoris, et tunc Dux sedit super ipsum.* Fol. vero 68. col. 2. ad an. MCCLXIV. refert venisse legatos Magni Canis Tartariae ad Gregorium X. petentes *Missionarios pro baptismo eis dando*, qui ad eos misit duos Dominicanos fr. Vincentium (de Vicentia) et fr. Gulielmum de Tripoli, qui iverunt ad mediam viam, deinde regressi sunt. Celeberrima fuit hisce temporibus haec legatio, de qua vide Baronium, aliosque Ecclesiasticae historiae scriptores. Quapropter haec, aliaque multa vel novitatis defectu, vel materiae levitate consulto praetergressus sum, iis tantum contentus, quae cum historiae nostrae rebus, vel meis monumentis explicandis inservire poterant. Neque tamen omnia ex istis, sed solum inedita: quae enim Benvenutus vel sub ejus nomine, vel tamquam ex anonimo scriptore Chronico suo inseruit, ne actum agerem post indicationem suis locis factam etiam praeterii. Atque haec sufficiant ad Jacobi Chronici commendationem.

De Chronico Italico, Monferratensi, ac Salutiensi, ac notis ex Necrologio Casalensi, et Genealogia Marchionum Monferratensium.

Haec plura in unum conjicimus sermonem, ut quod de iis suppetunt breviter, absolvamus. Neque enim nomen praeferunt, neque ex contextu aliquid erui potest, quod fusiorem postulet explicationem. Chronicon italicum dividitur in duas partes: prior inscribitur *Chronica di Monferrato*, altera *Genealogia, et dipendentia de la illustr. casa di Saluzzo*, duabus Chronici partibus praemittitur quaedam eorum omnium, quae sparsim, ac fusius dicta sunt per eorum summa capita repetitio, ac enumeratio cum titulo toti operi communi, ac proprio, nempe: *L'arbore della illustre casa deli Marchesi di Monferrato, e di Saluccio.* Similem

titulum praefert Jofredi Chronica, cujus haec est in antiquissimis codicibus a me in cap. V. hujus proemii allatis inscriptio. *L' arbore, et Genealogia della Illustrissima casa di Saluzzo con li gesti memorabili per autentici contratti, et carte verificati.* Cum haec duo Chronica inter se contulissem non solum tituli similitudinem, verum etiam rerum gestarum eamdem in utroque historiam contineri comperi, hoc habito discrimine, ut in Jofredi Chronico uno contextu Monferratensium, et Salutiensium Marchionum historia deducatur. In hoc vero utraque fuerit separatim in duas partes divisa. Adsunt praeterea nonnullae inter utrumque discrepantiae. Jofredus res explicatius tractat, et fusius eorum, quae sub oculis habebat, diplomatum sententiam referens; noster vero anonimus pressius, ac summatim, ut tamen diligentius in Monferratensium Marchionum gestis immoretur, levius in Salutiensibus, cujus rei hoc est exemplum. Siquidem ab anno MCCCCXIX., quo desinit Chronicon Jofredi, vix nuda sequiorum Salutiensium Marchionum nomina describit, licet Jofredi continuator eadem orationis copia ad finem usque saeculi XVI. illud fuerit persecutus. Contra vero Marchionum Monferratensium historiam, quae in Jofredo deficit eodem, quo antea uberiori stylo, ac narratione continuavit ad an. MCCCCXCIX. Ex quibus videtur colligi posse, aliquem Monferratensibus partibus addictum ea ex Jofredi Chronico selegisse, quae ad populares suos propius spectabant, atque in ordinem historiae redegisse; ne tamen Salutiensium Marchionum historiam, quae multam habet cum Monferratensi connexionem despicere videretur, brevibus illam contraxisse.

Quis hic fuerit, ignoratur. Solum ex iis, quae in fine illius, additamenti loco fuerunt apposita, conjicimus codicem ad nobilem Purpuratorum familiam pertinuisse, quorum ibi in Salutienses, ac Sabaudos principes merita recensentur. Videtur enim scripsisse ante saec. XVI. antiquitus enim ut opus a Jofredi Chronico diversum habebatur. Nam Philibertus Pingonus; qui nostrarum antiquitatum curiosus indagator fuit, non tam Jofredi Chronici, quam hujus anonimi exemplar habere curavit. Codicem Jofredi Pingonianum vidit C. V. Praeses, ac Comes Platznert, in cujus extrema parte possessor codicis manu propria scripserat: *Ex vet. cod. arch. Salucianorum curavi transcribendum meis sumptibus anno MDLXXII. januarii P. Pingon. monta il scripto a* 21. *fiorini quaranta grossi circa.* Anonimi vero exemplar a priori distinctum a Pingone quoque possessum constat ex eodem codice, quo ad hanc editionem adornandam usus sum. Spectabat ille ad Excellentissimum Eq. Morotium nostri Regis q. administrum, qui illud exscribi fecerat ex ipso codice Pingoniano, in cujus primo folio haec aderat subscriptio. *Philibertus Pingon munere . . . . . ab Ecclesia Abbatis Messer.* Nomen donatoris diligenter inquisivi. Nemo autem occurrit, cui haec magis congruant, quam Scipioni Mariae ab Ecclesia, qui facta in Staphardae Monasterio professione adhuc juvenis an. MDLXVII. Abbas S. Mariae Mazieres in Burgundia electus fuit (*V. p.* 81. *Elogj Ill. Piem. T. IV.*), ac post egregia ingenii sui specimina in publicum edita anno XXVIII. aetatis suae defunctus est. Neque solum Pingono notum opus fuisse arbitror, verum etiam Augustino ab Ecclesia, qui in Pedemontis descriptione modo provocat ad Genealogiam, vel Chronicam sub nomine ipso Jofredi, modo vero ad antiquam Genealogiam MM. Pedemontis, vel Chronicam Salutiensem; sic enim ait c. VI. p. 1. *come scrive un autore della vecchia Genealogia de' Marchesi del Piemonte.* Cap. vero XVI. *come dice una vecchia Cronica di Saluzzo.* Res autem, quas illorum testimonio confirmat, in utroque hoc Chronico Jofredi, et nostro continentur. Quare fieri facillime potest, ut in posterioribus hisce locis, quibus Jofredi nomen siluit ano-

Digitized by Google

nimae hujus historiae mentionem facere voluerit. Memini etiam saepe in MSS. codd. Augustini legisse nominatam quamdam MSS. Pedemontanam historiam, quae alterutra ex praedictis forte erit, ut conjicio. Quoddam etiam Chronicon de *Communitatibus Pedemontis*, vel *historiae Pedemontanae* in membranaceo volumine descriptum a C. V. Iac. Durando commodatum fuerat C. V. Paulo Ceranae. Quae si a possessoribus in publicum ederentur, et veteris nostrae regionis historiae, et diversorum de ea auctorum copiosior, aç certior haberetur notitia.

In notis posterioribus ad hoc Chronicon complures annotationes inserui excerptas ex antiquissimo Necrologio Casalensi, cujus exemplar mihi donavit C. V. Hiacintus a Turri Augustinianus nuper maxima omnium gratulatione in Archiepiscopum Turritanum electus. Ex iis plures epochae, et loci emendantur, nonnulla supplentur, eoque certius, quo propius iis temporibus, quibus res evenerunt, facta ibi descriptio fuit; neque enim illud nuda nomina continet, quemadmodum quaedam alia Necrologia, sed res per tempora signatas, adeo ut ex illis historiola confici possit tanto praestantior ceteris, quanto et scriptoris antiquitas, et libri publici, cui insertae sunt, auctoritas aliis antecellit. Plura de hoc Necrologio praefari possem: at ea libet omittere, ne materiam laudis praeripiam clarissimo viro, qui illud in publicum edere statuit.

De Genealogia vero latina Marchionum Montisferrati nihil est, quod pluribus loquar. Quamvis enim auctoris nomen haud praeferat, tamen satis apparet potiorem ejus partem usque ad an. MCCCXX. a Chronico Jacobi parum differre, reliquam vero, quae paucis concluditus a quopiam anonimo fuisse ad medietatem saeculi XV. protractam. Fuerat haec in causa Marchionatus Montisferrati coram Delegatis Caesareis in medium prolata, uti ex subscriptione patet, quo tempore plurimae ex hisce Genealogiis fuerunt vel confectae, vel e tenebris excitatae, inter quas et illa recenseri potest, quae extabat apud Iricum, cujus meminimus. Codex, a quo scripta haec fuit, pertinet ad C. I. C. Nicolaum Briccam, qui pro sua in me benevolentia libenter communicavit.

De Bencii Alexandrini Chronico.

Latebat olim Bencii nomen et opus, cum C. V. D. Gajetanus Bugatti in lib. Mediolani edito an. MDCCLXXXII. sub titulo *Memorie di S. Celso* animadvertit extare in Bibliotheca Ambrosiana codicem, quo ejus Chronicon continebatur. Vix divulgata notitia fuit, ut C. V. Chenna ea, quae de civitate Alexandriae ibi reperiri poterant, exscribi, atque ad se mitti per amicos curavit. Hujus etiam desiderio motus eodem fere tempore opera C. V. Francisci Bertae R. olim Taurin. Bibliothecae Praefecti hujus, quod edidi fragmentum, impetravi. Cum illius codicis inventio magis magisque percrebuisset, cuperentque viri litterati uberiorem de eo notitiam habere, laudatus Bugatti diligentius illum evolvit, ac quae de ipso, ejusque auctore apud alios scriptores collegerat in epistolam digessit, quam Tiraboschius in Diario Mutinensi T. XXV. pag. 234. vulgavit. In eo autem haec summatim habentur; C. V. Saxium saepius Bencii opere usum sub titulo Benvenuti ab Immola, quem praefert codex Ambrosianus; at falso; verum enim auctorem esse Bencium Alexandrinum, uti Gulielmus de Pastrengo saec. XIV. scriptor in lib. *de origine Rerum*, et Galvanus Flamma expresse tradiderunt; fuisse Cancellarium Canis Magni, et nepotum, ac multarum litterarum virum; historiam omnium Regum, et populorum in III. partes conscripsisse; Galvanum Flammam multa inde excerpsisse, quae in Chronicum majus adhuc MSS. inseruit, ubi eum cum laude commemorat, asseritque

praeterea primum Cancellarii officium gessisse sub Episcopo Leone Albertengo Ordinis Minorum, qui sedit in Comensi Cathedra ab anno MCCXCV. ad MCCCXXV.

Hisce qua Bugatus collegit nonnulla adjungere operae pretium puto, quae ejus diligentiam fugerunt, ac primo de hoc Bencio mentionem fieri in quadam charta inter MSS. codices Burgontii a me reperta, quae continet exemplar quarumdam litterarum, in quibus Honorius IV. Papa fratribus, et sororibus Ordinis Praedicatorum quaedam privilegia concedit, solemniter ex autographo a Notariis exscripta jussu Rainaldi Archiepiscopi Ravennatis, cui actui subscribit *frater Bencius de Alexandria*, quo indicaretur ipsum alicui religioni, et verosimiliter S. Francisci nomen dedisse. Doctissimum fuisse, atque eo tempore celebratissimum deprehendi ex Benincontri Morigiae testimonio, qui lib. II. Chronicorum, quae edidit Muratorius R. I. S. T. XII. pag. 1089. eum appellat *maximum philosophum*, ac cum Galvaneo Flamma summis laudibus effert, utpotequi *duo multiplices Chronicas, atque historias ediderunt regnis similiter, et temporibus ordinatas*. Huic historiographo accidit, quod jam ante Jacobo ab Aquis evenisse animadverti, ut quae ab ejus opere distrahebantur capita, vel sectiones sine auctoris nomine diversis falsisque titulis inscriberentur. Sic caput de Alexandriae civitate a Gulielmo Schiavina, et Burgontio adducitur, tamquam *ex libro Chronicorum civitatis Papiae*, vel ex *Chronicis Papiensibus* depromptum. Augustinus tamen ab Ecclesia in descriptione MSS. Pedemontis par. I. c. XXIX. de Albae civitate Chronicon Bencii sub ejus vero nomine produxit hisce verbis: *quanto favolosa sia l' opinione di quel Bencio Alessandrino, che lasciò scritto essersi questa Città prima Troja da un Troilo Trojano suo fondatore chiamata; e poi per essere stata da Frederico Barbarossa Imperatore, che vivea nell' anno MCL. coll' assistenza de' Pavesi espugnata allo spuntar del giorno, il nome d' Alba riportasse.* At commune ejus aevi historicis erat fabulosas Civitatum origines sectari. Ceterum patet multo ante quemlibet alium scriptorem jam nostratibus historicis antiquum hunc Chronistam notum fuisse. Atque haec sunt quae de Bencio dicenda erant.

De Chronico Johannis Zabreriae.

Altera haec est Aquensis historia, quam ex Aq. patricii Ferdinandi Chiabrerae Senatoris, ac Comitis ex hujus historici stirpe prognati tabulario in medium afferimus. Continetur ipsa in quibusdam adversariis, sive quodam antiquo codice, in quo Johannes Zabreria Corradi filius ab anno MCCCCLXX. ad finem usque saeculi familiae rationes, et si qua res major, sive apud eam, sive in Civitate, vel extra acta est, ex ordine scripto consignabat, quemque Constantinus filius, posterique parce tamen prosecuti sunt. Erat ille litterarum percupidus, ac imprimis medicinae studiosus, quibus ut sedulam operam navaret Johannes princeps Montisferrati, cui pater Corradus erat acceptissimus annuum ei XX. florenorum censum dato diplomate (1), quod adhuc servatur concessit. Cum autem ejus nomen late explendesceret,

(1) *Joannes Marchio Montisferrati. Decet nos munificentia nostra, et favoribus eos prosequi, atque amplecti, quos studiis liberalibus, & praeclaris virtutibus operam vigilem, atque accuratissimam dare perspicimus, ut nostra pariter coadjuti liberalitate circa optima studia vehementius incalescant. Informati igitur nobilem Conradum Zabreriam Notarium civem nostrum dilectum Aquis, filium habere nomine Joannem, qui artium, & medicinae studiis vigilanter incumbit, ut nostris suffragiis munitus intentius, atque ferventius perseveret, praesertim etiam attentis fide, devotione, & plurimis ejusdem Conradi benemeritis erga nos, & statum nostrum, harum tenore in suffragium studii dicti Joannis ejus filii assignamus in compositionibus nostris locorum ultra Tanagrum singulo anno usque ad nostrum beneplacitum incipiendo in Kal.*

Digitized by Google

bis a Monregalensi civitate expetitus, bis ibi medicinam exercuit. Nimirum an. MCCCCLXXXII., et MCCCCXCVI. Reliquis Marchionibus Montisferrati adeo fuit gratiosus, ut Theodorus Cardinalis in ejus aedibus coenaverit, ac Bonifacius Marchio immunitates aliquas ei pro quibusdam ejus possessionibus, ac jus molendi in Burmia per litteras, in quibus *Phisicum nostrum* eum vocat, largitus fuerit: binos in patria consulares honores coepit. Fratrem habuit Jacobum, et Gabrielem. Jacobus cum Gabriele negotiandi causa Saonam se contulit, ubi cum uxorem duxisset, familiam collocavit, quae in celeberrimo Italiae, ac Liricae poesis vate Gabriele Chiabrera, ejusque fratre Maximo Augusto, ad quem extat Pauli Manutii epistola in lib. XII. Familiarium, Jacobi pronepotibus paulo post extincta est. Johannes vero Aquis, quo eorum avus Jacobus ex Murzasco migraverat, familiam propagavit. Mariam I. C. Alberti a Bosia civis Albensis moribus, gratia, pietateque spectatissimam foeminam uxorem habuit. Ex eaque plures liberos accepit, inter quos Constantinum Chronici continuatorem. Obiit ille Monteregali an. MCCCCXCVIII. IV. Kal. novembris. Nunc de ejus Chronico. Ipse initium scribendi fecit ab anno circiter MCCCCLXX. ad MCCCCXCVIII. Quae autem sequuntur, Constantini filii, ac posterorum sunt additamenta, exigua sane, si cum ejus scripto comparentur. Narrat res sua tempore gestas, ac si de exteris agatur splendidiores, in quibus aliqua notes ab aliis scriptoribus minime animadversas. Notavit pestilentiam, quae annis MCCCCLXXXV., et MCCCCXCIII. Alexandriam, et Saonam vastavit, Aquas pepercit (1). Fuit ipse ut erat Medicorum ejus aetatis diligens astrorum observator. Varias anni tempestates, et annonae, vinique majorem, vel minorem valorem pro singulis annis accurate notavit.

---

augusti proximi futuri florenos viginti ad rationem solidorum triginta duorum pro quolibet florено. Mandantes nobili Clavario nostro ultra Tanagrum, quatenus supranominato Conrado singulo anno incipiendo ut supra in terminis ordinariis faciat de praemissis florenis viginti dicto nostro durante beneplacito effectualiter responderi, quos quidem florenos vigis ejusdem Conradi debitis concessionibus per thesaurarios nostros, ac magnificos intratarum nostrarum in rationibus, & computis dicti Clavarii acceptari faciemus. Dat. Casali die XXVIII. maii MCCCCLXII.

Locus sigilli

EUSEBIUS

(1) Primae jam meminit Lumellus Mon. Aq. p. I. c. 606., & Schiavina in Ann. MSS. ad eum annum addens ad universos Cisalpinos populos propagatam. Haec clarius patent ex libris Convocatorum civitatis Aquensis ubi ad annum MCCCCLXXX. XVI junii Marchio Montisferrati ex Casali monet Aquenses pestem Clavasii detectam. An. MCCCCLXXXII. XIV. junii Consules Aquenses praecipiunt, ut fiant custodiae ob epidemiam Arbizolae *renovatam*. MCCCCLXXXIII. I. maii lectae sunt in concione litterae Marchionis Montisferrati sub die XVI. aprilis cum indice locorum Pedemontis peste infectorum nempe Hyporegiam cum Comitatu, Augusta, Maxinum, Taurinum, Palacium, Moncalerium, Cherium, Cabalatem, Saglatum in Novaria, Vicomercatum, Verolengum, Ripolas, Carignanum, Fossanum. Edicit vero Aquensibus Marchio ut *custodias vigiles faciant, & deputationes provisendis bullettinis ingredientium* in Civitatem. Alias dedit sequenti mense die XXI. junii, quibus denunciat alia oppida n XXVI., quorum magna pars in Pedemonte, peste infecta nuper detecta fuisse. An. MCCCCLXXXV. die I. julii, novum a Civitate promulgatum decretum circa custodias ob pestem Papiae, & Mediolani grassantem. Die vero VI. aug., aliae a Marchione deferuntur litterae, quibus nova loca, in quae pessima lues irrepserat, denunciat, eaque posita in Comitatu Vercellensi, Bugellensi, Ortae, Novariae, Mediolani, & Alexandriae, absque multas Italiae Civitates. An. MCCCCLXXXVI. die IV. jan. novus pestilentiae rumor ad Aquenses delatus; instaurantur custodiae: die XVII. martii *disbanditur Alexandria*: at IV. maii jubetur ut *venientes* ad balnea ultra Boscum, & Castellatium non acceptentur. Desunt Convocatorum libri pro annis MCCCCXCII-III. Ceterum ex Chiabrerae Chronico constat usque ad finem seculi immunem a peste Aquensem Civitatem fuisse, ut nil impediat, quominus *Doctrinale de Villa Dei a Venturino de Prioribus* (Savonensi, uti in annotationibus MSS. ad libros Boetii in codice a C. V. P. M. Cavallerio positis se inscribit), quod impressum fuit *eo tempore, quo pestis Genuae, & Asi grassabatur*, potuerit Aquis edi non solum anno MCCCCXCIII. uti conjecit C. V. J. Vernazza in dissertatione inserta in Diario Mutinensi T. XXV. pag. 126., verum etiam & annis praecedentib-

Digitized by Google

De Chronico Alexandrino Johannis Antonii Clari Notarii.

En alterum Alexandrinum Chronicon, quod licet rerum copia, stylo, ac elegantia sermonis superiori a Lumello confecto, atque a me in priori parte edito concedat; illud tamen superat antiquitate, ac novitate. Novitate quidem; nam Ghilinius, qui Lumelli commentaria manibus volutavit (vide indicem librorum, ac scriptorum, quibus ad Annales conficiendos usus est, quem initio praemisit), et Schiavina nullam de hoc mentionem fecerunt. Quod etiam facile probari potest ex utriusque historiae cum hac nostra facta comparatione. Neque enim tantum modo differunt in propriorum nominum recensione, quam in rerum gestarum narrationibus, ex quibus nonnulla ab hoc narrata comperias, quae illi praetermittunt. Exempla prostant ad annos MCCVIII—X—XII. col.° 725. Antiquitate etiam: Lumellus enim ad annum usque MDLXXXVI., Clarus in praecedenti saeculi exitu sistit. Fuit quidem et hujus Chronicon versus finem saeculi XVI. protractum; at aliud est auctoris opus, aliud operis additamentum. Illud a Johanne Antonio Claro fuit confectum, uti in proemio ipsemet affirmat; hoc vero ab ignoto quopiam scriptore, qui ab anno MDLXIII. ad sua usque tempora anno scilicet MDCXVI. pauca quaedam adnotavit.

At quis erit Antonius hic Clarus? Si fides adhibenda cuidam titulo hujus Chronici a me inter Burgontii MSS. codices inventi, filius erit Gerardi, Ludovici Senatoris Mediolanensis frater, et patruus Julii Clari pariter Senatoris, ac Praesidentis, editisque de jurisprudentia libris celeberrimi. Etenim ibi recenti manu praenotatum legitur: *Cronica Alessandrina di Gioanni Antonio Claro Notajo Collegiato di Alessandria figlio di Gerardo, e fratello di Luigi Senatore di Milano, il qual Luigi fu padre di Giulio Claro.* Quis haec superscripserit incertum. Codex, a quo Burgontius illud deduxit, ad Comitem Canefrum pertinebat. Sic enim in ejus fine ante additamenta legitur: *et ita antiquo originali liberculo antiquo caractere conscripto manu propria exarante desumebat D. Caesar Nicolaus Canefrus olim Josephi Francisci filius patricius Alexandrinus anno salutis MDCCXLV.* Quae cum ita sint, videtur genealogia tituli, memorati a Canefro excogitata fuisse, quam cum rescripserit Burgontius, nec refutaverit, neque ego repudiandam esse existimo, eoque magis quod nihil in ea est, quod vel personis vel tempori repugnet: non tempori; nam Aloisius frater ex inscriptione a Ghilino prolata obiit MDXXXVII., hic vero uti per epistolam monuit C. V. Chenna circiter anno MDXVI. Non personis: quamvis enim publicis officiis apud exteros Antonius haud inclaruerit, haud tamen inglorius, vel otiosus in patria fuit. Notarii enim officio fungebatur, uti et nonnulla hujus Chronici exemplaria, et instrumenta a laudato V. C. Chenna prae manibus habita, atque ab Antonio Claro confecta testantur. Neque solum integritate officii, sed et scriptis suis prodesse studuit, iisque, quibus cives ad egregia quaeque facinora aemulanda excitarentur uti est historia, qua praeclara majorum gesta noscuntur, ad eaque imitanda, lectores accenduntur. Quapropter etsi nullos splendidos ceperit honores, illustre tamen nomen ob susceptam historiae patriae illustrationem ad posteros transmisit.

Historiam Civitatis exorsus est ab ejus aedificatione, quam ad annum usque MCCCCXCIX. est prosecutus. Huic vero alia addere, quae sequioribus annis contigissent, sibi proposuerat, ut ex ejus fine videre est, quod forte aliis distentus curis intermittere coactus fuit, ni dicamus codices mutilos esse, ac imperfectos, eaque in illis, quae posterius adjecit deesse, quod sane nulla probabili conjectura potest confirmari. Omnes enim codices, quorum notitiam accepi ad finem saeculi XV. tantum-

Digitized by Google

modo historiam concludunt. Inter eos numero duos a Burgontio inspectos alterum supra memoratum, quod ad Canefrum spectabat, alterum a quo nonnullas variantes Burgontius excerpserat, inter quas duae solum alicujus momenti, quas hic adscribam, ut appareat ab aliis codicibus illum differre. Ubi enim noster textus habet an. MCLXXXVIII. fame *Lombardiam* laborasse, ibi Italiam dicit. Columnae vero 726. lin. 28. post verbum *e contrario* ita rectius legebat codex *Invitiati Guelfi de populo evenerunt Ghibellini causa illorum de Puteo, et de Guaschis, qui volebant illos opprimere*. Hisce addendi duo alii, quorum mihi notitiam suppeditavit C. V. Chenna antiquum unum, ac auctori sinchronum ut ipse sentiebat, sed perbreve, alterum magis recentem, sed multo illo uberiorem; quod in causa fuit, ut opinatus sim illum non esse Antonii foetum, sed liberculum ab ejus majoribus confectum, quem ipse multarum rerum adjectione exornavit, et complevit, ut in proemio fecisse testatur. Cum vero duo hi codices prioribus et integritate, et puritate lectionis multo praestarent, ideo ex istis editionem paravi. Ceterum ut innuebam omnes isti codices in tanta eorum inter se varietate in id consentiebant, ut ad an. MCCCCXCIX. historiam absolverent. At quamvis eo anno scribendi finem fecerit, non tamen vivendi fecit. Per decem enim et sex annos superstes fuit, uti supra declaravi, adeo ut anno circiter MDXVI. ultimam rerum suarum lineam duxerit. Sed nunc ad Collectionem Diplomaticam.

Historia scriptorum, qui de Aledramicae gentis originibus scripserunt.

Cum post reflorescentes initio saeculi litteras novus quoque historiae noscendae, tractandaeque ardor esset apud Italos excitatus, magno ubique studio codices conquisiti, libri e Bibliothecarum pluteis extracti, veteres denique, ac recentiores historici diligenter, accurateque perlecti, ut quid circa hanc rem praecedens aetas novisset, quidque subsequens incrementi ei posset adjungere, intelligeretur. Praecipue vero Marchionalium familiarum, quae olim etant in hac prae ceteris ditione florentes origines investigatae. At post diligens earum examen fateri ultro eruditi viri debuerunt, in magna nos adhuc praecipuae veteris hujus historiae partis ignoratione versari, esseque inprimis necessarium, ut haec nobilissima historiae pars evolutis tabulariis exquisitiori judicio reformetur.

Qui plenius haec noscere cupiat eorum, qui de iis egerunt, libros, ac codices mecum oculis, animoque pereurrat. Ac primo adeat Jacobum Aquensem, qui ceteris praestat aetate. Quamvis enim in notis ad Sigonium C. V. Saxius asseruerit Antonium Astesanum, cujus libros *de varietate fortunae* edidit Muratorius T. XIV. primum omnium ex iis esse, qui Aledrami fabulam vulgaverint, attamen manifesto errore deceptus est. Nam Jacobus initio saec. XIII., floruit vero Astesanus sub finem saeculi XV., fuitque Ducis Aurelianensis Astae domini a secretis. Neque etiam hic ulla Sicardi Cremonensis Episcopi mentio est facienda. Licet enim Jacobo sit integro saeculo vetustior, ac prae ceteris de Marchionibus Monferratensibus copiosius scripserit in Chronico ap. Murat. T. VII. col. 521., solum tamen a Gulielmo Sene IV. an. MCXXXIX. initium scribendi fecit, ac ad ea tantum, quae nati ejus in oriente fortiter egerunt, orationem convertit. Jacobus vero ab ultimis temporibus Alerami historiam exorditur, quam ad suam aetatem deduxit. Hanc vero (cum sit ejus notitia ad ea, quae dicere in animo est intelligenda necessaria) brevibus narrabo. Duo quidam nobiles conjuges ex Germania voti solvendi caussa Romam (al. ad S. Jacobum Compostellae) petentes Sezadium (al. Alexandriam, al. Garessium) venerunt. In hoc oppido uxor filium peperit, cui Alerami nomen impositum est. Eo ibi ad

nutriendum relicto iter sunt Romam prosecuti, ubi diem ultimum obierunt. Aleramus jam grandior effectus ad Brixiae obsidionem, ex jussu Ottonis Imperatoris miles a Sezzadiensibus pro ipsis mittitur. Captus hic amore Adelaidis Ottonis filiae cum ea in montes Albingauno (al. Saonae) proximos aufugit, ubi latitans victus causa carbonariam artem exercebat. Habuit interea filios Ottonem, Gulielmum, Bonifacium, ac Thetem. Orto ab Episcopo, cui ob egregiam formam acceptus erat, Scutifer effectus cum patre Episcopum ad iteratam Brixiae obsidionem comitatur. Ibi cum praeclara virtutis specimina edi ab eis cerneret Imperator, vehemens ipsum incessit cupido, qui qualesve essent penitius investigandi, quod ut facilius obtineret, Episcopo inquirendum dedit. Is Aledramum arcessit, eumque ut aperiat, vehementer urget; obsequitur Aleramus, et cum singula enarrasset Episcopum ut omnem a se Imperatoris iram deprecetur, etiam atque etiam rogavit. Episcopus re ad Caesarem delata illum ad clementiam flexit, atque ut eis agnosceret, impetravit. Qui accito Aledramo, uxore, ac filiis, uxorem in filiam agnovit, filios cingulo ornavit militari, Aledramum vero Marchionem effecit, eique totum illum montanae Liguriae tractum, qui a flumine Urbae ad Padum interjacet, ac ad litus mare ad Provinciam usque extenditur dato diplomate concessit. Atque haec est egregia illa Aledrami fabula diversimode a multis narrata, digna profecto ut etiam in Rotalinda Morandi intexeretur. Nunc ad Genealogiam a Jacobo descriptam. Refert itaque Ottonem Aerami primogenitum, in Brixiae obsidione a patre ignoranter interfectum, improlem decessisse, Bonifacium genuisse Marchiones de Bosco, de Ponzono, de Occimiano; Tetem vero Marchiones de Carreto, de Salutiis, de Lanza, de Clavesana, de Ceva, de Incisa. Sequiores Bonifacii, ac Thetis generationes praetermisit, in Marchionum Monferratensium ex Gulielmo gradibus enarrandis (V. hic col. 168.) tantummodo immoratus. Unde haec omnia acceperit silentio occultavit. Videtur autem antiquioribus Chronicis, ac praecipue traditionibus eo tempore vulgatis adhaesisse, qua methodo olim utebantur, qui agnationes cum nobilioribus familiis probare volebant, uti in Salutiensibus Marchionibus luculentum suppetit exemplum. Cum enim extincta Saxonica Monferratensium Marchionum linea, Salutienses Marchiones jus successionis in Marchionatu ob sanguinis propinquitatem habere contenderent, neque illud sine legitima probatione experiri se posse cognoscerent, hujus conficiendae provinciam Astensi Episcopo, vel ejus Delegato an. MCCCVI. demandarunt. Distentus aliis negotiis Episcopus Praepositum Alfiani ad acta conficienda delegavit. Quid vero hic egit? Edictum tulit, quo senioribus, ac peritis viris praecepit, ut ad eum accederent, quo testarentur de antiqua hujus consanguinitatis fama, aliisque, de quibus ipse eos interrogasset, quemadmodum effectum est, atque ex actis ab eo confectis a Hieronymo de Medicis in sua allegatione fol. 65. 7-8. citatis, atque nunc in Regio Aulae tabulario existentibus videre est.

Jacobum quotquot subsecuti sunt historici exscripserunt, ubi de nostrorum Marchionum originibus agere animus fuit non tamen sine aliqua inter eos differentia, alii enim pressis vestigiis ei adhaeserunt easdem fabulas recinentes, vel etiam nova adjungentes e penu suo commenta; alii in solo filiorum numero discrepantes, quos septem esse crediderunt, ut facilius septenorum Marchionatuum originem explicarent; alii media incedentes via matrimonium Aledrami cum Augusti Imperatoris filia retinendum censuerunt, adjuncta tamen, quae a Jacobo narrantur, ut fide vix digna, vel absurda prorsus respuentes. In priorum classe recensendi sunt omnes pene nostrates scriptores antiqui. Jofredus nempe ab Ecclesia in sua MS. *arbore Ge-*

Digitized by Google

tealogica Marchionum Salutiensium; Galeottus de Carreto in Chronico MS. historiae *Marchionum Montisferrati*, Corius in *Vitis Imperatorum*, quae in fine historiae Mediolan. Venetiis 1554. editae fuerunt fol. 553., ubi de Ludovico Imperatore agens brevem illorum originem explicans decem, et tres diversi generis Marchiones, inter quos Gavienses ab Aledramo, ac filiis prognatos asserit, Raphael Volaterranus in *Commentariis* Lugduni ap. Sebast. Gryphium 1552. cap. *Regio Subalpina* col. 85-6., Philelphus initio belli Finariensis an. MCCCCL. gesto, cujus tamen *exordium* C. V. Muratorius uti in praefatione monuit, *quia multis fabulas jamdiu evulgatas persequitur resecandum censuit*, narrationis tamen ejusdem summa retenta. Differt autem Philelphus a Jacobo, quod non de solis Monferratensibus egit, sed aliarum Marchionalium familiarum capita novis, ac inauditis quandoque nominibus aperuit. Hinc ex Bonifacio, secundo Alerami F., affirmat genitos Fridericum Boschi, Aleramum Ponzoni, Conradum Occimiani; ex tertio Teto Ottonem Vasci, Constantium Salutiarum, Fredericum Clavesanae, Bartolomeum Buschae, Aleramum Cevae, Philippum Ancisiae, et Johannem Carreti Marchiones, cujus Johannis filium contendit esse Henricum fama super aethera notum, Guercii patrem; Gentilis Riccius Savonensis in sua Amoris Philosophia italice edita Venetiis MDCXVIII. in 8. quam Urbinati Duci dicavit.

Major prae istis illorum forte numerus erit, qui incerta Jacobi narratione haud contenti novos Aledramo filios attribuendos esse putarunt. Chorum ducit Philippus Bergomensis, qui in *supplem. Chronicorum* fol. 176-7-8. Venetiis a Bernardo Rizo de Novaria an. MCCCCXC. edito ad an. Christi DCCCCLXXXV. Adelaidem Ottone II. patre adhuc vivente septem liberos Aledramo peperisse tradit, quibus septem Marchionatus Saonae, Cevae, Incisae, Ponzoni, Boschi, Salutiarum, et Montisferrati assignat. Hujus est quoque sententiae M. Ant. Coccius Sabellicus col. 656. edit. Basileae Johan. Hervagii an. MDLX. T. II. Leander Alberti in *Italiae descriptione* pag. 379. Ven. 1562. Sigonius in *Regno Italiae* edit. Mediol. 1732. Tom. II. col. 464. ad an. DCCCCXCVII. Alphonsus del Bene Episcopus Albiensis, et Abbas Altaecumbae in lib. de *Regno Burgundiae Transjuranae* etc. Lugduni ap. Jac. Roussin MDCII. in 4. pag. 120., et p. 143. M. Sansovinus in lib. *della origine, et de' fatti delle famiglie illustri d' Italia* Venetiis ap. Salicatum MDCIX. in 4., qui Othonis filiam Alteriam vocat, ac raptum Alerami antiquiorum Principum exemplis nobiliorem efficere conatus est, et quoddam citat monstruosum Berengarii, et Aldigerii Italiae Regis diploma an. DCCCCL. die XXIII. martii per Ubertum Cancellarium Aleramo concessum, postea aliud Ottonis Imperatoris an. DCCCCLXVII. dein fundationem Monasterii Spigni ab Anselmo Aledrami filio anno DCCCCXCI. factam, ac epitaphium Agnetis Pictaviensis (cujus illustrationem a C. V. Gaspare Sclavo jam typis impressam brevi publicam fieri expectamus), quam putido errore uxorem Anselmi sibi fingit, de qua V. Tab. in col. 767. Hieronymus Ghilinus *Annali d'Alessandria* Milano 1666. p. 109. ad an. MCCCCLXXXI. M. Hieronymus Henningius par. III. T. IV. *Genealogiarum omnium Regnorum* etc. Magdeburgi fol. MDXCVIII., a quo V. C. Brichierius suum de duabus Alerami uxoribus Adelaide prima, Gerberga altera, filiisque ex utraque susceptis sistema deduxit, in hac tamen re ab Henningio discrepans, quod ubi hic primae uxori Gulielmum Monferratensem (de quo agit T. IV. par. II. fac. 84. B) Ottonem de Ceva, Thetem de Carreto, Bonifacium de Ponzono, Ludovicum de Bosco, Valramum de Incisa, Valterum de Salutiis, cujus arborem profert ib. par. II. fac. 85., ac secundae Bonifacium solum, qui telo transfixus sine liberis obiit, filios

Digitized by Google

assignavit; Brichierius primae attribuit Gulielmum, Ottonem, ac Anselmum, quem solum genuisse tradit, Gerbergae vero Gulielmum, a quo Monferratenses, et Bonifacium, a quo Boschi Ponzoni, Occimiani, Incisae, et Gavii Marchiones deducit. Reliqua Henningii haud persequor, sunt enim prorsus singularia, et absona, ut cum ex. gr. Henricum Guercium a Bonifacio qu dam genitum athirmat etc. Addam hisce Aloysium Contarinum qui in lib. *Il vago, e dilettevole Giardino* in 4. Vicentiae typis Petri Johannini 1607. p. 180. ubi Aledramum ab Hildebrando ex Saxoniae Ducibus genitum affirmat; item Petrum Messiam lib. *Vite di tutti gli Imperatori* Venetiis typ. Joiiti Ferrarii in vita Ottonis II. Imperatoris.

Benvenutus a S. Georgio primus fuit, qui censuram in Jacobum exercuit, non tamen ut in totum ab ipso discederet, sed mediae cujusdam sententiae princeps effectu; cum enim multa in ejus narratione absurda, principibus suis indecora, ac documentis, quae protulit, contraria in Jacobi historia contineri animadverteret, aliunde vero omnes historicos in Augustarum nuptiarum cum Adelaide celebratione, ac triplici prole suscepta consentientes cerneret, ita se gessit, ut ejus complexum, ac primas lineas probaret, reliqua adjuncta, atque ornamenta rejiceret; in eo merito a Marchione Malaspina reprehensus, quod cum optimam sibi scribendae historiae legem dixisset, haberetque prae manibus documenta, quibus et illorum quoque falsitatem edoceretur, et primas Aledrami generationes illustrare tuto posset, veterum tamen genealogiarum praejudiciis detentus oculos a micante sibi luce detorserit, ut fabulas adhuc aliquas, quod in Iacobo tantopere vituperaverat, consectaretur. Laudandus tamen ob tutiorem viam ab eo in historia prae aliis initam, et ob novum Rajnerii gradum a veteribus praetermissum, et ab ipso in serie additum, licet ei facem in hac re praetulissent, et Galeotus de Carreto, et Raphael Volaterranus. Ad illam Jacobi censuram motus videtur silentio Platinae, Martini in Chronica Martiniana, Mathaei Palmerii, Johannis Naucleri, quos ait neque de Adelaidis raptu, neque de Brixiae obsidione ab Ottone peracta quidquam locutos fuisse. At quid hoc silentium valeat prorsus ignoro. Nam praeter Mathaeum Palmerium Florentinum, alii omnes ne verbum quidem de Aledramo vel uxore, vel filiis fecerunt, immo Martinus, Palmerius, et Nauclerus in Ottonum familia nullam recensent filiam, quae Aledramo nubere posset, quae sane ipsius sistema de Adelaidis cum Aledramo matrimonio videntur potius oppugnare. Sequiores historici, qui ejus Chronici notitiam habuerunt, eum in Monferratensium genealogia uti ducem sunt secuti; tametsi circa vetustiores Aletami origines nonnulli ab eo differant. Benvenutus eos ex Saxonia deducit p. 18., quod ex Francisci Irenici Ettelingiacensis lib. III. *descriptionis Germanicae* (1), atque ex familiae insignibus in genere hoc arguit, Philibertus Pingonus addit ex Vitichindo per Valpertum derivari (2), alii vero ex Italiae Marchionibus repetendos esse putant.

Inter primos recensendi Scipio Agnellus Maffeius Episcopus Casalensis in lib. *Annali di Mantova* in fol. Tortona typis Nic. Violae, et fratrum MDCLXXV., qui in originibus Henningio adhaeret. Forte etiam Justinianus Histor. Venet. lib. XV. Argentorati 1611. fol. sumtibus Lazari Zetzneri pag. 320., quem citat Brichierius in *manuductione ad Tab. Carrect.* di-

(1) *Montisferrati insignis nobilitatis Comites sunt origine Germaniæ. Primus eorum princeps fuit Almarus Saxoniæ Ducis filius, cujus uxor erat Alasina Ottonis II. Cæs. filia, proximas sedes tenuit Marchio Wilhelmus; cæteros ut externorum principes præteribimus.* Lib. III. cap. cap. CXV. fol. C. Germaniæ Exegeticos typis Thomæ Anshelmi Hagenoæ 1518. (2) *Arbor Gentil. Duc. Sab.* Taurini 1581.

Digitized by Google

versum opus reor ab altero Bernardi Justiniani *de origine urbis Venet., rebusque gestis Venetorum* edito in T. III. par. I. Thesauri antiq. Italic. Graevi, et Gronovii in XV. libros divisum; nam in toto hoc opere ne verbum quidem de Carrectis, ejusque majoribus. Alphonsus Lucus *Compendj storici* etc. Bononiae 1694. in 4. pag. 545., ac Eques Amedeus Dentis *Compendio istorico dell' origine de' Marchesi di Saluzzo* Taurini 1707. pag. 23. et seq. Hisce mihi notioribus addo nonnullos alios, quorum notitiam tradidit C. V. Carlevaris a S. Damiano Abbas Canonicae S. Mariae Astensis in suo MS. subalpinae Bibliothecae Catalogo. Sunt autem Raphael Toscanus in Rithmico libro: *Discendenza de' Marchesi di Monferrato* Taurini edito an. MDLXXXVIII. in 4. Anonymus auctor libri: *Alberi delle tre famiglie Sassonica, Paleologa, e Gonzaga* Mantuae editi an. MDXCIV. in 4. Gabriel Bertasollus in *arboribus Marchionum, ac Principum Montisferrati* ad annum MDCXXII. productis, Franciscus Silva in illorum Genealogia. In horum censum relatum vidi Caesaris Campanae MS. librum *delle famiglie illustri di Monferrato*, qui falsum quoddam Aledrami diploma protulit, ac Fridericum de Fridericis in opere *delle famiglie illustri della Liguria* T. IV. saepe a Brichierio in tabulis Carrectensibus adducto. Atque haec communis erat Monferratensium scriptorum, illorumque, qui pro Mantuae Ducibus, sive in celeberrima Montisferrati causa, sive postea historias scripserunt sententia.

At aliam invexit clarissimus Salutiensis scriptor Ludovicus ab Ecclesia. Hic in lib. *Istorie del Piemonte* Taurini 1608. in 4. ap. Disserolium pag. 193. Marchionum Monferratensium originem a Guidone Lombardiae Marchione, qui a Ludovico pio Imperatore in Italiam adversus Saracenos missus fuerat, Ipporegiensium Marchionum stipite arcessendam putat. Hujus sententiam secuti postmodum sunt doctiores critici nostrates, et Gallici; Augustinus ab Ecclesia in lib. *Corona Reale di Savoja* Cunei 1655. par. I. pag. 112. et seqq., et pag. 76. ubi Ughellium tacito ejus nomine confutat. Hic enim in Episcopis Casalensibus T. IV. edit. Sebast. Coleti Venetiis 1719. col. 568. Casalem ait ab Ottone II. Aledrami Socero erectum in caput Marchionatus; P. Franciscus Voertius Carmelita qui in lib. *Historia di Cherasco* edita Monteregali typis Johan. Gislandi 1618. in 8. a pag. 163. ad pag. 201. §. 60. totam Aledrami fabulam solidis, novisque rationibus confutavit, additque primum excogitatam ab Aloysio Contarino quatercentum annis Aledramo posteriore ad imitationem fabulae Milonis de Anglante, qui e Gallia cum Berta Caroli Magni sorore aufugiens, cum ambo ad Sutrium pervenissent diu in quoddam specu, quod adhuc ibi ab incolis monstratur, latuerunt, ubi Berta Orlandum peperit Paladinum. At Voersius haud bene meminit Contarini aetatem, nec Aledrami historiam ab eo narratam. Vixit enim initio saec. XVI., fuitque ex ordine Ministrantium infirmis S. Camilli de Lellis. Historiae vero vadem, ac testem in fine attulit Bugatum Mediolanensem historiae scriptorem, qui praecedenti saeculo floruit; Johannes Petrus Giroldi in annotatione ad lib. VII. hitoriae Taurinensis Emman. Thesauri ed Taurini 1679. in fol. Vol. II. pag. 361. licet Thesaurus ipse Vol. I. lib. 6. noluerit quidquam de originibus Alerami definire; Samuel Guichenonius in historica *Genealogia Ducum Sabaudiae* in Oddone Tom. I. pag. 198., ac Biblioth. Sebusiana cent. 1. n. LXXXIII. pag. 52. ubi labitur cum ait *rejectam* a Benvenuto *originem Saxonicam*; M. de S. Marc in libro *Abregè Chronologique de l'histoire generale de l'Italie depuis la chûte de l'Empire Romain* etc. Parisiis in 12. 1761. T. II. pag. 1037-42. Auctores auonymi operis inscripti *les généalogies historiques des Roys, Empereurs etc. et des*

Digitized by Google

toutes les maisons Souraines etc. ap. D. Giffart Parisiis 1756. Vol. II. pag. 143. de Monferratensibus, et 158. de Salutiensibus Marchionibus.

At dolendum istos omnes deceptos falsae interpretationi cujusdam epochae, qua notatur carta a Benvenuto pag. 9. in suo Chronico, et a me in prima parte Mon. Aq. col. 24. n. 13. relata, quam deinde posteriores falsarii magis, magisque ad hujus causae patrocinium corruperunt post *Guidonem* addentes, *qui fuit Auscharii filius*, de qua vide meas ad eam chartam in fine voluminis posteriores notas. At licet haud magnam ex nova hac sententia laudem reportaverit Ludovicus ab Ecclesia; attamen majorem promeruit in alia, quam contexuit Marchionum Salutiensium genealogia pag. 215. cit. edit. Neque enim solum multo accuratiores edidit eorum Marchionum generationes, verum etiam novos gradus detexit in primis eorum originibus. Cum enim veteres ante ipsum crediderint Thetem Manfredi I. Salutiensis Marchionis avum Aledrami filium fuisse, ipse in Italica Pedemontis historia pag. cit. *nepotem*, aut *pronepotem* Aledrami omnium primus constituit, et in libro *de vita, ac gestis Marchionum Salutiensium* Taurini 1604. edito *Anselmi filium* diserte asseruit. Quod sane quam acri, ac perspicaci judicio polleret satis ostendit, sola enim meditatione, ac conjectura sine praesenti documento rei veritatem est assecutus, uti tabulae, ac chartae a me prolatae, perspicue demonstrant.

Hunc tamen longo post se intervallo superavit Augustinus ab Ecclesia. Neque enim solum quod Ludovicus fecerat Marchionum Monferratensium, et Salutiensium genealogiam retexuit, sed quod nemo adhuc tentare ausus fuerat Marchionum Carreti, Boschi, Ponzoni, Cevae, et Clavesanae arbores quasdam confecit. Atque utinam ipse se eorum temporum consuetudine duci passus non fuisset, sed fontes, ac loca indicasset, ex quibus vel gradus, vel nomina personarum acceperat, magno sane me onere sublevasset, ac beneficio posteros devinxisset. At ille paucos inter se personarum ordines posuit, quin tamen quandoque indicaret a quo quilibet ortus esset, vel quem vadem, ac testem haberet, unde fit, ut licet de illarum existentia non videatur dubitandum (neque enim nomina finxisse censendus est), de vinculo tamen propinquitatis, vel quo certitudinis momento singula librayerit, incertus haereas. Quod sane ipsum non fallendi cupiditate fecisse videtur, sed ignoratione compulsus. In eo enim opere fatetur se veterum documentorum defectu certiora tradere haud potuisse. Ex quo fit, ut licet in rem magnam, ac difficilem fuerit aggressus, haud tamen multum utilitatis, ac fructus posteris attulerit.

De originibus nil sollicitus Volfangus Lazius sobriam, et singulatem tamen genealogiam disposuit in opere, cui titulus *de Gentium aliquot emigrationibus, sedibus fixis etc.* Francofurti apud Andreae Vechelii haeredes MDI. pag. 663. lib. ult. ubi Aleramum tradit primum fuisse Marchionem Montisferrati, cui Otto II. Folescam ex Theophania filiam uxorem collocaverit, ex qua Vilelmum. Post Vilelmum ponit Bauduinum, vel Bonifacium, dein Vilelmum II. (senem), qui ex Ita Chunradi II. Caesaris filia acceperit Bonifacium, et Vilelmum III. Longaspatam, postea Bonifacium, Vilelmum IV., Bonifacium II., Bonifacium III., cui assignat filios Rumboldum, cui juncta Guta Austriaca, demum Johannem, qui decessit sine liberis, ultimus Aledramici sanguinis ex recta linea successor. In fine vero libri XII. excusationem petit, quod pauca admodum de nobilioribus familiis retulerit; ait enim id se penuria docu-

Digitized by Google

mentorum coactum fuisse, rogare propterea eas, ut si quae habent illustriora, ad se mittant, ut in nova operis editione splendidiora, atque uberiora proferat.

En ergo quae fuerit eximiae hujus historiae partis conditio! Multi eam versarunt (quis enim antiquorum erit historicorum, qui Aleramum non meminerit?) ut omnes numerari vix possint. At quotus quisque est, qui chartas afferat, vel documenta eorum quae narrat veritatem comprobantia? Quid mirum itaque si exteri scriptores, vel severiores critici primas Marchionum nostrorum origines vel ignoraverint, vel silentio praeterierint, vel in dubitationem adduxerint? Thomas Rymer cum in praefatione primi voluminis *Actorum inter Reges Angliae* etc. Hagaecomitum 1745. in fol. editi ex Volfango Lazio quamdam chartam a Friderico II. Ducibus Syriae an. MCCXLVIII. concessam nominasset, in qua testes adfuerunt *Henricus Rex Siciliae* (Isabellae Angliae filius) *Manfredus Marchio, et Bertholdus de Honebourg* subdit, *sed de hisce Marchionibus apud Siculos, vel Italos ne verbum quidem me comperisse memini.* Audacius prosiluit Ludeviggius clarissimus inter Germanos auctor. Is enim in *quibusdam juris publici Germanici dissertationibus* Halae Salicae anno MDCCXXX. impressis aperte Aledrami existentiam in dubium revocavit, atque, cum Ottonianum diploma ei concessum, atque a Lunigio Germano item scriptore editum haud posset dissimulare, apocryphum hoc esse, ac nullius auctoritatis pluribus demonstrare conatus est; at frustra, ut in notis demonstravi.

At haec condonanda scriptoribus remoto a nobis coelo degentibus; profecto temperatiora sunt doctiorum Italiae judicia. De Aledrami persona nihil dubitavit Hieronymus de Medicis, cum de diplomate ab Hugone, et Lothario Regibus Aledramo an. DCCCCXXXVIII. concesso agens affirmet se illud *vidisse litteris Longobardicis scriptum, et extraxisse, postquam litteras illas legere didicit* (fol. 60.): attamen fol. 40. de vulgatis Aledrami origine, nuptiis, sobole, aliisque verba faciens diserte scribit: *De Aledramo tam multa, et varia feruntur, ut dici de eo possit nihil vere constare.* Siquis vero suspectae fidei hunc habeat, utpote qui a Duce Mantuae conductus totus incubuit in refellendis juribus, quae adversarii ex Aledrami persona ad se in Monteferrato pertinere contendebant, legat Johannem Tarcagnotam *delle istorie del Mondo* vol. II. lib. X. pag. 407. edit. Venet. ap. Juntas 1592., qui omnia ea, quae de Aledramo ab aliis tradita commemoravit, ut fabulas aniles irrisit. Huic adjungo Tristanum Calcum Mediolanensem saec. XV. scriptorem, qui in historia patriae, quam ad an. MCCCXIII. summa fide, et elegantia perduxit, cum persuasum haberet *Aledramum* in publicis tabulis Ravennae mense aprilis an. DCCCCLXVII. scriptis ab Ottone Imp. *generum suum* (1) nuncupari, ejus quidem cum filia Imperatoris matrimonium negare non est ausus, attamen cum illius historiam, ut ab aliis traditur, narrasset, ita concludit fol. 118. *Sed quia haec res nec ab idoneo scriptore, quod hactenus viderim, traditur, et speciem fabulae sapit, eam nec affirmare, nec refellere in animo est.* Sapientem hanc dubitandi rationem de rebus, quae a non satis fide dignis testimoniis narrantur, didicerat Chalcus a Georgio Merula magistro suo. Hic enim in historia Vicecomitum Mediolani edita lib. VI. pag. 138. postquam Monferratensem regionem descripsisset, ac locus esset opportunus de Marchionum origine, ac historia disserere, haec demum profert: *Hanc omnem terram aequalitate montis, qui a se ipso consurgit ab alpibus separatus*

(1) *Sed video hanc* (Ottonis filiam, cujus ait nomen ignorari) *Aledramo juveni impigro nuptam. Nam & Aledramum generum publicis tabulis nuncupat cum Ravennae esset &c.*

recentiores Montemferratum dixerunt, in qua quadringentos circiter abhinc annos Gulielmus cognomento Longaspata, tum Corradus filius, Bonifacius, atque nepotes continua serie usque ad Johannem suprascripti Gulielmi filium (de quo antea disserebat) *regnaverunt, cui stirps nulla erat.* Ex quibus Hieronymus de Medicis intulit Georgium Merulam accuratissimum antiquitatum scriptorem, quae ante Gulielmum Longaspatam ab aliis memorantur fabulosa, vel saltem incerta ea omnia arbitratum fuisse.

Neque diversa sentiebat Italicae historiae instaurator Muratorius, qui in hisce rebus sine idoneo teste nil affirmandum esse censebat. Atque ut de hac causa loquar, licet de Aledrami persona non videretur ipse dubitare; an tamen ab illo originem traxerint succedentes Marchiones teste Saxio *suadere sibi facile nequivit* in antiquitatibus Estensibus cap. XXVI. *cum ad hanc texendam Genealogicam seriem nullum hactenus documentum emerserit.* E contra potius ipse conjectatus est, quos *Alerami nepotes* dicimus a Pelavicinis, vel Palodii Marchionibus fuisse derivatos. Cujus sententiae non ipse primus inventor fuit; Thomas siquidem Porcacchi in dedicatione operis Dominici Morae cui tit. *Il soldato* editi Venetiis 1570. in 4. ad M. Ludovicum Malaspinam hujus familiae versans origines tradit Aleramum filium fuisse Alboini fratris Alberici Malespinae domini Bobii, qui Alboinus duxerat Luitgardam sororem Vitichindi, atque a Liutolfo fuerat adoptatus. Eadem fere sensit in praefatione ad Benvenuti a S. Georgio Chronicon R. I. S. T. XXII. col. 311. ubi post indicatos S. Georgii labores addit: *sed neque difficultatibus carent, immo nec fabularum quidem immunia sunt ea ipsa, quae de Aledramo traduntur, et ejus filiis.* Saxius Mediolanensis, qui prae coteris in scriptorum Italicorum adornanda editione adlaboravit, in notis ad Regnum Italiae cl. Sigonii (edit. Argelati Mediol. 1732. T. II. col. 434.) ubi hic ad an. DCCCCLXVII. scribit ab Ottone III. *Almaranum* (sic Aleramum vocat) *generum suum* M. Montisferrati fuisse declaratum, animadvertit jam *persuasum eruditis esse ficitia plura adinventa esse in origine texenda* Marchionum Montisferrati. Sigonium indo de gemino errore reprehendit, et quod fabulam antiquam complexus Aledramum Ottonis generum fecerit, et quod hoc anno Marchionatu donatum asseruerit, de quibus lectorem mittit ad epistolarem Marchionis Abbatis Josephi Malaespinae dissertationem ad calcem voluminis ab ipso conjectam. Quid autem in ea cl. Abbas praestiterit, facile est enarrare. Non enim solum raptum, ac carbonarias artes disjecit, quod factum jam a Benvenuto, aliisque fuerat, sed ex sinchronis auctoribus a Leibnitio T. I. Rerum Brunsvicensium productis matrimonium cum Adelaide evidentissime refutavit, ac ex ipsis chartis a Benvenuto prolatis triplicem Aledramo sobolem vindicavit excluso Bonifacio, uti Muratorius, aliique postmodum fecerunt, nec qualem Benvenutus finxerat, sed quam chartae ab eo relatae ostendunt. Cum vero ad reliquas Marchionum genealogias progredi vellet, hoc opus, hunc laborem esse candide professus est; de illis tamen in altera epistola acturum spopondit, quae nuspiam hactenus lucem aspexit. Saxius ipse legens apud Ottonem Murenam, cujus editionem curavit uti videre est R. I. S. T. VI. p. 949., Fridericum I. Imperatorem an. MCLX. juramentum a Gulielmo Marchione Montisferrati, et a Marchionibus del Guasto, et del Busco exegisse, quo ad milites sibi Papiae a festo S. Michaelis de mense septembris usque ad Pascha majus dandos obstringerentur, cupieretque quales essent explanare, primos de Guasto eosdem esse ac Languscos Laumelli Comites sentire se dixit, secundos vero a Sigonio inter VII.

Digitized by Google

Aledrami filios ab Ottone an. DCCCCXCVII. Marchionatu donatos affirmavit: at haec omnia postea retractans subdit, *sed cuncta incertae originis.* Eadem sensit Gaspar Berretta in tabula corographica Italiae medii aevi col. LXXIII IV-V. n. 44., ubi enim de Monteferrato, ac Langhis agere instituit, nonnulla de Marchionum originibus delibare in antecessum voluit; praefatus tamen *Montisferrati Principum, sicut et ceterorum qui a saec. IX., et X. in subalpina Longobardia praesertim dominari coeperunt veram, et genuinam originem nos adhuc latere*; progressus deinde est ad originem Aleranni Saxonicam ex Vitichindo, matrimonium cum Ottonis Imperatoris filia, filiumque Bonifacium invictis prorsus argumentis refellendum, in eo lapsus quod Monferratum Marcam esse putavit Aledramo concessam, ex qua reliquae Marchionum Langhensium Marchiae divisae, ac derivatae fuerint, cum Marcha Aledramo concessa Saonae civitate, et imperio praecipue consisteret. Sed de his alias.

Aegre tulerunt hasce exterorum querimonias aliqui a renatis in nostra regione litteris clarissimi scriptores Carena, atque Terraneus, atque hanc a suis circa rerum patriarum studium ignaviae notam depellere cupientes ad eam se provinciam contulerunt. Illum enim quaedam horum Marchionum genealogica schemata confecisse colligitur ex notis MSS. ad antiquitatum Estensium exemplar a Nic. Brica IC. postea emtum in margine exaratis. Alter vero in tertio voluminе *Adelaidis illustratae*, quod MS. servat Regia Athenaei Bibliothecae, ubi de secundo Adelaidis matrimonio cum Henrico ex Marchionibus Montisferrati verba facere instituret, in horum origines late excurrere coepit, ac duce Berengariano Panegirista demonstravit Aledrami majores ex Galliis arcessendos, ubi natus Gulielmus ejus pater, qui primus cum Vidone Rege, ac Duce Spoleti, ejusque fratre Anschario Hiporegiae Marchionatu postea donato cum tercentum militibus in Italiam profectus, post reportatam de Berengario victoriam multorum proscriptorum bonis ditatus hic sedem fixit, ac familiam auxit. Ejus patrem putat fuisse Aleramum Comitem Trojae in Campania, qui cum Teodorico fratre Parisiorum civitatem an. DCCCLXXXV. strenue defendit. Alerami, ac Theodorici progenitorem, ducibus duobus Occitaniae historicis de Vic, et de Vaissette T. I. pag. 705. constituit Aledramum an. DCCCXLIX. Gotiae Marchionem conjiciens praeterea hunc a Theodorico II., Theodoricum vero secundum a Theodorico primo an. DCCXC. Saxoniae Duce ortum duxisse, uti in Italica Aquensi historia late explicabo. At quantum Terraneus valuit in Aledrami origine perscrutanda, tantum operae posuisset in posteriori ejus sobole illustranda, nil forte aliud a nobis posset desiderari. Sed ipse non ultra tres ab Aledramo generationes ad saeculi nempe XI. medietatem progressus est. In iis tamen duo excogitavit, quae haud sunt silentio praetermittenda nempe Guidonem Aquensem Episcopum ab Uberto I. Ugonis clerici, et Anselmi fratre natum, dein Thetem eumdem esse ac Ottonem *Monferratensem Marchionem* in fundatione Monasterii S. Silani an. MXI. appellatum, quae sane cum documentis a me relatis videntur haud cohaerere.

Andreas Isius Tridinensis dum patriae suae historiam scriberet, ac necesse ei foret res a Marchionibus Monferratensibus gestas attingere, probe vidit genealogias a praeteritae aetatis scriptoribus traditas documentis destitui. Huic vitio cum ipse mederi vellet, ad documenta inquirenda, colligendaque manum admovit, atque ut est in dissertatione de S. Oglerio in fine hist. Tridin. posita *diplomaticum codicem typis parabat, cui dissertatio de vera Montisferrati*

Digitized by Google

Marchionum genealogia erat praefigenda. Spem tamen omnium ipse frustratus est. Tametsi enim ad triginta, et amplius annos supervixerit, nil tamen eorum omnium, quae spoponderat, perfecit. Utrum autem eam manuscriptam post mortem reliquerit, atque ubi nunc lateat, postquam ejus scripta in alienum solum Regia auctoritate migrarunt, supervacaneum est inquirere. Id ex ejus operibus, ac postremis litteris certo deprehendi, illam veram existimasse Monferratensium Marchionum genealogiam, quam a Jacobo, et S. Georgio vulgatam noverat; neque aliquid praeterea habuisse, quod in ea adderet, vel mutaret. Quid plura? Post explosum a CC. VV. Berretta, ac Muratorio ab Aledrami liberorum numero Bonifacium non tam in patriae historia anno MDCCXLV. edita, quam in epistola apud me servata, ac post annos XXV. scripta iterum illum ipse obtrudit. Quapropter in sententiam veni collectionem, quam se parasse affirmavit, posterioris potius quam primaevae Marchionum aetatis diplomata fuisse complexam.

Ex postremis, qui horum enucleandas sibi origines proposuerunt Joh: Brichierius Columbus Patricius, et Orator Finariensis habetur. Is tabulas XVIII. genealogicas gentis universae Carrectensis accurato, ac diligenti studio confecit, atque ad sua usque tempora versus scilicet hujus saeculi dimidium produxit, easque Vindobonae typis edidit in 4., quibus praemisit *Manductionem* ad easdem. Miror tamen eruditum ceteroquin virum in veteri adhuc sententia de Vuichindea Aledrami origine, ac Adelaidis ex Ottone Imp. matrimonio jam satis superque rejecto adhuc persistere voluisse, atque multas sane paginas ad Marchionis Malespinae (quem solum confutat) rationes refellendas haud sane utili labore implesse. Neque in hac solum re vetera secutus est praejudicia, sed et in Aledramicorum filiorum sobole numeranda. Tres enim ex Adelaide Ottonis I. filia liberos Aledramo genitos refert Vilelmum, Ottonem, hosque sine liberis obiisse, tertio Anselmum, ex quo Bonifacii familiam, ac Carrectenses Marchiones deducit, duos vero ex Gerberga Berengarii Regis filia uxore sua postrema, Bonifacium et Gulielmum, adeo ut ex Bonifacio Marchiones Boschi, Gavii, Occimiani, Ponzoni, et Incisae pervenerint: a Gulielmo vero altero Aledrami hujus nominis filio Marchiones Montisferrati, atque utinam nova aliqua attulisset documenta! Sed horum defectu conjecturis rem transigendam censuit. Ceteris vero lineis dimissis animum convertit ad illustrandam Anselmi ex Adelaidis Ottonis I. filia nati progeniem, ex quo Anselmo Thetem, ex Thete Bonifacium, Gulielmum, Ottonem, Anselmum, Manfredum, ex Bonifacio Henricum Guercium genitum affirmat, cui lineae illustrandae postmodum toto opere penitus incubuit. Cum autem Januensis advocatus Raphael a Turri in sua Cyrologia, quam plura in medium argumenta protulisset ad demonstrandum Marchiones Carrectenses diverso ab Henrici Guercii sanguine prognatos, neque ejusdem originis esse, ideo in *Manuductione* pluribus egit, ut eorum falsitatem demonstraret. Qua in re quisque videt excepta novae, ac peculiaris eruditionis laude, in primis gradibus vix quidquam a veteribus genealogiis differre. Aliquanto feliciores fuerunt scriptorum conatus cum de posterioribus lineis illustrandis actum est, ut et eaedem Brichierii tabulae, et duorum CC. VV. Equitis Jo. Bap. Vaschi, et Baronis Jos. Vernazzae de Marchionum Incisae a Rochetta genealogia scripta demonstrant, quorum primus amplo MS. volumine, quod ante paucos dies mihi ostendit, alter vero in explicatione sigilli saeculi XIII. ad eosdem Marchiones spectantis, ac Taurini edidi eorum seriem contexuerunt. Eo ergo generalis non solum eorum omnium, qui hoc argumentum versarunt conspectus, verum etiam quae fuerint de illorum

Digitized by

conatibus eruditorum virorum judicia, et qualis in tot annorum progressu in tanta bonarum artium feliciori cultura profectus factus fuerit.

De Collectione diplomatica, novisque ex ea Aledramicarum familiarum tabulis confectis.

Ex iis, quae modo attuli praeteritae, ac recentioris aetatis scriptorum testimoniis constat, multum nos adhuc abesse a veris nostrorum Marchionum originibus assequendis. Hoc igitur, quod historiae nostrae deesse videbatur, mihi sumpsi perficiendum, ut nunc proinde illud solum restet mihi explicandum, qua nimirum ratione et coeptum hoc opus, et ad hanc qualemcumque formam perductum fuerit. Sic autem occasio tulit. Dum antiquas ubique chartas ad res Aquenses spectantes venater, in plures incidi membranas, in quibus nova quaedam, nec hactenus observata antiquiorum Marchionum Sezadii, Boschi, Ponzoni, ac Montisferrati nomina primas eorum generationes illustrantia detexisse mihi videbar. Gavisus inde admodum sum nactum me esse occasionem, qua aliqua ex parte eruditorum votis possem satisfacere, et quae alii haud satis prospero exitu conati sunt, nunc ex recenter detectis documentis perficere. Quoniam vero illae nec multae erant, nec a proposita de rebus Aquensibus materia prorsus aliena, consilium cepi eas cum reliquis ipsius Diocesis chartis conjunctim edendi, atque tabulam genealogicam primores dumtaxat quatuor vel quinque Aledrami nepotum gradus complectentem ex iis confectam in fine voluminis, quod unicum tunc edere in animo erat, adjungendi. Quum autem hujus consilii ratio apud multos, eosque egregios in Civitate viros percrebuisset, suadebant ii, atque hortabantur, ut quod in primis Aledrami genesationibus aggressus fueram, illud ad ceteras omnes per plures Pedemontis regiones propagatas lineas Marchionales extenderem, neque ad paucos solum gradus, sed ad sequiores usque genealogias deducerem. Rem jamdiu a multis expetitam, cunctis historiarum scriptoribus non solum utilem, sed maximopere necessariam, numeris proinde omnibus absolvendam; mihi vero non admodum perdifficilem futuram, quippequi ex agnitis per novas chartas primorum graduum positionibus, ceteris facilius potuissem ad omnium detegendas propagines pervenire.

Atque haec urgebant viri praeclarissimi, atque patriarum antiquitatum amatores, inter quos non sine laude mihi commemorandus V. C. Eques Melchior Rangonus Regis a Consiliis. Is enim dum Parisiis frequenti uteretur doctissimorum Congregationis S. Mauri patrum, eorumque, qui celeberrimi operis de Arte Datarum Corrigendarum continuationi incumbebant, illos dicere sibi solitos narrabat, dubios se ac incertos esse de antiquis nostrorum Marchionum originibus eorumque historia, non libros nosse, quibus praestantissima haec historiae pars satis pro rei dignitate, ac ex eruditorum virorum judicio esset tractata, eumque rogasse, ut in patriam regressus, quidquid ipsis utile fore arbitraretur, quam cito ad eos transmitteret, ut in volumine, quod typis parabant, ejus uti possent notitia; non esse itaque praeclaram hanc de tam insignibus viris, ac de Republica litteraria benemerendi occasionem praetereundam, seque quam primum illos de meo hoc opere certiores facturos.

Hujus sane aliorumque gravissimorum virorum rationibus quin statim acquiescerem, obstabat multo plura mihi deesse ad operis complementum necessaria, neque scire, unde illa petenda mihi essent. Quis enim Marchionum Buschae, Clavesanae, Incisae, Occimiani genealogias contexuit, vel eorum Marchionum documenta protulit? Unde vero quaererem chartas ad Boschi, Sezadii, Ponzoni Marchionum lineas prosequendas, si cum familiis eorum quoque tabularia perierint? Illa vero superius memorata subsidia, et pauca esse, nec ab omni

falsitatis vitio immunia: horum vero omnium investigationem, atque examen multum operae, studiique postulare, quam hujus operis ad suum complementum properantis festinatio pateretur: neque satis temporis ex officio, rebusque gerendis superesse, quantum ad universam hanc librorum, ac codicum farraginem colligendam, discutiendamque erat necesse. Quid itaque agerem? Quid consilii caperem? Rei periculum faciendum duxi hoc pacto. Totum hoc *Monumentorum Aquensium* opus quale ab initio paraveram, in duas partes dividendum censui, quarum prima inedita diplomata contineret ad columnam usque 456.; altera vero edita quaedam cum anecdotis opusculis usque ad col. 288. Cum autem utriusque impressio pene esset ad umbilicum reducta: ab ea supersedendum jussi, quousque novae a me initae rationes aliter suaderent. Interim totum me contuli ad tabularia evolvenda, ac codices, ac libros, aliaque adjumenta conquirenda, quae ad opus perficiendum apta esse poterant, ut si res ex voto succederet omnium Marchionum genealogias ederem, sin minus fines mihi ab initio praestitutos haud excederem. Hoc itaque consilio capto feriis majoribus adventantibus iter litterarium per Alexandriam, Cassinas, Aquas, Albam, Montemregalem suscepi. Ex quo quantum profecerim, et quam uberem divitiarum mercem collegerim, vix dici potest. Neque enim solum iterum plurima ex editis documenta cum membranis primigeniis conferre fas fuit, verum etiam et alia diplomata, chronica, codicesque comparate contigit, quae non solum Aquensi historiae, verum etiam Marchionum texendae genealogiae accomodatissima esse cognovi. Huic enim itineri accepto ferenda et Raphaëlis Lumelli commentaria, et chartae pene omnes, quae in supplemento primae partis editae a me sunt, quarum majorcopia haud ita pridem in Monasterio Monialium S. Mariae majoris de Aquis fortuito inventae fuerant uti in I. Vol. praefatus sum.

Hisce mercibus comparatis tunc deliberavi monumentorum Aquensium opus in duo volumina partiri, quorum unum primam partem jam impressam contineret, cui Lumelli commentaria adjungerem, ac novatum de Aquensibus rebus chartarum supplementum cum annotationibus, quas ex collatione cum membranis, aliisque animadversionibus ad documentorum emendationem, vel intellectum adscripseram; alterum vero secundam partem cum collectione eorum omnium diplomatum, vel notionum, quae ad completam Marchionalium familiarum genealogicam historiam conducere quoquo modo poterant, complecteretur. Quamvis enim nondum eam jam suppellectilem in promtu habere intelligerem, quae operi sufficere videretur, attamen non esse a proposita semel sententia recedendum censui, neque despondendum. Spes enim mentem, animumque subierat fore, ut quemadmodum tam brevi temporis spatio tanta documentorum sylloges collecta a me fuit, multo amplior et propria diligentia, et amicorum, aliorumque doctorum virorum ope, ac liberalitate comparari posset. Quod sane uti optabam, feliciter contigit ut perinde gratiae mihi, ac plurimae agendae sint iis omnibus, qui vel tabularia sua mihi patere voluerunt, vel chartas, codices, diplomata, aliaque ad rem utilia suppeditarunt, quorum omnium suis locis facta a me est cum laude commemoratio.

Illi solum nunc mihi celebrandi, qui me editis libris juverunt, quorum sane non minor, quam diplomatum, vel codicum urgebat necessitas. Omnibus non solum in hac Sabaudorum Regum Principe Civitate, sed Italiae totius, (uti C. V. PaulusPaciaudi R. Parmensis Bibliothecae Praefectus non sine admiratione dicere solebat) Bibliothecis, classicorum auctorum qui amoenioribus litteris operam dederunt editionibus, excellit Comitis Felicis Durandi a Villa Bibliotheca. Hanc meae fidei concreditam tota quanta est meis usibus concessit. Nonnullos quoque sup-

Digitized by Google

peditarunt Comes ac Praeses Platzaert, Jos. Vernazza Albensis patricius, ac Fernensis Baro, I. C. Nicolaus Bricca, aliique. Ex horum vero, aliorumque uti pridem innuebam clarissimorum virorum liberalitate multorum adeo chartarum, ac documentorum cumulus accessit, ut de illorum delectu deliberandum potius mihi esse cognoverim. Etenim ne res in immensum excresceret, certa mihi regula fuit necessario praestituenda, ut ea illis praeferrem, quae ceteris praestare viderem, neque enim omnia documenta ejusdem sunt vel momenti, vel pretii; in primis erant distinguenda diplomata (quo nomine, quae nos *instrumenta* vocamus, continentur) ab historiis, atque in utroque genere diversae in illis rationes. Ex diplomatibus alia versantur circa res, quae in universum ipsos Marchiones, vel eorum bona, possessiones, ac jura afficiunt, alia vero in quibus de ipsis incidenter agitur, ut diplomata Imperialia, in quibus ipsi cum Aulae Principibus inter testes referuntur. In historiis vero vel facta narrantur, vel chartarum, ac diplomatum notitia praebetur, neque enim solum armorum strepitus, saevaque bella, sed inita pacis foedera, publica aedificia excitata, fundationes Ecclesiarum, testamenta, feudorum concessiones, splendidiores contractus probus historiae scriptor tradere solet. Historiae vero vel iis temporibus scriptae, quibus res contigerunt, vel serius, atque hoc omne probationis genus vel editis libris, vel MSS. codicibus, ac tabulariis adhuc continetur.

Hisce prae oculis habitis prima mihi cura fuit inedita diplomata, ac historias sinchronas seligere, quibus primum, ac praecipuum locum concederem, sic tamen ut quae de Marchionibus incidenter agerent, non integra, sed per particulas exhiberem, quod etiam in primi generis diplomatibus, quae jam edita a nostratibus historicis fuissent, praestandum censui. Neque enim prolixos eorum textus proferendi necessitas ulla videbatur, neque prorsus praetermittere patiebatur methodus probandi singula per chartas semel suscepta. Mediam itaque secutus viam praecipuas earum partes edidi, ut qui labori parcere velit compendium sectetur, qui totum legere cupiat, adeat fontem. Si tamen vel rarius esset auctoris opus, vel documentum ab extero scriptore inter multa diversi generis argumenta esset relatum, in rem nostram transferendum duxi. Quoad historias vero ea solum loca excerpsi, in quibus quae per diplomata, stipulationes, ac chartas egerunt Marchiones narrantur. Etsi enim integras tabulas haud referant, haud tamen erat illorum testimonium contemnendum. Cur enim rejiciendum, si ex ipso aliquid a contrahentibus expressis nominibus gestum noscamus, cujus ob latens, vel deperditum documentum vix alias in cognitionem veniremus? Inter historicos evolvimus praecipue Augustini ab Ecclesia volumen, cui tit. *descrizione del Piemonte MS.* In eo enim quam plurium chartarum ad nostros Marchiones spectantium meminit, quas ipse ex integro Alpherii chronico, aliisque vetustis historicis, ac tabulariis descripserat. Quorum cum multa perierint, habendae huic scriptori gratiae, qui earum aliquas nobis reliquias servaverit, quas ego suis locis seriatim inserui. Haec autem aequo jure sunt transferenda ad veteres tabulariorum catalogos, qui nobis multarum chartarum titulos conservarunt: ex iis enim plurium conventionum edocemur, quarum alibi frustra notitiam exquiras.

At non solum rerum delectus habendus erat, verum etiam temporum; intra enim illam solum annorum periodum sistendum esse existimavi, quae obscuriores aetates, ac difficiliores, magisque perplexos genealogiarum nodos complectitur, quae incipit a saeculo IX., ac ad totum XIII., vel XIV. protenditur, quod et in tabulis genealogicis servatum fuit. Solum enim

Digitized by Google

intra haec tempora fere omnes Marchionales familiae sui juris adhuc esse videbantur, cum Principibus Rebuspublicis ac liberis Italiae civitatibus foedera inibant, et publicas Italiae res tractabant, adeo ut illarum historia ante haec tempora juris publici, postea vero cum victae imperantibus manus dederunt privati juris sit appellanda. Quamquam ubi aliquod insignius Marchionum documentum, atque anecdoto in manus incidit, quod raro evenit, illud edere maluimus, quam tenebris suis ubi jacebat derelinquere. Paullo aliter actum cum historicis nostris utpote notioribus. Nam ex Chronico Benvenuti a S. Georgio non ultra annum MCCIV., ex Jofredi vero arbore Genealogica non ultra Manfredi II. imperium minimum an. MCCXIV. in excerptis progressi sumus.

Ex hisce omnibus facile est intelligere id nobis propositum, ut quo remotiora a nostris essent tempora, eo diligentius cuncta rimati fuerimus, tabularia, Bibliothecas, ut quo major erat documentorum penuria, ac operis difficultas eo intensius excurreret animus ad omnia colligenda, quae possent quoquo modo aliquam materiae lucem afferre, remissius vero quo magis ad propiora tempora descenderet investigatio. Utinam vero haec omnia simul habere contigisset! Uno enim eodemque chronologico ordine cuncta fuissent suis locis apte collocata, at illud nec obtineri potuit, nec sperare a me licuit. Quomodo enim in tanta officinatorum festinatione, quibus singulis quibusque diebus parari ad impressionem materiem oportebat, haberi simul potuissent tot monumenta a tam diversis tabulariis, ac disjunctis regionis nostrae partibus eruenda, vel quomodo ea librorum copia legi potuisset, quae huic operi putabatur necessaria. Diversae itaque fuerunt instituendae chartarum series, in quarum primis quae citius, in aliis quae serius documenta ad manus veniebant, disponerentur. Cui tamen diversitati, vel etiam si libet deformitati obviam itum a me fuit per generalem chartarum catalogum, in quo diplomata praecipua, quae in triplici serie divisim distributa continentur, in unam conflata ex ordine reperies.

Absoluta collectione ad tabulas genealogicas conficiendas accessi. In hujus vero texendis generationum ordinibus ita agendum putavi, ut, posthabitis quibuscumque genealogiarum sive editis, sive ineditis libris, primum ex collectione documentorum in undecim classes quaecumque ordinatim repericbantur Marchionum nomina distribuerem, iisque unice insisterem personis, ac propinquitatum gradibus, quae cum documentis inter se collatis, vel cum eorum formulis apte consentiebant. Si vero ex praejactis fundamentis personarum inter se nexus haud consequi posse viderem, uti nempe quando persona nominatur, sed cujus pater, vel filius fuerit haud exprimitur, tunc ad conjecturas, vel ad posteriores historicorum libros confugiendum esse existimavi. Inter illos, quos diuturna manu versavi, codicem *de Pedemontis descriptione* Augustini ab Ecclesia recenseo. Juvit vero quam maxime alter ejus auctoris foetus MS., in quo sub nominibus illustriorum Pedemontis familiarum ordine alphabetico digestis per annorum seriem multorum documentorum ad easdem pertinentium titulos cum indicatione locorum, vel auctorum, a quibus fuerunt desumti, descripserat, quem citavi sub hoc titulo *collectanea de illustr. Pedemontis familiis.* Universum hoc opus in sex MSS. volumina partitus erat, quorum tria solum prima nuper beneficio clarissimi viri habere contigit, quo factum est, ut notiores Marchionum familias Cevae, Carretti etc. complecteretur, obscuriores deessent; multa tamen ex iis collegi maximi momenti, quae cum in manus venerint post abso-

Digitized by Google

lutam collectionem diplomaticam, ideo latino donatas sermone ad calcem Genealogicarum tabularum inserui cum aliis annotationibus, in quibus alia quaedam, quae in praecedenti collectione vel exciderant, vel minus ei convenire videbantur operi tamen necessaria congessi.

Ad pleniorem autem antiquiorum genealogiarum intellectum duas alias tabulas confeci, alteram, qua Marchionum Estensium propago, alteram vero, qua magnae Adelaidis, ejusque liberorum cum Imperatoribus, Principibus, ac Marchionibus affinitates, vel consanguinitates describuntur. Neque enim solum haec necessaria sunt ad Pedemontanae historiae, ac Principum nostrorum antiquitates, verum etiam ad plura nostrorum Marchionum jura, facta, atque actiones dignoscendas, quae ex permixtis cum illis propinquitatibus vel ortum habuerunt, vel finem. Seorsim etiam edidi genealogiam Friderici II, Imperatoris, qua parte afficit propinquitatem cum Marchionibus Buschae, et inservit ad illustrandam Jacobi Aquensis historiam. Neque enim videbatur tam illustris conjunctio cum nostris Marchionibus silentio praetermittenda, locusque proinde ei in Genealogicis tabulis concessus. Cuilibet autem Marchionalium tabularum gradui numerica signa adjecimus, ut quibus quisque argumentis nitatur ex notis perspicuum fiat. Qua in re monendus lector, ut in graduum inquisitione haud iis solum sit citationibus contentus, quae sub eo numero continentur, sed antecedentes consequentes, ac etiam laterales gradus evolvat. In iis enim eorum saepe quae scrutatur distributas probationes inveniet; quod etiam animadvertat velim si forte aliquis numerus in notis deesse viderit. Reliquum igitur est, ut quod ad patriae decus, atque historiae incrementum conatus sum, aequi bonique consulat lector. Quod erratum fuerit, siquidem in temporum, nominum, locorum parum recte instituta ratione, condonet: si vero ex aliarum notionum, vel chartarum ignoratione commonefaciat; ac quae habebit vel noverit, quibus nostra confirmari, vel suppleri ac emendari detegat, libenti nec invido animo communicet. Neque enim me solum gratum, memoremque habebit, verum etiam quotquot harum rerum studio delectantur hoc sibi beneficio devinciet. Quis enim illum non grato animo collat, qui pro viribus utilitati publicae ad scientiarum augmentum cupit prodesse? Ille itaque, cui ignorata mihi documenta patebunt, edat in publicum, vel si ratio aliqua aliter suadeat, mihi tribuat. Quamvis enim huic secundae parti cum genealogicis hisce tabulis finis imponatur, attamen tertium manet volumen toti operi perficiendo necessarium, in quo siquid litteratorum virorum consiliis profecerim, adjungam. In eo autem veteres Romanas, medii aevi, et quotquot recentius in Diocesi Aquensi editae sunt inscriptiones cum brevi illarum, ubi opus, explicatione complectetur, quibus aliam Aquensium chartarum syllogem adjiciam, quae omnia concludet personarum, locorum, ac Ecclesiarum index amplissimus, quemadmodum in fronte primae partis fuit a me indicatum.

Digitized by Google

SERIES CHRONOLOGICA

Præcipuarum chartarum, quæ in hac ſecunda parte continentur, quo nonnulla errata Chronologica emendantur, ac inedita hoc ſigno ✠ ab aliis diſtinguuntur. Huic additur catalogus Chronicorum nunc primum editorum cum indice rerum, quæ in notis primæ, & ſecundæ partis fuerunt peculiariter illuſtratæ.

DCCCLXXXVIII. Comitis Gulielmi patris Aledrami e Gallia in Italiam adventus cum Guidone Spoleti Duce col. 289. n. 1.

DCCCI. Locatio a Ratperto Abate Bobiensi Liutardo Episcopo Albensi de quibusdam terris in Comitatu Aquensi positis. Ex Bibl. Ambrosiana col. 764. §. *de hoc.* ✠

DCCCCXXXIV. VIII. Kal. ..... Papiae. Donatio Auriolae facta ab Hugone, et Lothario RR. Italiae Comiti Aledramo. Ex Dur. P. C. p. 236. col. 290. n. 2.

DCCCCXXXV. VIII. id. febr. Papiae. Diploma Hugonis, et Lotharii, quo Aledramo Comiti concedunt villam Fori, et Ronchi. Benv. a S. Georg. pag. 9. et Guichenon Bibl. Sebus. p. 52. ed. Taur. 1780. — col. 291. n. 3.

DCCCCXLVIII. III. non. julii. Lucae. Diploma Lotharii II. Regis, quo cuidam Varemundo ad preces Aledrami Comitis facultatem dat eligendi advocatum, aedificandi turres, et castella, mercatum faciendi etc. A. M. AE. Mur. T. II. diss. XXVI. col. 469. col. 291. n. 4.

DCCCCLXI. XI. augusti. Fundatio Monasterii Grassani sub titulo S. Salvatoris S. Mariae, S. Petri, et S. Christinae ab Aledramo Marchione una cum uxore Gerberga, Anselmo, et Oddone filiis facta. Benv. a S. Georgio pag. 10. Ughel. in Ep. Vercell. c. 309. Aug. ab Eccles., aliique col. 292. n. 5.

DCCCCLXVII. X. Kal. apr. Ravennae. Diploma Ottonis I. Imp. Aledramo Marchioni. Ex Benv. a S. Georgio pag. 12. col. 293. n. 6.

DCCCCXCVI. Permutatio Episcopi Astensis cum Herm[illegible]filia Anselmi Marchionis et dono C. V. Joh. Bapt. Billiae J. C., ac Vic. Gen. Diocesis Astensis col. 738. n. 217. ✠

MXIV. Diploma Henrici II. Imperatoris, quo Monasterio Fructuariensi confirmat donationes ab Hugone, et ejus matre, et fratribus filiis Marchionis Anselmi, et a Vilelmo, et Riprando filiis Marchionis Odonis. Ex Bibl. Sebus. pag. 93. et Irico col. 619. n. 2.

MXIV. VII. madii. Papiae. Judicium coram Henrico I. Imper., ac Otberto, et Anselmo fratribus, ac Aledrami M. nepotibus Papiae habitum. Ex Murat. Antich. Esten. par. 1. pag. 110. col. 295. n. 10.

MXIV. Diploma Henrici Regis, quo Monasterio S. Michaelis vallis Segusinae confirmat Ugonis M. donationes. Ex Dachery Spicileg. pag. 386. T. III. col. 295. n. 10.

MXIV. Diploma Henrici II., quo Monasterio Fructuariensi confirmat donata eidem ab Ugone, et ejus matre, et fratribus filiis M. Anselmi, et Vilelmo, et Riprando filiis M. Oddonis. Ex Bibl. Sebus. pag. 93. et Irico col. 619. n. 2.

Digitized by Google

MXVII. VII. Kal. apr. Venditio plurium possessionum, quas Bonifacius, et Conradus MM. Tusciae ab Anselmo M. Alerami nepote emerant, Presbitero Dominico. Ex Tiraboschi *Storia del Mon. di Nonant.* T. II. pag. 146. col. 295. n. 11.

MXXIV. Investitura de possessionibus S. Martini Villae Solaria renovata Hugoni Marchioni Aledrami nepoti. Ex Nov. Thes. Anecd. Marten. et Durand. col. 51-2. T. I. col. 296. n. 12.

MXXVII. Notitia cujusdam donationis a Vilermo Marchione factae Ecclesiae S. Mariae de la Rocca, et cujusdam pearmutationis inter ipsum, et Abatem Fructuariensem a Lucio Papa confirmatae. Ex quibusdam actis an. MCCCCVII. prolatis ab Irico Hist. Tridin. lib. II. pag. 158. col. 297. n. 14.

MXXVIII. III. octobris. Montefalconio. Donatio Othae, et Odilonis Monasterio S. Petri de decima parte rerum suarum in Lugo, et Capellis duabus, item de omni re in loco Cuccari, et Mediolani, postea ab Adila Comitissa, et Marchionibus filiis huic Monasterio confirmata. Vide par. 1. n. 21. ad an. MLV. ex schedis Terranei, qui eam habuit a q. C. V. I. C. Carena col. 517. n. 1. ✠

MXXIX. XII. Kal. febr. Regii. Venditio possessionum in Comitatu Mutin., et Parmensi ab Agelburga, et filiis facta Valderadae filiae quondam Oddonis Marchionis. Ex T. II. Stor. di Nonant. Tiraboschi doc. CXXIV. p. 159. col. 299. n. 16. meminit Muratorius A. I. M. AE. T. V. col. 678.

MXXIX. XII. septemb. in Burgo Fontanae Federici. Commutatio inter Abbatem Mon. Nonantul., et Ingeronem quarumdam possessionum, quas hic emerat a Gualderada filia Oddonis Marchionis. Ex Tiraboschi Stor. Mon. Nonan. T. II. p. 160. N. CXXV. col. 298. n. 15.

MXXX. Notitia Uvazae uxoris Villelmi Marchionis. Ex lib. miracul. S. Bononii Abbatis Lucediensis apud Bolland. ad diem XXX. aug. Tom. VI. pag. 623. n. 20. col. 299. n. 18.

MXXXIII. X. jun. Nazani. Fundatio Monasterii S. Mariae Castilionis nunc Diocesis Burgi S. Donnini facta a Marchione Adelberto Estensi coram Ugone Marchione Comite civitatis Terdonae. Ex Mur. Ant. Est. par. I. cap. XII. pag. 98., 99. col. 300. n. 19.

MXL. XIII. Kal. nov. Romaniani. Fundatio Monasterii S. Silani ab Olderico ex Marchionibus Romagnani nepote Marchionis Magnifredi de Secusia coram Ottone M. Monferr. Ex Dur. P. C. pag. 165. col. 301. n. 20.

MXLII. IV. Kal. febr. Caramaniolae. Donatio Henrici fil. Vilielmi M., et Adalasiae Comitissae Secusiae Ecclesiae S. Johannis Taurin. Ex MSS. Terran. col. 303. n. 21. ✠

MXLIII. XIII. Kal. jun. in valle Nobilensi. Donatio Henrici M., et Adelasiae Com. Monisterio, et Canonicae S. Antonini. Ex Terran. cit. MS. col. 305. n. 22. ✠

MXLIV. V. idibus junii. Pinerolii. Donatio Adelaidae Com., et Henrici M. Monasterio S. Mariae de Caburro; ex cit. MS. col. 307. n. 23. ✠

MXLVII. III. Kal. aug. Bronae. Placitum a Rinaldo Imperatoris Legato Broni habitum praesentibus Anselmo March. Ex Murat. Ant. Esten. par. I. cap. XVIII. pag. 165. col. 308. n. 24.

MLXIV. II. Kal. martii. Secusiae. Donatio quarumdam possessionum infra civitatem Albae, et in Comitatu Astensi, ac Monferradiensi, aliisque locis facta a Secundo. Ex schedis q. cl. Bertae R. Bibliothecae Praef. col. 518. n. 2. ✠

Digitized by Google

MLXXIV. XVII. Kal. jan. Romae. Epistola Gregorii VII. ad Gulielmum Papiensem Episcopum, qua eum arguit, quod ad se vocatus non venerit, et praecipit, ut accedat ad Concilium, in quo ei dabitur facultas defendendi conjugium sororis suae cum Azone M. Coll. Conc. Lab. T. XX. col. 152. lib. 11. Epist. 35. col. 520. n. 5.

MLXXIV. XVII. Kal. januarii. Romae. Epistola Gregorii VII. ad Comitissam Mathildem, qua ei praecipit, ut a consortio Azonis se sejungat: quod si illum suum consanguineum non esse probare se posse confidat, ad proximum Concilium mittat, ubi se ejus probationes auditurum promittit. Coll. Conc. Lab. T. XX. col. 152. Epist. lib. 11. Ep. 56. col. 521. n. 6.

MLXXIV. idibus octobris. Capuae. Literae Gregorii Papae VII. hortantis Albertum Episcopum Aquensem ad extirpandam e Clero simoniam, et incontinentiam. Ex Labbeo T. XX. p. 83. col. 1. n. 1.

MLXXIV. XVIII. Kal. nov. Romae. Epistola Gregorii VII. ad Beatricem, et ejus filiam Mathildem, qua inter caetera scribit se Romam vocasse Papiensem, et Mutinensem Episcopos pro dirimenda causa circa conjugium Azonis March. T. XX. Coll. Conc. Lab. lib. 11. Epist. 9. col. 134. col. 520. n. 4.

MLXXIV. XVI. Kal. aprilis. Romae. Epistola Gregorii VII. ad Gulielmum Papiensem Episcopum, qua eum monet, ut ipse cum Azone Marchione accusato de incestuosa conjunctione cum ipsius Episcopi sorore, vidua ex morte Marchionis VVidonis de Sezadio, ad se veniat, ut hujus causa discuti possit. Conc. Coll. Lab. T. XX. lib. I. Ep. 57. fol. 105. col. 519. n. 3.

MLXXVIII. III. decemb. Musinaschi. Donatio D. Immillae Ducissae, et sororis D. Adelaidae Comitissae Secusiae Monasterio S. Petri in Musinasco, testibus Villelmo, et VVidone Marchionibus. Ex antiquo apographo Tabul. Pineroliensis Ughelliano multo emendatiore col. 309. n. 27.

MLXXX. III. non. nov. Romae. Litterae S. Gregorii PP. VII. ad Episcopos Astenses, Taurinenses, et Aquenses, ut Bonifacii M. fratris Mainfredi conjugium cum muliere Anselmo altero Germano suo defuncto olim desponsata prohibeant. Lib. VII. Ep. IX. ex T. XX. p. 294. Coll. Conc. Labbei col. 311. n. 28.

MLXXXI. XV. Kal. aprilis Praecipiani. Venditio Grondonae, Catorbae, Montemorixini, Nazani a Marchione Guidone clerico filio quondam Alberti M. facta Girvino Subdiacono ex chartulario Terdonae col. 521. ad notam n. 6.

MLXXXIX. id. junii. Donatio facta ab Adalasia Comitissa, Agnete, et alia nepte Agnete Oddoni Episcopo Ecclesiae Astensis de abbatia S. Dalmatii, et Plebe de Lovaldeso col. 522. n. 7.

MXC. XXI. jan. Ferraniae. Fundatio Canonicae S. Petri de Ferrania a Bonifacio Marchione fil. Thetonis. Ex actis litis Ferraniensis col. 311. n. 30. adde ad hanc chartam, quae habentur col. 523. n. 9, et notas, quibus ejus falsitas demonstratur.

MXCIII. XXV. aprilis. Papiae. Diploma Henrici III. Imperatoris, quo Burchardi Marchionis precibus, aliorumque Ottoni electo Astensi concedit castrum Carassone. Ex apographo anno MCCCLIII. a tribus Not. solemniter exscripto jussu Baldracchi Ep. Ast. ex charta apud V. cl. Sclavum col. 312. n. 31.

Digitized by Google

MLXXXXIII. madii. Papiae. Diploma Henrici IV. Imperatoris, quo Wilelmi Marchionis Montisferrati rogatu confirmat jura Ticinensis Ecclesiae in multis Monasteriis. Ex Murat. A. I. M. AE. Tom. VI. col. 327. col. 512. n. 8.

MXCV. X. Kal. septemb. Donatio Ecclesiae S. Stephani Bovesii facta a Bonifacio Marchione Ecclesiae Fructuariensi. Ex autographo exscripta a P. Rulfio Ord. S. Augustini, ac dono data I. C. Carenae, qui ei notas adjunxit col. 516. n. 10. ✠

MXCVII. V. Kal. jan. Fundatio Canonicae Ferraniae a MM. Bonifacio, et Henrico nepote F. q. Manfredi fratris, ac Tetonis filii, quae antea in actis litis Ferraniae corrupta, ac fere dimidiata erat typis edita, nunc ex membrana R. A. an. MCCCXIII. integre, ac emendatissime prolata col. 313. n. 52.

MC. Literae Ivonis V. infra ad annum MCIX., ad quem spectant.

MCVII. XIV. apr. Gamundii. Donatio Oddonis Canefri aliquorum praediorum Basilicae S. Mariae Roboreti. Ex autentico penes R. P. M. Gavallerium col. 2. n. 2. ✠

MCIX. Epistola Ivonis Carnotensis Episcopi, qua Hugonem Trecensium Comitem de hortatur a promovendis nuptiis filiae Bonifacii M. de Vasto ejus consobrinae cum Ludovico R. Francorum Ep. CCIX. ed. Par. ap. Ivonis 1647. pag. 89. c. 315. n. 33.

MCXI. Notitia juramenti, quod pro Imperatore Romae praestitit Bonifacius M. col. 316. n. 37.

MCXI. X. Kal. apr. Sutrii. Diploma Henrici V. Imp. civitati Taurin. praesente Raynerio M. Montisf. Ex Guich. Hist. Geneal. T. IV. par. 1. pag. 30. col. 316. n. 38.

MCXI. IV. idus nov. Cevae. Donatio Biestri facta a Bonifacio M. Ecclesiae Ferranicae. Ex Collec. DD. in causa Ferraniae col. 317. n. 40.

MCXI. Aucimiani. Ecclesia S. Martini in Zenzano subiecta Praeposito Ecclesiae S. Evasii a MM. Rainerio, et Oberto. Ex archiv. Eccl. Cathed. Casalis largiente C. V. Eugenio de Levis col. 3. n. 3. ✠

MCXII. Aquis Epistola Azonis Ep. Aq. ad Henricum V. Imperatorem, ut in Italiam descendat ad contrariam factionem, quae ob novam Jordani in Archiep. Mediol. a duobus Episcopis Arialdo Januensi, et Mamardo Taurinensi consecrationem augebatur compescendam. Ex Eccard. script. M. AE. T. II. p. 266. col. 4. n. 4. vide etiam Landulfum Rer. Ital. script. Mur. T. V. c. XV. et XVI. jun.

MCXII. IV. non. aug. Donatio Bonifacii M. Ecclesiae Ferraniae. Ex arch. Aquaesextiensi col. 317. n. 41. ✠

MCXIII. Rajnerii Marchionis Donatio Monasterio S. Secundi Astensis. Ex Ugh. in Ep. Ast. col. 527. n. 11.

MCXXI. IX. julii. In castro Vici. Donatio Bonifacii M. cum filiis Ecclesiae S. Donati de Monte dono data a I. C. Delphino Muletti Salutiensi col. 527. n. 12. ✠

MCXXII. III. Kal. decemb. ind. VII. (erratum in exemplari Mabillonii. Hoc enim anno currebat indictio IV.). Investitura feudi Solerii Oberto M. concessa a Capitulo Ecclesiae S. Martini col. 374. n. 139.

MCXXIII. Kal. martii. Laureti. Donatio Ecclesiae Ferraniae Marchionis Bonifacii ex arch. Aquaesextiensi col. 319. n. 45. ✠

MCXXIV. XIV. Kal. junii. Laureti. Charta, qua Bonifacius Marchio confirmat donationem factam Ecclesiae Ferraniae. Ex arch. Aquaesextiensi col. 319. n. 46. ✠

Digitized by Google

MCXXV. V. octob. Laudi. Testamentum Marchionis Bonifacii, Ex Durando Piem. Cispad. pag. 348. col. 320. n. 47.

MCXXVI. IV. januarii. Locedii. Fundatio Monasterio Locedii a Rainerio, Ardicione, Bernardo Marchionibus Monferratensibus. Ex Benv. a S. Georgio pag. 22. et Iric. diss. de S. Ogl. pag. 7. Irrepsit error in indictione, quae erat III., minime vero VI. uti habent praedicta exemplaria col. 320. n. 48.

MCXXVIII. XX. martii. Albingauni. Subjectio Monasterii S. Laurentii de Varegotho Abati Monasterii Lerinensis facta ab Ottone Episcopo Albingaunensi probante Bonifacio Marchione cum Agnete sua uxore, et filiis. Ex archiv. Mon. Lirin., a quo eduxit, humaniterque communicavit C. Gasp. Sclavius col. 321. n. 50., Vid. item col. 528. n. 13., ubi annus, quem ei ob chartae defectum ex arbitrio assignaveram, juxta hujus nuper adepti documenti notas est emendandus. ✠

MCXXXI. Vide MCXXVIII.

MCXL. julii. Conventiones Reipublicae Gennae cum Manfredo, Anselmo, Henrico, et filiis Bonifacii Marchionis circa bellum adversus Obertum Comitem Vintimilii suscipiendum. Ex Cyr. Raph. a Turri p. 35. col. 322, n. 55.

MCXLII. XII. Kal. junii. Carnagnoliae. Donatio Manfredi, et Hugonis MM. de Salutiis Monasterio de Civitacula. Ex dono G. Sclavii, cuius exemplar praeferebat an. XLII. at haud congruit indictio IV., quare annum emendavi col. 4. n. 5. ✠

MCXLV. (non MCXLIX. uti ex errore irrepsit) Aquis literae cleri ac populi Aquensis ad Robaldum Archiepiscopum Mediolanensem, et Ubertum electum Aquensem, quibus utriusque praesentiam sollicitant. Ex Julinio Mem. Stor. di Mil. Tom. V. p. 582. vide col. 4. n. 6.

MCXLVIII. Particula foederis ab Henrico Guercio Marchione Saonae cum Januensibus juramento firmati. Ex Cyr. Raph. a Turri p. 104. col. 323. n. 59.

MCLI. XXIV. madii. In valle Rupis. Renunciatio juris in pluribus locis per Monachos de Pedona possessis a D. Widone Marchione filio Willelmi Marchionis eorum Abati concessa. Educta ex arch. Aquaesext. in Provincia a C. V. Gaspare Sclavo ✠ col. 323. n. 60.

MCLII. IV. idus augusti. Donatio Henrici quondam Manfredi Marchionis cum Manfredo Hanrico, et Ugolino filiis Canonicae de Romanisio. Ex arch. Aquaesextien. exscripta a D. Sclavo col. 324. n. 61. ✠

MCLV. Investitura castri Rossanae facta Marchioni Gulielmo a Carolo Episcopo Tautin. Ex MS. Com. Caroli Salutii ex DD. Paesanae fol. 51. col. 324. n. 62. Haec indicatur ab Aug. ab Eccl. in MS. descr. Pedem. in actis lit. Ferraniae, et a Meiran. Ped. sacr. pag. 215.

MCLV. Foederis leges inter Rempublicam Genuae, et Manfredum, Henricum, et Ottonem Marchiones. Ex Cyrol. Raph. a Turri p. 103., qui erravit in indictione, quae erat III., non II., vel in anno col. 325. n. 63.

MCLVI. IV. madii. Graciani. Donatio Gulielmi Marchionis, et Julitae Monasterio Grassani. Ex Benv. a S. Georgio pag. 26. col. 327. n. 64.

MCLXI. Promissio securitatis facta a Friderico I. Imperatore Pisanis, et MM. de Monteferrato, de Wasto, et de Bosco. Ap. Lunig. Cod. Ital. Dipl. T. I. col. 1057. col. 530. n. 19.

Digitized by Google

MCLXI. VIII. id. martii. Salutiis. Donatio M. Manfredi q. Bonifacii Monasterio S. Mariae Staphardae. Ex charta penes C. V. Gasp. Sclavum, it. extat in Collectaneis MSS. Terranei col. 329. n. 69.

MCLXI. Januae m. julii. Donatio Adalasine F. Adarati Alberto M. de Incisa. Ex Collect. docum. in causa Rochetae Tanari etc. col. 328, n. 68.

MCLXII. III. Kal. junii. Romanisii. Manumissio a Manfredo Marchione Salutiarum quibusdam servis concessa col. 632. n. 18.

MCLXII. IV. id junii. Papiae. Diploma Friderici Imp. Henrico Guercio M. Saonae. Ex Raph. a Turri pag. 108. collatum cum antiquo exemplari v. notas. col. 330. n. 70.

MCLXII. V. junii. Papiae. Foedus inter Fridericum I. Imperatorem, et Rempublicam Genuen. ubi nonnulla de MM. Saonae, Boschi, et Montisf. Ex Raph. a Turri Cyrol. p. 26. renovatum a Friderico II. MCCXX. IX. octob. in castris prope Bononiam col. 331. n. 71. it. 399. n. 173.

MCLXIII. Epist. Joh. Sarisbur. v. MCLXVIII.

MCLXIV. XII. Kal. junii. Roboreti. Restitutio Comitis Forcalquerii in omnia sua bona, quae amiserat ex sententia Henrici Marchionis de Wasto concessa a Friderico I. Imperatore. Ex hist. Prov. Honor. Bouche T. II. pag. 134. n. 28. col. 331. n. 24.

MCLXV. II. octobris ind. XI. (currebat hoc anno ind. XIII.) Salutiis. Emtio Villae, et Verzoli facta a Marchione Manfredo, et filio ejus Manfredo penes C. V. Jac. Durandum col. 632. n. 20.

MCLXVI. in Burgo S. Dalmatii. Transactio de Farillano inter D.D. Manzani, et Manfredum Marchionem Salutiarum filium Bonifacii col. 633. n. 21.

MCLXVII. Literae Vilielmi Marchionis Montisferrati Ludovico Regi Franciae apud Duchen. R. F. script. ed. Paris 1641. col. 532. n. 25, 26. 27.

MCLXVII. XI. Kal. maii Arimini. Investitura Marchiae Guidonis concessa Henrico Marchioni a Friderico I. Imperatore. Ex Mur. Ant. M. AE. T. I. pag. 317. diss. VI. collata cum antiqua charta penes Cl. V. Gasp. Sclavum col. 332. n. 78.

MCLXVIII. Epistola Johannis Sariburiensis Bartholomeo Exoniensi Episcopo de Frederici Imperatoris fuga ex Italia, et ope ei praestita a M. Montisf. Duchen. T. VI. col. 8. n. 7., qui ei assignavit an. MCLXIII. uti et Maurini Patres, it. Bouquet Recueil. des Hist. de France T. XII. p. 130., quibus adhaesi in hac editione, at nunc mutata sententia verum ei annum praeposui. Vide Lupum lib. 11. Ep. 66. Baronium, Pagi, Murat. an. d' It. ad h. a.

MCLXIX. V. decembris. Noni. Sententia, qua Bonifacius Marchio Montisf. arbiter electus Amedeo Comiti Sabaudiae in Marchionatu Salutiensi dominium adjudicat. Ex schedis Terranei col. 334. n. 79.

MCLXX. mense jan. Deditio civitatis Alexandriae S. P. Alexandro III., ac annui census promissio collata cum editionibus Ughellii, Gliflinii, Lunigii, ac Muratorii col. 11. n. 8.

MCLXX. Lanerii. Venditio possessionum in loco Cerreti a Ruffino, et Rajnerio facta Alberto M. Incisae. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tan. col. 339. n. 80.

MCLXXIII. Incisae. Sedimen in loco Cerreti a Bonifacio venditum Alberto M. de Incisa. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tanari col. 340. n. 81.

Digitized by Google

MCLXXIII. Tabulae contractus matrimonii Joannis filii Henrici Regis Angliae, et filiae Humberti Comitis Maurianae subscriptae a proceribus Regni, et Marchione Montisferrati, aliisque Comitibus de Canavesio Humberti vassallis. Rimer Tom. I. pag. 33. n. 24. col. 534. n. 29.

MCLXXV. XV. exeunte aprili. Compromissum Friderici I. Imperatoris, et civitatum Longobardiae in Comitem Sabaudiae, et Henricum de Wasto arbitros, et juramentum Marchionis Montisferrati, et aliorum de tregua cum Alexandria servanda teste Henrico, et Uberto de Incisa. Ex Murat. A. I. M. AE. Tom. IV. diss. XLVIII. col. 275. v. col. 535. n. 29.

MCLXXV. junii. Romanisii. Conventio inter Manfredum patrem, ejusque filium Manfredum Marchiones Salutiarum, et Abbatem Fructuariensem de albergaria Serralunghae apud C. V. Durandum col. 634. n. 24. ✠

MCLXXVI. Breve Alexandri v. infra MCLXXVII.

MCLXXVI. novembris Saluciis. Donatio Monasterio de Stapharda a Manfredo filio Manfredi M. Salutiarum apud C. V. Durandum col. 634. n. 25.

MCLXXVII. III. Kal. febr. Anagniae. Breve Alexandri Papae III. de electione Episcopi Alexandrini. Ex annal. Ghilini pag. 7., qui illud superiori anno assignavit: at falso. Hic enim Pontifex Senensis, natione in suis bullis secutus est calculum Florentinorum, (ut Patres Maurini in arte datarum pag. 290. Vol. 1. adnotarunt), qui annum a die XXV. martii incipiebant. Baronius addit in fine *Pontificatus nostri anno* XXI.

MCLXXVII. aprilis ind. X. (cor. ind. V.) Staphardae. Donatio Frascheti a Manfredo filio q. Manfredi Monasterio Staphardae col. 635. n. 26. ✠

MCLXXVII. Kal. augusti. Conventiones de tregua servanda inter Imperatorem, et filium ejus Henricum ex una parte, Marchiones Montisferrati de Wasto, de Bosco, et omnes Lombardos ex altera. Ex Murat. A. I. M. AE. T. IV. diss. XLVIII. col. 283. n. 26. col. 535. n. 30.

MCLXXVIII. XV. Kal. aug. Tusculani. Litterae Alexandri III., quibus confirmat erectionem Canonicae, et unionem Ecclesiarum eidem factam ab Othone electo Epis. Alex. Ex Ann. Ghilinii col. 13. n. 10.

MCLXXVIII. X. septembris Venetiis. Diploma Friderici Imperatoris, quo Rainerio Comiti Blanderatensi donat possessiones Marchionis Henrici. Ex MS. Benv. a S. Georgio de origine Gentilium suorum col. 740. n. 218. ✠

MCLXXIX. IX. Kal. aug. Fragmentum pacis Cariensium, Testonensium, et Balborum, in qua Balbi promittunt tueri Carium adversus Marchionem Montisferrati. Ex Hist. de la Maison Balbe de Quiers T. II. pag. 221. col. 536. n. 32.

MCLXXIX. Vallii. Fundatio Ecclesiae, et Valetudinarii in loco Furnelli facta ab Henrico Marchione Saonae. Ex Collect. DD. in causa Rochettae (cor. Ferraniae) col. 542. n. 88. (hic numeri aliquantisper turbati usque ad n. 106.).

MCLXXX. Mediolani. Sententia Algisii Archiep. Mediol., qua jure accessionis unit Ecclesiam Aquensem Ecclesiae Alexandrinae. Ex Ughel. T. IV. p. 315. collata cum exemplari q. C. V. Franc. a Turri, et Episcopi Pedrochae, qui eam descripsit in libro MS. *solatia*, cujus variantes v. in notis col. 13. n. 11.

Digitized by Google

MCLXXXI. XVI. Kal. nov. Nauli. Pacta conventa inter Henricum Marchionem Saonae; Odonum, et Henricum ejus filios, et Consules Naulenses circa munitiones castri, et alia de mercatu, et molendinis. Ex Cyrol. Raph. a Turri pag. 37. col. 343. n. 88.

MCLXXXII. XX. julii. Foedus, quo Henricus Marchio Saonae, Otto, et Henricus ejus filii promittunt se cum Januensibus societatem, habitationem Januae, et milites ad bellum adversus eorum hostes daturos; et vicissim Januenses spondent eorum possessiones in marca Saonae conservaturos etc. Ex Raph. a Turri Cyrol. p. 36. col. 344. n. 90.

MCLXXXII. XI. aug. Morani. Conventiones inter Gulielmum M. Montisferrati, et civitatem Vercellarum. Ex Benv. a S. Georgio pag. 31. col. 346. n. 91.

MCLXXXIII. prid. non. febr. Reconciliatio Frid. I. Imp. cum Terdonensibus ubi nonnulla statuuntur de Marchione Montisferrati col. 364. n. 119.

MCLXXXIII. XXV. nov. Montecalvo. Confirmatio donationum Monasterio de Locedio facta a Bonifacio Marchione Montisferrati. Ex Irico diss. de S. Ogler. pag. 13. edidit quoque Muratorius col. 347. n. 93.

MCLXXXIII. prid. Kal. maii. Placentiae. Litterae Friderici I. Imperatoris, quibus Gullielmo Episcopo Astensi, et Henrico Guercio M. Saonae, F. Teodorico, et Rodulpho dat integram facultatem de pace instituenda inter ipsum, et societatem Lombardiae. Ex Murat. T. IV. diss. XLVIII. col. 537. n. 34.

MCLXXXIV. prid. Kal. jan. Romanisii. Confirmatio donationis Monasterio Staphardae facta a Manfredo M. Salutiarum, filio q. Manfredi col. 636. n. 31.

MCLXXXIV. XIV. aprilis. Saviliani. Transactio inter D. Belengarium filium D. Villielmi M. de Busca, et D. Villielmum Abatem S. Petri de Saviliano de Castagneto Roxanae. Ex Tabulario S. Petri Saviliani humanitate D. Carisii Abatis Congreg. Cassin. mihi tradita col. 538. n. 35. Extat in Collectione doc. Ferranica, sed imperfecta.

MCLXXXVI. XV. octob. Montecalvo. Donatio D. Piscis facta Bonifacio Marchioni Montisferrati de Castro Montis Barzarii. Ex Rousset suppl. au Corps dipl. T. II. pag. 65. col. 347. n. 94.

MCLXXXVI. mense nov. Voze. Venditio nemoris facta ab Odone Marchione Saonae hominibus Nauli. Ex Cyrol. Raph. a Turri pag. 37. col. 348. n. 96.

MCLXXXVII. maii. Tyri. Privilegium Conradi Gulielmi Montisferratensis Marchionis filii concessum societati Humiliorum Pisanorum in civitate *Tyri*, et in aliis locis. Ex Murat. A. M. AE. T. II. diss. XXX. col. 911. — col. 539. n. 38.

MCLXXXVIII. junii. Saviliani ind VII. (corr. indic. VI.) Emtio duorum mansorum in Strepeto facta in Camera ven. Abatis Willelmi Montisferrati. Ex arch. Monasterii S. Petri Saviliani col. 540. n. 39.

MCLXXXVIII. IV. non. julii. Cevae. Donatio Gulielmi Marchionis de Ceva quondam Anselini Marchionis Ecclesiae Casularum apud C. V. G. Sclavum col. 349. n. 97.

MCLXXXVIII. Kal. augusti. Finarii. Venditio fodri ab Henrico fil. Henrici Guercii M. Naulensibus facta. Ex Cyr. Raph. a Turri pag. 37. = col. 550. n. 98.

MCLXXXVIII. VI. aug. Astae. Cessio dimidiae partis Comitatus Laureti facta Astensibus ab

Digitized by Google

Ottone, et a M. Bonifacio de Curtemilia agnita. Ex Dur. Piem. Cisp. pag. 203. col. 351. n. 100.

MCLXXXVIII. VII. Kal. sept. Astae. Refutatio juris in Montealto facta a Bonifacio Marchione Montisferrati Consulibus Asten. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tan. col. 350. n. 99.

MCLXXXIX. pridie id. jun. Donatio Thomae Comitis, et Marchionis Italiae Eccl. Maurian. confirmata a Bonifacio Marchione Montisferrati ejus tutore. Ex Guich. hist. geneal. etc Tom. IV. pag. 44. col. 351. n. 102.

MCLXXXIX. X. augusti. Rescriptio solemnis chartae fundationis Canonicae Ferraniae an. 1190. col. 523. n. 9.

MCXC. IV. madii. Savonae. Commutatio inter Ottonem Marchionem Saonae, et Praepositum Ecclesiae Furnelli: testis Bonifacius Monacus frater Ottonis M. Ex Coll. DD. in causa Ferraniae col. 352. n. 103.

MCXC. VI. Kal. junii. Astae. Donatio partis haereditatis q. D. Bonifacii Marchionis de Curtemilia facta a Gulielmo Marchione de Ceva civitati Astensi cum subsequenti hujus Reip. investitura. Ex charta penes C. V. Gasp. Sclavum col. 356. n. 107. ✠

MCXC. VI. Kal. jun. Astae. Donatio Montiszemuli facta a D. Gulielmo March. de Ceva Coss. Asten. Ex eodem col. 356. n. 108.

MCXC. VI. Kal. junii. Astae. Pacta inter Gullielmum M. de Ceva, et Coss. Astenses post cessionem haereditatis M. Bonifacii eis factam. Ex eod. col. 358. n. 110. ✠

MCXC. De investitura praedictarum rerum facta a Coss. Asten. Gulielmo M. de Ceva. Ex charta apud eundem col. 357. n. 109. ✠

MCXC. XIII. decemb. Rupeculae. Donatio Marchionum Incisae de Rupecula, et Montealto Consulibus Astensibus. Ex Collec. DD. in causa Rochettae Tan. (hic rursus ordo numerorum restitutus) col. 353. n. 106.

MCXCI. V. nonas martii, Tyri. Confirmatio jurium, ac privilegiorum facta populo Pisano a Conrado principe Tyri, et Isabella ejus conjuge rescripta anno 1198. indic. VII. (corrige ind. 10.). Ex Murat. A. I. M. AE. T. II. diss. XXX. col. 915. = col. 541. n. 42.

MCXCI. Fragmentum foederis pacis initae inter Manfredum Marchionem de Salutio, et Civitatem Astensem repertum in foliis quibusdam libri Viridis olim Civ. Asten. col. 361. n. 113. ✠

MCXCII. III. exeunte maio. Terdonae. Foedus Novarum cum Terdona ubi nonnulla de M. Montisferrati. Ex Chartul. Terdon. R. Bibl. c. 362. n. 114.

MCXCII. X. Kal. maii. Investitura de Costiglolis etc. pertinet ad annum MCCXV. V. infra.

MCXCII. XI. julii. Salutiis. Fundatio Ecclesiae S. Laurentii Salutiarum ab Alasia vidua Manfredi II. Marchionis. Ex MS. C. Car. Salut. n. 56. col. 362. n. 115.

MCXCII. IV. id. aug. Nauli. Venditio medietatis Signi facta ab Henrico fil. Henrici Guercii M. Ex Cyr. Raph. a Tur. pag. 38. col. 363. n. 117.

MCXCIII. prid. non. febr. Reconciliatio etc. V. supra ad an. MCLXXXIII.

MCXCIII. XI. aprilis juxta Tongum, et Trincum. Fragmentum pacis inter Bonifacium Marchionem Montisferrati, et Astenses, quo istis renunciat Rupeculam. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tan. etc. nunc emendatius ex MS. Aug. ab Eccl. col. 364. n. 120.

Digitized by Google

MCXCIII. X. Kal. junii. Nauli. Venditio aliquorum jurium in Naulo facta ejus loci Consulibus ab Henrico M. Ex Cyr. Raph. a Tur. pag. 38. col. 365. n. 121.

MCXCIII. VII. idib. aug. Nauli. Venditio aliquorum jurium in Naulo facta ab Henrico Marchione filio q. Henrici Guercii Consulibus ejusdem loci. Ex Cyrol. Raph. a Turri p. 38. col. 365. n. 122.

MCXCIII. V. idus septemb. Raconixii. Pacta inter Manfredum Marchionem Salutiarum, et Berengarium Marchionem Buschae. Ex MS. C. Car. Salutii n. 51. collato cum exemplari edito a Lud. ab Ecclesia col. 366. n. 123.

MCXCV. m. septemb. Doliani. Donatio decimae pedagiorum Monasterio B. M. de Pullolis facta a Maintredo M. Buschae C. Laureti. Ex T. I. p. 148. *Mem. Stor. di Monteregale* col. 368. n. 124.

MCXCV. VII. id. maii in villa Quadraginta. Conventio inter Ugonem Abatem S. Dalmatii de Pedona, et Manfredum Marchionem Salutiensem circa oppidum Centalli. Ex charta autentica archivii Episcopalis Ecclesiae Monregalensis col. 543. n. 45. ✠

MCXCVI. V. aprilis. Astae. Donatio Opizonis, et Jacobi fil. Alberti Marchionis de Incisa, de Rupecula, et Montealto Consulibus Asten. Ex Collect. DD. in causa de Rochet. col. 368. n. 127.

MCXCVIII. X. Kal. maii. Particula pactorum inter Commune Astense, et DD. de Manzano, de Sarmatorio, et de Montefalcono respiciens Marchiones de Salutiis, et de Montefesrato. Ex fragm. lib. Virid. col. 370. n. 132. ✠

MCXCVIII. Cessio bonorum, ac jurium, quae in Moncalvo Arditio Marchio donaverat Ecclesiae Astensi, ab hujus Praeposito facta Bonifacio Marchioni Montisferrati. Ex Ughello T. IV. in Episc. Ast. n. XXX. col. 373. n. 136.

MCXCVIII. IV. exeun. octobris. Caraxu. Investitura feudi S. Michaelis facta a Bonifacio Episcopo Astensi Wilelmo Marchioni de Ceva. Ex autographo archiv. M. S. Michaelis de Ceva col. 372. n. 135. ✠

MCXCVIII. V. exeun. octobris. Caraxu. Venditio S. Michaelis facta a Bonifacio Ep. Ast. M. Vilelmo de Ceva. Ex charta apud G. Sclav. col. 371. n. 133. ✠

MCXCVIII. V. exeun. octobris. Caraxu. Conventiones inter D. Bonifacium Ep. Ast., et Wiermum Marchionem de Ceva. Ex charta apud G. Sclav. edidit nuper C. V. Eq. Grassi in T. II. n. VII. *Mem. Stor. di Montereg.* col. 372. n. 134.

MCXCIX. II. martii. Papiae. Investitura Sindici Canonicae S. Martini Turonensis de Curte Solaria Bonifacio March. Montisferrati. Ex Mabill. append. ad T. IV. Annal. Ord. S. Bened. pag. 691. V. par. I. col. 119. lin. 10. et seq. col. 374. n. 139.

MCXCIX. XIV. martii, Placentiae. Juramentum Bonifacii, et Gulielmi ejus filii parendi sententiae Rectorum Mediol., et Placen. Ex Irico Hist. Trid. l. c. pag. 54. col. 374. n. 140.

MCXCIX. V. Kal. apr. Placentiae. Juramentum plurium Vassallorum Bonifacii, et Gulielmi Marchionum Montisferrati servandi sententiam pacis ab arbitris Rectoribus proferendam. Ex Irico loc. cit. col. 175. n. 141.

MCC. XII. exeuntis maii. Terdonae. Pacta inter Albertum M. Malaspinam, ejus nepotes, et Terdonenses sponsore Marchione Montisferrati. Ex Chartulario Terdon. R. Biblioth. col. 639. n. 48. ✠

Digitized by Google

MCC. III. nov. Mediolani. Tabulae pacis inter Bonifacium Marchionem, Mediolan., Placen., et Vercellenses initae. Ex Tabulario Vercellarum opera Eq. Alciati Canonici Cathed. extractae, mihique dono datae col. 376. n. 146. ✠

MCCII. VIII. Kal. aug. Vercellis. Tabulae nuptiales inter Bonifacium Marchionem Salutiarum filium Manfredi, et Mariam filiam Comitae de Auria Judicis Turritani sponsore Bonifacio M. Montisf. col. 640. n. 51. ✠

MCCIII. II. januarii. Vercellis. Sententia D. Alberti Vercellensis Episcopi arbitri circa quaestionem inter Monasteria Locediense, et S. Januarii de quadam valle Monasterio Locediensi concessa a Marchione Montisferrati. Ex schedis Terranei, qui et notas adjecit col. 547. n. 49. ✠

MCCIII. V. exeun. decemb. Incisae. Divisio castrorum DD. Incisae, Rupeculae, et Montisalti. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tanag., et Aug. ab Eccl. descr. MS. Piem. c. XII. col. 337. n. 150.

MCCIII. XIV. maii in Insula de Rocca ind. VII. (corr. ind. VI.). Mutuatio molendinorum Monasterii Locediensis facta a Vilielmo Marchione, et Agnete Comitissa Montisf. Ex membrana arch. Locedien. n. 1. exscripta a cl. Eug. Delevis, et mihi humanissime communicata XIV. maii n. 412. col. 549. n. 50. ✠

MCCIII. VI. non. junii. Salutiis. Donatio Ecclesiae S. Syri facta a Manfredo Marchione Salutiarum Hugoni Praeposito Ulciensi. Ex MS. C. Car. Salut. n. 59. collata cum exemp. Chart. Ulcien. p. 175. col. 384. n. 152.

MCCIII. II. exeun. septembris 5. die lunae Cevae. Donatio facta a Johanne de Carassonio Wilelmo M. de Ceva, et subsequens hujus investitura. Ex autogr. in archiv. March. S. Michaelis de Ceva col. 384. n. 153. ✠

MCCIV. IX. martii. Castrinovi. Venditio possessionum in loco Cerreti D. Raymundo M. Incisae. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tan. col. 583. n. 151.

MCCIV. XII. augusti. Andrianopoli. Venditio omnium jurium in imperio Constantinopolitano facta a Bonifacio M. Montisferrati Duci Venetiarum. Ex Benv. a S. Georgio p. 47. col. 385. n. 154. Confer cum *Creta sacra* Cornelii Flaminii par. IV. pag. 222.

MCCIV. VIII. nov. Curtismiliae. Immunitas vectigalium ab Ottone, et Henrico MM. de Carreto, Gulielmo de Ceva, et Bonifacio de Cravesana fratribus Marchionibus concessa Monasterio de Casanova. Ex autographo arch. R. OEconomatus col. 747. n. 223. ✠

MCCV. IX. maii. Cessio pedagii Felizani facta a Vilelmo M. Montisf. civibus Alexandrinis. Ex Ghilin. ann. Alessan. ad an. 1205. §. 5. col. 551. n. 51.

MCCV. IV. idus maii. Literae Innocentii III., quibus Opizonem Ep. Derth., et Bonum Johannem delegat, ut juxta Alexandri III., vel Algisii sententiam Episcopum Alexandriae praeficiant. Inc. *in literis* m. etc. Ugh. p. 316. col. 15. n. 11.

MCCV. Sententia Opizonis Episcopi Derthonensis, et Boni Johannis Canonici Vercellensis, qua uniunt Ecclesiam Aquensem cum Alexandria aeque principaliter, ita tamen ut Alexandrina prima sedes vocetur, Aquensis secunda. Ex Ghilinii exemplari collato cum alio Franc. a Turri col. 16. n. 12.

MCCV. XI. Kal. aug. Albae. Renunciatio omnis juris in possessionibus permutatis inter Ab-

batissam S. Martini Castini, et Ottonem de Carreto Marchionem. Ex charta auten. M. Cevae de Bosia col. 385. n. 155.

MCCVI. Literae Delegatorum a summo Pontifice ad promovendam pacem inter Alexandrinos, et Aquenses, et exigendum censum, et fidelitatem ab Alex. Ex Ughellio p. 313. T. IV., et Rainaldo ad h. a. col. 18. n. 14.

MCCVI. V. madii. Astae. Cessio juris in Comitatu Laureti a Gullielmo Marchione Montisferrati suo, et Bonifacii patris nomine Astensibus facta. Ex Durando Piem. Cisp. pag. 203. indicata fuit ab Aug. ab Ecch in lib. MS. *familie illustri* etc. ex chron. Alteri sub tit. foederis inter Ast., et M. Montisf.: quo fit, ut putem chartam a cl. v. Durando relatam non integras tabulas, sed earum solum fragmentum repraesentare col. 386. n. 156.

MCCVI. II. Kal. junii. Ferentini. Literae Innocentii Papae III. ad Alexandrinos, quibus significat se negotium de Episcopatu definivisse, et nunc mittere in signum protectionis vexillum S. Petri. Inc. *cum dilectus filius etc.* Ugh. T. IV. p. 314. col. 19. n. 16.

MCCVI. id. junii. Ferentini. Breve Innocentii III. ad Alexandrinos, quo sublato omni primae sedis honore eis tributo, et divisa cum Aquensibus residentia Episcopi ambas eorum Ecclesias aeque principaliter unit. Inc. *cum B. Petrus etc.* Ex antiquo apographo collato cum exemplari ab Ughellio, et Ghilinio edito col. 21. n. 19. V. etiam Rainald. ad h. a. §. 39.

MCCVI. XVI. Kal. julii. Ferentini. Epistola Innocentii III. ad Capitulum Aquense, qua eos certiores reddit de unione a se sancita. Inc. *solet annuere etc.* Ughel. T. IV. p. 329., it. Rainaldus ad h. a. col. 20. n. 17.

MCCVI. XI. Kal. julii. Ferentini. Literae Innocentii III. ad Alexandr. pro obedientia Ep. praestanda. Inc. *cum Alex. et Aq. etc.* Ugh. pag. 319., it. Rainaldus ad h. a. col. 20. n. 18.

MCCVII. VII. januarii Revelli V. MCCXXVII.

MCCX. XV. aprilis. Diploma Ottonis IV. Comitibus de Castello concessum praesente M. Montisf. Ex schedis cl. Terranei col. 551. n. 51. ✠

MCCXII. XII. sept. Astae. Fidelitas DD. Manfredi, et Opizonis fratrum Marchionum de Incisa Potestati Astensi de Rupecula, et Montealto. Ex charta prolata in causa Rochettae etc. col. 388. n. 161. V. notas.

MCCX. XII. sept. Astae. Investitura DD. Manfredi, et Opicionis MM. Incisae de Rupecula, et Montealto facta a Potestate Astensi. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tan. col. 387. n. 159. vid. notas.

MCCX. die martis octobris (supple V. die) Confirmatio divisionis castrorum inter fratres MM. Incisae antea initae. Ex Collect. DD. in causa Rochettae Tanagri col. 388. n. 160. V. notas.

MCCXI. IV. id. octob. Laterani. Literae Innocentii III. PP. delegationis ad suspensionis sententiam ferendam adversus Hugonem Ep. Aq. Inc. *illius testimonium etc.* Ex Balutii Regestis, et Sarti Hist. Univ. Bonon. col. 13. n. 19.

MCCXI. III. non. decembris. Saviliani. Venditio bonorum Ecclesiae S. Stephani apud Cingium facta Henrico M. Savonensi. Ex arch. Monasterii S. Petri Saviliani humanitate D. Charisii Abbatis, et Cong. Cassin. Praesidis mihi largita — col. 553. n. 55. ✠

MCCXII. V. martii. Confirmatio Thomae Comitis Sabaudiae omnium bonorum a suis antecessoribus Monasterio S. Justi donatorum, inter quae recensetur subjectio, et ordinatio Monasterii S. Mauri de Pulcherada facta ab Alrico Ep. Ast. Manfredo, et Berta Marchionibus. Ex schedis cl. Terranei col. 555. n. 57. ✠

MCCXII. VIII. Kal. junii. Laterani. Literae Innocentii III. Abbati Locediensi pro restitutione Coenobii de Curiath. (a March. Mortisfer. subjecti olim Monasterio de Locedio) Monachis expulsis. Inc. *dilectus filius etc.* Ex Registr. Innoc. III. L. XV. ep. 70. col. 390. n. 162.

MCCXII. III. idus julii. Signiae. Literae Innocentii III., quibus Alexandrinos monet, ut Ottonem Romanorum Regem excommunicatum deserant, nisi velint privilegiis spoliari. Inc. *Apostolicae sedis etc.* ibi Ep. 138. col. 25. n. 20.

MCCXII. XI. octobris. Donatio Bovisii Manfredo M. Buschae facta ab Episcopo Astensi. Extat in lib. viridi Ecclesiae Astensis col. 557. n. 58. ✠

MCCXII. V. Kal. nov. Laterani. Literae Innocentii III., quibus Alexandrinos monet, ut captivos Papienses restituant; quod si neglexerint, sciant ab Episcopo, et Archidiacono Parmensi unionem Ecclesiae dissolvendam. Inc. *cum illam recolimus etc.* Ex eod. Reg. Balluz. col. 25. n. 21.

MCCXIII. II. nonas maii. Laterani. Aliae Capitulo Alexandrino, quibus sententiam privationis Episcopalis dignitatis in Alexandrinos pronunciatam confirmat. Inc. *gratia quam Apostolica etc.* Ex eod. Reg. L. XVI. Ep. 53. col. 27. n. 23.

MCCXIII. II. idus nov. Laterani. Literae Innocentii III. ad Episcopum Taurinensem, ut accipiat cessionem Episcopatus ab Ugone Episcopo Aquensi, jubeatque, ut Aquenses soli non vocatis Alexandrinis Episcopum sibi eligant. Inc. *ven. Fr. noster Aq. etc.* Ugh. p. 329. col. 28. n. 24.

MCCXIII. IV. exeuntis aprilis. Cevae. Apocha solutionis C. libr. Jan. Mon. factae a Priore Casotuli D. Willelmo M. de Ceva. Ex charta penes Eq. Can. Grassi, qui ex autographo Chartusiae Casotuli eam exscripsit col. 391. n. 163. ✠

MCCXIV. V. madii. Narsolis Investitura D. Guidotti Episcopi Astensis, et Manfredi Lanceae Marchionis de Busca, Willelmo Marchioni de Ceva de Bovisio. Ex Collec. DD. in causa piscationis Pamparati etc., et ex Chartul. Eccl. Ast. in R. A. col. 392. n. 166.

MCCXIV. V. julii. Januae. Donatio Othonis Marchionis de Carreto, et Ugonis filii Communi Januae de Cairo, et Dego, et eorum Castellania. Ex Raph. a Turri p. 32-3. V. Caffari ann. Aug. ab Eccl. c. VII. l. c. col. 394. n. 167.

MCCXIV. Carii. Investitura Januensium Coss. Ortoni Marchioni de Carreto, et ejus filio de feudis praedictis. Ex Cyrol. Raph. a Turri pag. 33. edita fuit pluries in actis litis Ferraniae, Pruneti, Cairi. In investitura Januae an. MCCCXIX. die XXVII. nov. citatur uti concessa sub die XV. julii. col. 595. n. 168.

MCCXV. X. Kal. aprilis. Revelli. (ind. IIII. corr. III.) Donatio ab Alasia Comitissa quorumdam praediorum Revelli Monasterio Staphardae. Ex arch. R. col. 645. n. 67. ✠

MCCXV. madii. Confirmatio pactorum inter Albam, et Marchiones Salutiarum. Ex arch. R. col. 648. n. 68. ✠

MCCXV. X. Kal. maii. Salutiis. Investitura feudi de Costiglolis facta a Manfredo Mar-

Digitized by Google

chione Salutiarum, et Alaxia ejus uxore, et Manfredo eorum nepote filio quondam Bonifacii. Ex schedis Terranei col. 363. n. 116.

MCCXVI. VI. martii. Finarii. Fundatio D. Henrici M. Saon., et D. Agathae Comitissae ejus uxoris Monasterii de Millesimo. Ex Collec. DD. in causa Ferraniae, et Synod. Hist. B. Britii Ep. Alb. col. 397. n. 171.

MCCXX. IV. non. apr. Salutiis. Venditio Rivifrigidi facta a Manfredo II. Marchione Salutiarum D. Agneti ad fundandum Monasterium. Ex MS. C. Salut. 62., et Ludov. ab Eccl. p. 46. col. 398. n. 172.

MCCXX. Depositiones circa jus M. Montisfer. in Castelletto Vallis Urbarum col. 650. n. 78. Vid. col. 374. lin. 20. ✠

MCCXXI. VI. exeuntis martii. Andoriae. Particula testamenti D. Bonifacii M. Cravesanae pro Ecclesia Casotuli. Ex ejusdem Tabulario col. 399. n. 174. ✠

MCCXXII. V. julii. Testonae. Pacta, ac foedus inter Manfredum III. Marchionem Salutiarum, et Civitatem Taurinensem cum consensu Delphinae aviae Bonifacii. Ex MS. C. Salutii col. 399. n. 175. citat. Pingonius in Augusta etc. pag. 54-5. vide Meiranesium Ped. sac. p. 255. ✠

MCCXXII. XI. exeuntis septembris. Mombasilii. Renunciatio feudi Mombasilii causa permutationis Jacobo Episcopo Astensi facta a fratribus Marchionibus Cevae VVilelmo, Manuello, Leone, Bonifacio, Benedicto, Georgio; ex Chartulario Ecclesiae Ast. R. A. col. 400. n. 176. ✠

MCCXXIII. Venditio castri, et villae Pareti facta a Marchione Henrico, et Guilelmo, Manfredo, et Guidone filiis de Uxetio Reip. Jan. Ex Tabul. illius oppidi col. 401. n. 177. ✠

Confirmatio ejusdem a Feldrato cum uxore sua ultima aprilis Januae c. 403. ✠

Alia a Purpura uxore Manfredi dic VI. maii Gavi c. 404. ✠

Alia a Sofia uxore Guidonis XIII. maii Januae c. 405. ✠

Juramentum fidelitatis a popularibus Pareti Januensi Duci praestitum ibi. ✠

Manifestatio possessionum, et jurium castri Pareti c. 407. ✠

MCCXXIII. XIV. octobris. Doliani. Investitura Guilelmi Marchionis Montisferrati Manfredo M. Salut. de aliquibus terris. Ex Benvenuti chronico p. 60. emendato ex collatione cum exemplari C. Car. Salutiis de Paesana col. 420. n. 178.

MCCXXIV. XIV. Kal. junii. Pax, et concordia inita inter Civitatem Astensem, et Dominum Manfredum de Salutio. Ex fragm. lib. virid. Ast. meminit Aug. ab Eccl. l. XIX. col. 421. n. 179.

MCCXXIV. die lunae XV. Kal. julii. Millesimi. Donatio bonorum Monasterio S. Stephani de Millesimo facta ab Henrico M. Saonae. Ex Synodo Britii Ep. Alb. collata cum charta antiqua ad Comitem Millesimi spectante col. 652. n. 90. ✠

MCCXXIV. XVI. martii. Januae. Investitura Andalonis Potestatis de aliquibus feudis facta Othoni M. de Bosco, et Vilelmo filio, item Manfredo, et Corrado filii Bonifacii ejus nepotibus. Ex Tabul. Marchionis Bottae Adorni de Silvano col. 741. n. 220. ✠

MCCXXV. XIV. nov. ind. XIV. (cor. XIII.) Millesimi. Confirmatio fundationis Monasterii Millesimi ab Ep. Alb. Ex Tabul. Com. de Millesimo col. 655. n. 95. ✠

MCCXXVI. Litterae Honorii III. Papae ad Episcopos Astenses, et Albenses, ut possint com-

zed by Google

mutare poenitentiam injunctam Vilelmo Marchioni de Ceva in aliam donationem Monasterio de Casotulis. Ex Collect. DD. in causa Ferran. col. 422. n. 181.

MCCXXVII. VII. jan. Revelli. Remissio tributi pro pascuis facta ab Adalasia Comitissa, et Manfredo Marchione de Salutiis ejus nepote Canonicae Ulcionsi. Ex Chart. Ulc. n. CCVII. pag. 174. col. 587. n. 158.

MCCXXVII. I. febr. Cataniae. Remissio injuriarum, et revocatio constitutionum adversus Lombardos, et Marchionem Montisferrati facta a Friderico II. Ex Murat. Ant. Ital. M. AE. T. III. col. 909. diss. XLIV. col. 559. n. 66.

MCCXXVIII. VI. exeun. januarii (cor. VII.) Gerboraliis inter Casellas, et Ciriacum. Protestatio Jacobo Episc. Taurin. praestita a Bonifacio Marchione Montisferrati. Ex Tabul. Archiep. Taurin. n. 59. col. 560. n. 67. ✠

MCCXXVIII. XII. Kal. aprilis. Clavasii. Donatio Regalium in flumine Orchi Ecclesiae S. Petri de Clavasio facta a Bonifacio Marchione Montisferrati. Ex archiv. Civit. Clavasii humanitate D. Torelli mihi collata col. 561. n. 69. ✠

MCCXXVIII. Diploma Friderici II. Imperatoris Guidoni Comiti Bland. col. 656. n. 102. ✠

MCCXXVIII. VII. Kal. decem. Foederis tabulae inter Marchiones de Ceva, de Guasto, de Saluciis cum Astensibus adversus Albenses, et Alexandrinos. Ex charta penes Gasp. Sclav., et ex fragm. lib. virid. Civit. Ast. V. A. ab Eccl. l. c. cap. XV. V. infra doc. n. 109. col. 658. — col. 423. n. 182. ✠

MCCXXX. XVIII. Kal. sept. Rivifrigidi. Charta, qua Manfredus M. Salutiarum res ab Adalasia Comitissa ejus avia Monasterio S. Mariae de Stapharda donatas confirmat penes C. V. J. Durandum col. 562. n. 71. ✠

MCCXXXI. V. Kal. madii. Salutiis. Confirmatio donationum D. Raimundi M. Buschae ab aliis Marchionibus adjecta. Ex Ulcien. Chartario pag. 171. n. CCV. col. 426. n. 185.

MCCXXXI. XVI. Kal. aug. Confirmatio Capellae S. Mariae ab Adalasia Comitissa priori Canonicae Repellensis donatae an. MLXXV. facta a Manfredo Marchione Salutiarum. Ex charta Ulcien. pag. 89. doc. XC. col. 426. n. 184.

MCCXXXI. XIV. decem. Saviliani. Promissio Jacobi Britii D. de Montefalcono bellum gerendi adversus Alexandrinos, et Albam. Ex fragm. lib. virid. Ast. col. 425. n. 183. ✠

MCCXXXIII. VII. id. junii. Laterani. Breve, quo Gregorius Papa IX. pacis conditiones Friderico II. Imp. Civitatibus Lombardiae, et Marchioni Montisferrati praeponit. Ex Mur. A. I. M. AE. T. IV. diss. XLVIII. col. 325. — col. 562. n. 72.

MCCXXXIII. die VIII. septembris ind. VI. Curtismiliae. Conventio inter Ottonem Marchionem de Carreto, et Odonem ejus nepotem, ac populares Curtismiliae circa fodrum, ac successiones confirmata ab Odone, Ugone, et Alberto Marchionibus anno MCCLXXXII. Ex Tabul. M. Scarampi de Pruneto col. 658. n. 109. ✠

MCCXXXIII. XVI. sept. Januae. Pacta conventa inter Bonifacium Taliaferrum Marchionem Cravesanae, ejusque nepotes Bonifacium, Manuelem, et Petrum, et Potestatem Januae. Ex archivio Dalphinatus in Provincia, a quo eduxit C. V. G. Sclavus col. 748. n. 224. ✠

MCCXXXIII. die XVIII. sept. Conventio MM. de Carreto cum popularibus Carii ex Collect. DD. Ferran. col. 661. n. 110. ✠

Digitized by Google

MCCXXXV. Foedus inter Henricum Romanorum Regem Mediolan., et Marchionem Montisferrati ap. Julinium Mem. Milano par. VII. p. 593. col. 568. n. 74.

MCCXXXV. VI. decemb. Carii. Privilegium Carii Oppidanis ab Oddone Marchione de Carreto concessum. Ex archivo oppidi col. 569. n. 75. ✠

MCCXXXVI. II. madii, Alexandriae. Conventio Communis Montisregalis cum civitate Alexandriae. Ex lib. jura Montisregalis collata cum antiquo exemplari relato in annalibus MS. Can. Schiavinae, et exemplari a C. V. Can. Grassi T. II. Stor. Monter. nuper edito col. 28. n. 25.

MCCXXXVIII. mense martii. Albae. Diploma Friderici II. Imperatoris confirmantis Beatrici uxoris Guigonis IV. Dalfini facultatem exigendi quoddam vectigal in Comitatu Viennensi, alias ab ipso Friderico concessum ejus patri Gulielmo M. Montisf., et ab hoc Beatrici filiae in dotem traditum. Hist. du Dauph. Geneve 1722. T. I. pag. 88. col. 569. n. 78.

MCCXXXVII. (corrige MCCXXXIX.) ind. XII. die sabati XII. mense febr. Clavaxii. Promissio parendi praecepto Manfredi Marchionis Salutiarum arbitri electi a Bonifacio M. Montisf. praestita super quaestiones inter eum, et Amedeum Comitem Sabaudiae penes cl. virum Durandum col. 662. n. 114. ✠

MCCXL. IV. id. maii. Laterani. Breve Gregorii PP. IX., quo Alexandrinis restituit Episcopatum juxta Innoc. III. privilegium nuper extractum, et cum editione Ughellii collatum. Ex Regest. Vatican. col. 32. n. 25.

MCCXLIII. Literae M. Lanceae Vic. Imp. pro inducendis FF. Praedic. in Alexandriam. Ex synchrona membrana penes V. C. Ab., ac V. G. Chennam col. 32. n. 26.

EXcellentiſſimo domino ſuo Henrico Dei gratia Romanorum Imperatori Auguſto, Majeſtatis ſuæ, & Aquenſis Eccleſiæ ſervus incolumis vitæ longitudinem cum victoriæ corona. Quantum clementiæ veſtræ imperium proſperari deſidero, a fidelibus veſtris, & ab effectu mei ſervitii, ſi placet, cognoſcere poteritis. Notum igitur vobis facio, quod audivi, ſynodum videlicet Romæ fieri, in qua aſſeritur Dominum Papam deponi, & alterum debere eligi, qui omne conſilium pacis, quod cum Domino firmaſtis, diſſolvat, pro eo quod Dominus non audet vos propter factas inter Vos, & ipſum ſecuritates excommunicare. Ad hoc quoque Mediolanenſes quemdam Archiepiſcopum elegerunt, & a quibuſdam Parochianis ſuis eum conſecrari fecerunt. Quod ego videns contra imperii veſtri honorem fieri omnino interdixi, & licet ab ipſis multum rogatus hujuſmodi conſecrationi intereſſe, nec aſſenſum præbere volui, imo dedi operam erigendi magnum parietem populi contra populum ſub occaſione cujuſdam alterius Archiepiſcopi, quem pars illorum intendit deponere, viri ſcilicet perfectiſſime litterati, & ingenio aſtutiſſimi, & eloquentiſſimi, curiæ veſtræ valde neceſſarii, cujus partem propter honorem veſtrum in tantum auxi, quod medietas populi contra medietatem populi contendit. Nunc itaque videat pietas veſtra, ſi ad hoc velitis me laborare, ut & populus ille maneat diviſus, & antiquus ille Archiepiſcopus a veſtra Majeſtate adjuvetur ſcribendo præcipite. Quoniam quidquid mandaveritis & de his, & de aliis fideliter implere ſtudebo. Igitur ut inimicorum veſtrorum conſilia exinanire facitis, conſulere præſumo, ut in Italiam venire feſtinetis, neque multum magno exercitu indigetis. Veſtra eſt enim adhuc Longobardia, dum terror, quem ei incuſſiſtis, in corde ejus vivit, & facilius poteſtis cum pugillo aquæ ſcintillulam ignis extinguere, quam flammarum globum cum aquarum abundantia. Venite itaque modo confidenter, quoniam, adjuvante Deo, conſilium, quod Romæ, & Mediolani contra Vos jactatur, antequam fortiores aſſumat vires, noſtro, & aliorum fidelium veſtrorum conſilio facillime deſtruetur.

Donatio Manfredi, & Ugonis MM. de Saluciis Monaſterio de Civitacula.

M C X L I I.

HOc eſt exemplum cujuſdam publici inſtrumenti, cujus tenor talis eſt, & ut infra ſequitur. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chri-

si milesimo centesimo quadragesimo secundo Indictione quarta duodecimo kalendas Junii. Monasterio Beatæ Mariæ, & sanctæ Crucis, quod constructum est in loco Civitaculæ, ubi nunc D. Opicio Abbas esse videtur in manu Gandulfi Præpositi illius Monasterii. Nos Manfredus, & Hugo Marchiones de Salutiis donamus, & offerimus in mercede animarum nostrarum partem unam ex fine Carmagnoliæ, ubi Casanova fundata est, coheret ei ab una parte Venesina, ab alia Stellonus, ab alia strata, quæ vadit de Carmagnolia versus Tegeronum, ab alia finis Ceresole, ab alia Boschus juratus juxta Podium Melanseni, & sicut signatum est per cruces a prædicto Podio per Miram ad Vadum Meli, & concedimus dicto monasterio Casanovæ potestatem terras emendi in fine Carmagnoliæ ab omni homine, qui dicto monasterio dare, aut vendere, vel judicare voluerit, & pascere, & boscare in fine Carmagnoliæ, & posse, sicuti alii homines Carmagnoliæ in omnibus locis, & præfatas terras & possessiones ab hac die in antea teneant, & possideant jure proprietario, & faciant quicquid facere voluerint sine nostra contradictione, & nostrorum hæredum cum omnibus accessibus, & igressibus. Et hanc donationem Henricus, Anselmus, & Otto Boverius eorum fratres laudaverunt, approbaverunt, & ratificaverunt. Hoc actum est in Carmagnolia. Et Nos Manfredus, & Hugo Marchiones hanc chartam facere fieri jussimus. Testes Henricus de Buscha, Daniel de Revel, Jacobus de Brayda, Paganus Cunibertus. Et ego Petrus notarius hanc chartam scripsi.

Eodem anno, quo supra XII mensis Augusti prædicti D. Manfredus, & Hugo marchiones ad instantiam, & requisitionem dicti Opicioni Abbatis supradicti Monasterii, & totius conventus ibi præsentes laudaverunt, & confirmaverunt omnes aquistus, donationes factas ab omnibus personis prædicto monasterio infrascriptas cohærentias sitas in fine Carmagnoliæ: prima cohærentia est Straella, quæ vadit a Burgaro versus Cerefolas; alia cohærentia sicut designata est inter finem Cerexolarum, & dictum monasterium per Torretas factas per longum super quadam ripa, ubi sunt Cera inter finem dicti Monasterii, & finem Trenavaxis usque in Stellonum prope Podium Altaris; alia cohærentia a dicta Straella versus S. Martinum de Stellono Currendo; alia cohærentia est a dicto Rivo Stellono sicut est signata, & terminata per dictum D. Manfredum, & dominos de Burgaro per Toretas factas ad Miram desuper Braydam Ecclesiæ Vezolani usque ad crucem, & Toretam factam ad Lacum Perticæ, quæ est in via, quæ vadit mirando Burgarum, dividendo per istas Toretas finem Burgari a fine Carmagnoliæ, sicut alias definitum fuit concorditer per utramque partem. Præterea prædicti Domini Marchiones Manfredus, & Hugo, ut dicti Abbas, & Monasterium possint aquistare libere & absolute per totum eorum poderium, & districtum quolibet modo sine contradictione prædictorum Marchionum suorum heredum, & sint immunes ab omni banno, & pedagio, & aliis condictionibus, & exactionibus, & possint res suas ducere, & reducere ubicunque voluerint ad suam voluntatem. Et Ego Petrus Notarius hanc chartam tradidi, & scripsi. In nomine Domini, amen. Anno Nativitatis eiusdem Domini millesimo quatercentesimo quadragesimo nono indictione duodecima, die vigesima quarta mensis decembris actum loco juris Carmagnoliæ. Hoc exemplum per me Jacobum de Trenavaxio Notarium subscriptum ex originali, & publico instrumento scripto manu prædicti Petri Notarii spectabili, & egregio D. Andrea Mazeti Castellano Carmagnoliæ insinuatum fuit, & in ipsius præsentia per me eundem Jacobum, & alios subscriptos Notarios diligenter cum originali instrumento ascultatum, & cum ipse Dominus Castellanus cognoverit illud cum ipso originali instrumento per ordinem concordare, ut adhibeatur eidem exemplo de cætero plena fides, suam, & curiæ Carmagnoliæ auctoritatem interposuit pariter & decretum, & hoc ad instantiam, & requisitionem nobilium Philippi Graneti, & Ruffineti de Pagno sindicorum, & procuratorum dictæ communitatis, & Universitatis Carmagnoliæ nomine, & vicedictæ communitatis & universitatis sic petentium, & requirentium, præsentibus discretis viris Durando Sartore, & Thoma Pugneto de Carmagnolia, ac Joanne Canaverio de Lombriasco testibus ad hæc vocatis, & rogatis. Et Ego Matheus de Sartirana publicus Imperiali autoritate Notarius hoc exemplo una cum suprascripto, & infrascripto Jacobo Trenavaxio Notario, & infrascriptis Bateslino de Sartoribus, Ludovico & Antonio de Trabucheriis Notariis ad publicum, & autenticum instrumentum scriptum, & receptum per dictum Petrum Notarium coram præfato Domino Castellano, & Jusdicente in jure pro tribunali sedente pro ut supra diligenter, & fideliter cum originali instrumento collationavi, collationarique audivi, & intellexi, quiaquo utrumque concordare inveni de ipsius Domini Castellani, & jusdicentis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi cum mei tabellionatus signi consueti appositione. Et Ego Batistinus Sartor de Carmagnolia publicus imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum una cum suprascripto, & infrascripto Jacobo Trenavaxio Notario, ac suprascripto Matheo de Sartirana Notario, nec non infrascriptis Ludovico & Antonio de Trabucheriis Notariis ad publicum, & autenticum instrumentum scriptum per dictum Joannem Notarium coram præfato Domino Castellano, & jusdicente in jure pro tribunali sedente pro ut supra diligenter, & fideliter collationavi, collationarique audivi, & intellexi coram originali instrumento, quiaque utrumque concordare invemi, de ipsius Domini Castellani mandato ad ejusdem exempli plenam fidem, & testimonium me subscripsi, mei consuetum tabellionatus signum apponendo. Et Ego Antonius Trabucherius de Carmagnolia publicus imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum una cum suprascripto, & infrascripto Jacobo Trenavaxio Notario, ac suprascriptis Matheo de Sartirana, & Baptestino Sartore Notariis, nec non infrascripto Lodovico Trabucherio Notario ad publicum, & authenticum instrumentum scriptum per dictum Joannem Notarium cum præfato Domino Castellano, & Jusdicente in jure pro tribunali sedente pro ut supra diligenter, & fide-

liter collationavi, collationarique audivi, & intellexi cum originali inſtrumento, quiaque utrumque concordare inveni de ipſius Domini Caſtellani mandato ad ejus exempli plenam fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi mei conſuetum tabellionatus ſignum apponendo. Et Ego Loduvicus Trabucherius de Carmagnolia publicus Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum una cum ſupraſcripto, & infraſcripto Jacobo Trenavaxio Notario, ac ſupraſcriptis Matheo de Sartirana, Bateſtino Sartore, & Antonio Trabucherio Notariis, nec non infraſcripto Jacobo Trenavaxio, ut ſupra Notario ad publicum, & authenticum inſtrumentum ſcriptum per dictum Joannem Notarium cum præfato Domino Caſtellano, & Juſdicente in jure pro tribunali ſedente pro ut ſupra diligenter & fideuter collationavi, collationarique audivi, & intellexi cum originali inſtrumento, quiaque utrumque concordare inveni de ipſius Domini Caſtellani mandato ad ejuſdem exempli plenam fidem & teſtimonium me ſubſcripſi mei conſuetum Tabellionatus ſignum apponendo. Et Ego Iacobus de Trenavaxio de Carmagnolia publicus Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum ex inſtrumento originali prædicto ſcripto, & recepto per Petrum Notarium prædictum, præcedente generali citatione, & proclamatione facta per Jacobum Beruti nuntium publicum curiæ Carmagnoliæ in locis conſuetis, ut retulit præfato Domino Caſtellano, & mihi Notario, quod ſi qua eſſet perſona: cujus intereſſet, aut quæ ſua putaverit intereſſe, ne ſupraſcriptum inſtrumentum exemplaretur, & authenticum fieret, comparere deberet coram ipſo Domino Caſtellano allegatura cauſam, quare hoc fieri non debeat infra tres dies proxime ſequentes, & jam finitos: alias autem quod non obſtante abſentia, vel contumacia quorumcunque ad hujuſmodi exemplationem procederet, fideliter ſcripſi, & exemplavi pro ut eum in dicto originali inſtrumento ſcriptum inveni, ita & in iſto exemplo ſcripſi, & poſtmodum dictum exemplum una cum ſupraſcriptis Matheo de Sartirane, Batiſtino Sartore, Antonio Trabucherio, & Ludovico Trabucherio Notariis cum ipſo originali inſtrumento coram præfato Domino Caſtellano, & Juſdicente pro tribunali ſedente loco juris prædicto diligenter aſcultavi, & legi, & quia utrumque concordare inveni de ipſius Domini Caſtellani, & Juſdicentis mandato ad ejuſdem exempli teſtimonium, plenam fidem hic me ſubſcripſi, & ſignum meum tabellionatus appoſui conſuetum.

Litteræ Cleri Aquenſis Archiepiſcopo Mediolan. & Uberto electo Aquenſi, quibus ſollicitant præſentiam utriuſque. Ex Julinio Memoriæ Stor. di Mil. ad hunc annum.

6 M C X L I X.

Domno, & Patri Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, atque domno V. ejuſdem dono gratiæ Aquenſis Eccleſiæ electo, univerſus præfatæ civitatis clerus, ſanctique Petri Abbas, & ancillarum Chriſti minima ſolo nomine dicta Abbatiſſa; conſules & Vaſſalli; totiuſque fere civitatis Populus utriuſque ſexus, Oppidani, ac Paiſani quicquid cariſſimo Patri, ac deſiderabili domino. Notum tibi eſſe, volumus, Domine, quod ſi ad præſentiam tuam delatæ ſunt aliquæ falſæ litteræ nuper, minime credas. Quia, ſi contingit, ut credimus in veritate, noſcas ſine conſilio & conſenſu noſtro fore miſſas; & ſub inſidiis & dolo ac ſciſmate ab inimicis ſanctæ Dei Eccleſiæ, ejuſque perturbatoribus eſſe compoſitas, prorſuſque falliſſimas. Et obnixe precamur, quatenus de hujuſmodi delatoribus talem facias vindictam, ut eoſdem fortiter pœniteat; cæterique de cætero a tali deſiſtant eorum exemplo pravitate & juſte punienda iniquitate. Itidem vehementer obſecramus, ut clericis S. Secundi Aſtenſibus litteras veſtras dirigere dignemini, ne ſint perturbatores populi noſtri. Eſt ibi quidam monoculus, nomine Teobaldus, qui furtive tales ſcribit litteras, & eſt cauſa ſciſmatis, erroriſque graviſſimi; clanculo in civitate noſtra facit conventicula cum Meladienſibus & aliis inimicis noſtris. Quod adventum tuum deſiderabilem, cariſſime Pater, ac Domini noſtri V. tot terminorum mutaſti dilationibus nimis & ultra quam credi poteſt, nos afficit & contriſtat. Inimici noſtri pernimium ſuper nos extolluntur: fideles & amici triſtes & verecundi redduntur. Ergo, Domine, venias, & noli amplius tardare, quia oportet te meminiſſe quod ... in antepenultimis litteris tuis nobis mandaſti, quia tepiditas ac dilatio de paſtoris electione Aquenſi Eccleſiæ nimis periculoſa ac perniciosa videtur. Itaque precamur, ut ſi ad ſtatutum videlicet in ebdomada Pentecoſtes Deo comite venturus ..... patienter omnes inſeſtationes ac perturbationes omnino ſuſtinebimus. Ab illo vero termino ſcias procul dubio neque .... neque ..... amplius expectare poſſe, quia multæ inſidiæ & ſcandala & conſpirationes, quæ non valemus amplius tolerare grav..... inſurgent in nobis. Vaſſallis quoque n..... ſi placet aliquibus mandare deberes, ut tibi obvient. Exi, feſtina, dilatio magna ruina.

Epiſtola Johannis Sariburienſis Bartholomeo Exonienſi Epiſcopo de Frederici Imperatoris fuga ex Italia, et ope ei præſtita a M. Montif. M. F. S. Duchen ed. 1641. tom. VI.

M C L X I I I. 7

Eo tempore quo per gratiam Dei circa mediam quadrageſimam a Sancto Egidio reverſus ſum, tuam dilectiſſime ſuper his, quæ in Francia, & Italia gerebantur præmunire decravi charitatem. Scio enim quia interdum expedit, & ſæpe jucundum eſt prænoſſe temporum motus, & quaſi fatorum ſeriem, ex his, quæ nutu Divino mortalium præveniunt meritis contemplari. Sed quia de pace regum tractabatur, & Fridericus factus crimine, & pertinacia ſchiſmatis Exanguſtus ſimulabat ſe velle redire ad Catholicam unitatem, propoſitum diſtuli, donec planius innoteſceret, quem tanta negotia ſortirentur effectum. Quum enim Teuthonicus Tirannus ſentiret ſe militum præſidio deſtitutum, & Italiæ civitates in ipſum irruere properarent, & ipſe temeritate ſuorum, qui nobilem quemdam Papienſem excoecaverunt, papiæ minime tutus eſſet, eique

Maurianenſis comes ob injurias ſibi illatas omnem exitum præcluſiſſet, at Lombardorum manus nulla ratione poſſe evadere videretur, ipſe Comitis Blanderatenſis, & Marchionis Montisferacis fretus auxilio divertit in terram Marchionis relictis XXX. obſidibus Lombardorum apud Blandratam. Alio autem obſides quos acceperat per caſtra Marchionis diviſit cuſtodiendos, & ipſe cum præfato comite, & marchione, quia eum Lombardi congregato exercitu uſque ad XX millia militum perſequebantur, & obſidere decreverant per caſtella quaſi in umbra mortis latitans fugitabat, ut vix, ſicut ajunt probi viri pleni fide, & auctoritate, qui interfuerunt duobus diebus, aut tribus anderet in eodem hoſpitio pernoctare. Hanc miſeriam Tyranni, aut potius gloriam Dei, & Eccleſiæ conſolationem de noſtratibus quidem viderunt Canonici Noviomienſes, & Nuncii comitis Henrici, de veſtratibus autem Legati illuſtris Regis Angliæ illuc profecti ex variis cauſis. Noviomenſes enim Archidiaconum ſuum Bonefacium Italiæ Marchionem, quem elegerant in Epiſcopum virum honeſtum, & tota ſchiſmatis tempeſtate Catholicum, reducere quærebant. Comes Henricus ſtatum explorabat imperii. Nuncii vero Regis Angliæ juramenta præſticerunt de matrimonio contrahendo inter filium prætati Marchionis, & ſororem Regis Scotiæ, & ad ſæpe dictum Tirannum legatione functi ſunt, ut de opinione multorum loquar, quo ſic vires, & familiaritatem prætendentes impetii terreat Francos, ſed calliditas hæc in contrarium exitum pergit. Franci ſiquidem magis animantur, dum vident hoſtes quaſi deſolatos, immo deſperatos emendicata ſuffragia quæritare, & illos implorare Patronos, quibus opus eſt defenſore. Dum itaque in tantis Imperator verſaretur angustiis, & omnino de exitu deſperaret, tractatum habuit cum viris religionis, quos conſtabat fideles eſſe Domini Papæ æmulans ſe eſſe cum Eccleſia Dei pacem facturum. Eſt autem in domo Cartuſienſi vir admodum religioſus quondam familiariſſimus Imperatori, qui ab eo quidem receſſerat ob conſcientiam ſchiſmatis, & ei planimo compatiebatur affectu. Hic ergo acceſſit ad eum cum lacrimis ſibi pro certo innotuiſſe aſſerens, quod pacem non eſſet habiturus, niſi Eccleſiæ Dei redderet pacem. Inſtitit autem, & obtinuit, ut evocaret per litteras ſuas priorem Cartuſienſem, Abbatem Ciſtercienſem, & Epiſcopum Papienſem quem expoleraat (1), & promitteret ſe conſilio eorum in omnibus adquieturum, dummodo illi in ſe reciperent periculum juramenti, quod contra Alexandrum Papam fieri fecerant (2). Omnes qui verbum hoc audierunt exhilarati ſunt, & Lombardi jam cœperunt mitius agere, ſperantes hominem eſſe converſum. Interim ſæpe dictus Marchio egit cum cognato ſuo comite Maurianenſi, ut Imperatorem permitteret egredi, promittens ei non modo reſtitutionem ablatorum, ſed montes aureos, & cum honore, & gloria imperii gloriam ſempiternam. Viri autem religioſi, quos evocaverat, arripuerunt iter excepto Abbate Ciſtercienſi, qui gravi detentus infirmitate vice ſua miſit D. Gaufridum Antiſiodorenſem, qui Clarevallenſis fuerat Abbas, præmittentes fratrem quemdam, qui a Tiranno explorarat, ubi, & quando eorum uti vellet colloquio. At ille auditio adventu eorum, & litteris jam de exitu ſuo certus, induciis imperatis reſpondit eos ob hanc cauſam fruſtra venturos eſſe, niſi Angelum de cœlis ſecum patenter adducant, aut veniant in poteſtate faciendi miracula, ut poſſint mundare leproſos, & mortuos ſuſcitare, & ſic illi ad propria reverſi ſunt. Hoc mihi idem converſus Cartuſiæ qui legationem geſſerat retulit. Imperator autem collectis obſidibus, quos diſperſerat ad reditum properans, venit ad S. Ambroſium habens circiter XXX. milites in comitatu ſuo, & inde mane feſtinanter egrediens prope Secuſiam in eminentia cujuſdam montis ſuſpendit quemdam obſidem nobilem Brixienſem imponens ei, quod conjurationis Italorum conſcius fuerat, & quod plus eſt, congregati exercitus, qui eum ab Italia expellebat. Alios vero obſides ſecum duxit intra Secuſiam. Cives autem, & incolæ loci portas claudi fecerunt, appoſitis cuſtodibus armatis, & Tiranno obſides abſtulerunt dicentes ſibi ab aliis civitatibus excidium, & exterminium imminere, ſi vicinos ſuos, & amicos viros Italiæ nobiliſſimos ſic paterentur abduci in Alemaniam occidendos, præſertim cum in Italia ſuſpenderit virum potentem, & generoſum, ſibi vero & ſuis exitum patere cum libitu. Tantam quidem adhibuerunt diligentiam obſidibus retinendis, ut neminem permitterent egredi, qui italice loqueretur. Imperator autem aſſumto habitu ſervientis quaſi ut alicujus magni viri procuraret hoſpitium cum aliis V. ſervientibus noctu egreſſus eſt, lœtus quod ei fata conceſſerant Italiam perdere, quam demeruerat diutius detinere. Inde tranſiens Criſopolim ſuam, turbavit Burgundiam, proceribus intentans minas, & progrediens Alemaniam, & Saxoniam ſupra modum turbatas reperit, & fratrem ſuum ſentit præ ceteris inimicum, cum tamen ei plurimi adverſentur. Pene Lombardi poſt egreſſum ejus Blandratam diruerunt, extractis inde obſidibus, qui ibi relicti erant, & interfectis Teutonicis fere omnibus, quos ad cuſtodiam caſtri dimiſerat Imperator. Decem autem nobiliſſimos, & ditiſſimos Alemanos dederunt in ſolatium mariti uxori illius Brixienſis, quem ſupra prope Secuſiam ſuſpenſum retuli, ut illa prout libuerit eos aut ſuſpendat, aut perpetuæ ſervituti ſubjiciat, vel redemtionem accipiat. Exinde damna multa Marchioni dicuntur intuliſſe & nunc rumor eſt, eos obſidere Papiam, & certum eſt quod Papienſes jam in Alemaniam miſerunt nuncios Imperatori denunciantes, quod niſi redierit, & opem tulerit, nulla ratione poterunt diutius reſiſtere civitatibus. Hæreſiarca Cremenſis Romæ eſt apud Sanctum Petrum, ubi eum Romani morari patiuntur inito commercio de reddendis captivis ſuis, ſed tamen, ut ajunt, recedere non paterentur. Epiſcopus Albanenſis Domini Papæ vices agit in urbe. Etſi Lombardi Papiam cœperint, ſpes eſt Guidonem Cremenſem captum iri, & quod non modo Romani omnes, ſed & Tuſcia tota ſchiſmaticos impugnabit. Adhuc autem incertum eſt an D. Papa Lombardorum velit audire preces ſe transferendo ad illos. Creditur tamen proſperari adhuc Beneventi, ubi nuncii Regis Angliæ, & Domini Cantuarienſis in

ipſius præſentia convenerunt, & quidem utrique benigne, & honorifice recepti ſunt: ſed regalium ſicut juſtitia minor, ſic pompa, & oſtentatio divitiarum major. (1) *Expulerat.* (2) *Fecerat.*

Deditio civitatis Alexandriæ S. P. Alexandro III, ac annui cenſus promiſſio.

8 MCLXX

In nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo (1), & undecimo (2) Pontificatus D. Alexandri III. Summi Pontificis, & univerſalis Papæ, menſe januarii tertia indictione (3), Nos Ruffinus Blancus, Wilielmus de Bergamaſco (4), conſules de civitate Alexandriæ, notum facimus quidem in præſentia Dominorum Bernardi Portuenſis Epiſcopi, Ubaldi tit. S. Crucis, Joannis tituli ſanctorum Joannis, & Pauli, Ildeprandi (5) titulo Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, Joannis titulo S. Anaſtaxii (6), Alberti tit. S. Laurentii in Lucina, Gulielmi tit. S. Petri ad vincula, Boxii (7) tit. S. Pudentianæ (8), Petri tit. S. Laurentii in Damaſo, Joannis tit. S. Marci, Theodini (9) titulo S. Vitalis Præsbyterorum Cardinalium, & Hyacinti (10) ſanctæ Mariæ in Coſmedin (11), Cincii (12) ſancti Adriani, Manfredi S. Georgii, Hugonis (13) S. Euſtachii, & Petri Sanctæ Mariæ in Aquiro (14), Diaconorum Cardinalium, & ſubſcriptorum teſtium, qui ad hæc rogati venerunt, Petri videlicet (15) Saraceni Seneſcalchi, Joannis a Valle Dei (16) Mareſcalchi, (17), Petri Cubicularii (18), Alberti, & Albertini (19) Hoſtiariorum ex parte omnium (20) conſulum, & populi prædictæ civitatis per fuſtes (21), offerimus Deo, & Beato Petro, & Vobis præfato Domino Noſtro Papæ Alexandro, Veſtriſque Catholicis ſucceſſoribus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ in perpetuum terram ſanctam proprii juris noſtri, quæ eſt infra (22) prædictam civitatem, quam populus ipſius civitatis ad conſtruendam (23) ibi Eccleſiam emit. Et per eamdem inveſtituram volumus terram ipſam omni tempore Romanæ Eccleſiæ (24) jure proprietario (25) pertinere. Præterea de communi conſilio (26) conſulum, & totius populi mandato militum domos, & mercatorum, & quorum facultas videbitur ſufficiens (27) ad boves alendos, de ſingulis domibus tres denarios ejuſdem terræ (28), in feſto Beati Martini exſolvent ſingulis annis. Ceteri de ſingulis domibus unum denarium (29), & infra octavam (30) Beati Martini ſolvent ei, cui Romanus Pontifex juſſerit. Conſules vero, qui per tempora ibi conſtituentur, fidelitatem Vobis, Veſtriſque ſucceſſoribus omni occaſione, & contradictione remota jurabunt. Nos quoque de mandato aliorum conſulum & populi civitatis Vobis fidelitatem facimus, & noſtras manus licet indignas inter Veſtras ſacratiſſimas manus mittentes hominium facimus; & populus terræ, quando communiter jurabit conſulibus, ſingulis ſcilicet triennüis, ſicut (31) conſtitutum eſt, jurabit pariter & Romano Pontifici. Hoc ſcriptum quia interfui ego Fulco. (32) Notarius, & Scriba ſacri Beneventani (33) Palatii. Ego Petrus Saracenus Seneſcalcus (34). Ego Guiſcardus. Ego Petrus Cubicularius (35). Ego Albertinus Oſtiarius. Ego Albertus Oſtiarius.

Hujus præclariſſimi documenti plures novi editiones, præcipuas recenſebo. Illud edidit Ghilinus Annali di Aleſſ. *ad an.* 1170. pag. 3. *Ughellius* tom. IV. pag. 312. *ed. Coleti, qui e regeſto Vatic. Innoc. III. lib. IX. depromſit, Lunig* cod. Ital. diplom. tom. IV. p. 10, *Muratorius* antiq. It. med. æv. tom. V. p. 833. *e Cencii Camerarii regeſtis. Hujus quoque exemplar ex antiqua ſcriptura exaratum inter codd. M.S. Canonici Burgontii reperi. Ex collatione omnium inter ſe textum emendavi, quod ne ex arbitrio me feciſſe lector exiſtimet, variantes hic præcipuas exhibebo.*

(1) *M.S. Burg.* 1169, *It. Muzat. Sed uterque non advertit huic anno repugnare & epocha an. XI. Pontificatus Alexandri, & indictio III.* (2) *Ugh. & Lun. addit* anno. (3) *Ugh. & Lun. II. ind.* (4) *Ghil &* Blaſius de Beraſca *Ugh. & Lun.* de Bergamonte (5) *Ghil.* Aldeprandi (6) *MS. Burg.* Anaſtaxie (7) *Ugh. & Lun.* Battii *Ghil.* Boſcii (8) *Ghil.* Potentiane (9) *MS. Burg.* Trodini *Ghil.* Teodorini (10) *MS. Burg.* Jovinalis *Ghil.* facinalis. (11) *Ghil.* traſtiberim (12) *MS. Burg.* clericis. (13) *Ugh. & Lun.* Hyacinti. (14) *M.S. Burg.* majoris *Lun. Ugh.* aquino (15) *MS. Burg.* Udelecy. (16) *Ughel. Lun.* ancille Dei *MS. Burg.* amelle Dei (17) *Ghil.* Seneſcalchi (18) *Mur. Lun. Ugh.* Butticularii, *Ghil.* Buficulari. (19) *Ghil. Mur MS. Burg.* Albertinelli. (20) omnium *deeſt apud Lun. & Ugh.* (21) *Ghil.* faſſes *Ugh. Lun.* fuſtem. (22) *MS Burg. inter* (23) *Ghil.* conſtituendam. (24) *Ugh. Lun.* R. E. (25) *Ugh. Lun.* jure precario (26) conſilio *deeſt apud Ugh. & Lun.* (27) *MS. Burg.* facultate videbuntur ſufficientes (28) *MS. Burg. loco ejuſdem terræ* quidentur tres. (29) *Mur. addit* ſingulis annis. (30) *Mur. & Lun.* octavas (31) *MS. Burg.* ſic. (32) *Ghil.* fidelis (33) *MS. Burg.* veneti. (34) *Apud Ghilinum inter hunc & Guiſcardum additur* ego Johannes a Villa Dei. (35) *Ghil* Buficularius *reliqui* Butticularius.

Decretum Alexandri Papæ III. Pro electione Epiſcopi Alexandrini ex Ann. Ghil. p. 7.

MCLXXVI 9

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis clericis Alexandriæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. De novitate, & neceſſitate proceſſit, quod præſente Nuncio Mediolanenſis Eccleſiæ nulla præcedente electione auctoritate Noſtra vobis, & Eccleſiæ veſtræ electum providimus. Et ideo, ne poſſit ex hoc vobis, vel ſucceſſoribus veſtris præjudicium fieri, auctoritate vobis Apoſtolica duximus providendum. Ea propter dilecti in Domino filii præſenti ſcripto ſtatuimus, ut ex hoc vobis non præjudicetur in poſterum, quominus obeunte electo qui nunc eſt, & ſuorum quolibet (1) ſucceſſorum vos, & ſucceſſores veſtri de Epiſcopis veſtris liberam electionem habeatis, ſicuti Canonici Eccleſiarum Cathedralium, quæ Mediolanenſi Eccleſiæ ſubjacent, habere noſcuntur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Noſtræ conſtitutionis infringere ec. Datum Anagniæ III. kalendas februarii indictione IX. anno Domini 1176.

Baronius & Guerra in compendio Bullarii magni hanc collocant ad annum 1180. Ughellius pag. 314, Lunellius, Schiavina, & Gattius ad annum 1175. Turrius Ghilinium secutus hoc anno 1776.; sed de his alias.

(1) *Ghil. quilibet.*

Litteræ Alex. III., quibus confirmat erectionem Canonicæ, & unionem Ecclesiarum eidem factam ab Othone Electo Ep. Alex. ex Ann. Ghilinii.

MCLXXVIII.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Ottoni D. Electo, & Canonicis Ecclesiæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Congruam officii nostri actionem exequimur, cum ea, quæ ad ornatum, & decorem domus Domini laudabili providentia statuuntur, per nos incrementum accipiant, & Apostolicæ tuitionis præsidio in suæ firmitatis robore perseverent, & convalescant, ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus benigne annuentes Canonicam, quam fili Electe in Ecclesia S. Petri de assensu Cleri, & populi statuisti, protectionis nostræ munimine roborantes, & electionem, quam de personis idoneis ad dignitates Ecclesiæ tenendas fecisti, dilectis filiis nostris Magistro Henr. Præposituram, Magistro Cataldo Archipresbyteratum, & Magistro P. Cantoriam provida deliberatione concessisti, ratum habemus, & singulis prædictas dignitates auctoritate Apostolica confirmamus. Præterea Ecclesias usibus vestris filii Canonici deputatas, scilicet S. Mariæ de Gamundio, S. Dalmatii de Marengo (1), S. Michaelis de Soleriis, S. Stephani de Bergolio, Sanctæ Trinitatis de Uvilio (2), S. Andreæ de Rovereto, & S. Augustini de Foro, vobis nihilominus duximus præsentibus litteris confirmandas. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Tusculani (3) XV. Kal. aug. anno Incarnationis Domini MCLXXVIII. Pontificatus nostri anno XIX.

Hanc referunt Ughellius T. IV. p. 313., & Burgontius Mem. stor. di M. V. della Salve p. 12. ut existentem in libro ms. civitatis, nuncupato della croce.

(1) *Ughelius* Maurigo. (2) *Ugh.* Ugulia.
(3) *Ughel.* Tusculi.

Sententia Algisii Archiep. Mediolanen., qua jure accessionis unit Ecclesiam Aquen. Eccl. Alexand. ex Ughel. T. IV. p. 315. ed. Colat.

MCLXXX.

Algisius Doi gratia sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopus, universis Clero, & populo Alexandrino salutem, & omne bonum.

Licet quidam ex vobis, utpote in ejusmodi solet accidere negotiis, nos quodammodo suspectos habuerint, quod honori, & exaltationi Civitatis vestræ in aliquo derogare vellemus, pura tamen conscientia nobis respondet, & sequens rerum probabit effectus, propositi, & voluntatis nostræ semper (1) fuisse ut Civitas vestra (2) Pontificali sede gaudeat, & proprium habeat Episcopum, qui vestrarum curam gerat animarum, & vobis, ac Civitati vestræ, Domino auctore, præesse debeat, & prodesse. Sane quum ante hos dies a Domino Papa acceperimus in mandatis, ut saniori habito consilio Venerandum Fratrem nostrum Aquensem Episcopum una cum sede sua in Civitatem vestram transferremus, id opportunitate accepta curavimus effectui mancipare. Quo circa attendentes, quam pura, & sincera charitate Dominus Papa vos, & Civitatem vestram amplexetur, quanta etiam cura, & sollicitudine paci, & quieti vestræ intendat, mandatum, & voluntatem ipsius exequentes, & (3) ejus plenissima freti auctoritate prædictum Fratrem nostrum Episcopum una cum sede sua in Civitatem vestram Apostolica transferimus auctoritate, ut de cetero Episcopalia ibidem ministrans, Alexandrinus vocetur Episcopus: jura tamen, potestatemque Ecclesiæ Aquensis, in qua prius sedit, nec sibi subtrahimus, nec ulla minuimus ratione, quominus in ea, & aliis Ecclesiis suis plenum jus, & potestatem, ceu quondam, habeat. Sic itaque ipsum Cardinalem vestræ Civitatis constituimus Sacerdotem, ut omnia jura, & honores, quos in Aquensi habet Episcopatu, sibi reservemus. Sic enim ipsum, & Civitatem vestram exaltare, & honorare voluimus, ut nil eidem Episcopo videatur derogatum, sed potius tanto majori gaudeat prærogativa, & speciali privilegio, quanto ex hoc majori fungitur honore, & officio, quod in vestram Civitatem translatus, jus, & potestatem, quam in pristinam habuit Ecclesiam, non amittat. Quia ergo in hujusmodi negotiis semper aliqui esse solent, qui verba pervertentes, cauteriatam habent conscientiam, & commune bonum malignitatis studio impedire nituntur (4), prudentiam, & discretionem vestram rogamus, & attentius monemus, & Apostolica nobis, & nostra præcipimus auctoritate, ut paci, & tranquillitati Civitatis vestræ solicite providentes Deo gratias in omnibus agatis, qui proprium, & specialem vobis contulit Episcopum, qui vestræ Civitatis, & Episcopatus curam, & regimen debeat habere. Credentes itaque hoc a Domino, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, processisse, vestram attentius charitatem monemus, rogamus, & præcipimus, ut eumdem Episcopum vestrum (5) sincera devotione, ac digna reverentia suscipientes tanto majori honore ipsum prævenire studeatis, quanto majori affectu, & puriori dilectione hoc a Domino Papa factum, & a nobis (6) prosecutum esse noveritis. Scientes pro certo, & indubitate credentes, quod per eum, Domino auctore, Civitas vestra exaltabitur, & Dominus Papa devotionem, & obedientiam vestram in hoc cognoscens tanto propensiori amore, & ardentiori (7) affectu vos honorare, & favere curabit, quanto amplius vos filios obbedientiæ, & pacis amatores inveniet. Sic & nos, & Ecclesia nostra tanto propensius commodo, & exaltationi vestræ intendimus, quanto ampliorem mansuetudinem, & devotionem circa vos in hac sumsimus parte. Ne quid igitur in hac parte deesse videatur, vos omnes, tam Clericos, quam Laicos a

Digitized by

debito juramenti, & obbedientiæ, quam (8) quondam Electo veſtro præſtiteratis, auctoritate Apoſtolica, & noſtra abſolvimus, mandantes, & firmiter præcipientes, ut non ei de cetero, ſed præfato Epiſcopo veſtro fidelitatem, & obbedientiam, omnemque devotionem exhibeatis, ipſumque tamquam ſpecialem, & proprium Paſtorem, & Dominum revereri, & honorare curetis. Datum Mediolani anno Domini MCLXXX.

Ego Petrus, qui dicor Teſtarius, Not. S. Palatii, autenticum hujus inſtrumenti vidi, & legi, & ut in illo inveni, in hoc &c. Ita &c. nihil addens, vel minuens præter punctum vel litteras, vel ſillabas, &c.

Ego Otto Not. S. Palatii autent. hujus inſtrum. vidi, legi, & ſubſcripſi.

Ego N. Not. S. palatii aut. hujus inſtrum. vidi, legi, & ſubſcripſi.

Conſulimus hanc Sententiam cum editione Ughelliana, & exemplari ms. quondam D. Turrii, qui ex antiquo apographo eam reſcripſerat.

(1) Semper *deeſt in ms.* (2) Veſtra *deeſt ap. Ghil.* (3) Ut *ap. Ghil.* (4) *Ghil.* nitantur. (5) Veſtrum *deeſt apud Ghil., & apud Turrium.* (6) *Ghil., & Turrius* vobis. (7) Al. adtentiori *ita Turrius, & Ugh.* (8) *Ghil. & Turrius* Othoni.

Littera Innoc. III; quibus Opizonem Ep. Derth., & Bonum Johannem delegat, ut juxta Alexandri III., vel Algiſii ſententiam Epiſcopum Alexandriæ præficiant. Ugh. p. 316.

M C C V.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Opizoni Derthonenſi Epiſcopo, & Bono Johanni Subdiacono noſtro Canonico Vercellenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. In litteris bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri perſpeximus gratiam, quod ipſe precibus, & conſilio populi, & Cleri Alexandrini volens favorem benevolum impertiri ad inſtantiam, & petitionem bonæ memoriæ Galdini Archiepiſcopi Apoſtolicæ Sedis legati, & Conſulum Mediolani Rectorum in Lombardia, & Marchia deliberatione præhabita diligenti Alexandrinam Eccleſiam, & ipſam pariter Civitatem in honorem Beati Petri conſtructam Pontificalis dignitatis titulo inſignire bonæ memoriæ Arduinum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum eiſdem concedere in Epiſcopum, & Paſtorem, Diœceſi nihil ſibi minus aſſignata. Eodem vero Electo nondum in Epiſcopum conſecrato viam univerſæ carnis ingreſſo, ſubſtitutus eſt alius, qui conſecrationis munus ſimiliter non percepit. Ad conſilium autem bonæ memoriæ Algiſii ſucceſſoris Archiepiſcopi memorati, ut ſcándalum ſedaretur, & ſopiretur odium, quod multi adverſus prædictam conceperant civitatem, idem noſter ſtatuit Prædeceſſor, ut Alexandrina, & Aquenſis Eccleſia unirentur, ita quod Alexandrina prima ſedes exiſteret, & Aquenſis ſecunda, eidem Archiepiſcopo ſuis dans litteris in mandatis, ut eumdem Epiſcopum, & per eum Eccleſiam ſuam ad hoc induceret diligenter. Archiepiſcopus autem mandatum Apoſtolicum cupiens executioni mandare, cum ipſe perſonaliter Alexandrinam Eccleſiam non poſſet adire, Modoetienſem illuc Archipresbyterum ſtuduit deſtinare, ſed impediente Alexandrinæ Civitatis Electo negotium tunc per eum non potuit conſummari. Ne id igitur, quod bono pacis fuerat ordinatum per malignorum fallaciam differetur, idem Archiepiſcopus vocatis Mediolanum præfato Epiſcopo, & quibuſdam Clericis Civitatis prædictæ, Eccleſias prædictas univit, ſtatuens ut Aquenſis Epiſcopus in Alexandrina Eccleſia Epiſcopalia miniſtraret, & Alexandrinus Epiſcopus vocaretur, ſibi jure Aquenſis Eccleſiæ reſervato. Sed hujuſmodi unio non eſt effectum debitum conſecuta. Nuper autem dil. Fil. Anſelmus Presbiter, & nobilis vir Rufinus Miles ad noſtram præſentiam accedentes ex parte tam Cleri, quam populi Civitatis ejuſdem nobis humiliter ſupplicarunt, & cum ſint tamquam oves ſine paſtore errantes, eo quod non habent proprium, & alienum penitus non admittunt, ne prædicti greges ſodalium diutius evagari cogantur, dignaremur eiſdem Paſtorem proprium providere. Nos igitur quamquam jura prædictæ Civitatis eiſdem ab Apoſtolicæ Sedis provida deliberatione conceſſa firma volumus, & inconcuſſa ſervari, attendentes tamen quod licet duo Electi fuerint in Civitate prædicta, neuter tamen eorum extitit in Epiſcopum conſecratus, & unio poſtmodum conſtituta non fuerit effectui mancipata, & quod a tempore prædicti Prædeceſſoris noſtri non habuerunt Epiſcopum, vel Electum, in tanto negotio cum maturitate de Fratrum noſtrorum conſilio duximus procedendum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes quatenus, vocatis quos propter hoc videritis evocandos; & diligenter inquiſitis, quæ circa negotium ipſum videritis inquirenda, ſi fieri poterit abſque gravi ſcandalo, & enormi præjudicio aliorum juxta primum modum, ſive ſecundum provideatis eidem perſonam idoneam in Paſtorem, alioquin omnia, quæ ſuper his inveneritis redacta in ſcripturis ſub ſigillis veſtris, ad noſtram præſentiam tranſmittatis, ut per veſtram relationem inſtructi, prout expedire videbimus, in ipſo negotio procedamus. Datum IV. Idus maji, Pontificatus noſtri anno VIII.

Sententia Opizonis Ep. Derthon., & Boni Joan. Can. Vercellen., quæ uniunt Eccl. Aquenſem cum Alexand. æque principaliter, ita tamen ut Alexandrina prima ſedes vocetur, Aquenſis ſecunda.

M C C V.

Omnibus Chriſtifidelibus, ad quos litteræ noſtræ pervenerint; Opizo Dei gratia Derthonenſis Epiſcopus, & Bonus Joannes Subdiaconus Romanæ Eccleſiæ, & Vercellenſis Canonicus, in eo, qui eſt vera ſalus, ſalutem. Cum a bonæ mem. Papa Alexandro tractatum fuiſſet de inſtituendo Epiſcopo in Alexandrina Civitate, & in tractatu proceſſum quod duo fuerunt ibi electi, quamvis munus conſecrationis non acceperint propter odium, & ſcandalum,

quod inde oriebatur, quum multæ Eccleſiæ Aquenſis Diœceſis eſſent Alexandrinæ Eccleſiæ aſſignatæ; prædictus Dominus Alexander ad petitionem, & ſuggeſtionem Algiſii Mediolanenſis Epiſcopi de unione Alexandrinæ, & Aquenſis Eccleſiæ, incepit pertractare, & prædictus Archiepiſcopus, quum Alexandriam nequiſſet adire perſonaliter, Modoetienſem Archiepiſcopum illuc ſtuduit deſtinare, ſed ſupervenientibus impedimentis plenius negotium non potuit conſumare; ſed idem Archiepiſcopus vocatis Mediolanum Aquenſi Epiſcopo, & quibuſdam ejuſdem Civitatis Clericis Eccleſias prædictas univit, ſtatuens ut Aquenſis Epiſcopus in Alexandrina Eccleſia Epiſcopalia miniſtraret, & Alexandrinus vocaretur Epiſcopus, ſibi jure Aquenſis Eccleſiæ ſervato. Quæ unio tamen non fuit effectum debitum conſecuta. Tandem Dominus Papa Innocentius volens prædictam Civitatem honorare, nobis commiſit, ut juxta primum, vel ſecundum modum Alexandrinæ Eccleſiæ perſonam honeſtam in Paſtorem appellatione rejecta .... (1) ſcandalo, & enormi præjudicio provideremus: & nos ſecundum formam mandati Apoſtolici Alexandrinos tam laicos, quam (2) .... vocavimus, & Epiſcopum Aquenſem cum Clericis, & Laicis, quos viderit vocandos, qui (3)... præſentiam venire tunc recuſavit, dicens ſe hujuſmodi negotium penitus ignorare (4) ..... Laicis conſilium velle habere. Nos poſtmodum eum vocavimus per litteras noſtras, & per .... ſeu ad locum, qui ei placuit in domo S. Leonardi, quæ eſt Glancia de Sancto (5) de Telieto, & ipſum honorare cupientes ultra locum ſuprafcriptum ei obviam ivimus, ubi Præpoſitus Aquenſis, & quidam cum eo Canonicus, & duo Laici erant, qui ſtatim ut nos viderunt, cœperunt ſtatim recedere, & ad nos venire neglexerunt, & nos unicos (6) noſtros ad eos deſtinavimus, ſed tam cito receſſerunt, quod eos invenire non potuerunt, tamen retulerunt quod illorum ſcutiferos invenerunt dicentes quod ita feſtinabant Aquas ire, ut Epiſcopum ibi eligerent. Dixerat enim Dominus Epiſcopus nobis quærentibus, quid hoc eſſet, quod ad Dom. Imperatorem Philippum, & ad Dominum Papam appellaverunt, & mandatum noſtrum formidaverunt audire. Ipſe vero Epiſcopus, & nos timentes expenſas illius religioſæ domus una cum ipſo Alexandriam acceſſimus. Nos iterum tractatum habentes cum Aquenſi Epiſcopo, tam Clero, quam populo Aquenſi ſcripſimus, ut ad nos accederent, & illuc una cum Aquenſi Epiſcopo pro voluntate accederemus, ad quem vellent locum eorum, & nobis mandaverunt, ut ad Monaſterium Sanctæ Juſtinæ in Aquenſi Diœceſi conſtituntum accederemus, & iterum per adminiſtrationem (7) .... Sancti Leonardi de Tilieto ad eos miſerant (8), ut ipſi habito pleno conſilio, & quod non facerent nos fruſtra laborare ad prædictum locum accederent. Venientes autem Præpoſitus, & quidam Canonicus; & quidam Monachus niger, qui fuit quondam Abbas Sancti Petri de Aquis, ſed depoſitus, & quidam Laicus incontinenti .... ad Dominum Papam appellaverunt, Laicus vero Magiſter Amicus nomine litteratus prædictam appellationem non inficiens in eadem appellatione perſeverat, dicens quod Dominus Papa, & Cardinales totum mundum turbaverant, & quod perſonas Domini Papæ, & Cardinalium bene noverat, & quod mala exempla orta eſſent ex Clericis, & ab Eccleſia Romana. Nos vero talia audientes ab eis diſceſſimus Alexandriam, & illuc ad nos acceſſerunt Epiſcopus, & Archidiaconus, & Archipresbyter, &... & unus Canonicus, & Abbas Sancti Petri Aquenſis, quæ pars Capituli eſt, & Abbas Sanctæ Juſtinæ, & quidam alii forenſes Archipresbyteri, qui omnes dixerunt utilitatem Aquenſis Eccleſiæ ſe velle libenter tractare, & ad unionem faciendam conſentire, & appellationi factæ a Præpoſito, quum ipſam ignoraverint, nolle conſentire, & ..... ſcilicet Marchio Montiſferrati, Otto de Carreto, & Comes de Blandrato, & multi nobiles Caſtellani, & fere omnes Abbates, & Archipresbyteri hoc idem nobis inſtantiſſime conſulebant ... ne Aquenſis Eccleſia omnino deſtrueretur talem allegantes ... ſint de juriſdictione Epiſcopi quoad ſpiritualia, & ipſe ſit eorum Dominus, & in omnes ejus (9) ..... Papienſibus, & vexillum Papienſis Civitatis in Turri, & Palatio Epiſcopi ..... & multa Eccleſiæ de Aquenſi Diœceſi Alexandrinæ Eccleſiæ, & ejus Electo olim aſſignatæ fuiſſent. Unde ſuadentibus, & conſulentibus prædictis Principibus, & Poteſtatibus, & Conſulibus quarumdam Civitatum, & conſentiente Epiſcopo cum prædictis Abbatibus, & Perſonatibus, & Clericis ejuſdem Eccleſiæ Aquenſis, habito prudentum conſilio infraſcriptæ unioni proceſſimus, & unionem illorum E. iſcopatuum, videlicet Alexandrini, & Aquenſis, Apoſtolica freti auctoritate perfecimus, providentes perſonam idoneam, ſcilicet Aquenſem Epiſcopum Alexandrinæ Eccleſiæ, in Paſtorem, ut Alexandrinus Epiſcopus, & Aquenſis vocaretur, ſibi jure in Aquenſi Eccleſia reſervato, & nihil juris Aquenſi Eccleſiæ diminuto, niſi quod Alexandrina Eccleſia prima vocaretur, & Aquenſis Eccleſia ſecunda.

Ego Opizo humilis Derthonenſis Epiſcopus, &c.
Ego Bonus Jo. Domini Papæ Subdiaconus, &c.

Vidit olim Turrius antiquum exemplar, ex quo non nulla ſupplevit, quæ cum variantibus hic damus.

(1) Gravi. (2) Tam Clericos quam Laicos. (3) Ad noſtram. (4) Et cum Aquenſibus. (5) De Sancto *deeſt apud Turrium.* (6) *Hic erratum loco* nuncios (7) Adminiſtrationem *deeſt apud Turrium.* (8) Miſeramus. (9) In nomine ejus. Ghilinius hanc retulit ad annum 1198., qua in re quantum a veritate aberraverit, argui poteſt ex diplomate delegationis Innoc. III. anno VIII. Pontificatus ejuſdem ſignati; ut illud taceam Opizonem non ante annum MCCII. Ozhoni Derthonenſi Epiſcopo ſucceſſiſſe.

Litteræ Delegatorum a Summo Pontifice ad promovendam pacem inter Alexandrinos, & Aquenſes, & exigendum cenſum, & fidelitatem ab Alex. ex Ughellio p. 313, T. IV.

M C C V I. 14

Sanctiſſimo Patri, & Domino Innocentio Dei gratia Summo Pontifici.

Vi. Mediolanen. Eccleſiæ Archipresbiter, licet indignus, & Ariprandus dictus Vicecomes ejus

humilis, & devotus Subdiaconus tam devotam, quam debitam in omnibus ſubjectionem. Placuit Beatitudini veſtræ, Pater Sanctiſſime, nobis ſervulis veſtris dare in mandatis, ut ad Civitatem Alexandriæ perſonaliter accedentes Clerum, & populum ad pacem, & concordiam cum Aquenſibus faciendam, necnon ad unionem acceptandam prudenter admonere, & diligenter inducere ſtuderemus. Verum quid ſuper his fecerimus, & quatenus laboravimus, partes ipſæ, & ſcripta noſtra per eas Sanctitati veſtræ directa liquido declarabunt. Quid autem ſuper fidelitatibus, & cenſu exigendis fecerimus, audiat Sanctitas veſtra pleniſſime veritatem. Convocavimus ſiquidem Poteſtatem, Conſules, & Conſiliarios Alexandriæ, & oſtendimus ei qualiter tenerentur, & obligati eſſent ad cenſum, & fidelitatem Romanæ Eccleſiæ præſtandam. Qualiter inſuper in ſignum hominii ſe dederant in manibus fel. mem. Dom. Alexandri, a quo ipſa Civitas denominationem acceperat. Oſtendimus etiam eis, & perlegimus inſtrumentum publicum, in quo omnia iſta continebantur: qui verbum noſtrum non minus alacriter, quam devote ſuſcipientes cum omni feſtinantia, præceperunt campanam pulſari, ut multitudo populi conveniret, qui ſcientes cauſam vocationis ſuæ cucurrerunt quaſi ad vocem jucundam, & vix præ gaudio, & exultatione ſuſtinentes verbum ſibi proponi cl maverunt quaſi una voce cum ingenti lætitia, & tripudio maximo: fiat, fiat voluntas Domini noſtri: & ſic in omni pace recepimus hominium, & fidelitatem Poteſtatis, Conſulum, & Conſiliatorum univerſorum, qui ad locum illum convenerant, & inde fecimus fieri publicum inſtrumentum. Deinde quoſdam honeſtos viros, qui monitores Civitatis vocantur, fecimus nuntios noſtros, quos jurejurando aſtrinximus, ut ſingulas oras vicos, & plateas Civitatis circuirent, & fideliter ab univerſis fidelitatem, & cenſum ſecundum inſtrumenti tenorem exhiberent, & reciperent, ac quidquid ſuper iis facerent, totum per publicam ſcripturam nobis oſtenderent, & conſignarent; quæ omnia bene, & ſolemniter facta ſunt. Sunt autem qui juraverunt in ſumma quinque millia octingenti, ſexaginta ſex, ſicut in inſtrumentis veſtræ Paternitati tranſmiſſis continetur; ſumma cenſus librarum viginti quinque Papienſium. Et hæc omnia per Joannem Torniellum Subdiaconum veſtrum, Canonicum Novarienſem, & quoſdam ſocios ſuos nuncios Alexandrinos deſtinamus. Ad hæc noverit veſtræ Celſitudinis immenſa diſcretio, quod per ea, quæ vidimus, & cognoſcimus, manifeſte credimus, & nullatenus dubitamus, quod vobis, & Eccleſiæ erit ad gloriam, & utilitatem maximam, ſi honore, & exaltatione intenderitis Alexandrinos.

Litteræ Innoc. Papæ III. ad Alexandrinos, quibus ſignificat ſe negotium de Epiſcopatu deſiniviſſe, & nunc mittere in ſignum protectionis vexillum S. Petri. Ugh. T. 4. p. 314.

16 M C C V I.

Potestati, & populo Alexandrinorum. Cum dilectus filius Joannes Torniellus Subdiaconus noſter, & N. Vicedominus Aquenſis, & nobiles viri R. Scaravel, & P. Fantinus nuncii veſtri ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſent, cenſu debito nobis, & inſtrumento, in quo eorum nomina erant ſcripta, qui nobis fidelitatem præſtiterant, præſentantes (1), pro veſtris, & Civitatis veſtræ negotiis promovendis diligenter ſollicite inſtiterunt ita, quod nullatenus poſſint de negligentia reprehendi, ſed eorum diligentia poteſt merito commendari. Et licet negotium ſecundum ſuam voluntatem non fuerit uſquequaque promotum, finem tamen congruum ad honorem, & profectum abſque dubio eſt ſortitum, juxta quod ad ſcandali materiam removendam magis cognovimus expedire. Monemus igitur Univerſitatem veſtram, & exhortamur in Domino per A. V. S. mandantes, quia in fidelitate, ac devotione Apoſtolicæ Sedis, ſicut laudabiliter incepiſtis, ita fideliter perſeverare curetis, quod gratiam Apoſtolicæ Sedis mereamini plenius, & favorem, & nos ad ea, quæ veſtrum reſpiciunt commodum, & honorem, merito debeamus impendere operam efficacem. In ſignum autem gratiæ ſpecialis mittimus vobis ſub inſigni B. Petri vexillum, ut ipſe vos tamquam filios ſpeciales contra hoſtes mentis, & corporis cuſtodiat, & defendat. Datum Ferentini II. Kal. junii, anno IX.

(1) *Sintaxis corrupta, corrige* præſentato.

Epiſtola Innocentii III. ad Capitulum Aquenſe, qua eos certiores reddit de unione a ſe ſanccita. Ugh. T. 4. p. 329.

M C C V I. 17

Solet annuere Sedes Apoſtolica &c. Cum autem utilitate, ac neceſſitate penſatis Aquenſem, & Alexandrinam Eccleſiam duxerimus uniendas, ne quid circa unionem hujuſmodi utiliter eſt proviſum, alterutri Eccleſiæ in poſterum pariat detrimentum, univerſas Eccleſias, quas Aquenſis bona fide, ac juſto titulo hactenus conceſſis poſſidet, vobis, ac per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica conc., & præſenti ſcripti &c. & ſalva reverentia, quam Aquenſ., & Alexand. debent Epiſcopo, juxta quod ratio poſtulat unionis. Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Ferentini XVI. Kal. julii, Pontificatus noſtri anno IX.

Litteræ Innocentii III. ad Alexandr. pro obedientia Epiſc. præſtanda. Ugh. p. 319.

M C C V I. 18

Innocentius &c. Univerſo Clero Alexandrino ſalutem &c. Cum Alexandrinas, & Aquenſes Eccleſias duxerimus uniendas, ut utrique ſit Eccleſiæ unus paſtor, præſentium vobis auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus Ven. fr. noſtro Alexandrino, & Aquenſi Epiſcopo tamquam Patri, & Epiſcopo animarum veſtrarum de cetero intendentes ipſi obedientiam, & reverentiam exhibeatis debitam, & devotam. Datum Ferentini XI. Kal. julii, Pontificatus noſtri anno IX.

Breve Innocentii III. ad Alexandrinos, quo ſublato omni primæ ſedis honore eis tributo, & diviſa cum Aquenſibus reſidentia Epiſcopi ambas eorum Eccleſias æque principaliter unit. Ex antiquo apographo.

19 M C C V I.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Clero, & populo Alexandrino. Cum beatus Petrus Apoſtolus ab ipſo Jeſu Chriſto acceperit plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, dubitari non debet, quin Apoſtolicæ ſedis antiſtes, qui beati Petri ſucceſſor exiſtit, de rebus Eccleſiaſticis diſponendis plenariam, & liberam habeat facultatem, ipſa ſibi veritate dicente: *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam* (1). Ex hac ergo ſuperna poteſtatis prærogativa proceſſit, quod felicis memoriæ Alexander prædeceſſor noſter attendens fervorem devotionis, & fidei, quam ei Alexandrinus populus tempore gravis, & grandis neceſſitatis exhibuit, Apoſtolicæ ſedis auctoritate decreverat, ut quoniam Alexandrinorum civitas longe major eſt, & (2) populoſior, quam Aquenſis, Epiſcopalis ſedes de illa, cujus Diœceſi eſt contigua, transferretur ad iſtam. Ipſi itaque per honorabiles nuncios tam clericos, quam laicos ad noſtram præſentiam deſtinatos ſupplicirer poſtularunt, ut quod idem prædeceſſor noſter provida deliberatione decreverat, nos ejus veſtigiis faceremus executioni mandare. Volentes autem in tanto negotio cum debita maturitate providere, prius duximus inquirendum, utrum id abſque gravi ſcandalo ſortiri poſſet effectum. Et quoniam ex hujuſmodi translatione non ſolum Aquenſis civitas, ſed etiam Papienſis, quæ ipſius (3) defenſionem ſuſceperat, ſcandalizari plurimum videbatur, nos utriuſque partis procuratoribus in noſtra præſentia conſtitutis, plenam conceſſimus audientiam, qui cum ſuper hoc cœpiſſent multipliciter altercari, partes noſtra interpoſuimus ad concordiam, ſtatutum prædicti prædeceſſoris noſtri taliter moderantes, ut Alexandrinam, & Aquenſem Eccleſiam uniamus præſenti privilegio ſtatuentes, quatenus unus, & idem ſit Pontifex utriuſque, unam, & eamdem Pontificalem ſedem obtinens in utraque. Ne autem unio confuſionem inducat ad diſcernendum ſpecialiter inter eas, ita duximus ſalubriter decernendum (4), ut negotia, & cauſas (5), quæ ad Eccleſiam ſpectant Aquenſem, Epiſcopus agat cum conſilio Aquenſium Clericorum, quæ autem ad Laicos cum conſilio Laicorum infra Civitatem Aquenſem, vel ejus Diœceſim in loco tam ipſis Laicis, quam eidem Epiſcopo idoneo, & ſecuro. Quæ vero pertinent ad Eccleſiam Alexandrinam cum Alexandrini capituli gerat aſſenſu. Habeat autem duplex ſigillum ab una parte continens imaginem, & literas Aquenſis Epiſcopi, ab altera vero Alexandrini. Cumque idem Epiſcopus ſcripſerit de Aquenſibus rebus, aut perſonis Aquenſibus, ſcribat ſe tantum Aquenſem. Porro cum ſcripſerit de aliis rebus, aliiſque perſonis, ſi fuerit in Alexandrina Diœceſi, ſcribat ſe tantum Alexandrinum, ſi vero fuerit in Diœceſi Aquenſi ſcribat tantum Aquenſem, & e converſo, ut cum ejuſdem ſint dignitatis, neutri per alteram (6) derogetur. Chriſma vero uno anno conficiat apud unam Eccleſiam, & altero apud alteram, ſimiliter faciat de Baptiſmo. Majores vero ſolemnitates æque diſtribuat inter illas, ut quas uno anno celebraverit apud unam, altero celebret apud alteram. Proprias vero ſolummodo celebret apud illam, cujus ſunt ſolummodo ſpeciales. Ordinationes vero Clericorum, quæ pertinent ad Aquenſem Eccleſiam, in Aquenſi faciat Civitate, vel ejus Diœceſi, loco tamen idoneo, & ſecuro. Apud utramque Eccleſiam, vel ejus Diœceſim ſaltem per anni medietatem moretur, niſi forte neceſſitas, quæ legem non habet, exigat interdum aliter faciendum. Caſtra vero Eccleſiæ Aquenſis, quæ tenet Epiſcopus per homines fideles, & non ſuſpectos, Aquenſibus faciat cuſtodiri, & ſi forte, quod abſit, inter Alexandrinos, & Aquenſes ſcandalum oriretur, homines illorum caſtrorum non juvent Alexandrinos adverſus Aquenſes, niſi eſſet cauſa Epiſcopi ſpecialis. Nolumus etiam, ut propter hanc unionem altera Eccleſiarum, aut etiam civitatum auctoritatem, vel poteſtatem, juriſdictionem, vel dominationem habeat ſuper reliquam, ne quod ad unitatem proviſum eſt, in contrarium aliquando convertatur. Cum autem Epiſcopus ex hac luce migraverit, prædictarum Eccleſiarum Canonici conveniant apud alteram, de qua inter ſe poterunt concordare, vel apud alium quemlibet locum, & quem omnes concorditer, aut major, & ſanior pars unius, ac major, & ſanior pars alterius elegerint in Epiſcopum, ejus electio per Mediolanenſem Archiepiſcopum confirmetur, dummodo nihil obſiſtat ei de Canonicis inſtitutis. Si vero ſecundum hanc formam convenire nequiverint; aut eligant electores, qui eis Epiſcopum eligant recipiendum ab omnibus ſic electum, aut ad ſedem Apoſtolicam dirigant procuratores idoneos, per quos recipiant in Epiſcopum, quem Romanus Pontifex eis duxerit concedendum. De primo autem acceſſu Epiſcopi conſecrati ad alterutram (7) prædictarum Eccleſiarum, aut etiam Civitatum hoc ſtatuimus obſervandum, ut ſibi Epiſcopi ſibi ſucceſſerint, ita vices alternent, quatenus cum unus poſt conſecrationem ſuam primo receptus fuerit apud unam, reliquus poſtmodum recipiatur primitus apud reliquam, invidia penitus relegata, ita dumtaxat, ut in iis, quæ in utraque Eccleſia debet facere alternatim, incipiat ab Aquenſi. Prohibemus ergo ne quis in utraque prædictarum Eccleſiarum de cetero fiat canonicus, aut perſona, ne ſuper hoc poſſit aliqua confuſio (8) generari. Privilegia vero, & alia ſcripta, quæ pertinent ad Aquenſem Eccleſiam in ſecretario ipſius Eccleſiæ reponantur. Licet autem utriuſque partis procuratores in noſtra præſentia conſtituti præſcriptam formam duxerint acceptandam, quia (9) tamen privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, ſtatuimus, ut ſi forſan Aquenſes contra ſtatutum iſtud venire præſumſerint, niſi ad commonitionem Romani Pontificis ſuæ correxerint præſumtionis exceſſum, Epiſcopalis ſedes de Aquenſi civitate, ſicut prætatus prædeceſſor noſter decreverat, in Alexandrinam transferatur. Si vero Alexandrini contra idem ſtatutum exceſſerint, niſi ad com-

monitionem Romani Pontificis ſatisfecerint de exceſſu, præſcriptæ unionis vinculum diſſolvatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere ecc., vel ei auſu temerario contraire, ſalva ſemper in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona ſciens contra hoc privilegium venire tentaverit ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honorisve ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem illud ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud Chriſtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Ferentini per manum Johannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cancellarii, ſexto idus junii, indictione octava, Incarnationis Dominicæ anno MCCVI. Pontificatus vero Innocentii Papæ III. anno IX. *Protulit hoc Breve Ughellius, ut ipſe affirmat, ex Reg. Vatic. lib. 9. f. 90. ep. 81. At Ghilinius, qui illud quoque in ſuis annalibus inſeruit ex aliquo vetuſto exemplari, longe aliter eposham tradidit. Hanc exhibebo cum Cardinalium ſubſcriptionibus.*

Anno Domini MCXCVIII. Pontificatus noſtri anno I.

Ego Innocentius Catolicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Joannes tit. S. Stephani in Cœlio monte presbiter Cardinalis.
Ego Eguthius tit. S. Laurentii in Lucina presbiter Cardinalis tit. S. Laurentii.
Ego Gregorius . . . . . presbiter Cardinalis.
Ego . . . . . .
Ego R. . . . . .
Ego . . . . . .
Ego . . . . . presbiter Cardinalis.
Ego Manfredus . . . S. Georgii . . . Diac. Card.
Ego . . . . . Tull. . . . . Diac. Cardin.
Ego . . . . . tit. S. Theodori Diac. Cardin.
Ego Ubert. . . . . tit. S. Angeli Diac. Card.
Ego . . . . . tit. S. Sergii & Bacchi Diac. Card.
Ego Joannes tit. SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.

(1) Apud Ghil., *& portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* (2) Ghil. *ut.* (3) Ghil. *Aquenſis civitatis* (4) Ghil. *diſcernendum.* (5) Ghil. *cauſa.* (6) Ghil. *neutri alteram.* (7) Ghil. *alterutrum.* (8) Ghilinius *controverſia* & hic lacunam habet uſque ad verbum *acceptandam.* (9) Apud Ghil. deeſt *quia.*

Litera Innocentii III. PP. delegationis ad ſuſpenſionis ſententiam ferendam adverſus Ugonem Epiſcopum Aquenſem.

19 M C C X I.

Innocentius PP. III. abbati S. Stephani Bononienſi & Magiſtro Gregorio decretorum Doctori Bononiæ commoranti ec. Illius teſtimonium invocamus, qui teſtis eſt in cœlo fidelis, quod quanta ſpe nobis donare dignatur, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, negotia, quæ ad ſedem Apoſtolicam perferuntur, cum puritate, & honeſtate tractare, ac expedire curamus, venialitatis vitium, quod ex cupiditate procedit, quæ radix eſt omnium vitiorum, omnimodis deteſtantes, ſicut etiam illi poſſunt perhibere teſtimonium veritati, qui pro diverſis negotiis exequendis ad Romanam Eccleſiam frequenter accedunt, quam per Divini muneris gratiam ab hujuſmodi labis contagio ſervare ſatagimus expiatam, ut quod gratis accipimus, gratis demus, nullatenus ſuſtinentes, quod in cauſis Eccleſiaſticis aliqua pactio, vel conventio, ſeu etiam promiſſio intercedat, quatenus ſi quid interdum poſt finem negotii fuerit exhibitum, non per neceſſitatem extortum, ſed per devotionem appareat eſſe collatum. Verum mirari cogimur, & moveri ſuper eo, quod ab Alexandrino Epiſcopo didicimus attentatum, ex juramento, quod ipſemet præſtitit in cauſa, quæ inter ipſum, & quoſdam mercatores Romanos coram vobis ex delegatione noſtra extitit ventilata, qui quum ab eo quamdam repeterent pecuniæ quantitatem, quam Romæ ſuis procuratoribus mutuaverant literas ejus habentibus de mutuo contrahendo, ipſe ſuum reconoſcens eſſe ſigillum, quod literis erat impreſſum, ſed negans eas de ſua conſcientia proceſſiſſe conſtanter aſſeruit, quod centum libras eis ſolverat pro expenſis, & poteſtatem illis conceſſerat, ut ſi poſſent forſitan obtinere, quod Eccleſiæ, quæ ad Alexandrinam Eccleſiam, ſicut olim ſtatutum fuerat, accedebant, ire ad eam minime tenerentur, & quod idem Epiſcopus octo locorum Eccleſias pacifice poſſideret, uſque ad centum quinquaginta libras mutuum contrahere liceret eiſdem, ſi vero impetrare poſſent, ut omnes poſſeſſiones Eccleſiæ ſancti Martini de Foris ad Alexandrinam Eccleſiam pertinerent, uſque ad trecentarum librarum ſummam poſſent libere a mercatoribus mutuare. Ex his quidem evidenter, quid de nobis idem Epiſcopus ſenſerit, quos ad bona Eccleſiaſtica concedenda per interventum pecuniæ induci poſſe putabat, quidve dari mandaverit pro bonis Eccleſiaſticis obtinendis, quum expreſſe taxaverit quantam pro iſtis, & quantam pro illis poſſent pecuniam mutuare. Quia vero non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali præcipit Apoſtolus abſtinere, nos zelo Eccleſiaſticæ honeſtatis accenſi tantæ præſumtionis, ac turpitudinis malum corrigere cupientes per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus auctoritate noſtra ſuffulti præfatum Epiſcopum ab executione pontificalis, & ſacerdotalis officii, ſublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obſtaculo publice ſuſpendatis, ut ejus exemplo ſimilia ceteri agere pertimeſcant, facientes ſententiam ſuſpenſionis ejuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Datum Laterani IV. idus octobris, Pontificatus noſtri anno XIV.

Edita fuit a Baluzio in collect. Epiſtol. Innoc. III. T. II. lib. XIV. Ep. 114. a Sarti in hiſtor. Univerſitatis Bonon. II.

Litera Innocentii III., quibus Alexandrinos monet, ut Ottonem Romanorum Regem excommunicatum deserant, nisi velint privilegiis spoliari. Ex Reg. Epistolarum a Balluzio edit. lib. XV. Ep. 138.

MCCXII.

Populo Alexandrino spiritum consilii sanioris. Apostolicæ sedis erga vos ab ipsis civitatis vestræ primordiis gratiam, & favorem ipsius quoque civitatis vocabulum protestatur, quam felicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster utpote novam plantationem Ecclesiæ tanta caritatis prærogativa dilexit, ut in perpetuam suæ gratiæ, ac vestræ devotionis memoriam eam suo curaverit nomine insignire, qualiter autem nos ejus in vestra exaltatione vestigia non solum imitati fuerimus, verum etiam supergressi, liceat operibus vos exhibeatis immemores, in vestris tamen cordibus memores, sicut credimus, permanetis; quippe cum talia sint, quæ vobis contulimus, ut eorum nullo debueritis tempore oblivisci. Miramur igitur, nec satis admirantes sufficimus admirari, quod conversi in arcum perversum, & in reprobum sensum dati sic cito recessistis a fidelitate nostra, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ, cui non solum debita minime præstitistis, verum & in impiorum consilium abeuntes facti estis inimici ejus in capite impugnantes eam una cum persecutoribus ejus, & Ottoni tiranno, & excommunicato, & maledicto in nostram injuriam & animarum, ac rerum vestrarum periculum adhærentes. Quamquam igitur merita vestra non exigant, ut vos patris mansuetudine revocemus, sed potius severitate judicis puniamus, quia tamen pater filium diligit etiam offendentem imitantes longanimitatem illius, cujus patientia, quantum in ipso est ad veniam peccatores adducit, universitatem vestram exhortamur attentius per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus a præfato tyranno, qui sicut per ea, quæ circa nos egit, nisi esset cor vestrum insipiens obscuratum, advertere potuistis, benefactoribus suis mala pro bonis vehibuit, atque ab ejus complicibus sano utentes consilio recedatis, & redeatis humiliter ad sinum sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ offensam præteritam obsequiis subsequentibus expiantes; alioquin indubitanter noveritis vos privilegiis omnibus vobis ab eadem indultis perpetuo spoliandos cum propter ingratitudinis vitium, libertas in servitutis compedem revocetur. Datum Signiæ tertio idus julii Pontificatus nostri anno decimoquinto.

V. Baron ad ann. 1168. §. 83. *vide etiam Julinium T. VII. P.* 285. *ann.* 1212.

Alia, quibus eos monet, ut captivos Papienses restituant; quod si neglexerint, sciant ab Episcopo & Archidiacono Parmen. unionem Ecclesiæ dissolvendam. Ex eod. Reg. Baluz.

MCCXII.

Consulibus, & populo Alexandrino spiritum consilii sanioris. Cum illam recolimus exuberantiam caritatis, & gratiæ specialis, qua sedes Apostolica Alexandrinam ab antiquo dilexit, & extulit civitatem, quaque nos specialiter eam fuimus hactenus amplexati, cumque illum reverentiæ, ac devotionis fervorem, quem civitas eadem ad Apostolicam sedem, & personam nostram usque ad hæc habuit tempora cogitamus meditantes, quantum utraque per reliqua in negotiis suis proficere consuevit, vehementer angimur, & turbamur, ita ut sit nobis tristitia magna, & dolor continuus cordi nostro, eo quod dum hujus unitatis vinculum vestra rumpitur imprudentia, hæc prorsus in contrarium cernimus esse versa intantum, ut vobis devotionem pristinam subtrahentibus, immo erigentibus vos temere ad injuriam, non modo gratiam vobis subtrahere, verum etiam accingi vobis compellamur ad pœnam, ad quam non sine magno dolore Deo teste procedimus cum præteritis vestris obsequiis, & præsentibus, quibus laceſſimur injuriis, concertatione quadam in pectore nostro sibi ad invicem occurſantibus, hæc mentem nostram infringant interdum ad veniam, illæ vero e contra provocent ad vindictam, quam alienam non esse ab Apostolicis viris manifeste demonstrat Apostolus, qui ad ulciscendam omnem inobedientiam sicut ipso testante didicimus, promtus erat. Licet autem fateamur vos non pauca nobis, & Apostolicæ sedi obsequia præstitisse, beneficia tamen quæ recepistis, ab ea ipsis minora obsequiis non fuerunt. Quare si vos illa spiritualis devotio, qua cuncti fideles Apostolicam sedem reverende suspiciunt, non induceret, temporalis saltem prudentia, qua præcipue pollere solebatis, inducere vos deberet, ne pro quodam reprobo, & ingrato Othone, imo Deo, & hominibus odioso, qui nunquam nisi mala pro bonis retribuit, quique, cum impii non dimidient dies suos, eras forte sicut pulvis, quem projicit ventus a facie terræ, aliquo turbine auferetur e medio, eos qui pertinaciter tuituro adhæserint tracturus secum pariter in ruinam, opponeretis vos Ecclesiæ matri vestræ, adversus quam prævalere non poterunt portæ mortis, cum eam Dominus super se petram stabili firmitate fundaverit, & usque ad consumationem seculi cum eadem promiserit se mansurum. Timemus autem, & utinam vos ipsi timeretis, ne in vobis impletum sit, quod legitur in propheta: *exæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.* Cum enim nuper paterna vos curaverimus benignitate monere, ut a sequela Othonis, & ejus sequacium penitus recedentes, ad devotionem rediretis Ecclesiæ matris vestræ, alioquin privilegiis vobis ab eadem concessis sciretis vos perpetuo spoliandos, cum propter ingratitudinis vitium, libertas in servitutis compendium revocetur, vos monitis nostris prorsus contraria facientes offensam cumulastis offensæ, & injuriam injuriæ addidistis, contra dilectos filios cives Papienses, quibus Ecclesiasticæ unitati, sicut lucis filiis adhærentibus, adhærere pro nostra reverentia deberetis, insurgere præsumentes. Cum igitur ex utraque parte fuerint quidam capti, volentes, sicut ad nostrum officium spectat, ut suæ

parti reſtituantur utrique univerſitatem veſtram monemus attentius, & rogamus ſub debito fidelitatis, quo nobis tenemini vobis diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus ſi qua remanſit in vobis devotionis ſcintillula in præſenti, ſi ullam habetis præteritorum memoriam, ſi denique apud nos ſpem aliquam vobis reſervare cupitis in futurum, ad ſinum Eccleſiæ matris veſtræ humiliter redeuntes, concives ſuos ſine difficultate reſtituatis eiſdem, veſtros ab eis mutuo recepturi, ita ut plena fiat reſtitutio hinc & inde mandatum noſtrum taliter adimplentes, ut vobis offenſas veſtras hoc devotionis indicio redimentibus, nobis fiat proclivior animus ad dandam ſuper aliis veniam, & vobis detur fiducia plenior ad petendam: alioquin ſi ſuper præmiſſis de cetero inobedientes nobis, & rebelles fueritis, noveritis nos venerabili fratri noſtro Epiſcopo, & Archidiacono Parmenſibus noſtris dare literis in mandatis, ut unionem Eccleſiæ Aquenſis, & veſtræ noſtra fulti auctoritate diſſolvant, veſtramque terram pontificali dignitate denuncient perpetuo eſſe privatam. Quod ſi nec ſic veſtra poterit rebellio edomari, manum Apoſtolicam alias ſuper vos taliter aggravare curabimus, quod eam abbreviatam non eſſe, vexatione intellectum dante auditui, cognoſcetis. Datum Laterani .V. cal. nov. Pontif. noſtri anno XV.

Alia Capitulo, quibus ſententiam privationis Epiſcopalis dignitatis in Alexandrinos pronunciatam confirmat. Ex eod. Reg. Baluz. L. XV. ep. 58.

23 MCCXIII.

Gratia, quam Apoſtolica ſedes terræ veſtræ ab ipſa ſui fundatione noſcitur impendiſſe, adeo ut vobis, & aliis manifeſta, ut nos eam, quam abunde opera proteſtantur, verbis nequaquam oporteat recenſere. Verum habitatores ejuſdem, quos, ſi etiam prædeceſſorum noſtrorum erga eos beneficia univerſa ceſſarent, ea ſola, quæ nos ipſis contulimus, ad perpetuam Apoſtolicæ ſedis devotionem, & noſtram ſufficienter poterant obligaſſe, omnino præteritorum ingrati, & improvidi futurorum, non ſolum debitum nobis cenſum, quem non niſi ſemel recepimus, ſubtraxerunt; verum etiam in noſtram injuriam, & contemtum Othoni reprobo adhærentes (Willelmum) de Puſterula (1) exigentibus culpis ſuis vinculo excommunicationis adſtrictum, & nihilominus ſuper hereſeos crimine infamatum in rectorem ſuum poſt inhibitionem auctoritate Apoſtolica ſibi factam præſumſerunt recipere, ac tenere, iis & aliis modis reddentes nobis offenſam pro gratia, & injuriam pro honore. Non ſolum igitur providum, & rationabile factum legatorum noſtrorum debitam volumus firmitatem habere, verum etiam ſuper terram ipſam, ſi diutius in ſuo præſumtionis errore perſtiterint, aggravabimus taliter manus noſtras, quod ſicut nos ſenſerunt promtos ad gratiam, ita pronos ſentirent ad vindictam; Apoſtolum itaque imitantes, qui ad ulciſcendam omnem inobedientiam promtus erat. Dat. Laterani II. nonas maji Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

(1) *De Gull. Puſterula, V. Julinium. Huic Otto dedit civitatem Aſtenſem in feudum, quod immerito negavit Malabaila.*

Alia ad Epiſcopum Taurinenſem, ut accipiat ceſſionem Epiſcopatus ab Ugone Aq. Ep.; jubeatque, ut Aquenſes ſoli non vocatis Alexandrinis Epiſcopum ſibi eligant. Ugh. p. 319.

MCCXIII. 24

Epiſcopo Taurinenſi Innocentius Epiſcopus ecc. Venerabilis frater noſter Aquenſis Epiſcopus nobis per literas ſuas humiliter ſupplicavit, ut eumdem ſenectute confectum a ſollicitudine pontificalis officii abſolvere dignaremur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ceſſionem ipſius recipias, vice noſtra ipſum, ſi a cedendi propoſito forte deſtiterit, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo. Ejus autem ceſſione recepta relaxes ſuſpenſionis ſententiam, quam dilecti filii Abbas S. Stephani Bononienſis, & magiſter Gratianus (1) in eum auctoritate noſtra protuliſſe noſcuntur, ac ſibi de proventibus Aquenſis Eccleſiæ juxta facultatem ipſius, & neceſſitatem perſonæ proviſionem congruam facias aſſignari, injungens capitulo ejuſdem Eccleſiæ, ut perſonam idoneam ſibi per canonicam electionem præficiant in paſtorem, non obſtante privilegio Alexandrinis ab Apoſtolica ſede conceſſo, quum eodem reddiderint ſe indignos. Tu denique frater Epiſcope ecc. Data Laterani II. idus novembris Pontificatus noſtri anno XVI.

(1) *In prioribus Inn. literis, qui hic Gratianus, illic Gregorius dicitur. Forte in prototypo literis hiſce initialibus .GR., uti fieri eo tempore ſolebat, nomen erat indicatum, quod diverſimode ab exſcriptoribus fuit acceptum.*

Conventio Communis Montisregalis cum civitate Alexandriæ. Ex lib. jura Montisregalis.

MCCXXVI. 25

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, indictione nona, die Veneris ſecundo intrantis madii, in Alexandria, in pleno conſilio, campana, & voce præconum in Eccleſia majori more ſolito convocato.

In nomine Domini Jeſu, ad honorem Dei, & Virginis Mariæ, & beati Petri Apoſtoli, ad cujus laudem, & gloriam Civitas Alexandriæ fuit a principio conſtituta, & ad honorem, & incrementum, & bonum ſtatum civitatis Alexandriæ, & locorum Montisregalis, Cunei, Saviliani, Bennarum, & Buſchæ, & omnium eorum amicorum.

Talis conventio, concordia, & pactum facta eſt, & factum inter Dominum Peſſonatum de Puteoboſello poteſtatem Alexandriæ nomine, & vice communis Alexandriæ, & ipſum commune ex una parte, & ex alia Dominum Paganum de Puteo poteſtatem Cunei, & Saviliani, & ſindicum, actorem, nuncium, & procuratorem loci, & communis Montisregalis, conſtitutum a Jacobo Pachinen., & Domino Guaſcho, & Anſelino filio Domini . . . . . & Guillielmo Judice conſulibus dicti loci Montisregalis, ad faciendum pacta, conventiones, & concordiam, & promiſſiones cum communi Alexandriæ, & ipſum commune, prout continetur in in-

ſtrumento inde facto a Guillielmo . . . . . indictione nona, die Sabbato quinto exeunte aprili.

Videlicet quod dictus Dominus Paganus vice, & nomine communis, & hominum Montisregalis conſtituit ſe ipſorum, nomine, & homines communis prædicti loci, generaliter, & ſingulariter, cives, & habitatores civitatis Alexandriæ in perpetuum, promittens dictus Dominus Paganus nomine communis Montisregalis, & hominum prædicti loci, præfato Domino Peſſonato recipienti vice, & nomine communis Alexandriæ, quod commune Montisregalis ſimul cum communibus Cunei, Saviliani, Bennarum, & Buſchæ, dabunt, & ement in civitate Alexandriæ ſedimen unum, & poſſeſſiones tantas, cujus pretium aſcendat libras quingentas, reficere, & de ipſa pecunia in dicto ſedimine facient fieri bona, & pulchra, & convenientia ædificia, ſi ſedimen habere poterunt congrue, & ſi grave eis videretur dare ſedimen, emant domos, & poſſeſſiones uſque ad pretium prædictæ quantitatis, & medietatem emant uſque ad feſtum proximum ſancti Michaelis, & aliam medietatem a proximo feſto ſancti Michaelis uſque ad annum, & hoc promiſit dictus Dominus Paganus nomine prædicti loci Montisregalis.

Et ad invicem dictus Dominus Peſſonatus poteſtas Alexandriæ in pleno conſilio nomine, & vice communis Alexandriæ, voluntate, & conſenſu omnium conſiliariorum de ipſo conſilio, & ipſi conſiliarii receperunt unanimiter, & concorditer ipſum Dominum Paganum vice, & nomine prædicti loci Montisregalis, & hominum ejuſdem, & commune, & homines prædicti loci, in cives, & habitatores communis, & civitatis Alexandriæ, & promiſerunt dictus Dominus Peſſonatus nomine communis Alexandriæ, de voluntate, & conſenſu omnium ipſorum conſiliariorum, & ipſi conſiliarii, prædicto Domino Pagano recipienti vice, & nomine communis & loci Montisregalis. Quod adjuvabunt prædictum locum Montisregalis, & homines dicti loci in domo ſua, & terra ſua, faciendo guerram a domo, & terra Alexandriæ illis, qui guerram facerent prædicto loco Montisregalis, ſi guerra fuerit ipſi loco incepta, vel ſi ipſum commune Montisregalis, & & homines ipſius loci guerram inciperent alicui loco, vel locis, perſonæ, vel perſonis, voluntate, & conſenſu communis Alexandriæ, ita tamen quod commune, & homines Alexandriæ non teneantur ire ad partes prædicti loci, cauſa faciendi guerram, alicui pro ipſo loco Montisregalis, & quod de prædicta guerra non faciet commune Alexandriæ pacem, vel treguam ſine voluntate, & conſenſu communis, & hominum dicti loci.

Item promiſerunt dictus Dominus Peſſonatus volunaate conſilii, & dicti conſiliarii nomine communis Alexandriæ dicto Domino Pagano nomine prædicti loci, & hominum ejuſdem, quod apponent, & apponi facient in ſtatutis, ſive ordinamentis civitatis Alexandriæ, quod poteſtas, & commune, & homines Alexandriæ teneantur, & debeant attendere, & obſervare prædictam concordiam, pacta, & conventiones factas, & facta per Dominum Peſſonatum de Puteobonello poteſtatem Alexandriæ, & per conſiliarios civitatis Alexandriæ, Domino Pagano de Puteo nomine communis Montisregalis, & attendi, & obſervari facere totum . . . . . ut continetur in inſtrumento inde facto ab Anſelino Corſo Notario milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, indictione nona, die Veneris ſecundo intrantis madii, & in ipſo ſtatuto, ſive ordinamentis communis Alexandriæ debeat iſtud ſtatutum permanere de cetero, nec de ipſis ſtatutis communis Alexandriæ debeat, nec poſſit removeri ſtatutum de libro ſtatutorum Alexandriæ per conſilium, vel per arengum, vel alio modo ſine voluntate, & parabola communis, & hominum Montisregalis, ſed ſemper iſtud ſtatutum debeat inviolabiliter obſervari, & quod ſuper iſto ſtatuto facto de iſto ordinamento poteſtas, ſive rector Alexandriæ debeat jurare annuatim ſic attendere, ſive tenere, & facere apponi in ſacramentis ſequelæ ſuæ, ſuper quæ juraverint homines Alexandriæ ſine tenore.

Item quod ſacramenta de prædictis pactis, & conventionibus, & obligationibus attendendis, & obſervandis ut ſupra dictum eſt, debeant renovari de tribus in tribus annis ſemper a communi Alexandriæ, & ſingulis hominibus civitatis Alexandriæ, qui ſunt ab annis quindecim ſupra, & ab annis ſeptuaginta infra, ſi inde fuerint requiſiti a communi Montisregalis ſine tenore.

Et omnia prædicta, & ſingula dictus Dominus Peſſonatus poteſtas Alexandriæ, voluntate, & conſenſu conſiliariorum, & ipſi conſiliarii vice, & nomine communis Alexandriæ promiſerunt dicto Domino Pagano recipienti vice, & nomine communis, & hominum Montisregalis, ad ſancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere, & nunquam contravenire aliquo modo, ſeu aliquo ingenio, quod excogitari poſſit, & pro prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſervandis ut ſupra ſcriptum videtur, Dominus Peſſonatus poteſtas Alexandriæ voluntate conſiliariorum, & ipſi conſiliarii nomine communis Alexandriæ obligaverunt omnia bona communis Alexandriæ, & ſingulorum hominum civitatis Alexandriæ, prædicto Domino Pagano recipienti nomine, & vice prædicti loci Montisregalis.

Hæc ſunt nomina conſiliariorum, qui juraverunt dictam concordiam, & promiſerunt attendere ut ſupra, Dominus Jacobus Lanzavetula, Guido de Pluvia, Otto Salvaticus, Suzapilus Arelia, Florius Nicia, Otto Provincialis, Mainfredus de Foro, ... Rufinus Clar., Guillielmus Saulus, Antonius Judex, Nicolaus Medicus, Opizo de Foro, Anſuſſus Guaſtanis, Gu . . . . . Obertacius de Puteo, Benzo Jovar., Obertus Graſſus, Girardus Blancus, Guarcinus de Bicavario, Gazarus de Majolica . . . . . Sappa, Ugolis de Conſano, Raynerius Nanus, Jacobus de Opizo, Benzo Aſperellus, Petrus de Quargnento, Carlus Ramundus, Carlus Noleſſus, Guillielmus Gambera, Petrus Paniza, Jordanus Pelat., Jacobus Groteri, Lafrancus Baratæ, Obertus . . . . . ruellus, Petrus Zaſper, Minogius Spandum, Bonus Joannes Capellus, Ugo Caneſtrus, Mainfredus Rubeus, Guillielmus Merzarius, Anſelmus Mallonus, Mainfredus Mazaca, Rufinus de Foro,

Ghillianus Ramundus, Jacobus Martius, Rufinus .... Guillielmus Garobalus, Conſtantius Nat., Riza Nat., Guillielmus Labra, Anſelinus Cirimellus, Opizo Murruelus, Gavaretus ..... Belengi de Tonella, Mainfredus Parinus, Otto Natica, Rufinus de Graſſa, Belengerius a Saxa, ... de Platea, Bernardus Furuetula, Graſſus Affaturatus, Petrus Graſſus, Angelus Belloti, Rufinus de Foro, Antonius Signorinus, Nicolas de Obertaciis, Salut. Carbon., Milan. Squarzafic., Bubulc. Açarin., Eglonus Lanzavetula, Albertus de Gancis, Manfredus Guagnano, Obertus de Foro, Obertus Niciatus, Anſelmus Botta, Ogerius Grillus, Benzo de Rufinazo, Ughozonus Anſaxia, Belengerius Guara, Provincialis de Bergolis, Obertus Squarzaficus, Roland. de Teſta, Panza Milanus, Ogerius Inucard., Audeſanus Gartus, Ganduzi, Petrus Gravellus, Rubaldus Cantonus, Rufinus de Maſſa, Tebaldus Fantinus, Cairet. Proba, Monacus de Puteo, Aruit. Benzo Affaturat., Rufinus Galea, Guagnonus de Guagnono, Nicolinus de Ghigo, Girardus Buca de Lacte, Guillielmus Caſagn., Anſelinus Calzavaca, Rufinus Strangolat., Anſelinus Squarzaficus, Aycardus de Curtemilia., Jacobus Provanis, Belengerius de Caa, Guillielmus Gner, Obertus de Foro, Jacobus Percile, Arnaldus Rauxi, Facius Mulinsti, Anſelinus Sappa, Rufinus Celerinus, Obertus ..... ba. Auricus Maſcarus, Guillielmus de Mortaria, Tebaldus Tuayol, Rufinus Inucard., Ugo de Gazana, Albertinus Verme, Olive, Facius Anſagi, Amian. Letanus, Bertramus Sachel, Silus Medalia, Guillielmus de Guala, Muſſus Alarius, Anriottus Greffus, Guagnonus Bleng., Petrus Muſſus, Bonus Joannes Arabi, Jacobus Nata, Lafrancus Guerra, Gandulphus Boveren., Rufinus Portius, Albertus Nata, Rufinus Saccus, Henricus Guaſpinus, Guillielmus Ravarius, Lafrancus Ferrarius, Conradus Pellaterius, Arnaldus Calzarius, ... Facius, Spanduen. Pizateſta, Petrus de Parma, Jacobus Bonifacius, Bernardus Navonus, Belengerius Capa, Jacobus Ravaxy, Joannes de Catania, Albertus Ganduci, Ubertinus de Foro, Petrus Balb, Guillielmus Bernardus, Guillielmus Barata, Jacobus Cervianus, Amedeus de Mriliis, Gandulphus Buca, Anſelinus Balbus, Guercius de Peris, Rufinus Tignoſus, Bernardus Frigidus, Jacobus Inucaren., Lafrancus Arnutius, Robaldus de Ottobella, Eulia Spandin., Guercius de Federico, Manuelus Paſtor, Anſuſſus Cupa, Abtrufus de Gorreta, Oddatius de Guardatia, Jacobus Truarti, Obertus de Oſtemaria, Ferrarius Gurſcas.

Et inde ut ſupra legitur prædicti omnes hanc cartam fieri rogarunt, & plures interfuere, teſtes Tebaldus Rex, Teſtera Saltarius, Balbus Saltarius, Anſelinus Porcellus, Odto Sedubia.

Ego Anſelinus Corſus notarius Palatinus, & nunc ſcriba communis Alexandriæ hanc cartam ſupraſcriptam tradidi, & interfui, & ſubſcripſi.

Breve ejuſdem S. P., quo Alexandrinis reſtituit Epiſcopatum juxta Innoc. III. privilegium. Ex Regeſt. Vatican.

MCCLXL. 25.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei potestati, conſilio, & populo Alexandrino. Regina vero mater Eccleſia ſponſa inclyta ſummi Regis illum circa filios ſibi regenerationis lavacrum acquiſitos ordinem diſcretionis obſervat, quod ſicut eorum exceſſus condigna quandoque ſeveritate corrigit, ſic & opera devotionis ipſorum opportuna retributione proſequi non deſiſtit. Sane de felicis memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri benignitate proceſſit, quod pie conſiderans civitatem veſtram in honorem Principis Apoſtolorum fuiſſe conſtructam, ipſam pontificalis dignitatis titulo decoravit, Apoſtolicæ ſedis auctoritate decernens, ut quoniam Alexandrina civitas longe major eſt, & populoſior, quam Aquenſis Epiſcopalis ſedes, de illa, cujus Diœceſis eſt contigua, transferatur ad iſtam. Proceſſu vero temporis piæ recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter Alexandrino populo ſuppliciter poſtulante, ut quod idem Alexander Papa provida deliberatione decreverat, faceret executioni mandari, ſtatutum ejuſdem taliter moderatum extitit, quod Alexandrinam Eccleſiam, & Aquenſem univit ſtatuens, ſicut in contecto ſuper hoc Apoſtolico privilegio continetur, ut unus & idem eſſet Pontifex utriuſque, unam, & eamdem ſedem obtinens in utraque. Decrevit etiam, ut ſi forſan Aquenſes contra formam in eodem privilegio declaratam venire præſumerent; niſi ad monitionem Romani Pontificis ſuæ corrigerent præſumtionis exceſſum, Epiſcopalis ſedes de Aquenſi civitate ad Alexandrinam transferretur, & ſi Alexandrini contra idem ſtatutum excederent, niſi ad Apoſtolica monita ſatisfacerent de exceſſu, præſcriptæ diſſolveretur vinculum unionis. Verum cum prædictus Papa pro eo quod vos tunc temporis inimicis Eccleſiæ adhæſiſtis ad ipſius redire mandatum temere contemnentes, civitatem veſtram Epiſcopalis deſtituerit dignitatis honore; nos tandem attendentes, quod diebus iſtis per F. dictum Imperatorem, & divina Majeſtas offenditur, in devotione Eccleſiæ inconcuſſi, & ſtabiles perſtitiſtis, ac in affectu noſtro geritur, ut ipſa ſemper in vobis reperire filios gratuletur, de fratrum noſtrorum conſilio dignitatem eamdem civitati veſtræ reſtituendam duximus de gratia vobis ſpeciali auctoritate Apoſtolica, ut ipſa ſupradicti formam privilegii perpetuis futuris temporibus gaudeatis. Nulli ergo noſtræ conceſſionis ecc Datum maii Pontificatus noſtri anno XIV. Laterani IV. idus.

Littera M. Lanceæ Vic. Imper. pro inducendis F. F. Prædic. in Alexandriam.

MCCXLIII. 26.

Diſcreto viro fratri Al. de ordine fratrum Prædicatorum Vicario Provinciali Prioris ejuſdem ordinis in provincia Lombardiæ. Manfredus Marchio Lanceæ Sac. Imp. a Papia inferius Vicarius generalis, & poteſtas Alexandriæ ſalutem, & domini

domini voluntatem in omnibus adimplere. Inter alios ordines vestrum specialiter animarum saluti intendere cognoscentes, in hoc ipsum, quantum honeste possumus, fratres vestros intendimus promovere, ideoque diebus istis, cum essemus personaliter Alexandriæ, voluimus, quod civitatis illius commune, secundum quod prius jamdudum voluerat, domum unam vestri ordinis postularet, & ad hanc recipiendam & construendam certos eligerent homines. Quod & factum est secundum nostram plenissime voluntatem. Propterea consulimus & rogamus, quatenus ad civitatem illam personaliter accedatis, locum ibidem recepturi, scientes, quod & nos, & absentes, & præsentes per nos, & per nostros vobis ad hoc ipsum consilium, & auxilium dabimus opportunum.

Donatio dominii in civitatem Alexan. facta a civibus Gullielmo M. Montisf., & subsequens investitura illis concessa cum pactis inter utroque. Ex Rouss. suppl. corps dipl. T. II. p. 113.

27 M C C L X.

L H. T. in Christi nomine amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, indictione IV., die vigesimo sexto mensis Madii in Clavas presentibus D. Henrico de Coconato, Germano De la Salla, Oddone de Capril. judic. fratre Vincentio converso Sanctæ Mariæ de Lozed, & pluribus aliis testibus ad hæc vocatis. Dominus Leo de Prato judex Clavas sedens pro tribunali sub porticu Ecclesiæ S. Michelis dicti loci ubi jus redditur, præcepit mihi Notario infrascripto ad instantiam, & requisitionem Domini Lancea de Cortexellis Generalis, & Ordinarii judicis Illustriss. viri D. Theodori Marchionis Montiferrati, quatenus infrascriptum instrumentum autenticarem & autenticare deberem, in formamque instrumenti redigerem, sic quod robur, & vim obtineat publici instrumenti, tenor cujus talis est.

In nomine D. Nostri Jesu Christi amen. Anno ejusdem millesimo ducentesimo sexagesimo, indictione III. die mercurii decima tertia intrantis octobris. In Alexandria inter domos D. Bonifacii de Ponte testes Allamar . . . . . Ruffinus Basanus, Carandus de Corticellis, Jacobus de S. Sebastiano, Robaudus Faxolius, Arius Ast. & alii multi in quorum præsentia D. Paganus de Putheo. Ruffinus Guasta . . . . . Tress. Bonellus Rubeus, Oecagna de Montecastello, Mussius Gatti, Frigosius Taurus, Brigonus Tareus, Guardus Muscardus, Nicola Navonus, Henriottus Baxolius. Ruffinus . . . . . D. Albanus, Opicius Guascus, Amelinus de Bosco, Palodius, Vicciatus, Gullielmus Florus, Gullielmus Gambarinus, Jacobus Gorzonus, Jacobus Pettinarius, Perojia Clarus, Jacobus Moyetus, Jacob Spanteadenar . . . . . Matheus Spanteadenar, Belengius Louraftus, Obertus de Alleriam, Gullielmus Milanus, Jacob Coveram, Beccius Squarzaficus, Ruffinus Guastarinus, Caxicius Gastaldus, Obertus de Epo, Macharius Pasto . . . . . Fredericus Rubeus, Bonellus Merlanus, Antonius Trottus, Jacob Stracha, Symon Moycius, Guerius de Trottis, Frexineria de Casalug, Lanfrancus Mazona, Anselmus Pilos, Melanus Squarzaficus, Stordellus Rubeus, Peruccius de Ritiis, Ruffinus de Putheo, Ottacius Vicciatus, Manfredus Tranchedus . . . . . judex Iorius Pellatus, Martinus de Putheo, Bosus Clarus, Albertus Vacca, Ruffinus Galea, Besaccha Invriatus, Bergogonus de Putheo, Baibus Blancardus, Jacob Vicciatus, Petrus . . . . . Ruffinus, Bulfus, Guertius de Putheo, Borgognonus de Pylo, Ruffinus Pecollo, Ruffinus Saccus, Belengius Guascus, Paganinus de Putheo, Ruffinus de Jacob, Ottacius Orabona Anfuss. . . . . Jacob Afinarius, Obertus Muscardus, Henricus Vinagius, Perotus Spanteadinar, Nicolaus Rubeus, Jacob Grillus, Baldezonus Scappacaza, Palodius Vicciatus Pattinerius, Bucca de Late, Busanus Virardus, Ruffinus de Putheo, & Manuel Gastaldus eorum sponte, non meru, vel dolo ad hoc inducti dederunt D. Gullielmo Marchioni Montisferrati ibi præsenti, & recipienti dominium civitatis Alexandriæ, & insuper dederunt ei omnia ea bona, quæ habent, & possident, vel habere visi sunt & tenere titulo donationis ad præsens inter vivos, ubi in continenti dictus D. Marchio supradictis omnibus omnia eorum bona titulo donationis data uti supra præter dominium civitatis, quod in se retinuit, retinuit, & eis nobilis recti, antiqui, paterni, & aviti feudi investivit, ut deinceps ex his ratione feudi, ut supra faciant quidquid eis utile fuerit sine contradictione dicti Domini Marchionis, & ejus heredum, & cum ejus defensione. Qua investitura facta prædicti omnes cives Alexandriæ juraverunt fidelitatem dicto Domino Marchioni recipienti pro se, & heredibus suis, ita quod amodo erunt veri, & fideles dicto D. Marchioni & suis heredibus, & observabunt eidem omnia, quæ in forma fidelitatis continentur. Item præscripti omnes nomine suo, & nomine totius communitatis Alexandriæ tactis Evangeliis sacrosanctis jurarunt dicto D. Marchioni stipulanti observare & attendere omni tempore pacta infrascripta quæ sic incipiunt. In nomine Domini amen. Dicit D. Paganus de Putheo, quod ipse, & ejus socii, & amici ipsius de Alexandria volunt facere D. Marchioni fidelitatem, & ipsum ubique, & ejus hæredes juvare tamquam Dominos, & amicos in rebus, & personis, & havere, & ipsi & . . . . . præstare consilium, & juvamen cum amicis ad suam voluntatem cum suo honore, & utilitate; item quod volunt tenere dictum Dominum Marchionem tanquam Dominum & Capitaneum in civitate Alexandriæ, & in civitate Terdon, & Aquis pro suo posse, si placuerit dicto Domino Marchioni. Item quod facient, & curabunt pro suo posse suo loco, & tempore, quod omnia jura quæ habuit dictus Marchio vel ejus prædecessores in villis & castris, quæ modo tenentur per civitatem Alexandriæ, ut restituantur dicto Domino Marchioni, hoc est quam cito haberent dominium, & bayliam in sua civitate, & quod etiam facient, & curabunt pro posse suo quod eligatur potestas in civitate Alexandriæ cum consilio ipsius Domini Mar-

chionis. Item dicunt, quod habebunt colloquium cum dicto Domino Marchione, & si quid videbitur Marchioni addendum, vel minuendum prædictis capitulis, quod fiat, prout melius videbitur eidem Marchioni, & prædicto Domino Pagano, & quod castrum Genz. perveniet in ipsum D. Marchionem per commune, & consilium Alexandriæ. Item dicunt, & petunt a prædicto Domino Marchione quod volunt quod ipse, & ejus heredes teneatur, & teneantur ex debito sacramenti juvare, & manutenere prædictum Dominum Paganum, & ejus sequaces, & amicos de Alexandria, Terdon, & Aquis cum armis, & sine armis, in personis, & rebus, & havere specialiter in civitate Alexandriæ, si opus fuerit, & facere jurare consilium villarum, & castrorum suorum venire in Alexandriam in succursum, & auxilium dicti Domini Pagani. Item quod dabit eis reductum in castris, & villis & locis suis, & patietur, quod ipsi faciant guerram de ipsis locis, & villis inimicis suis tam de Alexandria quam de alia parte, si opus fuerit quod nolit. Item quod faciet guerram omnibus illis, quibus D. Paganus, & amici ejus facient, ad voluntatem dicti Pagani, ejus amicorum; & quod teneatur ipse Marchio, & ejus heredes venire in Alexandriam cum toto suo exfortio per se, & homines suos, ad hoc, ut possit habere dominium & bayliam in civitate Alexandriæ. Item quod non faciet conventionem, nec contrahet amicitiam cum aliqua persona, vel personis de Alexandria, quæ non sunt amici ipsius Pagani, & ejus amicorum. Quæ pacta, ut supra jam firmata fuerint per dictum D. Marchionem ex una parte & Paparinum Guascum Procuratorem, Sindicum, actorem, & certum nuntium dicti D. Pagani, & ceterorum qui in carta procurationis continentur vel continetur in carta hinc infra denotata quæ sic incipit. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, indict. III die dominico (1) quarto exeuntis septembris. In agris Turricule, & præsentibus Dominis Manfredo, & Conrado de Bono, Domino Bon de S. Civo de communitate Blandratæ, Amedeo Cataneo, & Domino Buldessen judice testibus ad hæc rogatis. Ad honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium sanctorum, & ad bonum, & utilitatem illustris viri Domini Gullielmi Marchionis Montisferrati, & suorum omnium amicorum, & fidelium dictus Dominus Marchio per se, & heredes suos, & Vassallos cum consilio prædictorum testium ex una parte, & Paparinus Guascus actor, Procurator & Sindicus, & certus nuntius Dominorum Pagani de Putheo, Bonelli Rubei, Dulii Gambarini, & ceterorum qui in carta Sindicatus continentur, eorum omnium, & suo nomine facta eodem anno, & indictione, die Lunæ secundo exeuntis Augusti per manum Amati de Nigro tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt attendere, & observare ut in prædictis capitulis continentur. Carta sindicatus sic incipit. Anno Nativitatis millesimo ducentesimo sexagesimo indictione III., die Lunæ secundo exeuntis augusti in Alexandria D. Paganus de Putheo, D. Bonellus Rubeus, D. Dulius Gambarinus, D. Gullielmus Milanus, Albertus de Putheo, Foltius Pavalionus, Simon Moyocius, Peronus Taurus, Stordellus de Rubeis, Niger de Bosco, Pallodius Viciatus, D. Ruffinus Rugerius, Casitius Gastaldus, D. Facius Visagius Kall. Canestrus, Gerardus de Occinniano, Ruffinus Notarius, Volmanus de Occimiano, D. Antonius Notarius, Andreas Sterza, D. Bonellus, Millanus, & Ruffinus Vastamilia, eorum nomine, & nomine omnium de parte ipsorum fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Paparinum Guascum suum actorem, & procuratorem, sindicum, & certum nuntium specialem ad faciendum ligam, & conjurationem cum D. Marchione Montisterrati, & cum D. Ug. Erix. Potestate Calialcatæ, & quam plurium aliorum militum, & quolibet ipsorum communiter & divisim, secundum quod ipsi procuratori videbitur, dando prædicto procuratori, sindico, & actori plenam, & integram facultatem, & Bayliam faciendi ipsam ligam, & conjurationem cum prædictis D. Marchione, & Ugone & quolibet ipsorum ad voluntatem & arbitrium, & electum ipsius procuratoris, & promittendi eis, & quilibet eorum, quidquid ei placuerit & videbitur. Promittentes mihi Notario infrascripto recipienti nomine, & vice prædictorum D. Marchionis, & Ug. & cujuslibet eorum se ratum, & firmum habituros, quidquidquid dictus procurator, & sindicus fecerit in prædictis, & aliquo prædictorum vel circa prædicta, obligantes inde mihi jam dicto Notario prædicto nomine pignori omnia. Et inde hanc cartam fieri rogaverunt infrascripti Jac. de Putheo, Raynerus Bucca de Lacte. Ego Amatus de Nigro Notarius sacri palatii hanc cartam tradidi, & scripsi. Ego Henricus de Trezo Palatii Notarius prædictis omnibus, tam fidelitate quam pactis aliis, ut supra firmandis interfui, & instrumenta prædictæ procuræ vidi, & legi, & de dictis omnibus de voluntate dicti Marchionis & dictorum civium Alexandriæ hanc cartam scripsi.

L. H. T. Et ego Antonius de Bayla de Clavax. Notarius dictum instrumentum ad autenticum fideliter exemplavi, pro ut in ipso originali continebatur, & ipsum una cum dicto Domino Judice, & infrascriptis Notariis auscultavi, & legi, & quia utrumque concordare inveni me subscripsi, & signum meum consuetum appposui. (1) *Erat dies lunæ.*

Pactorum confirmationes inter Gullielmum M. Montisf., & Capitaneum Manfredi Regis circa Alexandriam, & mutuam defensionem, & alia, de quibus convenerant. Ex eod. suppl. p. 114.

M C C L X I 28

L. H. T. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione IV. die dominico, ultimo julii, in pertinentiis Cellæ, in præsentia D. Gilfredi de Rovemburch Mareschalchi D. Regis, Manfredi Berardi de Aquilen. Domini Henrici de Slegital. Comestab. Domini Sall. de Drua, Bastardini de Monferrato, & Ruffini de Putheo testium ad hoc specialiter rogatorum, & vocatorum. Nobilis Vir D. Berardus de Arnario Regius Capitaneus in Lombardia a Papia superius promisit, & convenit, & ratificavit, & acceptavit Domino Gullielmo illustri Marchioni Montisferrati pacta, & pro-

missiones factas nomine, & pro parte ipsius Marchionis prudentibus viris sup. Gambarino, Gullielmo Merlano, Milano Squarzafico, & Andreæ Strachæ, videlicet, quod reservabit eidem Marchioni omnia jura, rationes, & fidelitates quæ, & quas ipse Marchio habet in civitate & hominibus Alexandriæ, & districtu, salvo, & reservato dominio, & fidelitate illustris Domini Manfredi Dei gratia excellentis Regis Siciliæ, de quibus omnibus prædicti D. D. Berardus Capitaneus, & D. Gullielmus Marchio rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium duo consimilia facere instrumenta: unum nomine, & pro parte dicti Marchionis & reliquum ad cautelam dicti capitanei suum cuilibet tribuendum, eodem die, & loco præsentibus suprascriptis. Pacta, & conventiones factæ inter Dominum Gullielmum illustrem Marchionem Montisferrati ex una parte & nobilem virum Dominum Berardum de Arnar, Regium Capitaneum in Lombardia a Papia superius pro parte & nomine Domini Manfredi excellent. Regis Siciliæ ex altera, videlicet quod dictus Marchio promisit eidem capitaneo recipienti pro parte, & nomine prædicti Domini Regis, & assecuravit eundem Capitaneum cum gente sua per totam fortiam, & districtum ejusdem Marchionis, & ipsum, & gentem suam, & fideles Regios ipsarum partium a Papia superius juvare totis viribus suis defendere, & manutenere contra omnes volentes ipsos offendere, & guerram, & pacem facere cum eisdem pro honore, & servitio prædicti Domini Regis, donec nuntii ipsius Marchionis, & ipsius Domini Capitanei vadunt, & redeunt super certis tractatibus, & conditionibus habitis inter eos, ad prædictum Dominum Regem, qui Dominus Capitaneus e converso promisit, & convenit eidem Marchioni salvare ipsum Dominum Marchionem & & suos juvare, & defendere, & manutenere cum tota gente sua, & fidelibus dicti Domini Regis dictarum partium contra omnes volentes ipsum offendere & guerram, & pacem cum eodem, donec prædicti eorum Nuntii vadunt, & redeunt a Domino Rege cum conditionibus supradictis, de quibus omnibus prædicti Dominus Marchio & Dominus Capitaneus rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium duo exinde consimilia conficere instrumenta, unum ipsi Marchioni, & reliquum eidem Capitaneo assignandum.

Ego Henricus de Trezo publicus Notarius rogatus interfui, & scripsi.

L. H. T. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione IV. die Sabbati, XXII. mensis octobris testes Bastardinus de Monteferrato, Dominus Baldesser judex, Dominus Paganus de Putheo, Dominus Sitrel de Drua, Perettus Alex, Ruffinus Bazanus, Dominus Gandinus, Dominus de Cocconato, & plures alii, in quorum præsentia Dominus Gullielmus Montisferrati Marchio habito consilio suæ curiæ promisit, & tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter juravit in manibus Domini Berardi de Arnario Regii Capitanei a Papia superius in Lombardia recipientis nomine, & vice Seren. Domini Manfredi Dei gratia Regis Siciliæ, quod attendet, & observabit omnia pacta & conventiones habita, & habitas inter prædictum Dominum Berardum, & Dominum Jacobum Marchionem de Busca pro parte Regia ex una parte, & dictum Dominum Marchionem ex alia tam super fidelitate facienda ipsi Domino Regi, & matrimonio cum eo contrahendo, quam super aliis pactis, conventionibus habitis inter eos, prout patent per publica instrumenta facta per me Notarium infrascriptum, dummodo ipsi Domino Marchioni per prædictum Dominum Regem prædicta pacta integre observentur. Ibidem supradictus Dominus Berardus Capitaneus promisit, & tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter juravit se facturum & curaturum pro toto posse suo, quod dicta pacta tam super matrimonio quam aliis per dictum Dominum Regem dicto Domino Marchioni integraliter attendantur, & observentur, & de prædictis omnibus prædicti Dominus Marchio, & Dominus Berardus Capitaneus rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium pro ipso Domino Marchione hoc componere instrumentum, & Petrum de Cap. ad cautelam Domini Regis Manfredi prædicti simile componere instrumentum.

Ego Henricus de Trezo publicus Notarius his omnibus interfui, & hanc cartam pro parte ipsius Domini Marchionis scripsi.

Conventiones inter Marchionem Montisferrati, & civitatem Aquensem. Ex libro Statut. Aq.

MCCLXXVIII. 29

Anno Domini 1278. indictione VI. die Lunæ secunda mensis madii in Montecalvo super lobia Palatii Castri Montiscalvi post nonam, præsentibus Dominis Oberto Cane de Guaschis, Ruffino de Puteo, Dulio Gambarino, & Gulielmo Carmulio Ambasciatoribus communis Alexandriæ, Dominis Juliano de Cremona, & Gualla de Sancto Germano Ambasciatoribus communis Vercellarum, & Arnando Sburlato testibus vocatis, & rogatis.

Hæc sunt conventiones, pacta, promissiones obligationes, remissiones, absolutiones, & juramenta inter egregium Virum D. Gulielmum Marchionem Montisferrati pro se, suisque hominibus, subditis, & Vassallis ex una parte, & Dominos Andream de Bellingerii, & Rachanum sindicos communis Aquis nomine dicti communis pro se, & omnibus civibus, districtualibus; & Vassallis dicti communis ex altera, cujus sunt sindici constituti, ut apparet per publicum instrumentum scriptum per me Gulielmum Ghignonum Notarium infrascriptum hoc eodem anno, & eadem indictione, die vero prima aprilis in civitate Aquis, videlicet in domo Domini Juncteriæ, factæ, & facta, promissæ, & promissa, firmatæ, & firmata inter prædictum Marchionem ex una parte, & dictos sindicos nomine dicti communis ex altera super pace, & concordia facienda inter prædictum D. Marchionem, & dictos sindicos nomine dicti communis.

In primis quod homines Aquis faciant prædicto Domino Marchioni fidelitatem gentilem, pacem, & guerram, exercitum, & cavalcatas contra omnes personas, loca, & universitates hoc expresse indi-

ato, quod dictus D. Marchio non possit, nec debeat alicui personæ, civitati, vel universitati infeudare, vendere, donare, obligare, seu aliquo titulo donationis, qui dici, vel excogitari possit, in aliquem transferre civitatem Aquensem, sive castrum civitatis ejusdem, nec jura ad civitatem pertinentia, nisi fuerit de voluntate communis Aquis, quantum est in facto Veraginis.

Item quod fiat pax, & remissio inter dictum D. Marchionem, & suos sequaces, subditos, & Vas- 01
sallos, & homines ex una parte, & commune, & homines Aquis, & districtus ex altera de omnibus damnis, offensionibus, injuriis, presaliis, & robariis hinc inde datis, seu factis usque ad hodiernum diem realiter, & personaliter, communiter, seu divisim quocumque modo facta fuissent, etiam quod prædictus D. Marchio faciat pacem finem, & remissionem communi Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis de omnibus offensionibus, & injuriis factis ipsi Domino Marchioni, vel D. Reinerio Bastardo, 20
vel eorum nunciis per commune Aquis, vel per aliquas singulares personas de Aquis, & quod reddat, & restituat communi Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis suam gratiam, & bonam voluntatem, & illud idem teneatur facere fieri a filiis quondam Domini Reinerii Bastardi communi, & hominibus Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis.

Item quod dictus Dominus Marchio toto suo posse cum effectu per se, & omnes suos subditos, Vassallos, & sequaces teneatur, & debeat modis om- 30
nibus juvare, manutenere, & conservare, & defendere commune, & homines de Aquis, & districtus, & omnia jura, & honorem ipsius communis, & cujuslibet ex civibus dictæ civitatis Aquis contra omnia loca, civitates, universitates, & personas, contra quæ, seu quas commune, & homines Aquis habent, seu habebunt, vel habere possent aliquam guerram, & facere per se, & omnes suos subditos, & sequaces vivam, & continuam, & perpetuam guerram omnibus, & singulis locis, communitatibus, seu personis cum quibus, seu contra quas, & quæ commune, & homines de Aquis habent, seu habebunt aliquo modo aliquam guerram, & inde non facere aliquam pacem, treguam, seu guerram recreutam, nisi de voluntate expressa communis Aquis.

Item quod prædictus Dominus Marchio, vel ejus Nuncii non debeant extrahere aliquos obsides, vel aliquem hominem de civitate Aquis contra ejus voluntatem, nec consentiat, nec dabit consilium, vel favorem, quod aliquis homo de Aquis extrahatur 50
de civitate Aquis, nec detineatur invitus, nec etiam hoc faciet, seu permittet, sed suo posse modis omnibus prohibebit; & quod ipse Dominus Marchio teneatur, & debeat renuntiare omnibus ligis, promissionibus, sacramentis, & obligationibus, quibus unquam fuisset adstrictus aliquibus inimicis communis Aquis, & specialiter forensibus civitatis Aquis, & forensibus Alexandriæ, & districtus.

Item quod commune, & homines Aquis possint se quandocumque voluerint regere per consules dictæ 60
civitatis, & si voluerint habere regimen extrinsecum possint, & debeant eligere potestatem, seu rectorem quem voluerint de terra ipsius D. Marchionis sive de Vassallis ipsius, & qui fuerit potestas uno anno non refirmari aliquo modo anno sequenti, nec stare in dicto regimine, nisi per annum unum ipse, nec aliquis de ejus parentela usque ad tres annos, dando commune Aquis dicto potestati salarium ad voluntatem communis, & alium quem voluerit eligere comune Aquis cum voluntate ipsius Domini Marchionis.

Item quod dictus D. Marchio ipse, vel ejus Nuncii non possint, nec debeant imponere communi Aquis, vel imponi facere, vel accipere a communi Aquis, vel aliqua singulari persona de Aquis aliquod fodrum, dacitum, mutuum, seu collectam aliquam quocumque nomine vocentur aliquo modo contra voluntatem communis Aquis.

Item quod dictus Dominus Marchio, vel ejus Nuncii non possint, nec debeant habere, vel accipere successiones, hæreditates, seu bona alicujus personæ decedentis sine hærede ex se nato, sed liceat cuilibet personæ de Aquis vendere, donare, alienare, permutare, testari, & in ultima voluntate relinquere, cui voluerint res, & possessiones ad suam omnimodam voluntatem.

Item quod dictus D. Marchio non possit, nec debeat vendere, donare, vel concedere, obligare, aliquo modo alienare ludum Aquensem, neque jura ipsius ludi alicui personæ de Aquis, vel de extra Aquis aliquo modo, sed dictus ludus debeat remanere communi, & in commune Aquis, & ad voluntatem ipsius communis.

Item quod dictus Dominus Marchio debeat absolvere, & remittere communi, & hominibus Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis omnes securitates, obligationes, & promissiones, & omnes contractus, & pœnas factas, & promissus, seu datas ipsi Domino Marchioni, vel D. Reinerio bastardo suo nomine, vel nomine dicti Domini Marchionis, vel alicui alteri pro eis a commune Aquis, nec ab aliqua singulari persona de Aquis, seu ab aliquo extrinseco, qui se obligasset, vel fuisset securitas versus prædictos pro aliqua persona de Aquis, & quod omnia instrumenta inde facta sint, & esse debeant vana, cassa, irrita, & nullius valoris, & quod faciat cassari ipsa instrumenta, vel reddi, & restitui illis personis, quæ fuissent obligatæ eidem D. Marchioni, vel D. Reinerio Bastardo, vel alicui alii pro eis, & quod faciet, & curabit, quod filii quondam Domini Reinerii Bastardi non inquietabunt, nec molestabunt commune Aquis, nec aliquem hominem de Aquis, nec de extra occasione alicujus securitatis, vel promissionis, seu obligationis factæ Domino Marchioni, vel Domino Reinerio Bastardo, seu alteri pro eis factæ, vel factarum, & quod facient remissionem, absolutionem, & pactum de non petendo communi, & hominibus de Aquis, & omnibus, & singulis de ipsa civitate de omnibus, & singulis prædictis, de quibus fiat publicum instrumentum cuilibet volenti ad majorem securitatem communis, & hominum de Aquis salvo hæredibus quondam Domini Reinerii Bastardi omni jure, quod haberet contra aliquam singularem personam de Aquis in contractibus mutui, vel depositi, sive commodati cum carta, & sine carta, & hæredes

dicti Domini Reinerli teneantur, & debeant satisfacere cuilibet de Aquis, cui dictus D. Reinerius aliquod dare debuisset aliqua occasione.

Item quod prædictus D. Marchio teneatur, & debeat facere, & curare, antequam reducat forenses Aquis in civitatem Aquensem, quod omnes forenses de Aquis, & quilibet ipsorum faciat pacem, finem, & remissionem, & pactum de non petendo communi, & hominibus de Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis de omnibus injuriis, damnis, & offensionibus eis, vel alicui ipsorum datis, seu factis quoquo modo realiter, vel personaliter per commune, & homines Aquis, vel per aliquam singularem personam de Aquis, & non consentiet, vel fieri permittet aliquo modo, quod eisdem forensibus, vel alicui ipsorum fiat aliqua menda, vel restitutio aliquo tempore ratione aliqua, vel causa, & quod non adstringet, vel adstringi faciet seu adstringi permittet commune, & homines Aquis ad aliquod dandum prædictis forensibus, restituendum, vel reddendum eis prædictis causis, nec occasionibus supradictis, & quod ipse D. Marchio non possit, nec debeat reducere forenses Aquis, nec aliquem ex eis in civitatem Aquensem, nec in bonis, seu juribus eorum, nisi facta prius dicta remissione, pace, & concordia, vel pacto de non ulterius petendo, ut supra; ita quod de ipsa remissione, pace, & pacto de non alterius petendo fiant publica instrumenta communi Aquis, & cuilibet singulari personæ de Aquis volenti: quod si facere recusaverint prædicti forenses ipsi, vel aliquis ipsorum dictus D. Marchio habeat, & teneat eos pro forensibus, & bannitis suis, & communis Aquis, & omnia bona ipsorum perveniant, & pervenire debeant ad D. Marchionem, scilicet illorum qui prædicta facere recusaverint, eo salvo quod prædicti forenses facta ipsa remissione, pace, & fine, & pacto de non ulterius petendo possint redire ad civitatem Aquis in omnibus bonis suis sine eo, quod commune, & homines Aquis seu aliquæ singulares personæ aliquo modo possint adstringi ad aliquid dandum, remittendum, seu restituendum prædictis forensibus pro damnis, seu pro injuriis eis forensibus illatis.

Item quod prædictus D. Marchio ipse, vel Nuncii ejus non possint, nec debeant compellere, vel compelli facere commune, & homines, sive aliquam singularem personam de Aquis ad faciendum laborerium aliquod, vel aliqua opera in castro Aquis, vel circa castrum Aquense aliquo modo, nisi de voluntate dicti communis.

Item quod si commune Aquis, seu aliqui de Aquis pro aliqua guerra, seu occasione alicujus guerræ caperet aliquos incarceratos, seu aliquos homines, quod illi, qui capientur a communi, vel ab hominibus de Aquis, debeant pervenire in commune Aquis, & ad dictum commune, & non ad Dominum Marchionem, salvo si prædictus Dominus Marchio esset, vel ejus bandiera propria, quod dicti carcerati perveniant ad dictum Dominum Marchionem.

Item quod prædictus D. Marchio non possit, nec debeat punire aliquam personam de Aquis, nec facere justitiam de aliquo maleficio, seu delicto facto in Aquis, extra civitatem Aquis.

Item quod dictus D. Marchio teneatur, & debeat satisfacere hæredibus quondam Besurii, & hæredibus quondam Peracii Besurii, & omnibus aliis de Aquis de toto eo, quod eis, vel alicui de Aquis debet, sive quod dare debuit hinc ad annum unum, a die quo intraverit civitatem Aquis.

Item quod dictus D. Marchio debeat habere in Aquis solummodo banna infrascripta, videlicet bannum homicidii, robariæ, incendii, furtorum, prodictionis, & falsi commissi, perjuriorum, & ferrutarum, quæ banna intelligantur, & capiantur secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Aquis factorum, vel faciendorum.

Item quod habere debeat pedagium communis.

Item quod dictus D. Marchio habeat, & debeat habere jurisdictionem, quam habet dictum commune in Marchionibus de Ponzono, & in aliis Vassallis dicti communis, quam jurisdictionem dictum commune dat, & concedit eidem Domino Marchioni ad modum, & formam datam, & concessam per dictum commune, retinendo in se commune Aquis fodra, dacita, & collectas, pascatum, & boscatum, & pedagium per terram dictorum Marchionum de Ponzono, & aliorum Vassallorum communis Aquis, quæ, quas, & quod commune Aquis habet, vel vel habere debet, vel habere consuevit in prædictis Marchionibus de Ponzono, & aliis Vassallis communis Aquis, & omnia alia banna, exceptis bannis superius nominatis, & omnes alii reditus, exitus, proventus, & gaudie communis Aquis debeant remanere communi; & ad voluntatem dicti communis, & ad dictum commune pervenire.

Item quod potestas, & judex civitatis Aquis, vel alter eorum teneatur, & debeat cognoscere, audire, sententiare, & definire de prædictis bannis in Aquis secundum formam statutorum, & ordinamentorum Aquis, & cognoscere, & audire quamlibet personam de Aquis de defensionibus prædictorum bannorum.

Item quod prædictus D. Marchio teneatur, & debeat mantenere, attendere, & observare in perpetuum omnia prædicta, & singula, & nullo jure, modo, vel causa contrafacere, vel venire, & nihil diminuere de honore, jurisdictione, imperio mero, & mixto, potestate, & baillia, quæ commune, & homines Aquis habent, seu habere, & tenere consueverunt tam intus civitatem, quam extra, & nulli volenti diminuere, consentire, sed ei modis omnibus se opponere, & quod non possit aliquod ultra, seu plus, vel de facto in homines, seu contra homines civitatis Aquis, seu in civitate, vel districtu habere, petere, seu acquirere, vel acquistare per se, nec per alium per aliquem modum, nec etiam a commune, seu ab aliquibus offerentibus recipere aliquo modo, seu ingenio, vel causa, qui dici, vel excogitari possit in præjudicium communis Aquis, & si contra prædicta, seu aliquid prædictorum faceret, vel veniret, vel modo aliquo haberet, acquireret, reciperet, seu peteret, vel faciendum obtineret ultra, præter, vel contra prædicta, sive aliquod de prædictis aliquo modo totum sit cassum, irritum, & nullius valoris, & pro casso, & irrito habeatur.

Digitized by Google

Hoc acto, & expreſſe indicto, quod dictus Dominus Marchio non poſſit nec debeat petere, nec habere aliquem regreſſum, nec aliquam petitionem contra commune Aquis occaſione alicujus donationis, ceſſionis, vel alterius jurium acquiſitionis ipſi Domino Marchioni factæ, vel de cetero faciendæ ab aliqua univerſitate, ſeu collegio, vel ab aliqua ſingulari perſona. Et hæc omnia, & ſingula ſupradicta intelligantur, & attendi, & obſervari debeant ſecundum purum, & ſimplicem intellectum litteræ. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta prædictus Dominus Marchio pro ſe, & ſuis ſubditis, & Vaſſallis, & dicti ſindici nomine dicti communis, & hominum de Aquis, & diſtrictus, ſibi ad invicem attendere, & obſervare ſolemni ſtipulatione promiſerunt, & nullo modo, tempore, & cauſa contrafacere, vel venire, & ſacramento corporali præſtito prædictus D. Marchio juravit, & dicti ſindici ſimiliter juraverunt, & eidem Domino Marchioni fidelitatem gentilem nomine dicti communis fecerunt, ſecundum quod in capitulis fidelitatis gentilis continetur, & proinde ipſe D. Marchio prædictis ſindicis dicto nomine obligavit pignori omnia ſua bona, & ipſi ſindici præſtito nomine ipſi Domino Marchioni omnia bona communis Aquis, quæ omnia, & ſingula ſupradicta Domini Facinus de Tilio, Leo de S. Stephano, Jacobus de Gabiano, Jacobus de Ozano, & Nolaſcus l'Alturcha promiſerunt, & juraverunt attendere, & obſervare, & ſe facturos, & curaturos, quod prædictus D Marchio attendet, & obſervabit omnia, & ſingula prædicta ſub obligatione bonorum ſuorum, & inde unum, & plura inſtrumenta ſuper omnibus prædictis, & quolibet prædictorum capitulorum dictus D. Marchio, & dicti ſindici fieri rogaverunt mihi Gullielmo Ghignono Notario communis Aquis, & Annoto de Prato Notario.

Ego Gullielmus Ghignonus Notarius Palatinus hanc cartam ſcripſi.

Pacta, & conventiones inter Gullielmum Marchionem Montisferrati ex una, & ſindicos communis, & civitatis Alexandriæ ex altera parte. Ex Rouſſet ſuppl. Tom. II. p. 131.

MCCLXXVIII.

L. H. T. Anno Nativitatis Domini milleſimo, ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, indictione VI. die Lunæ ſecundo menſis madii circa tertiam in refectorio domus fratrum de Lucedio ſitæ apud montem Calium, præſentibus dominis Frauzino de Caſtellengo, Guala de S. Geminiano, Juliano de Cremona Ambaxatoribus communis Uccellarum (1) & dominis Conrado de Opizonis, Gullielmo de Monteculo, Lucho de Caſtelletto, & Ugone de Barociis Ambaxiatæ (2) communis Terdon ibi teſtibus vocatis, & rogatis. In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti hæc ſunt conventiones, pacta, promiſſiones, obligationes, remiſſiones, abſolutiones, & juramenta inter egregium virum Dominum Gullielmum Marchionem Montisferrati pro ſe ſuiſque hominibus, ſubditis, & Vaſſallis ex una parte, & Dominus Obertum Canem de Guaſchis, Ruffinum de Putheo, Dulium Gambarinum, & Gullielmum Cirimellum nomine communis, & hominum, atque civium, & diſtrictualium, & Vaſſallorum Alexandriæ, quorum ſindici ſunt ex altera; de quo ſindicatu conſtant publica inſtrumenta, unum quorum factum per Thomam Piccenum Notarium hoc eodem anno, & indictione, die Martis decimo nono aprilis, aliud factum per eundem Notarium ſabbathi vigeſimo tertio aprilis, factæ, & facta, firmatæ, & firmata promiſſæ, & promiſſa, juratæ, & jurata per dictas partes occaſione concordiæ, pacis, & fraternitatis faciendarum inter dictas partes. In primis fiat pax, & remiſſio inter ipſum Dominum Marchionem Montisferrati, & ſuos ſeguaces ſubditos Vaſſallos ex una parte, & commune, homines, & Vaſſallos Alexandriæ, & diſtrictus . . . . . hinc inde datis ſeu factis realiter vel perſonaliter communiter ſeu diviſim, ſeu ſingulariter quocumque modo hinc retro, & de omni, & toto eo de quo ipſe D. Marchio poſſet appellare ſive inquietare aliquo modo aliquem, ſive aliquos cives Alexandriæ, ſive ipſum commune, ſive homines vel diſtrictuales, vel Vaſſallos Alexandriæ. Verſa vice fiat pax, & remiſſio de omni eo, & toto, de quo commune, & homines Alexandriæ ſive diſtrictuales, vel Vaſſalli Alexandriæ poſſent appellare, ſeu aliquo modo inquietare ipſum Dominum Marchionem. Item quod per dictum commune Alexandriæ, & homines dictæ civitatis fiat reſtitutio eidem Domino Marchioni de civitate Aquen., & caſtro dictæ civitatis Rocca Valle Vrbar., & caſtro Carpenetti, & totius juris, ſeu remiſſio, ſalvis, & reſervatis Dominis, qui modo habitant in villa Rocchæ omnibus juribus, quæ habebant in caſtro villa, hominibus contili, & juriſdictione ſive in territorio ipſius loci eo tempore, quo commune, & homines Alexandriæ occupaverunt dictum locum, & caſtrum . . . . . vel quod Caſtellani tenentes dicta caſtra nullo modo extrahantur de ipſis, niſi primo eis ſatisfiat de toto eo, quod habere debent pro eorum cuſtodia, cuæ ſatisfactio fieri debeat eiſdem a communi, & hominibus Alexandriæ vel ab aliis nomine communis. Item quod ipſe D. Marchio per ſe, & omnes ſubditos, & Vaſſallos, & ſequaces cum effectu, & toto ſuo poſſe teneatur, & debeat omnibus modis juvare, & manutenere, & defendere commune & homines Alexandriæ, & diſtrictus, & omnes & ſingulos cives, & Vaſſallos Alexandriæ, & omnia jura, omnemque juriſdictionem, & honorem ipſius communis, & cujuslibet civis, & Vaſſalli Alexandriæ contra omnia loca, civitates univerſitates, & perſonas maxime, contra quæ ſeu quas commune, & homines Alexandriæ habent ſeu habebunt, vel habere poſſent aliquam guerram, & facere per ſe, & omnes ſuos ſubditos, vaſſallos, & ſequaces vivam perpetuam & continuam guerram omnibus, & ſingulis locis, civitatibus, univerſitatibus, & perſonis cum quibus, ſeu contra quas, & quæ commune, & homines Alexandriæ modo aliquo habent, ſeu habebunt guerram, & inde non facere aliquam pacem, treguam, ſive guerram recreutam, niſi de voluntate expreſſa communis Alexandriæ, facto inde inter homines Ale-

xandriæ prius consilio generali & teneatur, & debeat ipse custodire, salariare, & gubernare cives, & homines Alexandriæ, & districtus modis omnibus, & omnia jura omnemque jurisdictionem, & honorem atque districtum communis, & cujuslibet singularis personæ Alexandriæ, & dare fortiam aut aliud etiam juvamen communi, & hominibus Alexandriæ ad recuperandum terram, & jura, quam, seu quæ commune, & homines Alexandriæ tenere, seu habere, vel qui aliquo tempore consueverunt, a quocumque loco universitate civitate, vel persona detineantur, quando placebit communi Alexandriæ, salvis juribus ipsi Domino Marchioni competentibus, & quæ competere consueverunt, & quod non consentiet nec dabit consilium, auxilium vel favorem, quod aliqua persona extrahatur, nec detineatur, nec extrahi vel detineri possit aliquo modo, vel aliqua de causa de civitate Alexandriæ, nec districtu contra suam voluntatem, nec etiam hoc faciet ipse, seu fieri faciet, seu permittet, sed suo posse modis omnibus prohibebit. Eo salvo quod homines Alexandriæ, & districtus teneantur ire & stare in exercitu, qui ordinabuntur, & fient per commune Alexandriæ. Versa vice, quod commune, & homines Alexandriæ per se, & suos districtuales, Cives, & Vassallos teneantur, & debeant cum effectu, & toto eorum posse modis omnibus juvare, & manutenere ac defendere prædictum Dominum Marchionem, & omnes ejus subditos, & Vassallos, & jura omnia, omnemque jurisdictionem, & honorem ipsius Domini Marchionis, & cujuslibet Vassalli ipsius contra omnia loco civitates, universitates, & personas, maxime contra quæ, sive quas prædictus D. Marchio habet, seu habebit, vel habere posset aliquam guerram, & facere per se, & omnes cives suos, & districtuales, & vassallos, & sequaces vivam, continuam, & perpetuam guerram omnibus, & singulis locis, civitatibus, universitatibus, & personis cum quibus, seu contra quas, & quæ dictus D. Marchio modo aliquo habet, seu habebit guerram, & inde non facere aliquam pacem, treguam, seu guerram recreutam, nisi de voluntate expressa dicti Marchionis, & teneantur, & debeant commune, & homines Alexandriæ custodire salvare, & gubernare ipsum Dominum Marchionem modis omnibus, & omnia jura, omnemque jurisdictionem, & honorem atque districtum ipsius Domini Marchionis, & cujuslibet vassalli dicti Domini Marchionis, & dare fortiam, auxilium, & juvamen ipsi Domino Marchioni ad recuperandum terram, & jura, quam, seu quæ prædictus D. Marchio vel pater suus teneret, seu haberet, vel qui aliquo tempore consuevit a quocumque loco, universitate, civitate, & persona detineantur, quando placebit eidem Domino Marchioni, salvis juribus competentibus communi Alexandriæ, & quæ competere consueverunt. Item quod dictus D. Marchio teneatur ita facere, & jurare, quod commune Alexandriæ habeat pacem cum hominibus Papiæ, & Astæ, salvis omnibus juribus communis, & hominum Alexandriæ, & per ipsas paces in nihilo diminuendis, & salvis omnibus juribus dictorum communium infra menses duos, postquam completa seu firmata fuerint pacta inter ipsum, & commune Alexandriæ, in qua pace juretur expressim, quod communia, & homines prædictarum civitatum renuntient omnibus sacramentis, promissionibus, ligis, & obligationibus, quæ, & quas habent tam cum extrinsecis, quam cum intrinsecis Alexandriæ, & se adstringant esse communales, & equales amici modis omnibus inter homines Alexandriæ, & districtus, & si hæc facere non possent, teneatur & debeat juvare, manutenere, & defendere modis omnibus commune, & homines Alexandriæ, & districtus contra prædicta communia, & quodlibet prædictorum & factis, & firmatis atque juratis pactis, & conventionibus infrascriptis, & insertis per ipsum Dominum Marchionem, & commune Alexandriæ, & facta remissione, absolutione per extrinsecos Alexandriæ de omnibus, & singulis injuriis, promissionibus, & obligationibus, quas habent vel fecissent seu aliquo tempore hinc retro habuerint, vel fecerint cum ipso Domino Marchione, atque cum dictis communibus Papiæ, & Astæ vel cum aliquo eorum, vel cum aliquibus singularibus personis unquam sint, quæ non sint, de Alexandria possit dictus D. Marchio per pacem, & per modum pacis, & tranquillitatis ipsos extrinsecos reducere in civitate Alexandriæ, eo salvo quod antequam ipsos inducat in Alexandriam inter commune, & intrinsecos Alexandriæ ex una parte & extrinsecos ex altera fieri faciet veram pacem & remissionem omnimodam de omnibus discordiis, injuriis, offensionibus, & damnis datis quocumque modo inter ipsum, & intrinsecos, & extrinsecos, seu aliquos ex ipsis partibus vicissim factis, seu datis realiter, seu personaliter, & postea dare consilium, & juvamen omnibus, & singulis observantibus quam pacem, & contrafacientibus resistere, & eos offendere toto suo posse. Eo etiam salvo, quod commune, & homines Alexandriæ non astringantur, nec astringi possint aliquo modo, causa, vel jure ad aliquod dandum, concedendum, vel solvendum de avere communis Alexandriæ, nec ad remittendum, vel relaxandum alicui personæ, vel universitati de jure, honore, vel jurisdictione communis, seu populi Alexandriæ, vel alicujus singularis personæ de Alexandria, vel districtu. Et quando prædicta, & infrascripta capitula firmabunt inter ipsum Dominum Marchionem, & commune Alexandriæ, teneatur ipse D. Marchio renuntiare omnibus ligis, juramentis, & promissionibus, quibus unquam fuisset astrictus aliquibus tam intrinsecis, quam extrinsecis de Alexandria, & publice protestare in scriptis, quod ipse non vult amplius teneri prædictis de prædictis, nec eis inde aliquid amplius observabit. Item quod dictus D. Marchio teneatur, & debeat reducere, & restituere omnes forenses de Bosco, & de Stryanaria, & de omnibus aliis villis Alexandriæ in locis, in quibus stare consueverunt in suis possessionibus, & juribus, & omnes, & singulos intrinsecos Alexandriæ restituere teneatur in omnibus suis juribus, vel quasi, sicut reducentur, & restituentur illi de Lanzavegiis, & Merlanis, & eorum parte in Alexandria in eorum juribus, & possessionibus, vel quasi. Eodem modo, & forma

intelligatur de forenſibus villarum, quæ ſunt de parte extrinſeca. Item quod D. Marchio teneatur, & debeat intra quindecim dies, poſtquam fecerit fieri pacem inter commune, & intrinſecos Alexandriæ ex una parte, & extrinſecos ex altera facere reſtitui pleno jure communi Alexandriæ omnia caſtra, fortalitias, villas, & loca, quæ, & quas tenent aliqui de Alexandria intrinſeci, vel extrinſeci, ita tamen quod ſi aliquis debet aliquid recipere, ſeu tenet aliquod caſtrum a communi Alexandriæ ex contractu, vel obligatione, ſeu promiſſione, quem, vel quam ſecum fecerit commune Alexandriæ pro ipſis caſtris, fortalitiis, ſeu locis, non poſſit inde extrahi, niſi ſecundum in ipſis contractibus, promiſſionibus, & obligationibus continetur; & quod ipſi facient communi Alexandriæ, & omnibus, & ſingulis de Alexandria pacem, finem, & remiſſionem, vel pactum de non petendo de omnibus offenſionibus, damnis, & injuriis realibus, & perſonalibus datis, ſeu factis per ipſum commune, ſive per homines Alexandriæ, & de omni, & toto eo quod petere poſſunt a communi Alexandriæ, ſive ab aliquo, vel aliquibus de Alexandria prædictis de cauſis. Verſa vice, quod commune, & ſingulares homines Alexandriæ facient prædictis extrinſecis pacem, finem, & remiſſionem, vel pactum de non petendo de omnibus offenſionibus, damnis, & injuriis realibus, & perſonalibus, datis, ſeu factis per ipſos extrinſecos, ſeu per aliquem ipſorum, & de omni, & toto eo, quod petere poſſent ab ipſis extrinſecis, ſeu ab aliquo, vel aliquibus ipſorum prædictis de cauſis. Item quod dictus D. Marchio teneatur, & debeat liberare, & abſolvere, liberari, & abſolvi facere omnes illos, qui ſunt, ſive fuerunt in carceribus ipſius, ſive terra ipſius, ſive quondam Domini Baſtardini, ſive quondam Domini Raynerii, ſive alicujus Vaſſalli ipſius, & caſſare, & irritare, caſſari, & irritari facere omnes promiſſiones, obligationes, & pœnas factas, ſeu promiſſas per ipſos carceratos, ſeu per aliquos manulevatores, fidejuſſores, ſeu ſponſores ipſorum incarceratorum, ſive per aliquos occaſione ipſorum, & omnes aſſecurationes, lucrationes, & ceſſiones, cartas, & ſcripturas, & quoslibet contractus factos occaſione dictarum pœnarum, obligationum, promiſſionum, fidejuſſionum, & interceſſionum quocumque modo, & qualitercunque, & per quæcunque, & ex nunc ipſo jure, & facto prædicti omnes contractus, obligationes, pœnæ, fidejuſſiones, promiſſiones carthæ, & ſcripturæ ſint caſſi, & caſſæ, & nullius valoris, & pro caſſis, & irritis perpetuo habeantur. Eo ſalvo quod commune, & homines Alexandriæ teneantur dare, & ſolvere illis de Alexandria, quibus fuerunt nomine communis Alexandriæ data, ſive conceſſa jura contra fidejuſſores, & manulevatores, qui manulevarunt Oddinum Cavallarium, & Odonem de Quinzano, & quoſdam alios, mediatatem ejus quantitatis, in qua fuerunt eis data, ceſſa, ſive conceſſa jura eo modo, & forma, & eo tempore, quo fiet ſolutio illis, qui tenent caſtra Aqueaſta Carponeæ, & Rocchæ, & ipſe Dominus Marchio debeat curare bona fide ſine coactione aliqua, quod prædictis fiat prædicta ſolutio prædicto modo, forma, & tempore, excepto quod ſi Domino Oberto Cani obſervabitur id, quod continetur in infraſcripto capitulo, quod loquitur de Barufando Guaſcho, nihil habere debeat de prædictis, nec occaſione prædicta. Verſa vice quod commune, & homines Alexandriæ teneantur, & debeant liberare, & abſolvere, & liberari, & abſolvi facere omnes illos, qui ſunt, ſive fuerunt in carceribus communis, & hominum Alexandriæ, ſeu in terra alieni Vaſſalli ipſius communis, & caſſare, & irritare, & caſſari, & irritari facere omnes promiſſiones, obligationes, & pœnas factas ſive promiſſas per ipſos carceratos, ſive per aliquos manulevatores, fidejuſſores, ſive ſponſores ipſorum incarceratorum, ſive per aliquos occaſione ipſorum, & omnes aſſignationes, lucrationes, & ceſſiones, cartas, & ſcripturas, & quoslibet contractus factos occaſione dictarum pœnarum, obligationum, promiſſionum, fidejuſſionum, & interceſſionum quoquo modo, & qualitercunque, & quæcunque, & ex nunc ipſo jure, & facto prædicti omnes contractus, obligationes, pœnæ, fidejuſſiones, & promiſſiones, cartæ, & ſcripturæ ſint caſſi, & caſſæ, & nullius valoris, & pro caſſis, & irritis perpetuo habeantur. Item quod dictus D. Marchio promittat juvare, & manutenere Dominum Petrum Trotum in regimine, ſeu rectoria populi Alexandriæ, & in omni honore, & baylia, quem, & quam habet in ipſo populo, ſeu in communi Alexandriæ pro ipſo populo toto tempore, ad quod electus eſt in ipſo regimine per ipſum populum, & ei faciet ſolvi totum ſalarium ſibi ordinatum. Hoc ſalvo quod ſi per populum Alexandriæ, ſeu per tam magnam quantitatem hominum popularium Alexandriæ dicatur ipſi Domino Marchioni, quod ipſe Petrus removeatur ab ipſa rectoria populi, quæ recte moveat ipſum Dominum Marchionem ad audiendum ipſos; tunc poſſit convocare ad ſe Conſules, & Ancianos populi, & eis injungere, quod ipſi congregent populum eo modo, quo congregare conſueverunt pro aliis magnis factis populi, vel communis Alexandriæ, & in ea congregatione petant conſilium, quod eis videtur faciendum de regimine populi ipſius Domini Petri. Et ſi eis, vel majori ipſorum parti videbitur, quod ipſe D. Petrus permaneat in ipſo regimine, teneatur ipſe D. Marchio eum juvare, & manutenere modis omnibus ut ſupra; ſin autem eis videbitur quod ſic removendus ſiat, & plena ſolutione de toto eo, quod eſt ſibi ordinatum pro ſalario regiminis ipſius populi pro toto tempore, ad quod fuit electus, antequam inde removeatur, & interim, donec ſibi fuerit integre ſatisfactum ut ſupra, teneatur ipſe D. Marchio ipſum D. Petrum manutenere, & juvare modis omnibus ut ſupra, poſtquam autem ſibi integre ſatisfactum fuerit de toto ſuo ſalario ut ſupra, removeatur, ſeu removeri poſſit ab ipſo regimine ſecundum voluntatem ipſius populi ut ſupra. Et ſi Conſules, & Anciani non congregarent populum, quando eis injungeretur per Dominum Marchionem: tunc liceat ipſi Domino Marchioni prædicta de cauſa ipſum populum facere congregari obſervando ſemper omnia, & ſingula inſerta. Item quod ipſe

D. Marchioni prædicta de causa ipsum populum facere congregari observando semper omnia, & singula inserta. Item quod ipse D. Marchio promittat, & promittere debeat manutenere populum, & societatem populi, & rectorem, & consules, & ancianos ipsius populi, qui modo sunt, & qui pro tempore fuerint, & quemlibet de ipso populo, & societatibus populi, qui modo sunt, & qui pro tempore fuerint, & quemlibet de ipso populo, & de societatibus populi, in omni suo jure, & honore, statu, & baylia, & prærogativa in quo vel quibus modo sunt, vel esse consueverunt, seu aliquo tempore in majori, & meliori fuerunt, seu esse consueverunt, & in consiliis populi, & communis publicis, & secretis, & in statutis tam populi, quam communis, & in omnibus, & singulis honoribus, officiis, & baillis, & prohibere cum effectu, ne aliqua societas, liga, vel unitas, seu conspiratio, vel alio quocumque modo censeatur, sit, vel esse possit in Alexandria, vel districtu, nisi tantummodo populus, & societas populi, non obstantibus aliquibus statutis, capitulis, vel ordinamentis, seu pactis generalibus, vel specialibus superius, vel inferius, seu alibi factis, seu quæ fieri possent. Item quod dictus D. Marchio procuret bona fide facere, & fieri facere concordiam inter Dominum Ruffinum de Putheo, Petrum Trotum, & hæredes quondam Ruffini Troti, & alios habentes jura a quondam Domino Alberto de Incisa ex una parte, & possessores vel quasi bonorum, & jurium, quæ quondam dictus D. Albertus habuit, tenuit, & possedit, vel quasi in Incisa, Bergomasco, Castronovo, & jurisdictione Incisæ. Et si hoc facere non poterit, teneatur cognoscere definire, & terminare summarie, & sine strepitu judicii inter ipsas partes de prædictis quæstionibus, & mandare executioni quod terminaverit, & definierit, quæ facere teneatur usque ad festum Nativitatis Domini proximum venturum. Item quod D. Marchio teneatur, & debeat reducere Caparos, & alios extrinsecos Borgomaschi in Borgomascho, & restituere in omnibus suis bonis, possessionibus, & juribus, quæ & quas habere, tenere, & possidere, & quasi consueverunt in loco, & poderio Borgomaschi, & in terra Marchionum de Incisa, & quod omnes securitates, quas fecerunt prædicti de Caparis versus Marchiones de Incisa, sive versus aliquem ex eis, videlicet Obertus, Jacob, & Guillielmus occasione fugæ, quam fecerunt a carceribus, cassentur, & ab omnibus obligationibus factis prædicta de causa ipsi fidejussores, & manulevatores a prædictis Marchionibus penitus absolvantur, & hæc omnia fiant, & fieri debeant infra dies quindecim, postquam ipse D. Marchio intraverit in civitatem Alexandriæ. Eo salvo quod si prædictis de causis aliquid voluissent, non fiat eis inde aliqua restitutio. Item quod dictus D. Marchio teneatur manutenere Dominum Paganum de Putheo, & liberos in omnibus juribus suis sibi competentibus, & cuilibet ipsorum versus commune Alexandriæ. Item quod dictus D. Marchio teneatur ita facere, & curare sine coactione, quoad satisfaciat Domino Rombi comiti de Guaschis per Mulinarios Alexandriæ, & ab ipsis de toto salario ei ordinato per ipsos Mulinarios, vel aliquos ex eis, & de toto tempore, ad quod fuit electus, vel quod non removebit eum, vel faciet removere, donec sibi fuerit satisfactum ut supra. Item quod dictus D. Marchio teneatur, & debeat liberare, & liberari facere Barifardum Guaschum a carceribus, ubi est a communi d'Ast, & si dictum commune d'Ast nollet liberare dictum Barifardum, & relaxare, seu liberari, & relaxari facere ab illis, qui eum detinent in dictis carceribus sine aliquibus expensis, exceptis expensis factis in cibo, & potu, & guarandiis, precibus, & mandato Domini Marchionis, dictus D. Marchio non debeat consentire alicui treguæ, seu paci, quam faceret commune Alexandriæ, seu facere vellet cum communi d'Ast, donec dictus Barifardus esset liberatus a dictis carceribus. Et prædicta omnia fiant, & attendantur infra menses duos postquam completa fuerint pacta, & conventiones inter ipsum Dominum Marchionem, & commune Alexandriæ, vel si prædicta fieri non possent, extrahatur, & liberetur dictus Barifardus a dictis carceribus, expensis communis Alexandriæ usque in quantitatem librarum trecentum Astenxium, & non plus, quas commune Alexandriæ eidem Barifardo, vel alii pro eo dare teneantur infra mensem unum, elapsis prædictis duobus mensibus. Et ipse D. Marchio teneatur facere, & jurare bona fide, quod prædicta attendantur, & observentur. Item quod dictus D. Marchio promittat jurare, & manutenere, & defendere Dominum Conradum de Bosco, donec fuerit constitutus in omnibus suis rebus, & juribus toto suo posse, & facere vivam guerram tenentibus res, & jura ejusdem Domini Conradi, donec fuerit restitutus, ut supra. Eo salvo, quod si D. Thomas Malaspina se compromittat in ipsum Dominum Marchionem ad voluntatem Domini Marchionis de discordiis, quæ sunt inter ipsum ex una parte, & ipsum Dominum Conradum ex altera, & si D. Conradus nollet se compromittere, non teneatur dictus D. Marchio de prædictis contra Dominum Thomam; & si dictus D. Thomas non observaret cum effectu dicta, seu pronunciata per ipsum Dominum Marchionem, tunc ipse D. Marchio teneatur contra ipsum Thomam ut supra. Item quod ipse D. Marchio sit capitaneus communis, & hominum Alexandriæ, & districtus usque ad quatuor annos tantum ad manutenendum, & conservandum pacem, quæ fiet inter partes Alexandriæ, & ad resistendum omnibus, & singulis contra ipsam pacem facientibus, & ad dandum cuilibet potestati, qui erit in regimine Alexandriæ, favorem, & auxilium ad faciendum suum regimen, & puniendum maleficia, & etiam si contigerit, quod commune Alexandriæ habeat aliquam guerram, ad faciendam ipsam guerram, & omnia, & singula pertinentia ad ipsam guerram secundum voluntatem, & consilium consilii generalis Alexandriæ, & ad conservandum, & conservari faciendum omnia, & prædicta, & singula, & hanc pro salario ipsius Capitanei pro quolibet anno libr. mille Papiens., & non plus. Item quod dictus D. Marchio teneatur, & debeat jurare, manutenere, attendere, & observare in perpetuum omnia prædicta, & singula, & etiam infra-

ſcripta, & nullo jure, modo vel cauſa contrafacere, vel venire, nihil diminuere de honore, juriſdictione, imperio mero, & miſto, poteſtate, & baylia, quod, quam, quæve commune, & homines Alexandriæ habent, ſeu habere, & tenere conſueverunt, tam intra civitatem Alexandriæ, quam extra, & nulli volenti diminuere conſentire, ſed & modis omnibus ſe opponere, & quod non poſſit aliquid ulterius, ſeu plus, quam in iſtis capitulis continetur de jure, vel de facto in homines, ſeu contra homines Alexandriæ, & diſtrictus, nec in civitate Alexandriæ, vel diſtrictu habere, petere, ſeu acquirere, vel acquiſtare per ſe, nec per alium per aliquem modum, nec etiam a communi, ſeu ab aliquibus, ſive ab aliquo offerentibus in præjudicium, ſeu diminutionem juris, vel honoris, vel juriſdictionis communis Alexandriæ recipere aliquo modo, ſive ingenio, vel cauſa, quæ dici, aut excogitari poſſit, & ſi contra prædicta, ſeu aliquod prædictorum, ſeu infraſcripta, vel aliquid infraſcriptorum in aliquo faceret, vel veniret, vel modo aliquo haberet, acquireret, reciperet, ſeu peteret vel faciendum committeret, quod ei facere aliquo modo non liceat, non valeant, neque teneant prædicta, nec aliquid de prædictis, & infraſcriptis in præjudicium obſervantis. Et commune, & homines Alexandriæ non teneantur eidem in aliquo de prædictis, & quidquid haberet, acquireret, ſeu reciperet per ſe, vel alium ultra, præter, vel contra prædicta, ſeu aliquid de prædictis aliquo titulo, dignitates, honores, ſeu baylias quocunque nomine cenſeatur, vel quolibet alio modo, totum ſit caſſum, & irritum, & nullius valoris, & pro caſſo, & irrito habeatur, excepto, quod poſſit petere gratis, & recipere a ſingularibus perſonis communis Alexandriæ, & diſtrictus ſine præjudicio, & diminutione communis Alexandriæ, & jurium ipſius communis. Verſa vice quod commune, & homines Alexandriæ teneantur, & debeant jurare, manutenere, & attendere, & obſervare in perpetuum omnia prædicta, & ſingula, & etiam infraſcripta, & nullo jure, modo, vel cauſa contrafacere, vel venire, & nihil diminuere de honore, juriſdictione, imperio mero, & miſto, & poteſtate, & baylia, quod, quam, quæ dictus D. Marchio habet, ſeu habere, & tenere conſuevit ipſe, & pater ſuus, & nulli volenti diminuere conſentire, ſed ei modis omnibus ſe opponere, & quod non poſſit aliquid ulterius, ſeu plus, quam in iſtis capitulis continetur de jure, vel de facto in homines, ſive contra homines diſtrictus, vel de diſtrictu dicti Domini Marchionis habere, ſeu acquirere, vel acquiſtare per ſe, vel per alium per aliquem modum ab aliquo, ſeu aliquibus offerentibus in præjuditium, ſive diminutionem juris, vel honoris, vel juriſdictionis ipſius Domini Marchionis recipere aliquo modo, ſeu ingenio, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit, & ſi contra prædicta, vel aliquid prædictorum, ſeu infraſcripta, vel aliquid infraſcriptorum in aliquo facerent, vel venirent, vel modo aliquo haberent, acquirerent, ſeu reciperent, ſeu peterent, vel faciendum omitterent, quod eis facere modo aliquo non liceat; non valeant, neque teneant prædicta, nec aliquid de prædictis, & infraſcriptis in præjudicium obſervatis, & D. Marchio non teneatur eiſdem communi, & hominibus in aliquo de prædictis, & quidquid haberent, acquirerent, ſeu reciperent per ſe, vel per alium ultra præter, vel contra prædicta, ſeu aliquid de prædictis, totum ſit caſſum, & irritum, & nullius valoris, & pro caſſo, & irrito habeatur. Excepto quod poſſit petere gratis, & recipere a dicto Marchione, & a ſingularibus perſonis diſtrictus ipſius ſine præjudicio, & diminutione jurium ipſius Domini Marchionis. Quæ omnia, & ſingula jurentur, & firmentur, & promittantur attendi, & obſervari ſecundum purum, & ſimplicem intellectum litteræ per ipſum Dominum Marchionem, & per caſtellanos, vaſſallos, & homines ejuſdem per tot, quot videbitur communi Alexandriæ. Verſa vice, quod prædicta omnia, & ſingula jurentur, firmentur, & promittantur attendi, & obſervari ſecundum purum, & ſimplicem intellectum litteræ per commune, & homines Alexandriæ, & per vaſſallos, & cives civitatis prædictæ per tot, quod videbitur eidem Domino Marchioni. Et quæ omnia, & ſingula inſerta prædictus D. Marchio pro ſe, & ſuis ſubditis, & vaſſallis, & dicti ſindici nomine dicti communis, & hominum, & vaſſallorum Alexandriæ ſibi ad invicem attendere, & obſervare ſolemni ſtipulatione promiſerunt, & nullo tempore modo, vel cauſa contra facere, vel venire, & ſacramento corporaliter præſtito juraverunt, & perinde ipſe D. Marchio prædictus ſindicis dicto nomine obligavit pignori omnia ſua bona, & dicti ſindici prædicto nomine ipſi Domino Marchioni omnia bona communis Alexandriæ, & inde plura inſtrumenta ſuper omnibus prædictis, & quolibet prædictorum dictæ partes fieri rogaverunt mihi Ruffino de Bredolano Notario Domini Marchionis, & Guillielmo Fraſcharæ Notario communis Alexandriæ.

L. H. T. Ego Ruffinus de Bredolano Notarius ab Imperatore Frederico, & tunc etiam Notarius ejuſdem Domini Marchionis iis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

Synodus Aquenſis Oddoni Epiſcopi. Ex cod. Chartaceo Tabularii Capit. Aquen.

MCCCVIII. 31

Quemadmodum egregius ille Doctor beatus Auguſtinus in libro de fide Chriſtiana aſſerit, & teſtatur, Eccleſia Catholica per orbem diffuſa tribus modis exiſtere probatur. Quidquid namque tenetur in illa, aut eſt auctoritas Scripturarum novi, aut veteris Teſtamenti, aut univerſalis traditio, vel certe inſtitutio propria, & particularis exiſtit. Auctoritate vero ipſarum Scripturarum totaliter gubernatur & ex univerſali traditione majorum regitur ipſa tota, privatis vero conſtitutionibus, & propriis informationibus pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt . . . . . .

Idcirco nos Oddonus, qui licet indignus divina tamen providentia Aquenſem Eccleſiam gubernamus, quædam ad reformationem morum, & ad delinquentium correptionem diſponimus provide or-

Digitized by Google

dinare, ne ſubditorum ſanguis propter deſidiam corrigendi de manibus noſtris requiratur, juxta illud Apoſtoli ad Epheſios ſcribentis: *munda ſunt manus mea a ſanguine omnium veſtrum, quia quo modo annuntiarem vobis omne Dei conſilium minime recuſavi.* Mundus namque ab eorum ſanguine non fuisset, ſi eis annuntiare omne Dei conſilium neglexiſſet. Paſtor namque tacendo perimere ſubditos dicitur, quatenus non vult corrigere delinquentes.

In præſenti Synodo Cleri ſicut, & Diœceſis Aquenſis ad hæc generaliter convocati, adſtantibus nobilibus fratribus noſtris Archidiacono, Archipresbitero, Præpoſito, Canonicis, & Capitulo Aquenſis Eccleſiæ, & de ipſorum conſilio, & conſenſu ſuper hiſce deliberatione habita diligenti infraſcriptas conſtitutiones, ordinationes, & proviſiones cum admonitionibus, comminationibus, & pœnarum additionibus imperatis in illis, ordinamus, ſtatuimus, facimus, & ſolemniter promulgamus, mandantes eaſdem inviolabiliter obſervari quoslibet ſuper ipſarum obſervatione publice primo, ſecundo, tertio, & perpetuo admonentes, pœnaſque in tranſgreſſores illarum prout continetur in illis publice, & ſolemniter promulgantes, prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus revocatis, eaſdem interpretandi, & declarandi, addendi, & minuendi, & diſponendi erga ipſas nobis facultatem plenariam reſervantes.

De tonſura, veſte, & habitu clericalibus deferendis Rubrica.

I. Namque ſtatuimus, & confirmamus, quod omnes, & ſinguli Clerici, ſicut & Diœceſis Aquenſis in quovis ordine conſtituti tonſuram, & habitum aſſidue deferant clericalem. Veſtes virgulatas, ſeu veſtem aliquam unitam diverſi coloris, vel frixiis, ſeu maſpillis, vel ſpintariis argenteis, vel de metallo aliquo minime deferentes, nec veſtem ſuperiorem a ſummo uſque deorſum totaliter ſciſſam ante, inſulis de ſeta etiam non utentes. Deprehenſi vero in aliquo crimine, vel exceſſu contra hæc in aliquo incedentes, pronunciamus ex nunc in illo exceſſu, vel crimine non fore per Eccleſiam Aquenſem defenſandos.

Quod Clerici mercationibus, & negotiationibus laicalibus non ſe immiſceant.

II. Item quod Clericus mercationibus laicalibus, & negotiationibus ut negotiator publicus ſe immiſcens, illaſque in perſona propria exercens publice Divinis officiis non inſiſtens, & alias clericaliter non vivens, in ſuis bonis patrimonialibus, non gaudeat privilegio clericali . . . . . modo prædicto ſe duxerit implicandum.

Quod Clerici in dignitate, & ſacerdotio non vadant in gonella.

III. Inſuper etiam providendum, quod quiſque Clericus in dignitate, vel ſacerdotio conſtitutus in gonella in publicum non incedat, vel cum veſte ſuperiori, quæ clauſa totaliter non exiſtat. Delinquentes vero in aliquo præmiſſorum in decem ſolidis Aſtenſibus vice qualibet Epiſcopali cameræ condemnamus.

Quod aliquis Clericus non debeat aliquod officium publicum exercere.

IV. Præſenti namque Conſtitutione ſancimus ad ſecularium ſcandala ſubmovenda, quod aliquis Clericus cujuſcumque ſtatus, aut conditionis exiſtat officium publicum, & officialitatem alicujus Communitatis, vel Univerſitatis, Villæ, Loci, vel Caſtri, ſeu Burgi, vel Vici non exerceat de cetero cujuſcumque ſit, ſive tabellionatus, ſive campana, vel Gaſtaldia, vel Vicaria, vel quævis alia quocumque nomine nuncupetur. Contrafacientes vero ex nunc in decem libras Aſtenſes vice qualibet, qua contra hæc egerit, Aquenſi Epiſcopali . . . . . Curiæ condemnamus in pios uſus per nos, ut expedire videbimus convertendas. Quidquid autem fecerit, ſcripſerit, juſſerit, vel mandaverit, ut Officialis dictæ Communitatis, Villæ, vel Loci, ipſum . . . . . officii decernimus ex nunc irritum, & inane.

Quod Clerici non vadant cum armis, & cavalcatis, vel exercitibus.

V. Quoslibet vero Clericos publice admonemus ipſis etiam inhibentes, ne Eccleſiaſticis officiis derelictis, & clericali poſtpoſita honeſtate ad cavalcatas, ſeu cum cavalcatis, vel exercitibus ſecularium armatorum ut ſtipendiarii præſumant accedere, neque cum armis talium ſe cœtibus immiſcere. Utentes vero officio ſtipendiarii equitis, ſeu peditis, vel cum lajis ad exercitus, ſeu cavalcatas, vel hoſtiles incurſus non pro defenſione juris Eccleſiæ, vel patriæ, vel . . . . . proprii, ſed pro alterius impugnatione pluries cum armis incedentes, vel ſe alias immiſcentes ex nunc omni beneficio Eccleſiaſtico privamus, & ab illo tales in perpetuum privatos admonemus perſonæ alteri conferendo.

Quod Clerici non ludant ad ludum taxillorum, non arma per villam deferant, non in taberna bibant.

VI. Quia privilegium clericale non debet eſſe cuicumque occaſio delinquendi in præſenti Synodo ſtatuimus, & firmamus, quod aliquis clericus, ſeu perſona Eccleſiaſtica ad acardmy, vel taxillos præcipue in publicum ludere non præſumat, vel ludum taxillorum in domo propria, vel Eccleſiæ retinere, vel arma deferre per illas contradas, vel vicos, in quibus eſt inhibitum per conſtitutiones municipales Laicorum illa deferre, & quod ipſis clericis non liceat in ſero, vel de nocte, niſi accederent ad infirmos, per ſtradam, vel vicum incedere illa hora, qua hoc ex ſtatuto municipali Laico non liceret: Contra facientem vero in aliquo trium caſuum proxime poſitorum vice qualibet, qua id fecerit in ſolidis 25 Aſtenſibus Epiſcopali curiæ condemnamus in pios uſus, ut nobis videbitur convertendis. Clericos vero in taberna bibentes niſi in itinere conſtitutos in ſolidis quinque Aſtenſibus vice

qualibet condemnamus. Et tabernas vero nimium frequentantes, vel ebrietatis vicio laborantes, ſeu tabernas tenentes in ſolidis centum Aſtenſibus Epiſcopali curiæ condemnamus prout æquum fuerit diſpenſandis.

De Miſſa, & matutinalibus, & veſpertinis officiis qualibet die in Eccleſia dicendis.

VII. Providemus inſuper, & ſancimus, quod in qualibet Eccleſia collegiata regularium, vel ſecularium quolibet die juſto impedimento ceſſante conventualis Miſſa, prout diei convenit, hora debita conventualiter debeat celebrari, nec non matutinalia, & veſpertina officia in illis horis Canonicis competentibus, & ſtatutis, & quod ad illam in decenti habitu inceſſerint clerici reſidentes. Qui vero ipſis defuerit maxime matutinali officio, & Miſſarum, illa die qua non interfuerit ipſis officiis, & ſequenti de oblationibus, & aliis, quæ reſidentibus dantur, nulla percipiat . . . . . & ſi fecerit per menſes duos, ab ingreſſu Eccleſiæ, & Divinis ex nunc præſenti conſtitutione noverit ſe condemnatum, niſi eumdem corporalis infirmitas manifeſta, vel obſequium Eccleſiæ, in quo tunc exiſtit, aliter ſuadeat obſervari. Ille namque interpretatur matutinalibus officiis non adeſſe, qui ad ipſa non venerit, antequam invitatorium cum hymno ſit totaliter decantatum, vel qui veniens non ſupervenerit in iiſdem. Miſſæ vero illum intelligimus defuiſſe, qui ante finitum introitum Miſſæ primo modo adfuerit, vel dixerit non reſidens ad eamdem. Illam vero congruam horam ad celebrandum matutinale officium declaramus, qua ante diem claram alta voce cum nota poſſint ipſa matutinalia decantari. Clericos vero, & Canonicos cujuslibet collegiatæ Eccleſiæ pluries ibidem reſidentes, qui non ſurrexerint ad matutinas tali hora, ut præmittitur competenti, ex nunc negligentes, & remiſſos ad Divina officia judicamus, & ſacrorum Canonum tranſgreſſores, ſi pluries in menſe receſſerint circa iſtud. Presbiteri vero, & Rectores parochialium Eccleſiarum diebus Dominicis, & ſolemnibus, & pluries in ſeptimana diebus, & non feſtivis Parochianis ſuis, & Eccleſiis ſuis non omittant, juſto impedimento ceſſante, Miſſarum ſolemnia celebrare. Deliquentes vero circa hanc tamquam negligentes, & remiſſos in ſuis officiis judicamus ipſos ex nunc in viginti ſolidis Aſtenſibus condemnantes.

De Corpore Chriſti reſervando, & de Oleo ſancto, & Chriſmate cum aqua benedicta.

VIII. Præſenti quoque ſanctione firmamus quod quilibet Rector, ſeu Miniſter, vel Prælatus, aut Presbiter curam habens animarum Parochianorum alicujus Eccleſiæ continuo reſervet, ſeu reſervari faciat pro infirmis Corpus Chriſti, & hoſtiam ſalutarem ſub fida cuſtodia, ſeu clavi, nec non ſanctum oleum, atque chriſma annis ſingulis renovandum tempore competenti, & quod aquam benedictam de octavo in octavum diem, vel de quindecimo in quindecimum debeat renovare. In his vero vel ipſorum aliquo ſæpius excedentes pœna debita puniemus.

Quod quilibet aſſumtus, vel aſſumendus ad curam animarum debeat infra annum ad ſacerdotium, & Miſſa celebrationem pervenire.

IX. Huic etiam addendum ſanctioni, quod quilibet aſſumtus, vel aſſumendus in poſterum ad curam, vel regimen animarum, vel rectoriam, ſeu dignitatem, aut prælaturam curatam alicujus Eccleſiæ collegiatæ debeat infra annum poſt adeptam poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ ad ſacerdotium promoveri, & quod promoti ex nunc ad ſacerdotium, vel in poſterum promovendi Miſſarum ſolemnia in anno ſæpiſſime juſto impedimento ceſſante debeant celebrare; alioquin eoſdem non promotos, ſeu quod non promovebuntur ad ſacerdotium, ut præmittitur, infra annum, vel qui promoti, ut præmiſſum, non celebraverint juſta cauſſa ceſſante, ex nunc ipſis adminiſtrationibus, rectoriis, prælaturis, & dignitatibus perpetuo ſuſpendimus, & privamus.

Quod Presbiteri reſidentiam faciant apud ſuas Eccleſias Parochiales.

X. Providentes etiam, & firmantes, quod Rector alicuius Eccleſiæ parochialis, vel Prælatus prælationem obtinens in Eccleſia collegiata cum cura, & regimine animarum in illa, & apud illam reſidentiam faciat perſonalem, juſto impedimento ceſſante, ab illa ultra menſem ſine noſtra, vel Officialis noſtri generalis, & Vicarii licentia minime aſſidue ſe abſentans. Delinquentes vero in hoc ex nunc a Divinis officiis ſuſpendimus in hiſce ſcriptis, ad duriora contra ipſos, ſi opus fuerit, proceſſuri, & ſi ſuſpenſionem eamdem per annum animo ſuſtinuerit indurato, ipſos ab illis Eccleſiis, dignitatibus, & rectoriis ſuſpendimus in hiſce ſcriptis.

Quod aliquis non eligatur in Archipresbiterum vel Rectorem alicujus Eccleſiæ curam animarum habentis, niſi ipſe Electus ſciat bene legere, & competenter conſtruere.

XI. Quia litteratura competens requiritur in Prælato, nec non in promovendo ad regimen animarum, providemus, ſtatuimus, & firmamus, quod illi, ad quos ſpectat, vel ſpectabit in poſterum, electio alicujus Archipresbiteri, Præpoſiti, vel Prælati alicujus Regularis, vel Collegiatæ, & maxime curam animarum habentis, vel alicujus Rectoris, vel Miniſtri parochialis Eccleſiæ aliquam perſonam ad ipſam prælaturam, vel dignitatem non eligant, quæ conſtruere neſciat competenter, vel bene legere, & competenter, vel mediocriter ſaltem cantare. In Rectorem vero, ſeu Miniſtrum Parochialis Eccleſiæ nullum eligant, qui bene legere, & cantare competenter non noverit. Electionem vero aliter factam ex nunc decernimus irritam, & inanem propter defectum perſonæ electæ, & electores ex nunc privamus poteſtate qualibet eligendi.

Quod aliqua electio non fiat, niſi prius obtenta fuerit licentia a Domino Epiſcopo, vel ejus Vicario.

XII. Et quia plerumque contingit quod Rectores Eccleſiarum, & Clerici nulla prabenda, vel canonicatu vacante aſſumant . . . . . fingunt Eccleſias vacare Prælatis, vel Rectoribus, ſeu Clericis, quæ non vacant in ipſarum diſpendium, & præjudicium plurimorum irrefragabiliter ordinamus, quod aliqui Clerici, ſeu Capellani, vel Canonici, ſeu alii, ad quos electio in aliquibus Eccleſiis dignoſcitur pertinere cedente, vel decedente ipſius Eccleſiæ Prælato, Canonico, vel Miniſtro in ejus locum aliquem non eligant, noſtra, vel noſtri Vicarii generalis prius eligendi licentia non obtenta, & ceſſione, vel deceſſu nobis illius nunciata, ut fraudibus omnibus obvietur, & prædeceſſorum noſtrorum in hæc veſtigia obſerventur, qui ſimile duxerant ſtatuendum. Contra hæc vero aliquem eligentes ex nunc illa vice eligendi poteſtate privamus, & electionem contra hoc attentatam ex nunc decernimus non valere, & idem in electionibus.

Quod aliqui Laici non ordinent, vel ſtatuant contra libertatem Eccleſiæ.

XIII. Quumque a ſanctiſſimo Patre ſit ſtatutum, quod Laici cujuſcumque ſtatus, aut conditionis exiſtant, nihil ſtatuere, vel ordinare præſumant, vel ordinata obſervent, vel faciant obſervari contra Eccleſiaſticam libertatem. Multi tamen Divinum judicium non timentes, & Clericis, & Eccleſiis multum invidi, & infeſti contra hoc agunt quotidie. Quapropter ad ipſorum malitiam reprimendam cum excommunicationis, & interdicti ſententias parvipendant, præſenti ſanctione ſtatuimus, & firmamus, quod omnis, & ſinguli, qui de cetero ſtatuerint, vel ordinaverint, vel ſtatutum mandaverint, ſeu conſenſerint aliquid ſtatui, vel ordinari contra Eccleſiaſticam libertatem directe, vel indirecte, ſeu aringaverint, vel de conſilio fuerint, in quo talia ſtatuantur, & non contra dixerint expreſſe, ne ſtatuantur, ſeu ſcripſerint, vel hactenus ſtatuta fecerint, vel expreſſe conſenſerint obſervari, illa infra menſem a tempore præſentis ſtatuti minime revocantes, eis intra ipſum menſem non uſuri, nec non filios, ac nepotes eorum pronunciamus, & declaramus inabiles, & indignos ad Eccleſiaſtica beneficia obtinenda, & ineligibiles ad eaſdem, niſi cum eis primo fuerit diſpenſatum, & electiones, permiſſiones, poſtulationes, & collationes factas, ſeu faciendas de talibus, vel in tales decernimus nullas eſſe, electores & talium illa vice privamus poteſtate qualibet eligendi.

Quod aliquis Clericus non conveniatur coram Judice ſeculari.

XIV. Illum vero, qui Clericum aliquem clericaliter viventem, ſeu deferentem tonſuram, & habitum clericalem, ex civili, ſeu criminali, vel mixto, ſeu ſpirituali, vel connexo ſpirituali negotio, aut cauſſa, ſeu exceſſu traxerit, vel convenerit, ſeu conveniri, vel citari in modum reconventionis procuraverit, vel mandaverit coram Judice, vel Domino ſeculari in hiſce ſcriptis ex nunc excommunicationis vinculo innodamus. Nec non Dominos temporales Rectores, Caſtellanos, Conſules, & alios, qui talem Clericum condemnaverint, vel aliqualiter detenuerint, vel præceperint, ſeu paſſi fuerint, ut in prædictorum aliquo juri . . . . . coram eis, nec non bannientes, vel in aliquo procedentes contra ipſum Clericum, vel ejus bona, ſeu ejus conſanguineos, vel colonos, aliaſque perſonas, ex eo quod ipſe Clericus allegaverit, vel pro eo allegatum fuerit ipſum exiſtere Clericum, & non conveniendum, vel diſtringendum per Judicem ſecularem, vel ex eo quod non ſolverit, vel non fecerit per ipſum Judicem contra eum juſſa, vel concondemnata, ſeu alias ordinata. Prædictis namque pœnis, niſi menſe elapſo poſt præſentem publicationem in hac Synodo, aliquos Laicos, vel perſonas aliquas nolumus obligari quoſcumque ſuper obſervatione prædictorum in præſenti Synodo publice, & peremtorie admonentes.

Quod Sacerdotes, & Eccleſiarum Miniſtri denuncient pluries coram populo, ut Miſſam audiant, & Sacramenta Eccleſiæ percipiant.

XV. Animarum periculis occurrere cupientes ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus perinde ſtatuentes, quod Eccleſiarum noſtræ Civitatis, & Diœceſis Rectores, Presbiteri, & Miniſtri circa principium Quadrageſimæ, & pluries in anno in ſuis Eccleſiis, cum major aderit populi multitudo generaliter, & publice moneant ſuos Parochianos utriuſque ſexus, ut eis præcipiant ex parte noſtra ſub excommunicationis pœna, eos peremtorie admonentes, quod in propriis Eccleſiis ad minus in diebus Dominicis, & feſtivis Miſſas audiant, a ſuis Presbiteris recipiant Eccleſiaſtica Sacramenta, & ad minus ſemel in anno pœnitentiam a proprio Sacerdote, vel cum licentia ab alio Presbitero provido, & diſcreto, dicendo, & comminando eiſdem, quod ſi prædicta non fecerint, quod morientes non recipientur ad Eccleſiaſticam ſepulturam, & excommunicati per Eccleſias denunciabuntur, & mandabuntur vitari ut peſſimi Chriſtiani, & hanc conſtitutionem quilibet Miniſter, ſeu copiam ejus recipiat infra menſem.

Quod aliqui Laici non faciant conſpirationem, vel ſtatutum contra proprium Prælatum, vel Eccleſiam.

XVI. Quamvis conſpiratorum nequitiam jura Canonica deteſtantur, quorumdam nefanda nequitia honoris Eccleſiaſtici, & pacifici ſtatus invida adeo viros eccleſiaſticos ſaltem occulte perſequitur, quod in ipſos propriæ ſalutis immemor contra Canones inardeſcit. Ea propter talium volentes ſceleritatis conatibus obviare in præſenti Synodo ſtatuimus, & firmamus ſuper hoc quaſcumque perſonas, & univerſitates peremtorie, ac publice admonentes, quod nullam conſpirationem, aut conjurationem, ſeu confederationem, aut ligam, ſeu obliga-

Digitized by Google

tionem, vel promiſſionem faciant, vel fieri conſentiant, ſeu mandent in publico, vel privato contra proprium Prælatum, Presbiterum, vel Miniſtrum, aut Eccleſiam propriam, vel ejus Capitulum in ejuſdem, vel alicujus ipſorum necem, aut exterminium, ſeu ignominiam, vel deprehenſionem; ſingulares vero perſonas excedentes in aliquo præmiſſorum cujuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant in hiſce ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus. Eoſdem ſi Clerici fuerint ejus beneficio Eccleſiaſtico privatos perpetuo, ſi vero Laici fuerint, ipſos, ipſorumque filios, & nepotes ex nunc decernimus, ſine præmiſſa diſpenſatione cum eis, ad aliquam dignitatem, ſeu Eccleſiam, canonicatum, vel præbendam eligi non poſſe, vel aſſumi, & ſententias, proceſſus, & præcepta, quæ tulerint, vel fecerint ipſa excommunicatione durante decernimus nullas eſſe. Inſuper publice inhibemus ſolemniter ſtatuentes, quod aliquæ ſingulares perſonæ, ſeu univerſitates, communitates alicujus loci, caſtri, burgi, vel villæ nullam conſtitutionem, promiſſionem, ſtatutum, ſeu ordinationem faciant, vel fieri conſentiant, vel arengent in derogationem, vel diminutionem, ſeu ſubverſionem bonorum, honorum, vel jurium alicujus Eccleſiæ, ſeu alicujus conſuetudinis piæ, vel laudabilis erga ipſam Eccleſiam pia devotione fidelium introductæ, vel per longa tempora obſervatæ. Contra facientes in aliquo præmiſſorum, & aliquas ex eis obſervari mandantes, vel facientes, ex nunc in hiſce ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus. Univerſitates vero, & Communitates, in quarum locis, ſeu terris facta, & edita ſunt aliqua ex præmiſſis a duobus annis citra, nec ea infra menſes duos poſt præſentem publicationem de ſuis ſtatutis, libris, & capitulis removeri fecerint, vel deleri, ſeu cancellari, illa impoſterum minime ſervaturis ex nunc ipſarum terras, & loca Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, mandantes ſub excommunicationis pœna Eccleſiarum Prælatis, Rectoribus, & Miniſtris, quod præſentem conſtitutionem bis in anno in ſuis Eccleſiis coram ſuis Parochianis debeant recitare, ut nulli per ignorantiam valeant excuſari. Quare & copiam præſentis conſtitutionis quilibet Miniſter, & Prælatus recipiant infra menſem.

Quod ſinguli Prælati, & Eccleſiarum Miniſtri ad curam animarum fidelitatem faciant Domino Epiſcopo Aquenſi.

XVII. Quum a jure canonico ſit inductum, quod Prælati, & Clerici, qui ad Eccleſiam, ſeu animarum regimen aſſumuntur ſuis ſuperioribus, & committentibus Eccleſiam ipſam præſtare debeant fidelitatis, & obedientiæ juramentum, ſtatuimus, & firmamus, quod Clericus quilibet, qui aſſumetur de cetero ad regimen animarum, vel in Prælatum alicujus Eccleſiæ collegiatæ, ſive plebis tempore ſuæ confirmationis, & in ipſa confirmatione ſcilicet immediate poſt eam habitam, & receptam ipſi confirmatori, vel Diœceſis Aquenſis Epiſcopo, ſeu vices ejus gerenti præſtet hujuſmodi juramentum. Illi vero, qui ad ipſa regimina, ſeu curas aſſumpti ipſum juramentum minime præſtiterunt, infra menſem a die præſentis publicationis præſtare procurent; qui vero in ipſo præſtando inobedientes fuerint, ſeu rebelles ex nunc a Divinis officiis, & rectoria, & adminiſtratione ſibi commiſſa uſque ad ſatisfactionem condignam ſuſpendimus in hiſce ſcriptis. Forma vero ipſius juramenti præſtandi dignoſcitur eſſe talis. Ego N. Archipresbiter talis Eccleſiæ, ſeu plebis, ſeu Rector, & Miniſter parochialis Eccleſiæ talis loci Aquenſis Diœceſis promitto, & juro ſuper hæc ſancta Dei Evangelia, quod ab hac hora, & antea fidelis, & obediens ero vobis D. N. Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, veſtriſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, & Aquenſi Eccleſiæ, & quod non ero in conſilio, neque in facto, ut vos, vel ipſi vitam perdatis, aut membrum, vel capiamini mala captione, vel contra honorem, vel ſtatum veſtrum, vel jura Aquenſis Eccleſiæ, ſeu Epiſcopalis menſæ, & quod ad hæc defendenda pro poſſe adjutor ero contra omnes perſonas, & univerſitates ſalvo ordine meo. Conſilium quod mihi vos vel ipſi, aut per literas, ſeu per nuncium, vel per vos ipſos manifeſtabitis, in veſtrum, vel ipſorum damnum nulli pandam. Vocatus ad Synodum veniam, niſi impedimento canonico impeditus fuero; officiales veſtros, & nuncios quos certos eſſe cognovero in eundo, & redeundo tractabo condecenter, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Contra vos, ſeu Epiſcopalem menſam, ſeu Aquenſem Eccleſiam favorem injuſte, vel conſilium nulli dabo: bona immobilia, vel jura perpetua Eccleſiæ mihi commiſſa non alienabo, ſine veſtra, vel ſucceſſorum veſtrorum licentia ſpeciali. Sic Deus me adjuvet, & hæc ſacroſancta Dei Evangelia.

De forma cautionis præſtandæ a publico uſurario, & qualiter Sacerdos erga ipſum uſurarium ſe debeat gerere.

XVIII. Sacrorum canonum traditionibus inhærentes ſtatuimus, quod nullus Clericus aliquem manifeſtum uſurarium ad Eccleſiaſticam recipiat ſepulturam, vel ipſius ſepulturæ interſit, niſi ipſe uſurarius primo uſuras reſtituerit, vel idoneam cautionem præſtiterit, & promiſerit ſolemniter de ipſis uſuris reſtituendis, vel alius pro eodem ſecundum formam inferius denotatam, & in eis manibus primum dederit libros rationum ſuarum, & inſtrumenta debitorum ſuorum, & perceptorum, quæ habuit ipſe uſurarius . . . . . Addimus decernentes quod ipſe uſurarius non recipiatur ad Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi promiſerit præſtare ſibi cautionem in genere de reſtituendis uſuris, nec in ſecuritatem exprimatur certa ſumma, ſeu quantitas uſurarum, aut per ipſum uſuratium, vel taxetur per ipſum Presbiterum, & ipſi conſignentur quaterni, & libri, & inſtrumenta perceptorum, & debitorum, & nominum ipſorum, & caveat Presbiter ipſe, ne per eum, nec per ipſum uſurarium taxetur minor quantitas, quam credatur veriſimiliter per uſurarium extortam fuiſſe, ſciens ipſe Presbiter ſe ad reſtitutionem ejus, quod minus taxatum fuerit teneri, & poſſe rationabiliter conveniri. Clericos vero delinquentes contra præſentem conſtitutionem a Divinis officiis, & a beneficiis Eccleſiaſticis uſque ad ſatisfactionem condignam

ſuſpendimus in hiſce ſcriptis. Etſi modo prædicto non dederit juret, quod dare non poteſt, & quod attendet, & obſervabit omnia ſupradicta. Presbiter vero nobis infra menſem notificet de male ablatis in cunctis legatis, ſeu legandis per aliquos, quæ aſcendunt ultra ſolidos decem Aſtenſes. Contra negligentes vero, & inobedientes in hoc ad pœnas legitimas procedemus. Copiam vero conſtitutionis præſentis præcipimus per quemlibet Prælatum, & Miniſtrum infra menſem exigi, & haberi.

Quod aliqua perſona, quæ non ſit oriunda de Civitate, & Diœceſi Aquenſi, non eligatur ad curam animarum.

XIX. Inſuper ne perſonæ ignotæ introducantur ad Eccleſiarum curam, vel regimen animarum ſtatuimus, & firmamus, quod aliqua perſona non oriunda, vel quæ beneficiata non exiſtat in Civitate, & Diœceſi Aquenſi non eligatur ad aliquam dignitatem, administrationem, vel rectoriam alicujus Eccleſiæ, niſi primo ſuper hoc a nobis, vel noſtro generali Vicario de tali perſona eligenda prius petita licentia, & obtenta, electio vero aliter obtenta ex nunc ſit irrita, & inanis, & electores eligendi poteſtate illa vice privati. Addentes huic ſanctioni, quod quilibet, qui eligetur de cetero ad alicujus Eccleſiæ adminiſtrationem, ſeu rectoriam, vel dignitatem per ſe, vel per alium, aut electores ejuſdem confirmationem ipſius electionis a nobis, vel a noſtro Vicario a die, quo electus fuerit petere, & obtinere ſtudeant infra menſem. Ubi vero electus, & electores in hoc extiterint negligentes, ipſe electus a jure ſibi ex electione quæſito, & electores eligendi poteſtate illa vice ex nunc noverint ſe privatos. Adhuc & providimus, quod filius, ſive legitimus, vel illegitimus fuerit ad beneficium, canonicatum, vel præbendam, quam immediate in Eccleſia aliqua obtinuit, pater ejus non poſſit eligi, vel aſſumi. Et quod nullus eligatur ad canonicatum, vel præbendam ſecularis Eccleſiæ illegitimus, in qua rectoriam, vel præbendam obtinet pater ejus, electionem vero aliter factam, in aliquo duorum caſuum proximorum ex nunc decernimus nullius exiſtere firmitatis, eligentes contra hoc eligendi illa vice omni poteſtate privantes. Nullus inſuper canonicatum, vel præbendam in aliqua plebe, vel plebania obtinens, ſeu in aliqua Eccleſia plebatus alicujus plebis ad aliquam præbendam, adminiſtrationem, vel beneficium alicujus Eccleſiæ plebatus plebis ejuſdem prima retenta eligi valeat, illamque retinere ſine noſtra licentia ſpeciali. Delinquens vero in hoc ipſo ſtatuto prima præbenda, & beneficio ſit privatus.

Quod aliquis Clericus non invadat poſſeſſionem alicujus præbendæ auctoritate propria.

XX. Plerumque namque contingit, quod aliqui fingentes malitioſe vacare beneficia, quæ non vacant, in poſſeſſionem vivorum, & poſſidentium ſe introducunt: aliqui vero Eccleſias, & Eccleſiaſtica beneficia auctoritate propria, & ſine inſtitutione Canonica invadere, & poſſidere illicite non verentur, præſente conſtitutione ſancimus, quod aliquis Clericus cujuſvis conditionis, ſive ſtatus exiſtat poſſeſſionem alicujus Eccleſiæ, beneficii, vel præbendæ, ſeu ipſam Eccleſiam, vel præbendam auctoritate propria, ſeu ſine inſtitutione canonica non detineat, vel occupet, ſeu ingrediatur de cetero quoquo modo, vel poſſeſſionem ipſam apprehendat, vel in ea patiatur aliquatenus ſe induci, vel aliquatenus detinere altero veniente ipſius poſſeſſore, & ..... immediatum ſuperiorem, vel judicem competentem, vel ejus auctoritate inſtituto, vel in poſſeſſionem inductam, niſi primo ille poſſeſſor amotus prius fuerit, vel privatus per judicem competentem, vel renunciaverit expreſſe, vel tacite, & legitime juri ſuo, vel ipſo poſſeſſore, & ibi fuiſſet ipſo jure privatus poſt ſuam inſtitutionem inrequiſito, & non citato legitime coram judice competenti, & ejus rationibus auditis, ſi quas voluerit oſtendere ad probandum ſe ipſum beneficium canonice poſſidere. Contra vero poſſeſſionem aliquorum præmiſſorum cujuſcumque beneficii Eccleſiaſtici apprehendentes, vel ſibi dari patientes, aut a ſex menſibus citra aliter .... etiam detinentes, ex nunc in his ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, & aliis beneficiis perpetuo ſuſpendimus, & privamus: poſſeſſionem vero contra hæc tradentes a Divinis officiis ſuſpendimus in his ſcriptis.

Quod aliquis Clericus, qui in excommunicationis vinculo ſuperſederit ultra ſex menſes non percipiat reditus, vel proventus Eccleſiæ ſuæ.

XXI. Quia nonnulli Clerici pertinaci malitia excommunicationem, ſeu ſuſpenſionem, vel Eccleſiaſticum interdictum diu in animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum animis ſuſtinent induratis, præſenti ſanctione firmamus, quod quicumque Clericus in quovis ordine conſtitutus excommunicationis, & ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſententiam in ſe latam a competenti judice vel canonice conſtitutam ultra ſex menſes ſuſtinuerit animo pertinaci a die, quo in Eccleſia aliqua, vel publico loco denunciatus fuerit per judicem competentem, vel ejus auctoritate excommunicatum fore, ſuſpenſum, vel interdictum, & non curaverit cum effectu abſolutionem illius obtinere, ex nunc omni beneficio Eccleſiaſtico ſit privatus ad alia ſine noſtri ſuperioris diſpenſatione, vel noſtra minime admittendus. Clericos vero, Rectores, & Prælatos, qui beneficiis Eccleſiaſticis privabuntur ſententialiter, vel ab anno citra privati fuerint per judicem legitime, ſeu renunciaverint illis canonice, qui illa ſibi de cetero uſurpabunt vel per ſe, vel per alios percipient non reſtituti aliquatenus reditus ex iiſdem, vel quorum parentes, ſeu conſanguinei reditus ex illis percipient, vel ea aliquatenus occupabunt, de quibus non eſt verifimile, quod contra ipſorum Clericorum voluntatem, & præter ipſorum conſcientiam talia attentent, ex nunc omnibus beneficiis Eccleſiaſticis perpetuo ſuſpendimus, & privamus ipſos ad alia beneficia obtinenda ſine diſpenſatione inabiles judicantes.

Digitized by Google

Quod aliquis Clericus non teneat concubinam, & habitam ejiciat, nec Presbiter filium illegitimum ſecum teneat.

XXII. Erubeſcant impii, & intelligant judicium Spiritus S., eos, qui ad Clerum, ſeu in ſortem Domini ſunt vocati, vel impoſterum aſſumentur, ſi caſte non vixerint ab omni eorumdem dignitate graduum excludendos, ea propter in præſenti Synodo ſancimus, ſtatuimus, & firmamus, quod aliquis Clericus ſoçularis, vel regularis, ſeu perſona Eccleſiaſtica veſtræ Civitatis, & Diœceſis Aquenſis in domibus alicujus Eccleſiæ, vel aliis, in quibus habitaverit ſecum, vel alibi publice retineat, vel habeat concubinam, ex quo facto poſſit ſcandalum, vel murmuratio parochialis, vel in populo generari, vel redundare in opprobrium hoc valeat ordinis clericalis, contra facientes vero aliqualiter in præmiſſis ex nunc in hiſce ſcriptis beneficiis Eccleſiaſticis ſuſpendimus, & privamus: qui vero concubinas habent ad præſens illas infra menſem poſt harum publicationem a ſe removeant, illas de cetero minime admiſſuri, nec illas aſſumere in Eccleſiarum ſuarum converſas, vel Deo dicatas recipere aliquo vocabulo non præſumant, alioquin pœnam prædictam eos incidere volumus ipſo facto. Statuentes quod aliquis Clericus filium, ſeu filios illegitimos ſecum aſſidue in eadem domo, vel habitatione non permittat, vel faciet commorari, vel ſibi aliquatenus miniſtrare. Contra facientes vero in aliquo duorum caſuum præmiſſorum, vel ſibi ex nunc in ſolidos centum Aſtenſes vice qualibet Epiſcopali curiæ condemnamus in pios uſus, ut nobis videbitur convertendis. Præſtantes vero denarios ad uſuram, ſeu uſurarum gems aliquod, vel per ſe, vel per alios exercentes, lucra enormia, & prohibita publice aſſumentes, vel extorquentes, aut inſtrumenta de iis conficientes a beneficiis Eccleſiaſticis uſque ad ſatisfactionem condignam ſuſpendimus in hiſce ſcriptis, & in ſolidos centum Epiſcopali curiæ vice qualibet condemnamus.

Quod aliqui Prælati, vel Miniſtri Eccleſiarum non vendant, nec diſtrahant immobilia, nec theſauros ſuæ Eccleſiæ, neque locent ultra novem annos.

XXIII. Inſuper ſtatuimus, & firmamus, quod nullus Prælatus regularis, vel ſecularis, Rector, Clericus, Canonicus, Presbiter, vel Miniſter, nullaque perſona Eccleſiaſtica aliquam rem immobilem, vel jura, vel juriſdictiones ſuæ Eccleſiæ, vel alterius, ſeu calicem, vel libros, ſeu aliquid de theſauris Eccleſiæ alienare, vel pignorare, ſeu permutare, vel aliter diſtrahere præſumat, ſeu dare ad fictum, vel aliquam locationem facere de aliquo ex iiſdem ultra novem annos abſque noſtra, vel noſtri Vicarii generalis licentia ſpeciali. Contra facientes vero ex nunc uſque ad ſatisfactionem condignam Divinis officiis ſuſpendimus in hiſce ſcriptis.

De non falſificando ſigilla, literas, monetam, vel teſtimonium, & de ſerutis, & rixis clericorum.

XXIV. Ut viam malitiis hominum, ſeu prout eſt poſſibile præcludamus in præſenti Synodo omnes Clericos, & Laicos cujuſcumque conditionis, dignitatis, aut ſtatus exiſtant publice, & peremtorie admonemus, quod nullus de cetero alicujus Prælati, vel Domini, ſeu perſonæ alterius ſigillum falſificet, literas, vel ſcripturas, aut monetam, vel falſum ſcienter in alterius præjudicium teſtimonium ferat, vel conficiat inſtrumentum falſum, vel ſcienter utatur falſificatis, nec falſum in judicio faciat ſacramentum, vel incendium faciat, ſeu ignem malitioſe apponat in præjudicium alterius, vel jura, ſeu juriſdictiones, ſeu honores, vel præmobilia, vel affictus, vel penſiones, vel cenſus alicujus Eccleſiæ inducat, vel uſurpet, vel occupet, ſeu detineat illicite, vel injuſte. Contra facientes vero, vel fieri mandantes, vel conſulentes in aliquo præmiſſorum ex nunc in hiſce ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, Clericos vero, & Eccleſiaſticas perſonas, qui rixam, aut meſclantiam, ſeu ferutam, vel rumorem fecerint, vel damnum, aut injuriam verbis, dictis, vel factis in aliquem irrogaverint ex nunc pro quolibet præmiſſorum exceſſuum in tanta quantitate pertinere Epiſcopali curiæ ſtatuimus, & condemnamus, & ex nunc etiam condemnamus in quanta condemnaretur Laicus ſimile perpetrans in civitate Aquenſi per judicem ſeculare juxta ſuorum ſeriem ſtatutorum ecc.

Quod quilibet Clericus oſtendat D. Epiſcopo Aquenſi jura ſua, qualiter teneat Eccleſiam aliquam, vel prebendam.

XXV. Quia vero nulli Clerici, & Prælati non per oſtium, ſed aliunde intraverunt Eccleſiam, & prebendas, volentes animarum periculis in præſente Synodo obviare, quoslibet Prælatos, Canonicos, Clericos, Presbiteros, & Miniſtros pro Prælatis, & Miniſtris, ſeu Clericis, & Canonicis alicujus Eccleſiæ gerentes, qui Eccleſiam, vel prebendas a quindecim annis citra aliqualiter ſint adepti, vel poſſeſſiones ipſarum ſint pacifice conſecuti, coram nobis de ſua inſtitutione Canonica, & titulo Canonico, vel Vicario noſtro, quo ipſas Eccleſias detinent, vel prebendas infra duos menſes poſt præſentis ſtatuti publicationem faciant plenam fidem, quos eis pro termino peremtorio aſſignamus, non facientes vero plenariæ ipſam fidem, vel facientes infra ipſum terminum, ſed non de inſtitutione Canonica, & titulo Canonico, vel cauſam rationabilem infra ipſum terminum non probantes, quod fidem ipſam non fecerint, ex nunc pronunciamus eoſdem jus aliquod in ipſis Eccleſiis, & prebendis non habere, ipſaſque vacare, & poſt ipſum terminum poſſe, & deberi conferri aliis perſonis ipſas Eccleſias, & prebendas. Inſuper publice, ac peremtorie admonemus omnes Prælatos regulares, & ſeculares, Canonicos, Capitula, & Conventus in noſtra Civitate, & Diœceſi aliquas Eccleſias, & præcipue parochiales detinentes, qui illas ad ſuarum collationem, inſtitu-

institutionem, vel ordinationem ex privilegio sedis apostolicæ, vel prædecessorum nostrorum concessione, seu modo, vel ad se, vel ad suas Ecclesias asserunt pertinere, non vero residentes ad illas infra duos menses post harum publicationem coram nobis, vel Vicario nostro fidem faciant plenam, seu legitimam de canonica concessione, & justo titulo, quibus ipsas Ecclesias ad se, vel ad suas majores domos, & canonicatus, seu Ecclesias asserunt pertinere, & a jurisdictione, & ordinatione Diœcesis Aquensis Episcopi eas esse liberas, & immunes, alioquin ex nunc decernimus ipsas Ecclesias posse, & debere per Aquensem Ecclesiam, & per Præsidentem in illa, sicut alias Ecclesias suæ Diœcesis non examptas ab eo libere ordinari, & personas instituti in eisdem, sine contradictione aliqua detinentium, & asserentium illas ad suam ordinationem, & dispensationem, aut ad se plenarie, vel aliqualiter pertinere. Sub excommunicationis pœna etiam inhibemus, quod nullus monacus, vel canonicus regularis parochiam, vel populum regat alicujus Ecclesiæ nostræ Civitatis, vel Diœcesis eidem indistincte ministrans Ecclesiastica sacramenta, ubi ipsa parochia non est exemta, qui auctoritate sedis apostolicæ, vel prædecessorum nostrorum ipsi parochiæ minime sit Præfectus; vel non per nos præficiatur eidem, & sibi cura populi commitatur. In contrafacientes vero excommunicationis sententiam proferimus in hisce scriptis, sub excommunicationis pœna etiam injungentes parochianis iisdem, qui aliter instituto nostro percipiant sacramenta, vel divina officia audiant ab eodem.

Quod aliquis Clericus prætextu alicujus electionis de se facta non invadat possessionem alicujus Ecclesiæ, vel præbendæ absque confirmatione, & investitura Domini Episcopi.

XXVI. Cum Ecclesiastica beneficia sine institutione canonica non valeant obtineri, & absque Diœceseos Episcopi, vel ejus officialis licentia nullus Ecclesiam debeat introire, tenore præsenti statuimus, & sancimus, quod quisque Clericus prætextu alicujus electionis, receptionis, vel collationis factæ de ipso, aut in ipsum ad aliquam Ecclesiam, Canonicatum, beneficium, vel præbendam nostræ Civitatis, vel Diœcesis, possessionem alicujus Ecclesiæ, dignitatis, rectoriæ, vel præbendæ absque Diœcesis Aquensis Episcopi, vel ejus Vicarii generalis, seu Aquensis capituli Episcopali sede vacante confirmatione, aut investitura, seu collatione, vel licentia, seu auctoritate apprehendere, vel ingredi, seu apprehendendas in futurum retinere de cetero non præsumat, nec ingerere se aliquatenus ad eamdem, salva semper sedis apostolicæ, ejusque legatorum, & superiorum nostrorum auctoritate, nec non jure, & auctoritate quorumcumque Prælatorum, & aliorum, ad quos spectaret institutio plenaria aliquarum Ecclesiarum, & præbendarum ex legitima concessione, seu privilegio, vel consuetudine rationabili, & præscripta. De qua consuetudine, privilegio, & concessione præcipimus, & statuimus per quoscumque asserentes easdem, vel ab eis alterum se habere infra duos menses a præsentis publicationis die coram nobis, vel Vicario nostro fieri plenam fidem. De qua in ipsum terminum plena fide non facta nobis, per eos declaramus, seu decernimus ad eos potestatem instituendi plenarie, & sine auctoritate nostra ut prædicitur minime obtinere. Aliter vero, quam, ut præmittitur possessionem ingredientes, vel apprehendentes, & detenturos, ac tradituros, ac tradentes eandem . . . . . ut præmittitur non invitos ex nunc in hisce scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & talem possessionem, & apprehensionem, & traditionem statuimus effectum aliquem non sortiri, & occupationem illicitam nuncupandam.

Quod aliquis Clericus prætextu aliquarum literarum non debeat apprehendere possessionem alicujus beneficii, nisi primo literas ostenderit Domino Episcopo.

XXVII. Quia sæpe contingit, quod aliqui prætextu literarum, quas a superiore aliquo asserunt impetrasse super beneficiis, & Ecclesiis obtinendis, vel super collationibus, & provisionibus sibi factis, aut etiam faciendis ipsas Ecclesias, & præbendas occupant, & invadunt in possessionem illarum se facientes induci illarum literarum prætextu, quæ plerumque falsitatis vitio convinci possunt, vel quæ nunquam fuerunt eis concessæ, talium volentes fraudibus obviare statuimus, & firmamus, quod nullus prætextu literarum, quas asserit se ab Apostolicæ sedis auctoritate, seu ab alio impetrasse super Ecclesiis, vel beneficiis obtinendis illarum Ecclesiarum, vel beneficiorum, possessionem nullatenus adprehendat, vel in illam permittat, vel faciat se induci, nisi primo literas illas qualitercumque sint coram nobis, vel Vicario nostro exhibuerit, & & ostenderit, & dederit ad legendum, videndas, & examinandas, utrum falsæ, vel veræ existant, & coram nobis primo expositio, qualiter vacant illa beneficia, & Ecclesiæ, quarum possessionem intendunt adprehendere, & nanciscí. Aliter vero ipsam possessionem adprehendentes ex nunc excommunicationis vinculo in hisce scriptis innodamus, eosque invasores, occupatores illicitos decernentes, & capitula, & clericos illarum Ecclesiarum ad tractatus communes minime admittendos.

De appellatoribus in causis Ecclesiasticis.

XXVIII. Ut illorum malitiis obvietur, qui prætextu appellationis intendunt causas, & negotia plus debito prorogare causa subterfugii appellantes, statuimus, & firmamus, quod si appellans in termino sibi præfixo competenti per judicem, a quo appellavit, & ut compareat coram ipso super appellatione illa responsionem vel apostolos recepturus, vel appellationem interpositam non fuerit persecutus intra terminum competentem ad ejus prosecutionem, sive ad iter arripiendum, vel se præsentandum coram superiore per judicem, a quo appellavit, vel ipsi judici non fecerit fidem, quod ipsam prosecutus fuerit tempore ordinato per illum intra competentem terminum ad hoc per ipsum judicem

ordinatum. Judex, a quo appellavit, contra ipsum appellantem, & in ipsa causa, & negotio procedere possit, ac si non fuisset appellatum, & intelligatur appellans ipso facto appellationi renunciasse prædictæ.

Quod nullus Clericus, vel Laicus audeat spoliare, vel spoliari facere aliquem beneficiatum ex beneficio Ecclesiastico.

XXIX. Ut spoliationibus, & amputationibus, ac violentiis opportunitas subtrahatur, statuimus, quod nullus cujuscumque ordinis, aut status extiterit, aliquem Prælatum, vel Clericum institutum, vel inductum in possessionem, seu postquam fuerit institutus in aliqua Ecclesia, Canonicatu, vel beneficio per ordinarium provisorem, vel auctoritate alicujus Judicis, Prælati, vel Capituli competentis, ipsa Ecclesia, beneficio, vel præbenda spoliare præsumat, vel facere, seu consentire per aliquem spoliari, vel ejus privari auctoritate propria, vel Judicis non competentis, vel illam invadere, seu detinere illo per sententiam juris, vel constitutionis, aut competentis Judicis non privato. Clericos vero in horum aliquo delinquentes in hisce scriptis excommunicamus, & propriis beneficiis privamus perpetuo aliis personis idoneis conferendis. Laicos vero excedentes in aliquo præmissorum excommunicamus, & inabiles decernimus ad Ecclesiastica beneficia obtinenda.

De registro faciendo, & consignando de omnibus terris, possessionibus, & reditibus universis quarumlibet Ecclesiarum Diœc. Aquensis.

XXX. Quoniam onus pluribus imminens, dum supra vires cujuscumque imponitur levius supportatur, & plerumque fodra, talea, & collectæ per Aquensem Clerum, Civitatem, & Diœcesim propter diversa onera persolvantur, nolentes, quod nulla Ecclesia in ipsorum contributione plus debito aggravetur, statuimus, & firmamus, quod quilibet cujusvis Ecclesiæ sive regularis, sive secularis, aut alterius pii loci Prælatus, sive ejus vices gerens illo in remotis agente, cum sui capituli consilio, & consensu, vel majoris partis ejusdem infra duos menses proximos post publicationem præsentium conscribat, aut in scriptis reddi faciat fideliter sine fraude omnes terras, & possessiones cultas, & quæ coluntur, & in quibus seminatur per se, & vineas per se, & prata similiter ..... castagneta, nemora distincte per se, nec non molendinorum, & aliorum reditus, decimas, possessiones, pensiones, & annuos census, declarando, & conscribendo quantitates grani, blavæ, vini, fœni, castanearum, & fructuum nemorum, censuum, & pensionum, ac reditus decimarum, quæ possunt per ipsam Ecclesiam annis singulis uno anno alterum coadjuvante ex illis distincte percipi, nec non quantum potest ex reditibus parochiæ in oblationibus, & similibus percipi æstimatione communi quolibet anno bona fide dicendo, & prædicta sint conscripta per ipsum Prælatum nobis, vel nostro Vicario generali infra duos menses in scriptis exhiberi, & idem observari præcipimus, & mandamus per Rectores, Cappellanos, Ministros aliarum Ecclesiarum Prælatum non habentium, & per singulos Clericos, & beneficiales Ecclesiarum Ministros non . . . . . vel Prælatos, ac per Rectores cujuslibet religiosi, vel alterius pii loci. Quoslibet vero in his fraudem committentes, vel delinquentes scienter, vel ex negligentia, seu ignorantia non excusanda, & damnanda in hisce scriptis excommunicationis vinculo innodamus, ipsos in libris XXV. Astensibus Episcopi curiæ condemnantes. Statuentes, & confirmantes, quod per modum accusationis, vel inquisitionis, denunciationis contra tales transgressores, seu occultatores procedi possit ex vigore præsentis constitutionis summarie sine datione libelli solemnitate judiciorum strepitu, & figura, & omni judiciario ordine prætermisso ad veritatem inveniendam, & ad pœnas infligendas, & condemnationes faciendas, & ad ipsas etiam exigendas, & ad executionem omnimodam earumdem.

Quod Sacerdotes excepto die Natalis Domini necessitate cessante Missam in die non celebrent, nisi unam.

XXXI. Quamvis a S. Patribus sit statutum, quod cuilibet Sacerdoti sufficiat, die Natalis Domini excepta, Missam unicam celebrare in die, necessitate cessante, aliqui tamen lucris temporalibus inhiantes duas celebrare indistincte præsumunt. Quapropter statuimus, & firmamus, quod nullus Presbiter duas Missas in die celebrare præsumat pro aliquo lucro, seu commodo temporali, vel pro acquirenda gratia Laicorum, ex quo necessitas non exposcit. Contra facientes vero vice qualibet in solidos viginti Astenses condemnamus.

Quod quilibet ex Canonicis Aquensis Ecclesiæ residentiam non faciens apud ipsam Ecclesiam, medietatem fructuum, & redituum, quos ex ipso canonicatu percipiet, assignare debeat in communi ipsius Ecclesiæ.

XXXII. Quum Aquensis Ecclesia nimium sit Ministrorum solatio destituta non habens Canonicorum numerum nimis magnum, & decem Canonicorum numero solummodo ab antiquis temporibus ordinata, & totidem præbendarum, ex quibus plures residentiam per se, vel per alios non faciant apud illam, & per aliquem ex ipsis decem canonicis in sacerdotio assidue, excepto dumtaxat de Archipresbitero minime . . . . . quamquam propter officium Ecclesiasticum beneficium conferatur, propter quæ & scandalum generatur in populo, & ipsa Ecclesia plerumque officiis defraudatur, aliquoties vero non sic solemniter celebratur propter hæc divinum officium ut deceret, aliquibus mansionariis non extantibus, seu Clericis aliis quasi, aliquibus in Ecclesia prælibata; ea propter necessitati, & honestati, ac divinorum celebrationi ipsius Ecclesiæ volentes salubriter providere, ordinamus, providemus, & firmamus constitutione præsenti,

quod dimidia pars redituum singulorum Canonicorum ad ipsos pertinentium ipsius Ecclesiæ ratione singulis annis deveniat, & libere dimittatur per eos in communi Ecclesiæ prælibatæ, quibus apud ipsam Ecclesiam residentiam non fecerint per sex menses anni cujuslibet. Ex quibus reditibus sic deveniendis, & permittendis in communi volumus, statuimus, & firmamus provideri Cappellanis, Custodibus, aliisque Clericis ad obsequium Ecclesiæ assumendis, per quos vices absentium in divinis officiis supleantur, & in prædictæ Ecclesiæ ornamentis, & quod de mense septembris, seu octobris quilibet ex Canonicis ipsius Ecclesiæ, qui non fecerit residentiam per sex menses anni præcedentis . . . . . septembris ipsam dimidiam partem per se, vel per alium ipsi Communitati, seu Massariis dictæ Ecclesiæ assignare, & dimittere plene studeat cum effectu, nihil de ipsa dimidia parte sibi per se, vel per alium retinens, vel approprians. Contra facientes vero in aliqua sui parte ex nunc in hisce scriptis excommunicamus, eosdem privantes perpetuo ipso facto canonicatibus, & præbendis, quos obtinent, vel obtinebunt in ipsa Ecclesia aliis personis libere conferendis, si ultra menses octo excommunicationem sustinuerint animo indurato non obtinentes absolutionem præmissa satisfactione debita de subtractis, & contumacia, & contemtu. Addentes, quod medietas redituum assignetur, & libere dimittatur Massario, qui pro tempore fuerit ejusdem Ecclesiæ pro uno pallio, vel alio ornamento divino cultui deputando. Singulos vero Canonicos, qui recipient, & assequentur præbendas canonicales de cetero in ipsa Ecclesia infra mensem, post quam præbendam . . . . . fuerint assecuti, & certificati de constitutione præsenti præstare volumus, & præcipimus in pleno capitulo ipsius Ecclesiæ juramentum per se, vel per alium procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem de ipsa medietate redituum pro ipso pallio dicto Massario assignando, seu libere dimittendo, & quod medietatem redituum suæ præbendæ dimittet in communi ipsius Ecclesiæ omni anno, & assignabit si non fecerit ibi residentiam per sex menses. Siquidem præstare infra terminum ipsum contemserit, ex nunc eundem in hisce scriptis excommunicamus, eundem canonicatu, vel præbenda dictæ Ecclesiæ privantes perpetuo, si excommunicationem ipsam per menses novem animo sustinuerit indurato.

Quod nullus patersamilias laicus recipiatur ad Ecclesiasticam sepulturam, nisi primo ipse, vel alius pro eo promiserit, & cautionem dederit de persolvendis decimis, & primitiis.

XXXIII. Ecclesiarum indemnitatibus, & animarum periculis volentes salubriter obviare, cum nihil interfit detinere injuste, vel in damnum alienum statuimus, & firmamus sub excommunicationis pœna etiam inhibentes, quod aliquis Presbiter, vel Prælatus, seu Clericus aliquem laicum sui juris existentem, seu exemptum a patria potestate non recipiat de cetero ad Ecclesiasticam sepulturam, nec illius sepulturæ interfit, nisi primo promiserit, & responderit de decimis, & primitiis, & plenam cautionem fecerit in manu Presbiteri, vel Rectoris ipsius recipientis, & stipulantis vice, & nomine ipsius Ecclesiæ, & Episcopalis Aquensis curiæ obbligando perfecte ipsi omnia bona sua, & constituendo ea se ab eo jure . . . . . possidere pro iis attendendis, quod ipsi Ecclesiæ satisfaciet ad plenum de omnibus decimis, & primitiis per eum subtractis, & de stando super his ipsorum præcepto simplici faciendo sine strepitu, & figura, & ordine aliquo judiciorum, & renunciando omni exceptioni, & appellatione super his, & ipsorum occasione, vel ubi alius pro eo, si ille fuerit morte proventus fecerit hujusmodi cautionem. Contra vero facientes in aliquo præmissorum in 100. solidos Astenses vice qualibet Episcopali curiæ condemnamus, nisi aliter fuerit ipse Presbiter in concordia cum eodem.

Quod nullus Clericus, vel Canonicus alicujus Ecclesiæ, ubi non est aliqua distincta præbenda non invadat auctoritate propria aliquas terras, vel jura ipsius Ecclesiæ pro sua præbenda.

XXXIV. Insuper providemus, quod quilibet Prælatus, & Rector, seu Minister alicujus Ecclesiæ, seu plebis habentis Clericos, seu Canonicos plures, ubi non sunt distinctæ præbendæ, aut reditus, unam præbendam competentem Clericis ipsius Ecclesiæ consideratis facultatibus, & expensis exhibeat ex ipsius Ecclesiæ reditibus tempore competenti. Et quod nullus Clericus, vel Canonicus alicujus Ecclesiæ, seu plebis, ubi non sunt distinctæ præbendæ, in dictis terris, seu possessionibus auctoritate propria, ubi sibi assignetur per ipsius Ecclesiæ Prælatum, vel Ministrum pro sua præbenda non occupet, vel detineat nec usurpet per se, vel per alium terras aliquas, seu jura, sine nostra speciali licentia, vel suo nomine obtineri, vel invadi aliquatenus patiatur. Contrafacientem vero Clericum, & Canonicum in his scriptis excommunicamus, Prælatum vero, & ministrum pœna debita puniemus.

Anno Domini millesimo CCCVIII., indictione VI., die Mercurii decima aprilis.

Statuta, & ordinamenta pro Canonicis majoris Eccl. Alex. Ex MS. Tabularii ejusd. Eccl.

M C C C X X I V. 32

In Nomine Domini. amen. Ad memoriam futurorum, & certitudinem præsentium notum sit universis, & singulis præsentem paginam inspecturis, quod nos Eusebius de Tronzano Ecclesiæ Vercellensis generalis Vicarius reverendissimi in Christo Patris, & DD. fratris Aitardi Dei, & Apostolicæ sedis gratia Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopi nostri ab eodem in civitate, & diœcesi Alexandriæ, nec non in aliis civitatibus provinciæ Mediolanensis auctoritate Apostolica, & Metropolitica visitator generaliter constitutus jure præfato; auctoritate prædicta juxta pastoralem sollicitudinem

ejuſdem viſitatoris officii Ven. . . . . Odoni de Guaſchis Archidiacono Alexandriæ ordinario civitatis Alexandriæ, nec non D. Franciſco de Putheo cantori, ac canonicis, & capitulo Eccleſiæ Alexandrinæ, tam in capite, quam in membris, & invenimus multa, varia, & diverſa circa ſtatuta, & reformationes ipſius Eccleſiæ ſpiritualiter, & temporaliter reformanda, ſtatuenda, & ordinanda, ſuper quibus volumus colloquium habere, ac maturam deliberationem, & tractatum cum prædicto Domino Archidiacono, qui ordinariam juriſdictionem, & auctoritatem obtinet, & Epiſcopales vices gerit in civitate, & diœceſi Alexandrina, qui nobis ſuam ordinariam auctoritatem, ac cum cantore, canonicis, & capitulo, qui & ſuper his omnibus, & ſingulis, quæ ſtatum ipſius Eccleſiæ reſpicerent, reformandi, ſtatuendi, & ordinandi, prout ad eos pertinet, plenariam poteſtatem, & auctoritatem contulerunt, & attribuerunt, ut conſtat per inſtrumentum publicum manu mei Notarii hodierna die confectum. Ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, ac Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis, ſub cujus vocabulo dicta Eccleſia eſt inſignita, auctoritate Apoſtolica, & metropolitica, qua fungimur, & ordinaria a præfato Domino Archidiacono Nobis, ut præmittitur, conceſſa, ac etiam auctoritate, & poteſtate ab ipſis cantore canonicis, & capitulo ſuper hoc nobis ſpecialiter, ac libere tradita, & conceſſa, ac jure ipſorum Archidiaconi, cantoris, canonicorum, & capituli, & de eorum conſcientia, & expreſſo conſenſu infraſcripta ſalutaria ſtatuta, ac ordinamenta in poſterum, auctore Deo, perpetuo valitura pro reformatione, ac ſtatu pacifico ejuſdem Eccleſiæ per ipſos Archidiaconum, cantorem, canonicos, & capitulum de cetero inviolabiliter ſervanda duximus ſtatuenda, & ordinanda. Quæ quidem ſtatuta, determinationes, & ordinamenta ab ipſis DD. Archidiacono, canonicis, & capitulo ex certa ſcientia, ut infra legitur, fuerunt approbata, admiſſa, & recepta, ac juramento firmata.

In primis ſiquidem auctoritate prædicta ſtatuimus, & ordinamus, quod in eadem majori Eccleſia Alexandrina ſit, & eſſe debeat trinusdenus canonicorum, & præbendarum numerus computatis præbendis, dignitatibus antiquis; ita quod per capitulum, & canonicos ejuſdem Eccleſiæ non poſſit aliquis ultra numerum prædictum in canonicos recipi tamquam habentes vocem in capitulo, nec eiſdem data, ſeu quotidianæ diſtributiones, quæ debent inter prædictos tredecim canonicos diſtribui, quocumque quæſito, ſeu ſimulato colore eidem aſſignari, ſeu ſi in eadem Eccleſia, etiamſi motu proprio capituli, ſeu quavis alia auctoritate ſub expectatione præbendarum recepti, ſeu quod reciperentur, inſiſterent, niſi prius eſſent canonici præbendati, ac præbendas ex prædictis tredecim canonice, ac pacifice aſſecuti.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod præbendæ, quas nunc tenent DD. Oddo de Guaſchis Archidiaconus, magiſter Dalmatius præpoſitus, & Franciſcus de Puth o cantor ſint, ac perpetuo eſſe debeant ipſis dignitatibus annexæ, ita quod vacantibus præbendis, quas nunc tenent dicti DD. Archidiaconus, præpoſitus, cantor, vel aliqua ipſarum, expectantibus nunc in eadem Eccleſia auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel legatorum ipſius, quibus non eſt acquiſitum jus in re, ſive ad rem, erunt de jure devolutæ, quod eo caſu præbendæ proximo loco in eadem Eccleſia nulli alii de jure debitæ vacaturæ ſint, & eſſe debeant ipſis dignitatibus Archidiaconatus, Præpoſituræ, & Cantoriæ unitæ, debitæ, & annexæ, & eas ſucceſſive primo Archidiaconus; 2. Archipresbyter ſecundum declarationem infraſcripti capituli: 3. Præpoſitus: 4. Cantor tamquam ſibi debitas, & eorum dignitatibus unitas, annexas, & affectas valeant acceptare, & ſibi vendicare, committentes Abbati ſancti Petri, & Archipresbytero ſanctæ Mariæ de Bergolio, & cuique ipſorum in ſolidum, ut ipſi, vel eorum alter, per ſe vel alium, ſeu alios auctoritate præfatæ conſtitutionis debeant, & poſſint ipſis DD. Archidiacono, Archipresbytero, præpoſito, cantori, ſucceſſive, ſive de ipſis præbendis nulli alii de jure debitis providere, ipſoſque in corporalem poſſeſſionem de dictis præbendis inducere.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod dicta prima præbenda in dicta Eccleſia vacatura nulli alii de jure debita ſit, & intelligatur eſſe annexa dignitati Archipresbyteratus, ita quod Archipresbyter, qui eſt, & qui pro tempore fuerit cum omnibus aliis juribus, & pertinentiis tamquam ſibi affectam, ac dictæ dignitati unitam, & adnexam ſibi valeat vindicare. Etiam Archidiaconus, præpoſitus, & cantor auctoritate capituli, & præſenti conſtitutione poſſint, & debeant ipſum Archipresbyterum talis præbendæ corporalem poſſeſſionem ſpiritualiter, & corporaliter inducere, ipſumque tamquam canonicum præbendatum vice capituli pertractare. Et ſi contingat talem præbendam prælato vacaturamesſe alicui auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel legatorum ipſius debitam, vel affectam, tunc præbenda in eadem Eccleſia ſubſequenter vacatura nulli alii de jure debita intelligatur eſſe ipſi dignitati Archipresbyteratus unita, & annexa, & eam, ut præmittitur, Archipresbyter etiam, qui pro tempore fuerit, ſibi poſſit, & debeat, valeat ſecundum modum ſupra expreſſum vindicare, ac ſibi facere aſſignare.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Archidiaconus, Archipresbyter, ac Præpoſitus, qui pro tempore fuerint, de cetero quavis auctoritate inſtituendi in Eccleſia antedicta eſſe debeant ſacerdotes, ac ſe facere ad ordinem ſacerdotii infra annum a die ſuæ promotionis computandum, legitimo ceſſante impedimento, promoveri, & donec fuerint in ſacerdotes promoti, miſſaſque in dicta Eccleſia ad majus altare conventualiter, ac publice celebraverint, nihil omnino de fructibus, proventibus, & reditibus ſuarum dignitatum, & præbendarum percipiant per ſe, vel ſubmiſſas perſonas; ſed penitus iidem fructus, reditus, & proventus in capitulum proveniant per miniſtralem, ſeu maſſarium capituli libere colligendi, & in ornamentis Eccleſiæ ſecundum diſpoſitionem Archidiaconi, & capituli infra annum convertendi.

Item provide attendentes, quod dignitas Archidiaconatus eſt in redditibus tenuis, & exilis, & quod Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, qui in dicta civitate, & diœceſi ordinariam obtinere dignoſcitur juriſdictionem, & poteſtatem . . . . . reſidendo apud ipſam Eccleſiam honorifice ſuſtentari nequeat, quod dignitates Archipresbyteratus, & Cantoriæ pari forma in annuis reditibus, & proventibus ſunt adeo tenues, & exiles, quod eorum reditibus, & proventibus reſidendo apud ipſam Eccleſiam non poſſint commode ſuſtentari, nec onera ſuarum dignitatum ſuſtinere, volentes ipſis dignitatibus, & prælaturis de opportuno remedio providere, cum dignum ſit illos aſſequi debere commoda, quæ rerum onera complectuntur, infraſcriptas rurales, & campeſtres Eccleſias ipſis dignitatibus, & prælaturis duximus cum omnibus earum juribus, & pertinentiis annectendas, & uniendas, videlicet dignitati Archidiaconatus Eccleſiam ſancti Nazarii de Appiano, & dignitati Archipresbyteratus Eccleſiam ſancti Naxarii de Megiarinis, & dignitati Præpoſituræ Eccleſiam ſancti Martini de Combono, & dignitati Cantoriæ Eccleſiam ſancti Euſebii de Lù Alexandrinæ diœceſis cum omnibus ſuis juribus, rationibus, & pertinentiis perpetuo ſint annexæ, & unitæ ipſis dignitatibus ſuperius memoratis. Et cedentibus ſucceſſive, vel decentibus miniſtris, & clericis, ſeu canonicis ipſarum Eccleſiarum, qui nunc ſunt in in dictis Eccleſiis inſtituti non dicantur, nec intelligantur per eorum deceſſum, vel ceſſionem ibidem beneficia vacare, nec loco ipſorum aliquis ſubrogetur, nec eligi, ſeu inſtitui poſſit, nec in dicta beneficia de cetero valeat præſentari, & ſi contra præſumtum eſt præſentis conſtitutionis irritum ſit, & inane, & nullius umquam firmitatis exiſtat. Sed ipſa beneficia ſucceſſive in ipſis Eccleſiis vacantia ad ipſas dignitates, quibus in ipſa Eccleſia unitæ ſunt, libere devolvantur & applicentur. Et qui ſunt, vel qui tunc præerunt ipſis dignitatibus Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Præpoſituræ, & cantoriæ ipſa beneficia vacantia cum omnibus eorum juribus, & pertinentiis ſibi præſentis auctoritate conſtitutionis valeant vindicare. Et iidem Archidiaconus, Archipresbyter, Præpoſitus, & Cantor teneantur onera in taleis & collectis ipſis Eccleſiis pertinentia ſupportare.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod in ipſa Eccleſia ultra præbendas dignitatibus annexas ſint de cetero, & eſſe perpetuo debeant quinque præbendæ ſacerdotales, tres diaconales, & tres ſubdiaconales, & ne dubitari poſſit, quæ ſint præbendæ ſacerdotales, diaconales, & ſubdiaconales, ſtatuimus, & declaramus, quod præbendæ, quas nunc tenent DD. Jacobus Ragleri, Antonius Guaſchus, Thomas de Alice de Guaſchis, & Jacobus de Guaſchis, ac Joſeph Vagus ſint ſacerdotales, ac perpetuo ſacerdotali ordini annexæ; & tres præbendæ quas nunc tenent DD. Franciſcus de Putheo Cantor, Gualvagnus Guaſcus & Manfredus Guaſcus ſint diaconales & diaconali ordini annexæ; eo quidem modo, quod canonici de cætero quavis auctoritate inſtituendi in dictis præbendis ſacerdotalibus, diaconalibus, & ſubdiaconalibus teneantur infra annum ſe facere ad ordinem ſuæ præbendæ annexum, ſeu quem ſua præbenda requiret, promoveri, & ſuam in dicto ordine in dicta Eccleſia facere ſeptimanam, & donec in ordine ſuæ præbendæ fuerint conſtituti, & in dicto ordine juxta morem Eccleſiæ prædictæ unam fecerint ſeptimanam, omnibus ex fructibus, reditibus, & proventibus ejuſdem præbendæ, ad quam aſſumtus fuerit, ſeu de quotidianis diſtributionibus, & aliis, quæ per capitulum Eccleſiæ dividentur, nihil omnino percipiat per ſe, vel ſubmiſſam perſonam, ſed fructus, reditus, & proventus ipſius præbendæ integre ſemper per miniſtralem, ſeu maſſarium capituli colligantur, & ad diſpoſitionem ipſius, nomine capituli, perveniat in ornamentis Eccleſiæ ſecundum diſpoſitionem Archidiaconi, & capituli, convertendi.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod vacantibus de cetero dictis præbendis ſacerdotalibus, diaconalibus, & ſubdiaconalibus nullus poſſit per capitulum ad ipſas præbendas ſacerdotales, diaconales, & ſubdiaconales eligi, recipi, ac inſtitui, niſi ſit talis, qui infra annum poſſit ad ordinem, quem unaquæque tunc vacans præbenda requiret, promoveri.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Archipræsbyter, præpoſitus, & cantor prænotati, qui pro tempore fuerint in Eccleſia antedicta, teneantur in ſuis, dum reſidentes fuerint apud dictam Eccleſiam, ſuas ſeptimanas facere, & tenere, alioquin licet aliis horis canonicis præſentes fuerint per totam hebdomadam eis convenientem pro abſentibus ſcribant per ſervatorem datæ, & ab omnibus oblationibus, & diſtributionibus chori ſint per hebdomadam eis convenientem penitus alieni.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod qui recepti de cetero fuerint ſub expectatione præbendæ proprio motu capituli non vacantibus præbendis in Eccleſia antedicta, niſi fuerint ibidem expectantes auctoritate Apoſtolica, vel legatorum ejus, qui ſecundum ſtatuta dictæ Eccleſiæ poſſint aſſequi præbendas in Eccleſia antedicta, quod iidem recepti aliis non receptis in aſſecutione præbendarum vacantium per capitulum anteferantur, & ipſis præbendæ ipſæ ſecundum prioritatem temporis, & idoneitatem perſonarum per capitulum conferantur, & aſſignentur, dummodo hi ſint tales, qui poſſint infra annum ad ordines, quos vacantes præbendæ requirent ſe facere promoveri, quod proprio teneantur juramento confirmare.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod primo anno vacationis cujuslibet præbendæ dignitatis, ſeu perſonatus vacantis in Eccleſia antedicta fructus, reditus, & proventus ejuſdem vacantis præbendæ unius, vel plurium ex integro in capitulum perveniant per miniſtralem, ſeu maſſarium capituli libere colligendi, & in ornamentis ejuſdem Eccleſiæ ſecundum diſpoſitionem Archidiaconi, & capituli infra annum convertendi.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod vacantibus de cetero præbendis in Eccleſia antedicta canonici præbendati poſſint, & valeant in ipſis præbendis vacantibus infra menſem, poſtquam de vacatione ipſarum ei conſtiterit, acceptare ſuam præbendam,

quam acceptationem obtinebat loco . . . . . .
. . . . . .
. . . . . secundo ſubdiaconatus in acceptandum ſecundum prioritatem temporis, & ordinis habeant optionem; ita quod qui primo ordinatus eſt, primo in acceptando habeat optionem. Si vero duo canonici eſſent in eodem ordine eodem die ordinati, ut qui primus eſſet in aſſecutione canonicatus, priorem in acceptando habeat optionem, ita quod per acceptationem hujuſmodi non videantur, nec intelligantur loca prebendarum, ſeu canonicatuum permutare, ſed ſolum prebendas quoad fructuum perceptionem, & prebenda ab acceptatore relicta efficiatur ordinis, & conditionis vacantis prebendæ in onere, & honore, & illi canonici, qui vacantibus prebendis ſemel acceptarunt, non poſſint in aliis prebendis iterum acceptare, donec omnes canonici prebendam, qui voluerint, duxerint ſucceſſive acceptandam, ita quod in prebendis dignitatibus annexis per preſens ſtatutum non poſſint, nec valeant per canonicos acceptare.

Item cum accidere ſoleat, quod vacantibus in eadem Eccleſia dignitatibus, & prebendis nonulli ſe ad eas intrudunt, ac ſuper ipſis litigant, & contendunt, ac fructus ipſarum prebendarum, & per laicorum impreſſiones (1) dilacerant, & faciunt ſeditiones tunicam Domini fundentes (2), propter quod dignitates ipſæ, & prebendæ ſuis ſervitoribus ſibi dumtaxat famulari debentibus, diutius remanent deſtitutæ; idcirco volentes huic morbo peſtifero congruam adhibere medelam ſtatuimus, & ordinamus, quod vacantibus de cetero dignitatibus, perſonatibus, vel prebendis in Eccleſia antedicta nulli litigantium ſuper ipſis dignitatibus, perſonatibus, vel prebendis ex fructibus, reditibus, & proventibus ipſarum dignitatum, perſonatuum, vel prebendarum durante quæſtione, ſeu litigio ſuper ipſis aliquid percipiant, vel percipere poſſint per ſe, vel per ſubmiſſas perſonas, donec quæſtio per definitivam ſententiam, vel alio modo canonico inter litigantes ſuper ipſis fuerit ſopita, atque terminata, ſed fructus, reditus, vel proventus ipſarum dignitatum, perſonatuum, & prebendarum interim durante quæſtione ſuper ipſis in capitulum perveniant per maſſarium, ſeu miniſtralem capituli libere colligendi, quorum medietas inter reſidentes canonicos diſtribuatur, alia vero ſecundum diſpoſitionem Archidiaconi, & capituli in ornatum ejuſdem Eccleſiæ infra annum convertantur.

Item digne attendentes, quod juxta conſtitutiones canonicas non debant ad aliorum regimen aſſumi, qui non norunt gubernare ſe ipſos, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus de cetero poſſit proprio motu capituli ſub expectatione prebendæ per capitulum recipi in canonicum, & in fratrem, niſi tranſcendat tempora pubertatis, & alias vita, & moribus, & ſanctitate commendatus exiſtat, qui jurare teneatur prædicta omnia ſtatuta, & privilegia, & laudabiles conſuetudines ejuſdem Eccleſiæ bona fide, ſine fraude, inviolabiliter obſervare. Quodque tales receptiones ſub expectatione prebendæ, ut præmittitur, per capitulum, ſeu canonicos ejuſdem Eccleſiæ ſingulariter vel clandeſtine nullatenus fiant, niſi capitulo, & canonicis præſentibus ad hoc ſpecialiter convocatis, & citatis, qui ad ipſas electiones, & inſtitutiones de jure, vel conſuetudine eſſent vocandi, vel citandi, receptiones vero de canonicis ſub expectatione prebendæ aliter factæ non teneant, ſed ſint ipſo jure irritæ, nec taliter recepti in aſſecutione prebendarum per capitulum pro receptis debeant computari ſecundum formam ſuperius annotatam.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod quando de cetero contigerit pro imminentibus negotiis ſpiritualibus, & temporalibus ejuſdem Eccleſiæ, vel cleri pertractandis capitulum convocari, Prælati, & canonici Eccleſiæ ejuſdem ad ipſum capitulum teneantur reverenter venire, & in ipſo perſeveranter exiſtere, donec omnia pertractata fuerint, quæ ibidem erunt gerenda. Quicumque vero vocati non convenerint, vel ante exitum capituli exiverint, intelligantur ſe a capitulo ea vice fuiſſe alienos, eaque, quæ ibidem per alios acta ſtabilita, & ordinata fuerint pleniſſimam obtineant rationem, & roboris firmitatem; & nihilominus iidem canonici, vel Prælati vocati non convenientes, ſeu, ut præmittitur, recedentes, per totam hebdomadam ab omnibus diſtributionibus chori, & aliis, quæ per miniſtrales, ſeu maſſarios capituli communiter dividentur, ſint penitus alieni.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes ſuburbanæ, ac prædiales poſſeſſiones, decimæ, & ficta dictæ Eccleſiæ pertinentes, ac pertinentia, quæ non ſunt de prebendis canonicorum, & quæ per canonicos ſingulariter non poſſidentur, perpetuo ſint de cætero communes, ſive communia, & indiviſa, quorum reditus, & proventus per miniſtralem, ſive maſſarium capituli colligantur, inter Prælatos, & canonicos reſidentes, qui divino officio perſonaliter cum cotta interfuerint taliter dividenda, & cuilibet canonico aſſignanda, videlicet in matutino dinarios quatuor, in tertiis dinarium unum, in miſſa dinarios duos, in ſexta dinarium unum, & in veſperis dinarios duos, ita . . . . . antequam finiatur, punctentur, & in miſſa dum cantatur *Kyrie eleiſon*, Evangelium, & Agnus Dei, & in tertia, ſexta, & in veſperis ante finem primi pſalmi in choro non interfuerint, nihil pro dictis horis percipiant, per punctatorem datæ abſentiæ ſcribatur; & ſiquid de prædictis reditibus, cenſibus, talis punctaturæ ſuperfuerit inter reſidentes Canonicos, & Prælatos communiter dividatur, & intelligantur reſidentes canonici, qui in dicta Eccleſia intereſſendo divinis horis per anni circulum reſidentiam fecerint per ſex menſes, quæ reſidentia per canonicos ejuſdem Eccleſiæ ſemper incipiatur calendis junii (3), & finiatur calendis julii proxime ſubſequentis.

Item attendentes, quod afflictio non eſt addenda afflictio, ſed potius eſt ejus anguſtiæ præmiſerandum, ſtatuimus, & ordinamus, quod Prælati, & canonici infirmi, ac tali infirmitate detenti, quod de claſtro non exeant per potionem, ac phlebotomata, vel de mandato Archidiaconi, vel capituli pro negotiis Eccleſiæ pertractandis abſentes pro præſentibus habeantur, ac ſi divinis horis præſentialiter in-

teressent, quibus data distributiones quotidianæ, & aliæ obventiones sicut aliis residentibus, & præsentibus ex integro assignentur, ita quod privilegium eorum, qui fuerint minuiti, vel potionati ultra diem tertiam non protendatur.

Item statuimus, & ordinamus, quod ministralis, seu massarius capituli singulis annis de mense maii de omnibus per eum receptis, & dispensatis, seu distributis teneatur, & debeat in capitulo plenam, & integram reddere, & facere rationem, & facta ratione claves in capitulo Archidiacono, seu, ipso absente, Archipresbytero, Præposito, vel Cantori reddere, & siquid residuum penes eum inventum fuerit, illud residuum futuro ministrali, seu massario reddere, & consignare infra mensem teneatur; quod si non fecerit, a data annualitatibus, & distributionibus, quæ per capitulum in choro, vel extra communiter, vel singulariter dividuntur, donec satisfecerit, sit penitus alienus, nec interim ut canonicus in capitulo vocem habeat, nec ad capitulum pro tractandis, seu disponendis Ecclesiæ negotiis, seu electionibus faciendis quomodolibet convocetur; quod si facta ratione prædicta per præcedentem ministralem, per capitulum novus ministralis instituatur, qui in præsentia capituli juramentum præstet, quod omnia, quæ spectant ad ejus officium, fideliter exercebit, & quæ requiret, & exiget suo posse omnia ficta annua, & annualitates capituli, & quod ipsa ficta annua, & annualitates secundum dispositionem capituli, ac tenore harum constitutionum disponet, & dispensabit, & de his in fine anni de mense maii debitam capitulo faciet rationem, ut superius est expressum, cujus salarium solidos centum non excedat.

Item statuimus, & ordinamus, quod de cætero singulis annis de dicto mense maii per capitulum eligatur unus ex canonicis scriptor, qui verosimiliter magis credatur frequentare divinum officium, qui in horis canonicis conscribat, & notet in libro omnes Prælatos, & canonicos præsentes, qui ordinarie interfuerint divinis horis, vel qui absentes fuerint sine legitima, & rationabili causa, qui juramentum præstare teneatur, dictum officium fideliter adimplere, ac de mense maii, & quoties per capitulum requiretur, de officio sibi commisso debitam, & integram reddere rationem, cujus libro, & scripturæ plena fides adhibeatur, & credatur, quemadmodum publico registro, cujus salarium solidos viginti non excedat.

Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis canonicus, vel Prælatus præsens, vel futurus recusaverit, vel renuerit recipere, seu exercere ministraliam, vel officium aliquod ejusdem Ecclesiæ, & capituli, postquam per capitulum ad hujusmodi ministraliam, vel officium fuerit assumtus; quod donec talem ministraliam, seu officium receperit, & exercere, ut præmittitur, bona fide juraverit, vocem in capitulo non habeat, nec ut canonicus ad capitulum intervenire convocetur, nec admittatur; & nihilominus donec dictam ministraliam, seu officium suscipiat, & exercere bona fide juraverit, a datæ oblationibus, & quotidianis distributionibus sit prorsus alienus.

Item statuimus, & ordinamus, quod nullus canonicus, vel Prælatus ejusdem Ecclesiæ possit, vel debeat de cetero domum sum habitationis, quam unusquisque eorum, vel Prælatus ejusdem Ecclesiæ habere contigerit apud dictam Ecclesiam possit alicui laicali personæ ad fermam seu gratia, seu amore concedere, nec mulierem aliquam in domo retinere, nisi de illis existat, in quibus naturale fœdus nihil contra mores suspicari permittat.

Item statuimus, & ordinamus, quod nullus canonicus, vel Prælatus ejusdem Ecclesiæ præsens, vel futurus possit de cetero domum, vel rem mobilem, vel immobilem ad capitulum, seu præbendas singulorum canonicorum, & Prælatorum pertinentem, in cujus possessione idem capitulum, vel singulares canonici, vel Prælati existant, sine auctoritate capituli, vel judicis ordinarii invadere, occupare, vel usurpare præsumat. Qui vero contra faceret, reus perjurii habeatur, & donec in invasione, & occupatione perstiterit, vocem in capitulo non habeat, nec ad capitulum admittatur. Et nihilominus a data, & ab omnibus annualitatibus, & distributionibus quotidianis, & capituli tractatibus sit penitus alienus.

Item statuimus, & ordinamus, quod nullus canonicus, vel Prælatus ejusdem Ecclesiæ præsens, vel futurus possit, vel debeat possessiones, ac res immobiles ad suam præbendam pertinentes, sine præsentia, & collaudatione Archidiaconi, & capituli, vel expressa licentia ipsius capituli aliquibus personis Ecclesiasticis, vel sæcularibus ultra novem annorum spatium investire, concedere, vel locare, vel ad fictum, seu ad fermam dare. Et si contra factum fuerit, talis investitura, & locatio, vel concessio sit nulla, & irrita ipso jure, & nihilominus contra faciens reus perjurii habeatur, reservata Archidiacono, & capitulo ejusdem Ecclesiæ investitura consueta.

Item attendentes, quod singula officia singulas requirunt personas, & quod Sacristia diu stetit, quæ non habuit sacristam aliquem deputatum, qui sacristiæ inserviret, & curam ornamentorum, librorum, & aliorum vasorum Ecclesiæ gereret, volentes, quod negligentia, vel incuria capituli ejusdem Ecclesiæ commissum est, sollicitudine prævia supplere, statuimus, & ordinamus, quod in eadem Ecclesia sit perpetuo de cetero unus sacrista ministerio Archidiaconi, & capituli, vel sanioris partis ipsius instituendus, qui sit vita, moribus, & scientia commendabilis, & qui apud ipsam Ecclesiam residentiam faciat personalem, quique post Archipresbyterum, & jussu ipsius auctoritate præsentis constituti generalem exerceat curam animarum, præsertim in iis, quæ Archipresbyter sibi non duxerit reservanda; & sit talis, qui possit, & debeat infra annum ad sacerdotium promoveri. Et si non est promotus, ut præmittitur infra annum, vel se a residentia ipsius Ecclesiæ per mensem absentaret, eo ipso præsentis auctoritate constitutionis ipsa sacristia sit privatus, alteri libere per capitulum conferenda, qui possit, & velit, quod supra dictum est, adimplere, & prædicta in ejus institutione teneatur in præsentia capituli proprio juramento firmare; &

Digitized by Google

quia ejuſdem ſacriſtiæ facultates ad ejus ſuſtentationem non ſuppetunt, de expreſſo conſenſu, & conſcientia Archidiaconi, & capituli, eidem ſacriſtiæ, & ſacriſtæ, qui pro tempore fuerit, aſſignamus, & deputamus omnes ſuas ſingulas poſſeſſiones pertinentes ad capellam ſancti Nicolai, quæ nunc per capitulum ejuſdem Eccleſiæ poſſidentur, qui de oblationibus, & diſtributionibus chori mediam percipiat portionem: & quia adhuc dictæ poſſeſſiones non eſſent ſufficientes ad ſuſtentationem unius ſacriſtæ ipſi ſacriſtiæ unimus, & annectimus capellam ſanctæ Mariæ Parvæ de Caſtro Marenchi ad collationem ipſius capituli pertinentem cum omnibus pertinentiis ſuis; ita quod cedentibus, vel decedentibus miniſtro, vel clericis nunc in dicta Eccleſia inſtitutis, non dicantur ibidem beneficia vacare, nec loco ipſorum ibidem aliquis ſubrogetur. Et ſi contra factum eſſet, præſentis auctoritate conſtitutionis irritum ſit, & inane, & nullius unquam firmitatis, ſed ipſa beneficia vacantia ipſi ſacriſtiæ, & uſibus ſacriſtæ, qui pro tempore fuerit tamquam vacantia libere applicentur.

Item quia reditus, & proventus ad Archipresbyterum non ſufficientes exiſtunt ad ſuſtentationem Archipresbyteri ad dictam Eccleſiam reſidentis, de expreſſo conſenſu, & conniventia dictorum Archidiaconi, & capituli, ſtatuimus, & ordinamus, quod Archipræsbyter, qui eſt, & pro tempore fuerit, apud dictam Eccleſiam, dumtaxat in divinis deſerviendo, ac continuam reſidentiam faciendo, donec fuerit præbendam Archipresbyteratui, ut præmittitur, unitam, & annexam pacifice aſſecutus, percipiat, & habere debeat fructus, reditus, & proventus, ac golditum viginticuinque modiorum terræ in villa Fori, quas dictum capitulum ſibi de poſſeſſionibus quas ibidem habet, voluerit aſſignare, ita quod non reſidendo apud dictam Eccleſiam, nihil percipiat ex fructibus dictarum præbendarum, ſed eo non reſidente deveniant in capitulum memoratum.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod cappellani cappellarum ſancti Bartholomei, & ſancti Andreæ, qui ſunt, & pro tempore fuerint, apud dictam Eccleſiam continuo debeant reſidere intereſſendo in habitu canonico omnibus divinis horis, cum ad hæc ſint principaliter ordinati, & miſſas privatas debeant in ſuis altaribus congruis temporibus celebrare, majoris miſſæ dumtaxat celebritate non inſtante, quodque ad fidelitatem, & obedientiam Archidiacono, & capitulo exhibendam teneantur, qui una cum cuſtodibus unam partem de oblationibus, ſeu diſtributionibus percipiant inter ipſos, & cuſtodes, qui præſentes fuerint, communiter dividendam, portione, ſeu parte eorum, qui abſentes eſſent in capitulum remanente.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus de cetero proprio motu capituli ſub expectatione præbendæ per capitulum poſſit, nec valeat recipi, nec in vacantibus canonicatibus, & præbendis eligi, ſeu inſtitui, neque in alia, quæ plenitudinem juris canonicorum deſignant, tractari, nec admitti, niſi in ipſa receptione ſub expectatione præbendæ faciendæ, corporaliter in capitulo præſtet juramentum de ſupradictis omnibus ſtatutis, & conſtitutionibus, & aliis laudabilibus conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ bona fide inviolabiliter obſervandis, & donec dictum juramentum præſtiterit, nihil omnino de fructibus, reditibus, & proventibus præbendæ, ad quam auctoritate Apoſtolica, vel legatorum ejus aſſumtus eſſet, percipiat, vel percipere poſſit per ſe, vel ſubmiſſam perſonam. Sed iidem fructus, reditus, proventus, donec dictum juramentum præſtiterit, in capitulum perveniant per miniſtralem, ſeu maſſarium capituli colligendi, & inter canonicos reſidentes, qui per anni circulum reſidentiam ſex menſium compleverint, communiter dividendi.

Quæ quidem ſalutaria ſtatuta, & ordinamenta edita, & promulgata fuerunt per ſupraſcriptum Dominum vicarium, & viſitatorem ex auctoritate, & poteſtate ſibi tradita per ſupradictos Dominos Archidiaconum ordinarium, & per Præpoſitum, Cantorem, canonicos, & capitulum ejuſdem Eccleſiæ Alexandrinæ in capitulo in eadem Eccleſia ad hæc ſpecialiter convocato, præſentibus approbantibus, & laudantibus, & ex certa ſcientia conſentientibus Dominis Oddone Archidiacono ſuo nomine, & nomine Domini Damaſii de Bononia Præpoſiti, Domino Franciſco de Putheo Cantore ſuo, ac procuratorio nomine Domini Bertelli Archipresbyteri, Domini Jacobi Guaſchi, & Domini Joannis Pagii quorum procurator erat Gualvagno Guaſco, Joanne de Amico, Jacobo Raglevio, Manfredo Guaſco, Franciſco de Plaxano, & Cattaneo de Alicea de Guaſchis Canonicis præbendatis Eccleſiæ dictæ, & qui omnes dd. Archidiaconus Cantor, & Canonici eorum nomine, & Eccleſiæ tactis ſacroſanctis Evangeliis corporaliter juraverunt omnia ſingula laudabilia ſtatuta de cetero bona fide ſine fraude inviolabiliter obſervare per ſe, & ſuos catholicos ſucceſſores, & contra non venire publice, nec occulte per ſe, vel per ſubmiſſas perſonas.

Actum in dicta Eccleſia majori Alexandrina præſentibus teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, & rogatis religioſo viro Domino Bellongio Abbate Monaſterii ſancti Petri de Borgoglio, Domino Philiberto de Guaſchis Monaco ſancti Michaelis della Cluſa, Presbytero Antonio Patta Cappellano ejuſdem Eccleſiæ, Joanne Rubeo cuſtode dictæ Eccleſiæ, ac Petro de Caſtagnolio Domicello præfati Domini viſitatoris ſub anno Domini currenti milleſimo trecenteſimo vigeſimo quarto, VII. indictione, IV. non. novembris Pontificatus SS. Patris Domini Joannis PP XXII. anno ejus nono.

Poſtea vero ſub incarnatione Domini currenti milleſima trecenteſima vigeſima ſexta, indictione VIII., die vigeſima quinta menſis maii præſentibus teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis Domino Franciſco Archipresbytero de Boſco, ac Petro de Caſtagnolio Domicello præfati Domini Viſitatoris, & aliis præſentibus, in præſentia venerabilium virorum ſupradictorum Domini Euſebii Viſitatoris, & Domini Oddonis Archidiaconi conſtituti venerabiles viri Dominus Bertolus Archipresbyter, Dominus Jacobus de Guaſchis, & Dominus Joannes Pagius canonici præbendati ejusdem Eccleſiæ, attendentes prædicta ſtatuta, & ordinamenta eorum nomine per ipſos Archidiaconum, & cantorem edita, & ap-

probata esse laudabilia, & honesta, ac ejusdem Ecclesiæ profutura spiritualiter, & temporaliter respicere utilitatem, ipsa statuta, & ordinamenta rata habentes, & grata, ac tamquam laudabilia, & honesta approbaverunt, & laudaverunt, eaque rata, & firma habere, & tenere, & observare promiserunt, & ad majoris roboris firmitatem, tactis sacrosanctis Evangeliis corporaliter, ipsa omnia statuta, & ordinamenta in eorum præsentia lecta, & publicata perpetuo attendere, & observare inviolabiliter de cetero juraverunt.

Ego Guala de Flore publicus Imperiali auctoritate Notarius Vercellensis, & præfati Domini Visitatoris Scriba prædictis omnibus, & singulis præsens instrumentum publicatum, lectum, & actum prædictorum statutorum, & ordinamentorum, ac interpositionis juramenti de ipsis supradictis præsentialiter autenticatum, eaque de mandato præfati Domini Visitatoris, ac ipsorum Dominorum Archidiaconi, Canonicorum, & Capituli scripsi, & in publicam formam redegi, & me subscripsi, signoque meo solito signavi rogatus in testimonio veritatis &c.

(1) *Oppressiones*. (2) *Scindentes*. (3) *Junii*.

Bulla Innoc. VII. electionis Bertholini in Episcopum Alexandrinum.

33 MCCCCV.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholino de Alexandria electo Alexandrino in Lombardia salutem, & apostolicam benedictionem. Sedis apostolicæ providentia circumspecta ad regimen animarum personas sibi sinceritate probatas, & aliis virtutum meritis insignitas assumere consuevit, ut nedum populo sibi commisso recte vivendi normam tribuant, ac veritatis, & justitiæ semen spargant, sed sibi ipsis per vitæ munditiam, & suis subditis proficiant per exemplum. Hodie siquidem suadentibus certis rationabilibus causis cum fratribus nostris consulta, & digesta deliberatione præhabita quamcumque unionem, annexionem, seu incorporationem de Ecclesia sancti Petri de Terra Alexandriæ in Lombardia Aquensis Diœcesis, Ecclesiæ Aquensi Apostolica, vel alia quavis auctoritate sub quibuscumque modo, forma, vel conceptione verborum factam, si qua quoquo modo reperiretur, impositerum auctoritate apostolica tenore literarum nostrarum penitus dissolventes, illam ex nunc revocavimus, cassavimus, & irritavimus, ac nullius esse voluimus roboris, vel momenti, & nihilominus felicis recordationis Alexandri Papæ III. prædecessoris nostri, qui olim, ut fide digna relatione didicimus, Ecclesiam sancti Petri tunc Collegiatam in Cathedralem, & Terram prædictam in Civitatem eadem auctoritate erexit, illaque nonnullis tam spiritualibus, quam temporalibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, juribus, jurisdictionibus, & præeminentiis communivit, fastigiis inhærentes, de dictorum fratrum consilio, & apostolicæ potestatis plenitudine ad honorem Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & ejusdem sancti Petri apostolorum Principis glorioſissimi, laudem, & gloriam, & exaltationem fidei catholicæ, & divini cultus augmentum, fideliumque salutem, & earumdem Terræ, & Ecclesiæ statum honorificum, prosperum, & tranquillum Ecclesiam Sancti Petri de novo eadem auctoritate in cathedralem Ecclesiam, in Civitatem ereximus, ac Ecclesiam Sancti Petri cathedralibus insignibus, & Terram eandem Civitatis vocabulo decoravimus, ipsasque Ecclesiam sancti Petri, & Terram in memoriam indelebilem eorum, quæ circa id in ea parte gerebantur, Ecclesiam, & Civitatem Alexandrinam in Lombardia perpetuis futuris temporibus voluimus nuncupari. Et insuper totum territorium, & districtum, quæ Civitati, & Civibus Alexandrinis in temporalibus subjecta sunt in præsentiarum cum omnibus, & singulis Castris, Terris, Villis, & locis infra limites territorii, & districtus hujusmodi consistentibus Civitati prædictæ, & Episcopo Alexandrino pro tempore existenti pro Diœcesi deputavimus, constituimus & perpetuo assignavimus, ita quod liceret eidem Episcopo Alexandrino pro tempore existenti in ipsis Civitate, & Diœcesi jurisdictionem ordinariam in eisdem spiritualibus per omnia gerere, & exercere, prout illam alii catholici Antistites in suis Civitatibus, & Diœcesibus de jure gerere possunt, seu quomodolibet exercere. Ceterum volumus, ac prædictis Episcopo, Ecclesiæ, & Civitati Alexandrinæ, ut omnibus, & singulis hujusmodi privilegiis, immunitatibus, prærogativis, juribus, jurisdictionibus, & præeminentiis eis per dictum Alexandrum, vel quoslibet alios Romanos Pontifices, & prædecessores nostros quomodolibet concessis, uti, & gaudere possent, deberent, eadem auctoritate duximus indulgendum. Decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super præmissis, per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in dictis literis plenius continetur. Nos igitur considerantes, quod si prædictæ Ecclesiæ Alexandrinæ provisio differretur, Ecclesia ipsa posset diversis subjacere periculis, ac gravia in spiritualibus, & temporalibus detrimenta subire, & ad provisionem ejusdem Ecclesiæ Alexandrinæ celerem, & felicem, ne longæ vacationis detrimentum sustineret, paternis, & sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ Alexandrinæ personam utilem, ac etiam fructuosam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini professorem in sacra Theologia magistrum, & in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis, & eisdem Fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum acceptam prædictæ Alexandrinæ Ecclesiæ de ipsorum Fratrum nostrorum consilio, auctoritate prædicta providemus, teque illi præficimus in Episcopum, & pastorem, curam, & administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritualibus, & temporalibus

Digitized by Google

plenarie committendo, in illo, a quo universa dona proveniunt, confidentes, quod gratia tibi suffragante divina, Ecclesia Alexand. prædicta sub tuo felici regimine prospere dirigetur, & salubria, dante Domino, in eisdem spiritualibus suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dictæ Ecclesiæ Alexandrinæ suscipiens reverenter, sic te in ejus cura salubriter exercenda diligentem exhibeas, & etiam studiosum, quod Ecclesia ipsa Gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissam; tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, & dictæ sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romæ apud sanctum Petrum XVII. Kalendas maij MCCCCV. Pontificatus nostri anno primo.

Erectio Comitatus Aquesanæ a Sigismundo Rom. Reg. pro Jacobo fil. Theodori M. Montisferrati Aquis solemni hoc diplomate peracta. Ex Irico hist. Tridin. p. 152.

34 MCCCCXIV.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam illustri domino Jacobo nato illustris Theodori Marchionis Montisferrati Principis, & consanguinei nostri carissimi Aquesanæ, & Canapitii Comiti nostro, & sacri Imperii fideli dilecto gratiam regiam, & omne bonum. Principalis auctoritas, cui est a Domino collata potestas, personis consideratis, & causis, dignitates statuit, honores adscribit, & interdum ex pluribus unum constituit dignitatis titulum non nunquam conditionibus, & statutis ipsis auget, & detrahit, ac quod in unum subjectum aggregatum fuerat in partes dividit, & pro ut agendorum qualitas suggerit de unitate defalcat. Monet nos instinctus naturalis, & ratio, ut in virtutis testimonium digne conferatur honor, & præmium, illisque debet hoc exhiberi præstantius, quorum virtus propria lucidat, & parentum clara propago per rationalis spei indicium claritatem ipsorum augumentat. Sane pro parte tua per præfatum illustrem Theodorum Marchionem genitorem tuum nobis oblata petitio continebat, ut te Joannem Jacobum, ac heredes tuos in comites Aquesanæ, & Canapitii erigere, intitulare, decorare, & sublimare, dictumque comitatum Aquesanæ tibi, & tuis heredibus de novo concedere, eidemque comitatui Aquesanæ omnes, & singulas Terras, Villas, Civitates, Castra, Oppida, & Loca quælibet, ac omnia homagia, & quascumque fidelitates, & jurisdictiones, quæ, & quas prædictus Theodorus Marchio habet, seu tenet in toto territorio citra Tanagrum deversus ripariam maris, & etiam ultra Tanagrum deversus Pedemontem, & Astam, & etiam omnia, quæ continentur, & expressantur in privilegiis, confirmationibus, & rescriptis per felicis recordationis divos Romanorum Imperatores, & Reges prædecessores nostros specialiter per felicis recordationis serenissimum D. Carolum quartum quondam Romanorum Imperatorem, & Regem Bohemiæ. Dominum, & genitorem nostrum carissimum bonæ memoriæ illustribus progenitoribus, & prædecessoribus suis, atque tuis liberaliter datis, elargitis, & concessis applicare, unire, incorporare, dictasque concessiones, confirmationes, rescripta, & privilegia ut supra, & specialiter per præfatum quondam Dominum Carolum genitorem nostrum solemniter roboratas, datas, elargitas, & concessas, data, elargita, & concessa in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, & sententiis, ac prout jacent ad literam, ac si de verbo ad verbum expressa, ac præsentibus inserta forent, de novo concedere auctoritate Romana Regiaque dignaremur. Adjecit insuper idem Theodorus Marchio, ut terram Canapitii applicando, adnectendo, & uniendo eidem omnes Terras, Villas, Civitates, Castra, Oppida, & loca quælibet cum universis, & singulis homagiis, fidelitatibus, & jurisdictionibus, quas, & quæ habet, seu tenet idem Marchio in Canapitio, & toto territorio ultra Padum, & etiam omnia, quæ continentur, & expressantur in privilegiis, & confirmationibus per memoratos divos Romanorum Imperatores, atque Reges, potissime per prælibatum quondam Dominum Carolum Imperatorem prædictis illustribus progenitoribus, & prædecessoribus suis, atque tuis concessis, ac datis facere, & creare, & novum Comitatum appellare, & erigere, dictasque concessiones, confirmationes, rescripta, ac privilegia super inde, ut supra, & signanter per prædictum quondam D. Carolum rite confirmando in cunctis suis punctis, clausulis, articulis, & sententiis prout jacent ad litteram perinde ac si de verbo ad verbum expressæ, ac expressa, & præsentibus insertæ, ac inserta forent, te Joannem Jacobum de hujusmodi Comitatu Canapitii cum incorporatione, & pertinentiis suis universis, atque singulis prædictis pro te, heredibusque tuis, & successoribus universis investire dignaremur, ita tamen quod pro prædictis comitatibus Aquesanæ, & Canapitii, velut membris principalibus Marchionatus Montisferrati post Imperium reservetur superioritas, ac dominium dicto Theodoro Marchioni, ac succedere debentibus in Marchionatu prædicto taliter quod ipse Theodorus Marchio, & successores sui de dictis comitatibus sub nostra, nostrorumque successorum Romanorum Imperatorum, atque Regum obedientia, & fide ad libitum disponere valeant, & possint.

Nos igitur attendentes intemeratæ fidei constantiam, sinceræ devotionis affectum, ac innatæ fidelitatis grata plurimum obsequia, quibus & sæpe dicti Theodori Marchionis consequenter, & tui progenitores prædictos nostros prædecessores, ipsumque Sacrum Romanum Imperium accurato studio honorarunt, ac ipse Theodorus Marchio, & tu nos & Imperium ferventius honorare poteritis, & debebitis imposterum animo deliberato, non per errorem, & improvido, sed maturo Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Fidelium nostrorum accedente consilio te Joannem Jacobum illustrem fidelem dilectum nostrum de benignitate Regia, motuque proprio, & ex certa nostra scientia

tum originis nobilitate expoſcente, hodie in nomine Domini, & Salvatoris noſtri, a quo omnis principatus, & honor provenire dignoſcitur, magnificavimus, & illuſtravimus, ac magnificamus, & illuſtramus, ac Comitem Aqueſanæ, & Canapitii fecimus, creavimus, erexímus, decoravimus, ſublimavimus, facimus, creamus, erigimus, decoramus, & virtute præſentium ſublimamus. Decernentes quod tu, heredes, & ſucceſſores tui Comites Aqueſanæ, & Canapitii perpetuis in antea temporibus omni nobilitate, dignitate, jure, poteſtate, libertate, juriſdictione, imperio, honore, & conſuetudine gaudere debeatis, & frui continuo, quibus alii Principes, & nominati Comites magnifici, & illuſtres fruiti ſunt hactenus, & quotidie potiuntur. Dictas quoque terras Aqueſanæ, & Canapitii in veros Comitatus, & ipſarum utramque in verum comitatum, ac utriuſque earum diſtrictus cum omnibus, & ſingulis ſuis pertinentiis creavimus, erexímus, ac erigimus, & creamus, & præſentis Epigrammatii auctoritate, titulo, & denominatione Comitatus donamus, & decoramus cum præeminentiis, libertatibus, & juribus, quæ honorem deceant magnifici, & inſignis Comitatus; eidem Comitatui Aqueſanæ omnes Terras, Villas, Civitates, Caſtra, Oppida, & loca quælibet, ac omnia homagia, & quaſcumque fidelitates, & juriſdictiones, quæ, & quas præfatus Theodorus Marchio habet, ſeu tenet in toto Territorio citra Tanagrum deverſus Ripariam maris, & etiam ultra Tanagrum deverſus Pedemontium, & Aſtenſem, ac etiam omnia, quæ continentur, & expreſſantur in privilegiis, confirmationibus, & reſcriptis per felicis recordationis Romanorum Imperatores, & Reges prædeceſſores noſtros, & ſpecialiter per felicis recordationis ſereniſſimum D. Carolum quartum quondam Romanorum Imperatorem, & Bohemiæ Regem, Dominum, & Genitorem noſtrum per cariſſimum bonæ memoriæ illuſtribus progenitoribus, & prædeceſſoribus ſuis, atque tuis liberaliter datis, elargitis, & conceſſis applicamus, unimus, & incorporamus, dictaſque conceſſiones, confirmationes, reſcripta, & privilegia prædicta, & ſpecialiter per prælibatum quondam D. Carolum ſolemniter roboratas, datas, elargitas, ac conceſſas, roborata, data, elargita, ac conceſſa in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, ac ſententiis, & pro ut jacent ad litteram ac ſi de verbo ad verbum expreſſa, & expreſſa præſentibuſque inſertæ, & inſerta forent, confirmantes tibi Joanni Jacobo, tuiſque heredibus, & deſcendentibus maſculis, legitimis, naturalibus auctoritate Romana Regia de novo concedimus. Deinde cupientes te uberiori munificentia Regia prævenire prædictum Comitatum Canapitii cum omnibus Terris, Villis, Civitatibus, Caſtris, Oppidis, & Locis quibuslibet, & quibuſcumque homagiis, fidelitatibus, & juriſdictionibus, quas, & quæ habet, ſeu tenet dictus Theodorus Marchio in Canapitio, & toto Territorio ultra Padum, & etiam omnia, quæ continentur, & expreſſantur in privilegiis, ac confirmationibus, ut ſupra conceſſis prædictis illuſtribus prædeceſſoribus ſuis, & per conſequens atque tuis per memoratos divos Romanorum Imperatores, & Reges, maxime per memoratum D. Carolum quartum prædicta omnia, & ſingula incorporando dicto Comitatui Canapitii dictas quoque confirmationes, ac privilegia, ut ſupra deſuper conceſſas, & conceſſa ſpecialiter per prælibatum D. Carolum ſolemniter confirmando in omnibus ſuis punctis, articulis, & ſententiis, & pro ut jacent ad litteram, perinde ac ſi de verbo ad verbum expreſſa, & præſentibus litteris noſtris inſerta, & inſertæ forent præſentis ſcripti noſtri patrocinio communiendo. Et de hujuſmodi Comitatibus Aqueſanæ, & Canapitii cum incorporationibus, & pertinentiis prædictis te Joannem Jacobum, ac heredes, & ſucceſſores tuos legitimos, naturales, maſculos prædictos ſolemniter inveſtivimus. Ut tamen de honore, quem tibi libenter adjicimus, nihil honoris, vel juris Imperii Sacri, & Marchionatus Montisferrati depereat, vel aliquatenus ſubtrahatur, nihilque propterea ſuperioritati Marchionis Montisferrati pro tempore exiſtentis, quam habuit hactenus in eisdem decreſcat, ſed prædictis Comitatibus Aqueſanæ, & Canapitii velut membris principalibus a Marchionatu Montisferrati poſt Imperium immediate dependentibus, ac permanentibus, poſt Imperium ſuperioritatem, ac ſupremum dominium prædicto Theodoro Marchioni, ac ſibi ſuccedere debentibus in Marchionatu, tibique illuſtri Joanni Jacobo Comiti Comitatus hujuſmodi Aqueſanæ, & Canapitii cum omnibus honoribus, nobilitatibus, privilegiis, & immunitatibus, quemadmodum Comitatus inſignes a ceteris magnificis Comitibus poſſidentur, vel tenentur, ſeu poſſideri conſueverunt hactenus, & a S. R. Imperio dependent, in feudum de Regia concedimus benignitate. Decernentes, & hoc Regio ſtatuentes edicto, quod tu, heredes, & ſucceſſores tui legitimi naturales prædicti perpetuo Comites Aqueſanæ, & Canapitii, terrarumque prædictarum nominari, & appellari debeatis in antea, & tamquam ceteri Sacri Romani Imperii Comites teneri, & honorari, ac ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, honore, dignitate, & immunitate abſque impedimento perfrui valeatis, quibus alii S. R. Imperii Comites in dandis, ſeu recipiendis juribus, ſeu jurisdictionibus in conferendis, ſeu ſuſcipiendis feudis, ac omnibus aliis magnificum ſtatum, & conditionem Comitum concernentibus fruiti ſunt hactenus, ſeu quomodolibet potiuntur. Decernentes inſuper, & hoc Regio ſtatuentes edicto, quod tu Joannes Jacobus, ac tui legitimi deſcendentes prædicti Comites Aqueſanæ, & Canapitii teneatis, & tenere debeatis dictum comitatum Aqueſanæ, & Canapitii ſub nomine Comitatus, & tamquam Comites Aqueſanæ, & Canapitii, & quod non poſſitis, nec valeatis dare concedere, nec aliquo modo transferre aliquem dictorum Comitatuum Aqueſanæ, & Canapitii in aliquam perſonam collateralem, nec a vobis aliqualiter abdicare, niſi in perſona illius deſcendentis, qui poſt obitum Marchionis Montisferrati ſuccedere debeat in Comitatibus prædictis, & qui tunc ſit, & vocetur Comes Aqueſanæ, & Canapitii. Et prædicta omnia, & ſingula valere volumus, & obtinere effectualiter roboris firmitatem, non obſtantibus ali-

bus legibus, juribus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, & aliis derogatoriis, aliisque conceſſionibus, vel cautelis per nos, vel prædeceſſores noſtros in Imperio alias factis, collatis, vel conceſſis ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum, etiamſi talia forent, de quibus in præſentibus oporteret fieri mentionem ſpecialem, quibus omnibus, & ſingulis quoad ſublimationem, creationem, conceſſionem, infeudationem, ac alia ſupradicta de plena, & abſoluta poteſtate ex certa ſcientia derogatum eſſe, ac derogari volumus, & etiam derogamus ſupplentes omnem defectum, ſi quis obſcuritate verborum, vel ſolemnitatis omiſſæ vel alias quomodolibet repertus fuerit in præmiſſis. Jus tamen, quod ex dicta conceſſione, & creatione dictorum Comitatuum habemus, nobis, & ſucceſſoribus noſtris in Imperio ſalvum maneat, & illæſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ illuſtrationis, ſublimationis, erectionis, decorationis, collationis, & decreti paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem noſtram graviſſimam, & pœnam centum marcarum auri puriſſimi toties quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Regalis noſtri ærarii, ſive fiſci, reſiduam vero partem ſupradicti Comitis, heredum, ſucceſſorumque ſuorum uſibus decrevimus applicandam, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis ſigilli teſtimonium litterarum.

Datum in Civitate Aquis anno a nativitate Domini MCCCCXIV. XXVI. martii regnorum noſtrorum Hungariæ &c., Romanorum vero IV.

Diploma Leopoldi Imper. Carolo Ant. Gozzano Ep. Aq. Ex Archetypo ejusdem Eccl.

M D C X C I X.

Nos Leopoldus divina favente clementia, electus Roman. Imp. ſemper Aug., ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Crovatiæ, Sclavoniæ, Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris, & inferioris Sileſiæ Wirtembergæ, & Techæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretij, Hisburgi, & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac ſuperioris, & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ, Sclavoniæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis, ex quo tempore Dei Optimi Maximi nutu, & conceſſu ad ſummum Sacri Romani Imperii faſtigium evecti ſumus, exemplo glorioſorum noſtrorum in imperio anteceſſorum, illud in primis ad officium noſtrum Cæſareum pertinere exiſtimavimus quorumlibet nobis, & dicto imperio fidelium ſtatuum, & ſubditorum jura ſarta tectaque conſervare, præcipue vero ſanctarum Eccleſiarum privilegia, ſtatuta, obſervantias, laudabilesque conſuetudines ab omni injuſta violatione, & turbatione tueri, protegere, atque confirmare, ut unaquaque earumdem competentibus ſibi juribus, & libertatibus tranquille, & ſecure gaudere, ſicque illarum decor perpetuo conſervari, & in dies magis, magisque augeſcere queat; quare cum a nobis ſubmiſſe petierit venerabilis Carolus Antonius Gozanus Epiſcopus Aquenſis Princeps noſter, ac devotus ſincere nobis dilectus, ut ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Aquenſi, privilegia per divos Romanorum Imperatores, & Reges prædeceſſores noſtros ſuis anteceſſoribus Epiſcopis, & Eccleſiæ Aquenſi conceſſa, & præſertim infraſcripta, nec non omnia, & ſingula in eisdem privilegiis contenta, ſive per ea ipſi Epiſcopo, & Eccleſiæ Aquenſi conceſſa, data, collata, confirmata, & indulta, confirmare, approbare, innovare, & ratificare, ipſumque Epiſcopum pro ſe, & dicta ſua Eccleſia de eisdem inveſtire de benignitate noſtra imperiali dignaremur; quorum quidem privilegiorum, & confirmationum tenores ſequuntur in hac verba.

Sequitur diploma Maximiliani quod vide part. n. 402.

Nos igitur prædicti Aquenſis Epiſcopi Principis noſtri tam juſtis, quam devotis ſupplicationibus benigne aſſentientes, attentis ipſius, ſuorumque anteceſſorum erga divos prædeceſſores noſtros Romanorum Imperatores, & Reges, nosque, & Sacrum Imperium devotione, meritis, & obſequiis animo deliberato, ex certa noſtra ſcientia, deque Cæſareæ auctoritatis, & poteſtatis noſtræ plenitudine præinſerta privilegia, ac omnia, & ſingula in eis contenta per prædictos divos Imperatores, & Reges Romanorum, prædeceſſores noſtros ſupradicto Epiſcopo ejusque anteceſſoribus, & Eccleſiæ Aquenſi conceſſa, data, collata, confirmata, & indulta in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, ſententiisque, & tenoribus perinde ac ſi de verbo ad verbum hic inſerta, & ſpecialiter expreſſa forent, confirmavimus, approbavimus, innovavimus, & ratificavimus, ac tenore præſentium confirmamus, approbamus, innovamus, ratificamus, & imperialis roboris firmitate munimus, præfatumque Carolum Antonium Gozanum Epiſcopum ſuo, & prædictæ Eccleſiæ ſuæ Aquenſis nomine de ipſis inveſtimus; decernentes ea omnia, & ſingula tamquam a nobis confirmata, approbata, ratificata, & innovata in omnibus, & ſingulis ſuis punctis, clauſulis, articulis, & partibus, rata, grata, valida, firma, & perpetua eſſe, cenſeri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere intra, & extra judicium abſque omni contradictione, & impedimento; ſupplentes ex prædicta certa ſcientia, & imperiali authoritate noſtra, & de poteſtatis noſtræ plenitudine, omnes, & quoſcumque defectus, tam juris, quam facti ſive extrinſecus, ſive intrinſecus qui in præmiſſis, vel obſcuritate verborum, vel ſententiarum ambiguitate, aut debitæ ſolemnitatis omiſſione, aut etiam ob non petitam a quibusdam prædeceſſoribus noſtris Romanorum Regibus, & Imperatoribus dictorum privilegiorum confirmationem, vel alias quoquo modo interveniſſent, prædictumque Epiſcopum Aquenſem, & ejus Eccleſiam contra quaſcumque injuſtas, & indebitas occupationes, alienationes, diſtractiones, donationes, conceſſiones, & omnia alia inde ſecuta, pro-

Digitized by Google

nuntiata, ſcripta, vel facta, ac indebitas poſſeſſiones, & detentiones in integrum reſtituentes, nulla temporis præſcriptione, occupatione, detentione, alienatione obſtante, nec obſtantibus omnibus illis, & quibuſcunque, quæ prædicti prædeceſſores noſtri, & præſertim divus Carolus quartus in præmiſſis voluit non obſtare, quæ & nos per præſentes ex certa ſcientia, & imperiali noſtra authoritate non obſtare declaramus, & decernimus, ſed eis omnibus, quatenus obſtarent, vel obſtare poſſent expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiamſi talia eſſent, de quibus in præſentibus literis noſtris deberet fieri mentio ſpecialis, & quibus alioquin derogatum non cenſeretur, niſi de ipſis, ſeu earum toto tenore ſpecialis eſſet facta mentio, quam fieri debere in nonnullis conceſſionibus, & privilegiis prædeceſſorum noſtrorum cautum eſſe videtur, & præſertim in privilegio divi Caroli quarti illuſtri quondam Joanni Marchioni Montisferrati conceſſo, dato Piſis anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, indictione octava, ſexto idus Maij, in præmiſſis tamen noſtris, & Sacri Imperii, & aliorum juribus ſalvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, ratificationis, decreti, inveſtituræ, ſuppletionis, derogationis, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire in judicio, ſive extra judicium quodcumque; ſiquis vero hoc attentare præſumpſerit noſtram, & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, & præter pœnas in prædictis privilegiis contentas, & expreſſas pœnam triginta marcarum auri puri, ſe noverit irremiſſibiliter incurriſſe pro dimidia Imperiali Fiſco, ſeu Ærario noſtro, reliqua vero parte Epiſcopo Aquenſi Principi noſtro, ejusque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Aquenſi applicandam toties, quoties contra factum fuerit.

Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum, quæ dabantur in Civitate noſtra Viennæ, vigeſima tertia menſis martii, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo nono, regnorum noſtrorum Romani quadrageſimo primo, Hungariæ quadrageſimo quarto, Bohemiæ vero quadrageſ. tertio.

Originaliter ſubſcripſit Leopoldus D. A. C. D. Kaunitz & manualiter ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis pro ipſum Lutzo Dolber Imperial. &c.

Vita B. Guidoni Aquenſis Epiſcopi auctore Laurentio Calceato Aq. circa an. 1260. conſcripta. Ex codice membranaceo Tabularii Epiſcopalis.

Incipit prologus in vita B. Guidonis Aq. Epiſc. inſpirante rerum omnium creatore, cujus gubernaculis mundus iſte regitur, cujus prudentia in ſui diſpoſitione non fallitur, cujus omnipotentia cuncta complectitur, cujus bonitas, & ſapientia attingens a fine uſque ad finem fortiter, hoc eſt a ſumma hac excellentiore creatura uſque ad infima cuncta disponit, & omnia moderatur, quod per gratiam Beatiſſimæ Trinitatis jam diu componere, & explicare decrevi ex qualicumque accepto ingenio de ſurſum auxiliante ipſo patre luminum, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, nunc ipſum opus incipiam, atque perficiam ad honorem ſummi Patris Omnipotentis Dei, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis Matris Redemptoris D. N. J. C., & totius cœleſtis collegii, & ad ſplendidum honorem, & exaltationem Beatiſſimi Guidonis Epiſcopi patris, & gubernatoris Aquenſium civitatis, ad utilitatem etiam S. Matris Eccleſiæ, & ad ſpiritualem ædificationem Aquenſis Diœceſis, cujus ipſe, pro qua hoc opus exigitur, Pater venerabilis extitit, paſtor præcipuus, & patronus mirabilis, chriſtianis omnibus venerandus. Si quidem cariſſimorum fratrum canonicorum Aquenſis dioceſis devotæ preces inſtanter efflagitant, & enixe depoſcunt, ut quæ laude digna reperi, de orta, vita, & obitu Sanctiſſimi Guidonis Aquensis Pontificis venerandi, quæ etiam vitæ ipſius videlicet ſanctitate, & quanta miraculorum claritate refulget, redigam in hoc ſcripto, in quo velut in quodam ſpeculo poſſint ſe mentes fidelium in civitate Aquis habitantium ſpeculari, & quæ emendanda perſpexerint ad ipſius ſanctitatis exemplar abſtergere cœlitus illuſtrati, ut abjicientes opera tenebrarum mereantur induere arma lucis clipeum fidei, in quo omnia nequiſſimi tela ignea extinguntur in caritate radicati, & fundati ſuperinduentes viſcera miſericordiæ, quibus verus chriſtianus Chriſti pugil armatus in agone vitæ præſentis in ſtadio ſæculi hujus pugnat, & expugnat auxiliante J. C. aereas poteſtates, pro quo triumfo victoribus aurea corona dabitur, hoc eſt triumphantibus hoc cœleſte bravium gloria beatorum, hoc eſt viſio clara eſſentiæ Dei, quæ nobis ponitur finis omnium noſtrarum actionum, atque etiam perfectio gaudiorum. Hortamur igitur vos univerſos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Hoc eſt enim tempus acceptabile quo habemus coram oculis noſtris ſalutis exemplar Pontificis ſancti, & patris noſtri digniſſimi vitam ſpeculum ſalutare. Verum ſummam quæſo Majeſtatem, ut opus ſeu munus hujusmodi a me ſervulo ſuo (1) ſic ipſe Pater dignetur accipere, quod glorioſiſſimi ſui nominis cedat in gloriam, & honorem, & ſui Sanctiſſimi Guidonis præconium, famam, gratiam, & laudem Aquenſis dioeceſis, contra hoſtes ſpirituales, & temporales protectionem perpetuam. Ut igitur vitæ ipſius veritas ad poſteros tranſmittenda certius mihi conſtaret, & clarius adiens locum originis converſationis, & tranſitus viri ſancti cum fide digniſſima collationem de his habui diligentem, quibus propter agnitam veritatem probatamque virtutem fides indubitabiliter adhibenda. In deſcriptione autem eorum, quæ per ſervum ſuum Dominus dignanter effecit curioſum ſtili ornatum negligendum eſſe putavi, cum legentis devotio plus ſimplici ſermone, quam phalerato ſemper proficiat. Initium vitæ ipſius, progreſſus, & conſumatio viginti diſtinctis capitulis deſcribuntur inferius annotatio. Explicit proemium.

(1) *In Codice poſt hæc verba pauca alia abraſa ſunt, & recenti ut videtur manu ſuperſcripta ſequentia* F. Conſtantino Ord. Præd., *cujus loco legendum* Calceato, *ut alias oſtendam*.

Digitized by Google

Incipiunt capitula, in quibus breviter comprehenditur hiſtoria beatiſſimi Guidonis.

Agit enim primo de ejus ortu, & puericia.

Secundo. De profectu pueritiæ ipſius.

Tertio. De ſtudio ipſius apud Bononiam, & ſtudii profectu.

Quarto. De ejus vita, & ſancta converſatione in ſtudio permanendo.

Quinto. Qualiter Deo inſpirante de Bononia ad patriam propriam eſt reverſus.

Sexto. Qualiter a nutrice ſua Deo volente primo cognitus eſt, & laetanter ſuſceptus.

Septimo. Qualiter ſervi ſui gratanter eum ſuſceperunt, & in propriam poſſeſſionem reſtituerunt.

Octavo. De laudabili vita ipſius adhuc in habitu ſeculari.

Nono. Qualiter de ſeculari vita ad eccleſiaſticum eſt translatus.

Decimo. Qualiter factus eſt Epiſcopus in Aquenſi Diœceſi.

Undecimo. De perfecta & laudabili vita ipſius & omni veneratione digna.

Duodecimo. De ejus ſanctiſſima fama, & honeſtate.

Tertiodecimo. De caſtitate ipſius & mirabili puritate.

Quartodecimo. De ipſius perfecta humilitate.

Quintodecimo. De perfecta ipſius pietate, & clementia, & caritate.

Sextodecimo. Qualiter Eccleſiam majorem fecit . . . . . edificari, & conſecrari & de edificatione monaſterii monialium, ac dotatione, & etiam de ejus ferventi oratione.

Septimodecimo. De honeſtiſſimis ordinationibus per ipſum ordinatis, & de renuntiatione, & reſtitutione Epiſcopatus.

Decimo octavo. Qualiter Epiſcopatum Aquenſem dotavit.

Decimo nono. De ſancto, & laudabili fine ipſius.

Vigeſimo & ultimo. De miraculis oſtenſis poſt mortem ipſius.

Explicuit capitula ſuper totam hiſtoriam ſancti Guidonis Aquensi Epiſcopi.

De origine familia B. Guidonis.

Quum multi apud modernos ſint ignorantes, qualiter pater ven. Guido originem traxerit a ſtirpe Regia, idcirco genealogiam ipſius præmitto, & poſtmodum perſequar ipſius hiſtoriam, prout mihi D. dignabitur inſpirare: non tamen legantur hæc in lectionibus, quia proprie non ſunt de hiſtoria, ſed ex multis ſunt cronicis ad ornatum collecta.

Ex iſtis, quæ infra dicentur, aliqua invenimus ſcripta ab hiſtoriographis valde approbatis, & aliqua scimus per publicam famam, & antiquam. Nos enim filii iſta didicimus a patribus noſtris, & patres noſtri a ſuis patribus iſta ſimiliter didicerunt, & ſic generatio omnia hæc nota fecit generationi, ut poſſimus cum Profeta dicere: quanta mandavit patribus noſtris Dominus nota ea facere filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera, & filii, qui naſcentur narrabunt filiis ſuis: Et alibi: interroga majores tuos, & dicent tibi, & ſic ubi deeſt auctoritas, ſupplet famæ celebritas, illa inquit fama, quæ non eſt nova, ſed antiqua. Talis enim non ſolum inducit præſumtionem nec ſolum facit probabiliter, ſed & inducit, & facit probationem.

Igitur pro ut habetur in geſtis Longobardorum, ſicut Plinius magnus Rhetor, & hiſtoriographus ſcribit, Longobardi in inſula Scandinavia, quæ eſt in partibus Datiæ a principio morabantur, & quum terra illa præ multitudine illos capere non poterat, cum Albuino Pannoniam venerunt, dein ad Italiam acceſſerunt circa annos Domini quingentos LX. ſub Rege Albuino, quo tempore & fere totam Italiam ceperunt præter terras maritima. Tunc enim tempore Hinuli, Vinuli vocabantur, ſed poſt modum Longobardi, eo quod longas barbas deferebant, ſunt appellati, modo autem ablata una ſillaba de medio Lombardi vocantur, qui & infra breve ſpatium temporis quinque provincias ceperunt. Quarum prima dicebatur Venetia, quæ modo marchia Terviſina vocatur, cujus caput eſt Aquilegia. Secunda dicebatur Flaminea, quæ modo dicitur Romandiola, cujus caput erat Ravenna. Tertia dicebatur Liguria, cujus caput erat Mediolanum. Quarta dicebatur Æmilia, cujus caput erat Ticinum, ſive Papia. Quinta dicebatur alpes Chotiæ a quodam Rege, cujus nomen erat Chotius ſic vocata; hujus etiam provinciæ caput erat civitas Silvæ, quæ undique maxima, & pulcherrima nemora complectebatur, quæ modo Aquis vocatur. Civitas enim nobiliſſima multis referta delitiis, ac venerabilibus ſemper decorata præſulibus, ut in antiquiſſimis hiſtoriis habetur ubique nota pro calidis Aquis ibidem perpetuo ſurgentibus, & illa provincia comprehendebat Terdonam, Janiculam, quæ modo Ianua vocatur, & totam Riperiam, totum Pedemontem, & civitatem Taurinenſium. Quum autem Aquis civitas nobiliſſima caput erat provinciæ, ſolio Regis præcipue pro aliis coronabatur, & pro-Rege ibidem reſidente ſicut nobilior inter alias honore ſpeciali reverebatur.

Dum igitur medium ſilentium tenerent omnia, ut ita loquar, & nox in medio i. e. in ſuo curſu iter peraguret, novus Imperator ſurrexit circa annos nongentos, qui totam Italiam cum ſupra dictis quinque provinciis ſuo imperio ſubjugavit. Tunc temporis brachium Aquenſium diffuſius quam nunc extendebatur, & circa partes illas, ubi nunc eſt Monaſterium, & villa, quæ ſancta Julia vocatur ſuper ripam Burmidæ, & ex alia parte, ubi eſt alter torrens, qui etiam Burmida vocatur circa caſtrum Punti uſque ad monticulum illum, quod vocatur podium Aqueſanæ, qui diſtat a civitate per unum miliare, nemus condenſiſſimum habebatur a quo cum Imperator ſemel venando diſcurreret, nocte ſuper veniente in domum cujusdam ruſtici pauperis ſolus hoſpitatus fuit circa locum, ubi nunc eſt Eccleſia Sancti Deſiderii inter Puntem, & Beſtagnum, in qua nocte filiam pulcherrimam pauperis Imperator cognoſcens, & ex illo illa fœtu concepto mane ſurgens ad civitatem properavit. Hæc enim pulcherrimum filium peperit, quem Imperator legitimavit, & ſuo dominio ſubjugavit fere

Digitized by Google

totam illam provinciam contratam. Ex isto enim orti sunt illi, qui vocantur Domini Aquesanæ. qui postea subdivisi aliqui illorum Figni sunt vocati, de quibus ortus est beatus, ac venerabilis Guido, vixitque tempore Rodulphi Imperatoris Italiæ circa annos Domini millesimo vicesimo octavo. Igitur Christi pugilis vexillum mirabile cruce signatum cum aurea flamma ardentissimæ caritatis, cujus lampades ignis, atque flammarum, devote in medium proferamus.

Incipit ejus vita omni veneratione digna.

CAPITULUM I.

De ejus ortu, & pueritia.

Temporibus Rodulphi quondam Imperatoris Italiæ fuit quidam vir de stirpe Regia, moribus & honestate laudabilis Guido nomine, cujus memoria in benedictione est, pro eo, quod Deus ipsum benedictionibus dulcedinis benigne præveniens, & de præsentis vitæ periculis clementer eripuit, & cœlestis gratiæ donis affluenter implevit. Hic enim Aquensium decus, & speculum, & Christi pugil egregius de provincia Lombardiæ ex nobilissimis, ac christianissimis parentibus dominantibus in quodam castro Aquensis diœcesis, quod ipso nomine Meladium vocabatur, originem habuit. Castrum enim istud nobilissimum præmemoratum parentes beati Guidonis ab Imperatore dotati suo nomine possidebant, & in dominio civitatis Aquensis tunc temporis octavam partem habebant Hæc scilicet Aquis est una ex nobilissimis Lombardiæ provinciæ civitatibus, quæ quondam urbs fuit egregia cunctis referta deliciis, ac venerabilibus semper decorata præsulibus, ubique nota præ calidis Aquis surgentibus ibidem, nec non antiquitus bellicosis existens fulta civibus. Tanto quondam claro nomine splendebat quanto, & multitudine militum nobilium, & populorum se habitantium retinebat. Modo vero propter malitias,, & peccata habitantium in ea ad similitudinem parvæ Terræ redacta parvis civibus habitatur juxta verbum prophetæ dicentis; nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodiunt eam. Accidit enim eis, quod de sancta Jerusalem civitate propter civium scelera in Jeremia legitur: omnes viæ ejus lugent, & portæ ejus destructæ, & ipsa oppressa amaritudine abstulit omnes magnificos ejus. Dominus de medio ejus vocavit adversum eam tempus, & destruxit electos ejus. Sicut prædicta Jerusalem propter fletum sanctissimi Jeremiæ clamantis ad Dominum pro restauratione ipsius fuit ædificata, & reddita paci; sic etiam hæc Aquensium civitas nobilissima gaudebit in multitudine pacis propter patris nostri Guidonis Pontificis sanctissimi intercessionem, quia ipse restaurator noster Christus audivit obbrobria inimicorum nostrorum, & cogitationes eorum adversum nos, & reddet eis vices juxta opera manuum suarum; deponet enim omnes iniquitates nostras, projiciet omnia peccata nostra, quia ipse est salvator noster.

CAPITULUM II.

De profectu pueritiæ ipsius.

Civitas igitur hæc Aquensis, dum adhuc multa frequentia, & nobilitate militum nobilium, & populorum pollebat beatissimus, ac venerabilis Guido adhuc puerulus orbatus parentibus remansit in cura cujusdam Gastaldi sui, cujus nomen apud modernos ignoratur. Qui & cecidit in quandam maximam capitis infirmitatem, & totus est corpore debilitatus. Deus autem, cujus providentia in sui dispositione non fallit, non dereliquit Sanctum suum tantis tribulationibus afflictum, sed divina gratia hoc operante: sicut & Abraham dicente sibi Domino egredere de terra tua, & cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam ego monstravero tibi, erisque benedictus, sic puer iste innocens, & immaculatus, Gastaldo suo tutore, & gubernatore hortante de partibus suis recessit, & de domo patris sui Bononiam remeare disposuit, & omnia, quæ patrimonii sui erant, voluntati divinæ commisit.

CAPITULUM III.

De studio ejus apud Bononiam, & studii profectu.

Puerilibus igitur annis sicut patriarcha Jacob simpliciter transactis Bononiam perrexit, ut sibi liberalium artium compararet studij exercitatione peritiam. Ibi enim generale jam tunc florebat studium abundans tam multitudine numerosa scolarium, quam studiosa perfectione doctorum. Cæpit autem sanctus puer bonæ indolis impigre eruditioni, cujus gratia Bononiam accesserat, diligenter intendere, omnibusque frivolis, quibus adolescentior ætas solet effluere, maturioribus, & utilioribus studiis se se occupavit. Unde factum est, ut liberalium artium eruditione supra multos coetaneos suos spatio breviore profecerit.

CAPITULUM IV.

De ejus vita in studio permanendo, & sancta conversatione.

In peregrinatione autem sua viam veritatis non deseruit: sed tamquam flos amenissimus de cœlesti Rosario procedens intulit suavitatem odoris. Et cum sanctus Juvenis in societate juvenum esset, nihil puerile gessit in opere, sed cum coetanei sui omnes irent ad vanitates mundi hauriendas, hic solus cum sancto Tobia fugiebat consortia malorum, & ad Ecclesiam quotidiana frequentatione currebat & ibi assiduis orationibus sua secreta ad Dominum pandens deprecabatur, ut qui omnia novit antequam fiant, ei inspirare, dignaretur qualiter vitam suam ordinare deberet: ut amota omni laude humana in cœlis gratiam mereretur habere divinam. Iste enim ex nobilissima progenie ortus, velut rosa rutilans prodiit candido colore, & ne per otii desidiam hostilibus pateret insidiis, in justificationibus Domini exercebatur assidue: unde factum est, ut non minus mente, quam ætate proficiens ad virtutum arcem feliciori gradu conscenderet.

CAPITULUM V.

Qualiter Deo inspirante de Bononia ad propria est reversus.

Non autem hoc creditur peractum fuisse absque ordine divinæ dispensationis, ac provisionis. Quod sanctus juvenis competenter instructus ad patriam

Digitized by Google

ſuam remearet. Et dum quadàm die ad caſtrum ſuum veniſſet, domum Gaſtaldi ſui ſuperius memorati primo viſitavit; atque ab uxore illius marito abſente amore Chriſti hoſpitium impetravit. Hæc autem mulier Deo devota, & igne charitatis accenſa, ſervum Chriſti ignorans illum eſſe Dominum ſuum, tamen cum gaudio recepit, & illum ad locionem pedum, ſecundum quod pauperibus facere ſæpe amore Chriſti conſueverat, charitative invitavit. Imitata enim fuit afflata Sancto Spiritu patrem illum venerabilem patriarcham Abraham, quia ſicut ille tribus Angelis ſibi apparentibus officium illud humilitatis exhibuit, quod Chriſtus in cœna Domini benedixit, ſic & ista exemplo edocta Dominico Chriſti ſervo venerabili pedes cum reverentia lavit. Sciebat enim illud, quod Redemptor generis humani Chriſtus Jeſus in Evangelio per Apoſtolum dicit: qui vos audit, me audit; qui recipit diſcipulum meum in nomine meo, recipit illum, qui me miſit. Hic enim ſervus Chriſti propter magnam indigentiam ob viæ longitudinem, quam fecerat, ſervitium ſibi exhibitum devote recipiens, ab ea Deo volente cognitus eſt.

CAPITULUM VI.

Qualiter a nutrice ſua Deo volente primo eſt cognitus, et lætanter ſuſceptus.

Hæc enim erat quaſi altera beati Benedicti prudentiſſima nutrix, quæ præ nimio amore, quo filium diligebat, illum ubique ſequebatur. Istadum adhuc puer Guido eſſet infantulus, diligentiſſime, ſicut ſapientiſſime mater filium adoptivum, & ſibi valde cariſſimum nutriebat, & præ tenerrimo amore, quo eum diligebat, ſæpe illum balneabat, ſicut ſolent matres circa filios ſibi dilectos operari. Infantulus enim iſte beatus, & ab æterno præviſus, & in bonum prædeſtinatus ſignum quoddam habebat in tibia, quod non eſt dubitandum, Deo volente illud fuiſſe cauſſa, quare a nutrice cognoſceretur. Omnia enim occulta corporis juvenis aliquando in infantia illius, ſicut mos eſt, licet honeſte viderat, & diligenter tractaverat. Et ideo illa ſignum illud, quod ipſe habebat in tibia indubitanter cognoſcebat. Cum autem ad actum ilprædictum magnæ humilitatis perveniſſet, ei ſcilicet pedes charitative lavando, ſignum illud reperit, & illico filium ſibi dulciſſimum ad memoriam reduxit. Reſpiciensque curioſe in faciem juvenis, illum eſſe Dominum, & filium adoptivum dilectum perfecte cognovit. Creditur enim, quod tunc temporis apud antiquos erat talis conſuetudo charitatis, ſicut & in multis locis divina ſcriptura teſtatur, quod peregrinis itinerantibus amore illius, qui omnibus exemplum præbuit humilitatis, pedes lavabantur. Quæ gaudio magno valde gaviſa, ſicut mulier prudentiſſima, & ſagacitate plena clare vocato marito ſuo, ſcilicet Gaſtaldo ſupra memorato nuntiavit ei, quod Dominus ſuus Guido adeſſet, qui Deo inſpirante, & veritate a puero comperta cito credens, & aliqualiter figuram illius recognoſcens cum maximo honore, & reverentia in domum ſuam illum recepit, & charitative tractavit.

CAPITULUM VI.

Qualiter ſervi ſui gratanter eum ſuſceperunt, & in propriam poſſeſſionem reſtituerunt.

Sicut enim ſuperius in capitulo III recitatur, poſtquam hic Pater venerabilis Guido in ſua puericia Gaſtaldo prædicto hortante Bononiam ſtudiorum cauſſa perrexit, aliqui potentes viciniorum ſuorum manu valida poſſeſſionem ſuam invaſerunt, & caſtra, & poſſeſſiones ejus more tirannorum contra voluntatem ibi habitantium uſurpantes multo tempore occupatas poſſederunt. Sed Deus omnipotens, qui dux, & protector pupillorum ſemper extitit, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur, cujus omnipotentia cuncta complectitur, cujus bonitas, & ſapientia cuncta diſponit, & omnia moderatur, innocentem auxilio humano deſtitutum non permiſit finaliter propriis poſſeſſionibus ſpoliari, quarum ipſe de jure debebat eſſe Dominus, & poſſeſſor. Sed ipſius Dei auxilio mediante, qui ſuis famulis, & etiam rebus ſingulis ſemper providet, ut expedit, & oportet, ſancto innocenti poſſeſſiones, & caſtra, & cuncta bona ſua reſtituit integre per ſuorum hominum ingenium, & cautelam, & poſtmodum vixit in pace, & quiete, & etiam per magnum tempus omnia conſervavit.

CAPITULUM VIII.

De laudabili vita ipſius adhuc in habitu ſeculari.

In poſſeſſione ſua Deo adjuvante perfecte reſtitutus cœpit eſſe ſervus valde benignus, & quod ſuum erat, unicuique hilariter tribuebat. Porro manſuetudinis lenitas cum elegantia morum, patientia, & tractabilitas ſupra humanum modum, munificentiæ quoque largitas ſecundum ſuppetentiam facultatum, quibus bonæ indolis adoleſcens florere conſpiciebatur inditiis, quædam videbantur eſſe præindia, quod copioſior ſuper eum foret impoſterum divinæ benedictionis abundantia diffunderda. Hic eſt enim quaſi flos amænus in medio ſpinarum, & quaſi ſtella matutina in medio nebulæ claris vitæ micans fulgoribus ſedentes in tenebris mundi irradiacione præfulgida jam videbatur in lucem dirigere: & tamquam arcus refulgens inter nebulas gloriæ ſignum in ſe Dominici fœderis repræſentans pacem ſervabat hominibus, exiſtens, & ipſe Angelus veræ pacis, & quantumcunque moribus, & meritis præfulgeret, florem tamen virtutum humilitatem ſemper ſtuduit conſervare illibatam. Nemo dubitat hunc a Deo ab æterno præviſum, & prædeſtinatum conformem fieri imaginis filii ſui noſtri ſalvatoris, ut dux, & rector eſſet multarum gentium, ſicut poſtmodum patuit per effectum. Et quia cum flore mundum decidenti deſpexit, divinitatis collegit flores odore nectaris redolentes.

CAPITULUM IX.

Qualiter de ſeculari vita ad Eccleſiaſticam eſt translatus.

Talibus autem virtutum floribus in beato viro gratiſſima venuſtate vernantibus cæpit odor ſanctitatis ejus circumquaque diffundi, cumque honeſtatis ejus late tale præconium Aquenſis Epiſcopi attigiſſet auditum, percunctata diligentius veritate, atque comperta illico eum in ſua eccleſia canoni-

cum

cum ordinavit. Qui ſtatim inter canonicos, velut ſingulare jubar emicuit, & de virtute in virtutem mira celeritate progrediens omnium in ſe provocavit affectum: ad totius vero ſanctitatis ſtudium ſe totum conferebat, totus ferebatur in Deum, die noctuque pergebat Eccleſiam, lectioni, & orationi ſine intermiſſione vacabat, ſecumque cum Jacob in tabernaculis habitans Eſau vagos declinabat excurſus. Ipſe enim quaſi lucerna ſuper candelabrum, & quaſi civitas ſuper montem poſita delectabile cunctis, clarumque ſanctitatis ſpectaculum exhibebat factus omnibus vitæ ſpeculum, religionis exemplum.

CAPITULUM X.

Qualiter electus fuit Epiſcopus in Aquenſi Diœceſi.

Illo autem in tanto fervore, & amore Dei perſeverante, Epiſcopus, qui tunc in Aquenſi diœceſi præerat feliciter, ut creditur, migravit ad Chriſtum: poſt ejus obitum, ſicut mos eſt, canonici Aquenſis eccleſiæ, ad quos ſpectabat ſuperioris electio, in unum convenerunt, & Spiritu Sancto illuſtrati unanimiter in ſuum pontificem illum elegerunt. Sed quamvis invitus cathedram tandem epiſcopalem cum ſumma devotione ſuſcepit; & ſic nobiliſſima ſtola indutus eſt, juſſu Dominico, vel alter Mardocheus mulam Aſſueri Imperatoris aſcendit, ut præcone clamante tali honore eſſet condignus, ſicut qui ſublimatur a Rege; ipſe enim verus, & cœleſtis agricola vineam, quam ejus dextera plantavit, ſalutaribus rivulis irrigare diſponens, & fructuoſis arboribus decorare; novum jubar ad præſens noſcitur produxiſſe, qui a ſua primæva ætate mundo irradians vehementer velut lux quædam ſpecialis, & amœna, & ſpeculum ſine macula munditia cordis, prudentia ſermonis, nobilitate generis, & morum honeſtate refulſit; & revera ad erudiendam Dominus miſericordiarum plebem ſuam quaſi ad recolendam vineam ſuam nullo tempore deſtitit operarios mittere: quia & prius per patres, poſtmodum per legis doctores, & prophetas, iterum per apoſtolos, ad extremum vero per ſanctos, & honorabiles miniſtros, atque pontifices, dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios, de quorum numero fuit hic venerabilis Guido, in vineæ cultura laboravit.

CAPITULUM XI.

De perfecta, & laudabili vita ipſius, & omni veneratione digna.

Pontificali igitur honore inſignitus, non pro dignitate Epiſcopi, quamvis magna, & honorabili in ſuperbiam eſt elatus, ſed multo magis, quam ante omni religione humiliatus in oratione erat aſſiduus in vigiliis pernoctabat, in jejuniis benevolus, in elemoſinis largus, charitate præcipuus, compaſſione anxius, & ſibi ſubditis humilitate ſubjectus; cœpit enim Chriſti miles divino inſtinctu evangelicæ perfectionis æmulator inſiſtere, & ad pœnitentiam ſubditos invitare. Erant autem ipſius eloquia non inania, non riſu digna, ſed Sancti Spiritus gratia plena; erant medullas cordis penetrantia; ita ut in vehementem ſtuporem converteret audientes. Videbatur intuentibus homo alterius ſeculi, quippequi mente, & facie ſemper intentus ad cœleſtia omnes ſurſum attrahere conaretur. Totus namque quaſi quidam carbo ignitus divini amoris flamma incenſus, totus in Deum videbatur absortus. Contuebatur in pulchris pulcherrimum, & per impreſſa rebus veſtigia proſequebatur ubique dilectum de omnibus ſibi ſcalam faciens, per quam conſcenderet ad apprehendendum eum, qui eſt deſiderabilis totus. Ipſe enim tamquam flos vernans, & candidus odorem dedit, & tamquam ſtella præfulgida irradiavit.

CAPITULUM XII.

De ejus ſanctiſſima fama, & honeſtate.

Creſcentibus quoque virtutum meritis in ſervulo Chriſti odor opinionis bonæ circumquaque diffuſus ad præſentiam ſancti patris videndam plurimos e diverſis mundi partibus attrahebat. O inæſtimabilis pretioſitas puritatis, o inæſtimabilis decor honeſtatis, o ſpeculum munditiæ, & decus caſtitatis, qui meruiſti in throno præfulgido, & perpetuo cum ſanctis omnibus coronari? Cum igitur cerneret vir Dei Guido plurimos ad Chriſti ſervitium animari, animabatur & ipſe tamquam bonus dux exercitus Chriſti ad palmam victoriæ per culmen invicte pervenire virtutum. Tanta enim erat prudentia diſcretionis illius, quod non ſolum abſtinendo, ſed etiam comedendo mira præberet virtutum exempla. In ſermone etiam erat verbum ejus, velut ignis ardens, & penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat: cum non humanæ inventionis ornatum prætenderet, ſed divinæ revelationis affiatum redoleret.

CAPITULUM XIII.

De caſtitate ejus, & de puritate mirabili.

Mulierum vero conſortia, quamvis ea ab ipſo pueritiæ tempore exoderit, & quaſi diram quamdam peſtem fugiebat; familiaritates enim illarum eloquia, & aſpectus, quæ multis occaſio ſunt ruinæ, ſollicitus evitare docebat ſciens, quod per ejuſmodi debilem frangi, & fortem ſæpe ſpiritum infirmari, & converſantem cum eis niſi probatiſſimum virum contagionem evadere non poſſe: ſciebat enim in igne ambulare, & non comburere plantas, longe difficile eſt, ne dicatur impoſſibile. Non ſecurum eſſe putabat earum formarum introrſus haurire imagines, quæ poſſunt aut edomitæ carnis reſuſcitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Quæ ſunt clerico cum muliere tractanda negotia, niſi cum ſanctam pœnitentiam, vel melioris vitæ conſilium religioſa petitione depoſcit? Ex nimia enim ſecuritate minus cavetur hoſtis. Noverat optime verbum illud beatiſſimi Auguſtini dicentis: Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arte deficiat animum virilem, quam blandimenta fœminæ. Beatus Hyeronimus: hoſpiciolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes enim has occaſiones hic zelator caſtitatis immaculato calle tranſivit.

CAPITULUM XIV.

De ipſius perfecta humilitate.

Omnium virtutum cuſtos, & decor humilitatis copioſa virum Dei ubertate repleverat. In propria quidem reputatione non erat niſi peccator, cum in veritate ſpeculum eſſet, & ſplendor omnimode ſan-

Digitized by Google

ctitatis. Super hanc studuit ædificare se ipsum, ut sapiens architectus fundamentum præjaciens, quod a Christo didicerat. Sciebat enim propter hoc filium Dei de altitudine sinus paterni ad nostra dispicabilia descendisse, ut tam exemplo, quam verbo Dominus magister humilitatem doceret. Propter quod studebat tamquam Christi discipulus in oculis suis, & aliorum vilescere a summo magistro dictum illud sæpe usurpans: quod altum est apud homines, abominatio est apud Deum. Studebat & bona Domini sui arcano pectoris condere, nolens patere gloriæ, quæ posset occasio esse ruinæ. Et revera hæc est, quæ possessores suos exaltans, dum omnibus revetentiam exhibet ab omnibus promeretur honorem.

CAPITULUM XV.

De ipsius perfecta pietate, clementia, & charitate.

Pietas enim secundum apostolum ad omnia valet; hæc adeo cordis ejus repleverat viscera, ut totum videretur virum Dei in suum Domini vindicasse. Hæc est, quæ ipsum per devotionem sursum agebat in Deum, per compassionem transformabat in Christum, per condescensionem inclinabat ad proximum: hanc enim miserationem, & pietatem servavit in vita, servavit in morte, servavit post mortem, sicut inferius patebit in miraculis ipsius, sane clementiam habebat innatam, quam duplicabat Christi pietas super infusa. Itaque liquescebat animus ejus ad pauperes, & infirmos, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum. Charitatem ferventem, quam Christi amicus Guido habebat, quis enarrare sufficiat? Certe si linguis hominum loquar, & angelorum, & si habuero omnem fidem, & omnes inspirationes prophetarum, omnem subtilitatem ingenii, acumen, & cognitiones philosophorum, & noverim mysteria omnia, & omnes virtutes elementorum, & consummationes, & divisiones temporum, anni cursus, dispositiones stellarum, naturas animalium, & cogitationes hominum, & quæcumque sunt abscondita, non potero enarrare magnalia ejus, quæ altissimus Rex, & Creator omnipotens misit in illum de cœlo sancto suo. Propter quod tantam a Domino consecutus est gratiam, & virtutem, ut in spiritualibus, & corporalibus morbis mirabiliter expurgandis mirabilem efficaciam obtineret. Crescebat quotidie fama bonitatis ejus, & crescens per omnem locum laudem beati Guidonis portabat, gaudebat populus cunctus de tali patrono a Deo dato, qui ita se auctoritate, & gratia plenum exhibebat, ut omnium gereret curam, & Episcopi non amnitteret dignitatem.

CAPITULUM XVI.

Qualiter ecclesiam de Aquis majorem Beatæ Mariæ fecit ædificare, & solemniter consecravit, & qualiter ibi ferventissime orabat, & qualiter monasterium monialium ædificavit, & dotavit.

Divinæ namque providentiæ nutu, qua Christi miles dirigebatur in omnibus, nobilissimam Christi matrem, ac reverentissimam suis expensis ædificavit ecclesiam, in qua nunc sedes Episcopalis est, & illam fecit solemniter consecrari a venerabilibus Episcopis Petro Terdonensi viro per omnia laudabili, & Alberto Januensi tertio idus novembris anno incarnationis Jesu Christi millesimo sexagesimo septimo inditione sexta domino Henrico III. Imperatore regnante, hanc ecclesiam vir sanctus amavit propter reverentiam Matris Christi præ ceteris mundi locis. Hic etenim humiliter incæpit; hic virtuose profecit; hic feliciter consumavit. Vacabat enim divinis precibus incessanter ibidem mentaliter, & vocaliter studio intendens orationis devotæ, ibi se, & populum sibi commissum infatigabiliter Domino precibus commendabat; Matrem enim Jesu Christi indicibili complectebatur amore, eo quod Dominum Majestatis fratrem nobis effecerit, & per eam simus misericordiam consecuti; in ipsa post Christum præcipue confidens eam sui, ac suorum subditorum Aquensium Diœcesis felicissimam adjutricem & advocatam perpetuo constituit; Et in hujus rei testimonium monasterium nobilissimum Sanctarum Virginum, & Monialium Ordinis B. Benedicti pro remissione peccatorum nobilissimæ, ac reverentissimæ Matris suæ Dominæ Lanceæ, & pro conservatione Aquensium Civitatis, & totius diœcesis fundavit, & propriis suis bonis ditavit, quod permanet usque in hodiernum diem distans parum a Civitate.

CAPITULUM XVII.

De honestissimis ordinationibus, quas in sua Diœcesi ordinavit. Et qualiter infirmitate captus Episcopatum refutavit in manibus Regis Papiensium. Et qualiter recepta sanitate ab eodem Rege Episcopatum recuperavit.

His itaque peractis zelator, & ferventissimus amator honestatis omnes in Deum sibi subjectos filiali timore viribus totis ordinare cupiens dicebat cum Apostolo: Opto apud Deum, & in modico, & in magno omnes vos tales fieri, qualis & ego sum. Idcirco constituit in matutinis laudibus, & vespertinis lectiones a Sacerdote recitari, & Clericos in Ecclesia cum Religione decantare. Ipse quoque Archipræsbiteros in sua nobilissima Diœcesi omnes per plebes mirabiliter ordinavit. Hic enim castitatis zelator, & custos, & suæ auctoritatis observator sicut in Toletano legitur concilio, Diaconos, & Præsbiteros quando ordinantur se observaturos castitatem promittere primus in sua Ecclesia constituit, quod fuit in signum magnæ puritatis, ac perfectissimæ honestatis. Quoniam autem virtus in infirmitate perficitur testante Apostolo, Deus, qui per mirabiles modos, & occultos intuetur, & visitat sibi dilectos, permisit eum incidere in quamdam maximam corporis infirmitatem, ita quod amplius nulla aderat spes salutis, & sic de vita desperans fratrem suum Marchionem Opizonem Episcopum Laudensem advocavit, & in manibus Regis Papiensium, eo quod propter prædictam infirmitatem animas sibi commissas, & jura Episcopatus regere non valebat, Episcopatum refutavit; & ne tam nobilissima Diœcesis a lupis rapacibus, sicut postmodum accidit, occulte, & turpiter laceraretur, Fratri prædicto suo curam ipsius fecit committi: Deus autem, qui omnia novit antequam fiant, & omnia ab æterno futura prævidit nundum est passus filios suos tam cito destitui sub tanto patre felices

Digitized by Google

vivere, nec tam ſplendidum jubar extinguere, nec tam sydus irradians obnubilare, nec margaritam tam inclytam nondum in infimis terræ voluit occultare. Sed ſicut B. Job poſt multa, & flagella duriſſima perfectæ ſanitati reſtituit: ſic divina clementia, & viri ſancti promovente virtute nunc ad perfectam ſanctitatem deduxit. Poſt receſſum autem flagelli mirabiliter, & miſericorditer, Deo procurante ab eodem Rege Epiſcopatum recuperavit Aquenſium, in quo vixit feliciter poſtmodum annis multis.

CAPITULUM XVIII.

Qualiter de propriis bonis, & paterna hereditate Epiſcopatum ſuum dotavit, & teſtamentum etiam indelebile condidit.

Ipſe quoque Guido Aquenſium Pater, & Dux venerabilis multis diebus antequam immaculatum ſpiritum ſuo redderet Creatori, videns, & præſciens appropinquari diem ſuæ diſſolutionis, ſicut ad honorem Matris D. N. J. C. duas pulcherrimas, & venerabiles erexerat Eccleſias, ſic circa finem ſui glorioſi certaminis in rei memoriam ſempiternam totum ſuum patrimonium in Dei laudem, & gloriam, & intemeratæ Virginis Matris ejus, atque ſua præmia latius cumulanda Aquenſi Eccleſiæ piæ devotionis affectu libere, & perpetuo voluit dedicare. Unde Eccleſiæ, & Dioeceſi Aquenſi perpetuo obtulit, dedit, & donavit pure, libere, & ſimpliciter, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus Caſtrum Melladii, & Villam totam cum habitantibus in ea quod fuit ædificatum de patrimonio ſuo ſuper unum monticulum ex oppoſito Meladii verſus orientem diſtans a Meladio quantum jactus eſt arcus quartam partem Meladii, totum Caſtrum, & Villam Carthoſii, totum Caſtelletum, & Biſtagnum integrum, & Septebrium quartam partem Alucis, & quoddam aliud Caſtrum, quod Urſas vocabatur, & octavam partem Civitatis Aquis. Hæc, & multa alia mobilia, & immobilia dedit irrevocabiliter tali conditione, quod de cetero nullo modo, vel aliqua de cauſa alienari poſſint; quin ſemper ſint tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ſubjecta Epiſcopo Aquenſi. Quæ omnia, & quæ ſingula confirmavit Imperator Lombardorum circa annos Incarnationis D. N. J. C. M. L. X. V. ſicut patet publicis privilegiis optime bullatis. Pater hic Guido venerabilis triginta ſex annis Deo auctore in vera honeſtate, & ſancta religione Epiſcopatum rexit Aquenſium.

CAPITULUM XIX.

De ſancto, & laudabili fine ipſius.

Igitur appropinquante fine certaminis glorioſi B. Guido repoſitam ſibi coronam juſtitiæ gaudenter ſuſcepit, atque poſt labores diuturnos, quibus in vinea Domini Sabbaoth fideliter deſudaverat, introivit in gaudium Domini ſui, diurnumque accepit denarium, complevitque dies ſuos in bonum, & annos ſuos in gloria circa annos Domini milleſimo ſeptuageſimo die ſecunda intrante Junio; cœpit autem vir bonus Beatus continuo divinæ faciei ſuper irradiante conſpectu magnis, & multis coruſcare miraculis, ut ſublimitas ſanctitatis ejus, quæ in ipſo vivente in carne ad morum directionem per exempla perfecta juſtitiæ innotuerat mundo, illo jam regnante cum Chriſto ad omnem fidei firmitatem per miracula divinæ potentiæ comprobaret e Cœlo. De ſanctitate autem vitæ, ac virtute miraculorum ipſius confeſſoris B. Guidonis quæſivi diligenter, & quæ certa reperi breviſſimo compendio hic annotare procuravi, prout melius potui. Ex iſto autem patrono venerabili, & tam corpore pretioſo Dominus nobiliſſimam Aquenſium Civitatem mirabiliter coronavit, humilitatem in ea habitantium extulit, & locum venerabilis Eccleſiæ ſuæ reddidit ſanctiorem; poſitum autem fuit ſanctiſſimum corpus ipſius in quadam arca marmorea, & venerabiliter collocatum in Eccleſia Beatæ, & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, in qua Aquenſis Epiſcopi Cathedra dignoſcitur ſtabilita uſque in præſens.

CAPITULUM XX. ET ULT.

In quo quidem de miraculis ipſius poſt mortem oſtenſis aliqua breviter recitantur.

Ad Omnipotentis Dei honorem, & gloriam Beati Guidonis Patris noſtri comendationem aliqua ex miraculis per eum demonſtratis divinitus poſt ipſius in Cœlis glorificationem breviter enarrabo. Nam ſicut vir iſte ſanctus, atque beatus mirandis virtutum ſignis in vita claruerat, ſic & a die tranſitus ſui uſque in præſens præclaris miraculorum prodigiis divina ſe potentia glorificante coruſcat. Cœcis enim ad ſacrum tumulum ipſius ſurdis, claudis, captivis, tribulatis, remedia confert, omnibuſque morbis, neceſſitatibus, & periculis ſubvenit.

De liberatis a vinculis, & carceribus ad ipſius invocationem.

Fuit quidam de Civitate Aquenſi Manfredus Engeramus nomine, qui propter guerras captus apud Nitiam palearum detinebatur in vinculis. Iſte enim præ nimia paupertate non poterat ſibi impoſitam redemptionem ſolvere. Et quoniam nullum auxilium humanum ad ſui liberationem expectabat, quotidie non mediocriter corde affligebatur, & tribulabatur ſpiritu. Accidit tandem, quod Deo inſpirante ad ſanctum, ac venerabilem Guidonem, ad ſui miſerendum cum ſumma devotione, multis precibus, & fletibus ſe convertit, eoquod pluries audierat Deum per ipſum multa ſigna, & miracula oſtendiſſe promittens ſe ſacras ipſius reliquias cum catenis in manibus inviſurum, ſi eum de illo carcere dignaretur eripere. Illico voto facto vincula pedum ſuorum fracta conſpexit cecidiſſe in terram: & apertum ſibi iter ad eundem conſpiciens catenas in manibus deferendo per hoſtes liber tranſivit, qui gaudio magno repletus ad corpus Beati Guidonis cum ſumma devotione, ac reverentia venit; & vincula ad ſepulchrum ipſius in rei memoriam ſempiternam appendi voluit, quæ ſervantur ibi uſque in præſentem diem.

De alio a vinculis liberato.

Quidam de caſtro Septebrii Aquenſis Dioeceſis *Arnal* nomine, cum in vinculis arctiſſimus teneretur, quia apud Vidiſonum in quadam arca lignea valde clauſa, & conſtricta fortiſſime ferro in tan-

Digitized by Google

tum ab inimicis affligebatur, quod vix poterat præ nimia carceris arctitudine respirare. Qui videns se humano auxilio destitutum, cum devotione maxima, & lacrymis invocavit auxilium Beatissimi Guidonis sui Patroni, & voto facto arca subito aperta est, & sic Deus meritis Beatissimi Guidonis carcere fracto, ruptisque compedibus illæsum hominem reduxit ad propria, & licet hic ad præsens non omnia scribantur, tamen multi in vinculis astricti propter bella, & alias causas diversas invocato ejus auxilio de carceribus sunt liberati, Fama enim percurrebat antiquitus, quod nullus de sua Diœcesi invocato nomine ipsius poterat in carcere teneri, & hoc pluries patuit per effectum. De alio, qui arcam Beati Guidonis expoliavit vir quidam nomine Scotha de Bistagno Aquensis Diœcesis, dum quadam die vanitate repletus iviſſet Aquas male dispositus, accessit ad sepulchrum Sanctissimi, ac venerabilis Guidonis, & videns ibi linteamen quoddam, quo arca ipsius cooperiebatur; fugestione non humana linteum illud accepit, & furtim exportavit, & ex illo fecit unam camisiam fieri, quod cum factum esset, dum vellet redire ad Terram suam, omnes portas Civitatis quæsivit, nec per aliquam potuit exire, dum esset clara dies, & omnes portæ essent apertæ. Tunc funestus homo videns, & cognoscens virtutem Sancti, pœnitentia ductus, voto facto, & furto restituto, liber ad Terram suam ivit.

De liberato a maximo corporis infirmitate.

Clericus quidam natione Aquensis vir honorabilis, & Ecclesiæ majoris Canonicus, qui postmodum Episcopatum multo tempoie rexit, gravem corporis infirmitatem incurrit, & quia specialem devotionem habebat ad sanctum Guidonem, ipsum suppliciter exoravit, auxilium petendo ab infirmitate liberari; oratione completa, illico sanitas secuta est corporalis.

De liberato a maxima confusione, & a periculo mortis.

Cuidam Clerico, dum culpam inhonestissimam commisisset periculum imminebat maximæ confusionis, & verecundiæ, & etiam vix poterat evitare mortis periculum, nec humano auxilio absque sui maxima diffamatione poterat liberari. Ipse autem cognoscens se positum in tanto vitæ & honoris discrimine devote invocavit sanctum Dei auxilium, petendo a confusione, & a periculo liberari, & voto emisso, & perpetua correctione promissa, illico honestissime liberatur.

Multa quidem, & alia tam in vita glorioſissimi Patris hujus, quam post obitum perpetrata innotuere miracula, quæ stili non sunt officio designata. Hæc autem breviter annotata sunt ad præclara, & insignia merita sanctitatemque ipsius declarandam, ad ædificationem fidelium in Aquensi Diœcesi commorantium, ad laudem quoque, & gloriam ejus, qui facit mirabilia magna solus. Qui trinus, & unus Deus vivit, & regnat per infinita secula seculorum Amen.

OFFICIUM

In festo B. Guidonis Aquensis Episcopi.

Ad vesperas super psalmos antiphona Guido. *Hæc antiphona incipiatur ab uno cantore solemniter, deinde prosequatur psalmus*: Laudate pueri *cum ceteris.*

Guido decus Aquensium transit felix ad cœli solium, cujus preces cœtus fidelium summi Regis intret in gaudium.

Psalm. Laudate pueri. &c. Laudate Dominum omnes gentes. &c. Lauda anima mea. &c. Laudate D. quoniam. &c. Lauda Jerusal. &c. *Isti quinque psal. cantentur sub antiphona* Guido, *& postquam cantati fuerint, incipiatur iterum antiphona, & canetur tota, & postea dicat Sacerdos capitulum sequens secundum consuetudinem.*

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis edificavit domum, & exaltavit templum sacrum Domino paratum in gloria sempiterna. Deo gratias.

Istud capitulum dicatur in vesperis, matutinis, & in tertia. Post capitulum in primis vesperis cantetur Responsorium Regnum mundi *a duobus cantoribus. Versus.*

℣. Regnum mundi supergressus, & ejus ornatum regnum cœli jam ingressus sibi præparatum, nostros ad se regat gressus post hunc incolatum. ℣. Peregre Jacob egressus Patris ad mandatum, vidit Deum sic professus vitæ cœlibatum. Nostros &c. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. &c.

Post hunc hymnus iste cantetur in primis, & secundis vesperis, & cantus cantetur ad omnes horas super hymnos ejusdem metri.

Gaude Mater Ecclesia
Novæ laudis præconio,
Quam nostri Patri gloria
Solemni replet gaudio.
De mundo felix vehitur
Ad regni cœli solium,
Cujus vita dignoscitur
Forma virtutum omnium.
Fide purus, spe patiens,
Et charitate fervidus
Omni petenti largiens
Pius, pudicus, providus.
Pro corona justitiæ
Jam coronatus gloria,
Nostræ memor miseriæ.
Cœli procuret præmium.
Trino Deo, & simplici
Laus, honor, virtus gloria,
Qui nos Patris mirifici
Guidonis donet gratiam. Amen.

Sequens versus dicatur post hymnum a duobus.

Antiph. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. ℣. Stolam gloriæ induit eum.

Antiph. Sequens dicatur solum in primis Vesperis semel tota anno Magnificat, *& post* Magnificat.

Magnificat gesta clarissima sancti Guidonis divino cultui devotum hodie præsens collegium, cujus sancta conscendit anima sub fine felici Regni perpetui cum sanctis patriæ sublime solium. Magnificat. &c. ℣.

Sequens oratio ſolum dicatur in primis Veſperis, & non plus.

Deus, qui Eccleſiam tuam meritis glorioſi Confeſſoris tui Guidonis, atque Pontificis novo feciſtis ſplendore clareſcere, fac nos quoque ejus ſalutaria ſequi documenta, ut ate, qui lux es & vita claritatis æternæ coronemur in patria. Per Chriſtum Dominum &c. Amen.

Ad matutinas Invitatorium ſequens cantetur ſecundum conſuetudinem ſolemniter.

Regem ſempiternum pronis mentibus adoremus:
Qui æterna ſanctum Guidonem coronavit gloria.

Pſal. Venite exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro, præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei &c.

Invitatorium totum cantetur per iſtum modum, & hymnus ſequens cantetur ſolum in principio matutinarum in primo nocturno, & cantetur ſolemniter, quia pulcher cantus eſt, ac ordinatus.

Inclita gaudia pangamus ſocii
Geſtaque fortia noſtri Pontificis
Nam gliſcit animus pro more canere
Tanti Patris magnalia.
Quia nova lux oritur nova lætitia,
Dum ſidus panditur latens ſub nebulo,
De cœtu florido dulcis flos redolet,
Cœlum plaudit cum gaudio.
Plaudat Aquenſium nobilis Civitas,
Simul Diœceſis læta congaudeat,
Omneſque Clerici vocibus jubilent
Novæ laudis præconio.
Hic eſt fons modicus creſcens in flumina
Sidus irradans, perluſtrans omnia,
Flos amœniſſimus candore rutilans
Offertur Regi gloriæ.
Stellato ſolio ſedet in dextera,
Quem vallat laudibus cœleſtis Curia,
Fulcitur omni virtutum gloria
Pro ſanctitatis culmine.
Te ſumma Deitas, unaque poſcimus,
Ut culpas abluas, noxia ſubtrahas,
Guidonis meritis pacem des omnibus
Feſtum hoc celebrantibus. Amen.

In primo nocturno antiphona. Nobiliſſimus ortus natalibus Beatus Guido velut fumus aromatum dedit ſuavitatem odoris. *Pſalmus*: Beatus vir &c.

Antiphona. Innocenter puerilia jura tranſcendens, quaſi fulgur irradians documentis ſacris ſuum præbuit auditum. *Pſalmus*: Quare fremuerunt &c.

Antiphona. Gloriam mundi ſprevit cum ſuis oblectationibus, & ideo meruit provehi ad ſummum ſacerdotii gradum. *Pſal.* Domine qui multi &c.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Iſte verſiculus a duobus debet cantari, & ſic in quolibet nocturno, ſecundum quod notatum fuit. Dicto Pater noſter incipiatur Jube Domne *ſecundum quod hic annotatur: deinde proſequitur benedictio a Sacerdote, & tunc incipiatur prima lectio*: Temporibus Rodulphi &c., *& ſic omnes lectiones ordinate cantentur ſecundum quod notatum eſt.*

Jube Domne benedicere &c.

Deinde proſequatur lectio faciendo ſuſpenſiones, & inflexiones, & puncta, & fiat melodia in penultima, ſcilicet finem verſus, & ſic fiat ubique per totam lectionem.

Temporibus Rodulphi quondam Imperatoris Italiæ fuit quidam vir &c. *Fin.* affluenter implevit.

℟. 1. Ex progenie nobiliſſima Beatus Guido prodiit velut roſa rutilans candido colore, quæ regalibus oblata conſpectibus intulit ſuavitatem odoris.

capo, e se è fuori della Città basta che si possa andare e venire in un giorno che tutti di dicta Compagnia debeno andarlo a prendere, tutti di dicta Compagnia debeno dire LX pater nostri et LX ave maria et requiem per ogni persona che di essa more. Niuno di dicta Compagnia presuma di publicare cose secrete che si dicano in casa sotto pena d'una disciplina. Che il Priore e sottopriore dispensino le vittuaglie e dinari di quelli, i quali averanno fatta la caritade alle calende di marzo in utilità della Chiesa. Che le Compagnie di S. Catarina et de S. Ambroxio et la nostra ogni prima Domenica del mese debeno andare a visitare la Capella del Corpus Domini et quelli che mancheranno paghino un grosso per volta. Niuno parli in publico alla Compagnia, se non ha licenza prima dal Priore. Et se è d'importanza, che il Priore non debba darle licenza, se prima non parla al Consiglio, se il Consiglio dice di no, nemmeno lui la dii. Chi oserà contraffare agli ordini del Priore o sottopriore sia scacciato senza rimedio. Et tutto questo sia ad onore et laude di Dio qui est benedictus in secula seculorum amen.

Additio ad fundationem Collegii Canonicorum in Ecclesia parochiali Septebrii factam a M. Hieronymo Serra in testamento anni 1613. 4. *julii extracta ex Codicillo scripto Loani in palatio Principis Auriæ anno* 1616. 12. *maji.*

MDCXVI.

Item delle vendite che detto signor Marchese tiene nelli regni di Spagna lascia ducati 10000. di vendita ogni anno in perpetuum per ripartirli, e pagarli venuto che sarà d'essi il frutto in Genova o per via di contanti o per via di rimesse in potere degli infrascritti suoi fidecomissarj, quali avranno cura di ripartirli e pagarli agli infrascritti legatarj, che quì sotto si diranno ordinando a detti fidecommissarj, che assegnino a detti ducati 10000. di vendita tutti li giuri di quattordici e sedeci il migliajo che detto codicillante tiene. Il resto fino al compimento delli detti 10000. ducati quelli giuri da venti che li parranno e prima scudi novanta l'anno da bianchi 16 per ogni scuto a tre Canonici che ha istituito (a) nel suo luogo di Strevi o del finaggio vuole fargli quest'augmento: ma se saranno di Strevi o del finaggio non intende crescere il prezzo stabilito delli scuti 80. come sopra.

Item cresce al chierico che deve servire a detti Canonici fino al compimento di scudi 18. l'anno dell'istessa qualità, perchè possa servire con più prontezza a detti Canonici in quello che richiederà la cura sua.

(1) *Fundationis tabulæ non alias puto quam testamentum ab hoc Marchione confectum anno* 1613. 4. *non. julii. Fuit hoc Typis impressum ut constat ex transumto ab Aurelio Castello notario Septebrii anno* 1666. 4. *id. febr.*

Ludovici Bruni Ep. Aq. statuta sinodalia.

MCCCCXCIX.

Prædecessorum nostrorum recta vestigia imitantes Constitutiones per universam nostram Diecesim observandas promulgaturi venerabiles fratres, & filii in Christo carissimi NOS LUDOVICUS BRUNUS Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Aquensis, & Comes suscepti oneris non ignari hoc unum proponendum esse duximus. Nos animadvertentes per singulos prædecessores nostros hujusmodi Constitutionum copias suis temporibus datas, promulgatasque fuisse ea diligentia, eaque maturitate confectas, ut illis nihil adjici posse videatur, ita eorum mentem, atque substantiam sectatos fuisse, ut paucis tantummodo pro temporum nostrorum necessitate adjectis, ac resecatis brevitati, ac communi utilitati potius consulere voluisse, quam alicujus emendationi studuisse censeri debeamus, adeo etiam breviter, adeoque dilucide quæ necessaria visa sunt complecti, Deo auxiliante conati sumus, ut unusquisque sicuti honestate equitateque suadente ea facile poterit observare, ita & ob brevitatem, & claritatem ea optime intelligere, & retinere facillime valeant.

Vobis igitur in generali hac sinodo pro majorum nostrorum more convocatis nobis assistentibus venerabilibus fratribus Ecclesiæ nostræ Aquensis Canonicis constitutiones ipsas eorum quoque consilio & maturitate confectas in præsentiarum legi, & promulgari decrevimus mandantes, ac sub multa poenarum in eis contenta præcipientes, ne quisquam eas transgredi, aut violare præsumat, sperantes vos ita vestra modestia, vestraque spontanea honestate facturos, ut eas potius observasse, & excoluisse, quam ex ulla parte contempsisse, aut violare voluisse judicandi sitis.

Nomina Canonicorum fratrum nostrorum, quorum consilio hæc constituimus consequuntur.

Venerabilis D. Tiburtius Bulla Archipresbiter. D. Johannes Sigismundus. D. Renaldellus de Porta. D. Bartolomeus de Zabreriis. D. Jacob de Marenghis. D. Georgius de Carmaglieriis. D. Aug. de Porta. D. Jacobus de Scurotis. D. Bernardinus de Bellexiis. D. Dominicus de Ochis.

TIT. I.

De tonsura, & habitu Clericorum.

Ut Clerici a secularibus habitus gravitate dignoscantur, quo unicuique suus honor exhibeatur sancimus, & ordinamus, ut omnes, ac singuli Clerici Civitatis, ac Diœcesis nostræ Aquensis tonsuram continue deferant, & habitum clericalem vestes scilicet graves non diversorum colorum; talares idest usque ad talos sive pedes extensas, præsertim si ipsi Clerici fuerint sacerdotes, & in sacris ordinibus constituti. Alii vero Clerici paulo breviores deferre poterunt, præsertim qui adolescentuli sunt, capillos minime nutrientes, nec ad pompam deferant; sed ut aurium saltem medietas videatur: in sacris constituti tonsuram deferant circularem ad amplitudinem hostiæ. Qui contrafecerint nostro arbitrio puniantur pro qualitate personarum pœna mensæ Episcopali applicanda, & in pios usus convertenda. In prima constituti tonsura, si continue tonsuram non deferant, Clerici quoque conjugati, nisi in habitu, & tonsura clericali perseveraverint, Clericorum privilegiis non fruantur. Archidiaconi, Canonici, Ar-

Digitized by Google

chipresbiteri, aliique ſacerdotes in dignitate conſtituti, plebanique, ſeu parochiarum Rectores caputium deferant in humero condecenter, niſi in itinere fuerint vel in clauſtro. Contrafacientes pœna duorum ſolidorum menſæ noſtræ applicanda qualibet vice puniantur.

TIT. II.

Pro Clericis ſecularibus negotiis ſe immiſcentibus.

TIT. III.

De Clericis qui caſtra ſequuntur, & arma deferunt.

Clerici in ſacris conſtituti, ſi in exercitibus, ſeu caſtris armatorum ſecularia tractantes cum armis fuerint inventi, ſuis priventur privilegiis, ac beneficiis, niſi neceſſitate impulſi, & pro defenſione juris Eccléſiaſtici, vel proprii, aut pro Miſſa dicenda, & pro ſerviendo infirmis illic fuerint inventi, nec quiſque Clericus die, aut noctu per Civitatem per terram, aut vicos arma deferre præſumat, niſi timoris faciendi cauſſa, nec incedant nocturno tempore ſine lumine contra formam ſtatuti municipalis, niſi forte cum lumine ad viſitandos infirmos, aut ad aliud neceſſarium opus. Contrafacientes pro qualibet vice in uno floreno, & ultra pro noſtro arbitrio puniantur.

TIT. IV.

De Clericis ludentibus ludis illicitis.

TIT. V.

De Clericis, & aliis blaſphemantibus, & jurantibus.

Clerici blaſphemantes nomina Salvatoris, aut B. Virginis, ac Sanctorum, & Sanctarum Dei, atque frequenter jurantes pro qualibet vice in una libra Aſtenſis arbitrio noſtro diſpenſanda puniantur. In ſacris, aut ſacerdotio conſtituti ultra prædictam pœnam tam a beneficiis, quam ab officiis ſuſpendantur. Plebani, & Rectores alii, ut confeſſionum auditores ſuos parochianos blaſphematores ad nos, vel Pœnitentiarium noſtrum in abſentia noſtra mittant abſolvendos: alias ipſimet pro quolibet blaſphematore, quem abſolverint, noſtro arbitrio ſevere puniantur.

TIT. VI.

De cuſtodia, ac reverentia Corporis Chriſti, ac Chriſmati, & Oleo ſancto adhibenda.

TIT. VII.

De feſto ſancti Guidonis celebrando.

Cum B. Guido Civitatis noſtræ, Diœceſiſque patronus multa miraculorum gloria clarificatus exiſtat, ſtatuimus, & ordinamus, ut in omnibus Eccleſiis noſtræ Diœceſeos ejus feſtum omni anno, die ſecunda junii celebretur, fiatque ejus feſtum duplex, & per totum annum ſpecialis commemoratio de eo fiat in Miſſa matutinis, & veſperis, ſicuti de aliis Sanctorum ſuffragiis. Dominica vero proxime antecedenti ſecundam diem junii omnes Curati prædictum feſtum parochianis ſuis annuncient, eiſque noſtra auctoritate præcipiant ipſum feſtum celebrare. Inſuper ipſi Curati, & Clerici noſtræ Diœceſis prædictum feſtum in ſuis calendariis annotent, & quia in noſtra cathedrali Eccleſia fit officium proprium per octavam prædicti Sancti habeant ipſi Clerici prædictum officium, vel ſaltem ipſo die feſto, atque per octavam celebrent officium unius Confeſſoris, atque Pontificis ſub nomine proprio ſancti Guidonis, contrafacientibus arbitrio noſtro puniendis.

TIT. VIII.

De reſidentia Clericorum.

TIT. IX.

De prohibita multarum præbendarum poſſeſſione in eadem Eccleſia.

Nullus Clericorum præbendam, vel beneficium in Eccleſia noſtra cathedrali, vel collegiata obtinens ad aliquam aliam ejuſdem Eccleſiæ præbendam, ſeu beneficium illi incompatibile ſecundum jura eligi valeat, aut illud retinere primo beneficio retento ſine ſpeciali noſtra, aut potius ſedis Apoſtolicæ indulgentia, & auctoritate. Delinquentes beneficio quod prius poſſidebant alteri libere conferendo privati cenſeantur.

TIT. X.

Ne Clerici alienos Judices adeant.

TIT. XI.

De Clericis, & Laicis in excommunicatione pertinaciter perſeverantibus.

TIT. XII.

De his, qui beneficiis privantur.

TIT. XIII.

De concubinis non tenendis.

TIT. XIV.

Ne filii presbiterorum patribus miniſtrent.

TIT. XV.

De uſuris, & aliis malis contractibus Clericis prohibitis.

TIT. XVI.

De prohibita rerum Eccleſiaſticarum alienatione.

TIT. XVII.

Clerici ſuorum beneficiorum inſtrumenta condant.

TIT. XVIII.

Ne Monachi, vel Canonici regulares, aliuſve religioſus Presbiter, & ſeculares ſacerdotes curam, ſeu adminiſtrationem animarum habeant.

TIT. XIX.

De admittentibus collationem antequam nobis fuerit facta fides.

TIT. XX.

De beneficiis ſine inſtitutione legitima non obtinendis.

TIT. XXI.

De literis monitoriis, vel excommunicationis ſine conſenſu noſtro non publicandis in noſtra Diœceſi.

TIT. XXII.

De Cotta in Confeſſionibus induenda.

Quicumque ſacerdos ſecularis in confeſſionibus audiendis, aliiſque ſacratis Eccleſiaſticis miniſteriis, & officiis divinis celebrandis cottam, ſeu ſuper pel-

licum induat pro honestate; in contrarium facientes in quinque sol. imper. pro qualibet vice pumantur.

TIT. XXIII.

Quod Curati habeant summam Confessorum, aut Manipulum Curatorum.

Et quia plerique in audiendis confessionibus parvam diligentiam adhibent, ideo præsenti constitutione sancimus, ut quisque rector, vel sacerdos confessionem audiens habere debeat summam Domini Archiepiscopi Florentini, vel aliam, vel Manipulum Curatorum infra annum post publicationem hujus nostræ constitutionis, & in illis studeant diligenter. Contrafacientes vero arbitrio nostro puniantur.

TIT. XXIV.

De juramento fidelitatis Episcopo præstando.

TIT. XXV.

De juramento per Prælatos, & Ecclesiarum Rectores faciendo.

Ecclesiarum indemnitati providere cupientes, statuimus ut quisque ad earum dignitates, seu rectorias assumentur, earumque possessionem fuerit pacificam consecutus infra mensem in præsentia Capituli sui, & bonorum parochianorum ipsarum Ecclesiarum, & tabellionis publici de thesauris, ac bonis mobilibus ipsarum Ecclesiarum inventarium in scriptis fieri faciant cum effectu apud ipsas Ecclesias conservandum; contrafacientes in tribus libris imperialibus irremissibiliter puniendo.

TIT. XXVII.

De quæstoribus sine literis nostris non admittendis.

Cum à quæstoribus eleemosinarum multæ sepe in fraudem populi proponantur eleemosinæ universis & singulis Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, atque Ministris Civitatis, & Diœcesis nostræ Aquensis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, quam ferimus in his scriptis contra quoslibet contrafacientes, præcipimus, ac injungimus, quatenus nullos quæstores ad prædicandum in suis Ecclesiis, vel ad petendas eleemosinas in suis parochiis admittant, vel admitti faciant, nisi ipsi quæstores super has literas a nobis habuerint. Etsi aliquos similes homines sine literis nostris invenerint motu proprio indulgentias populo proponentes, vel dicentes se habere potestatem dispensandi super votis, perjuriis, & homicidiis, & remittendi peccata supra male ablatis, & absolvendi malefactores a pœna, & culpa, & similibus prout sæpe tales reperti fuerunt, etsi super hoc literas Apostolicas ostenderent, quas sæpe falsificasse reperiuntur, ipsos capiant, ac teneant sub fida custodia invocato ad hoc, et si opus sit nostra auctoritate auxilio brachii secularis, ipsosque sic detentos nobis, aut Vicario nostro per se, aut per alios faciant præsentari, scientes, quod bonam partem bonorum, quæ ipsi quæstores habere comprobentur, illis dabimus qui ipsos in potestatem nostram adduxerint.

TIT. XXVI.

Ne quis monialia monasteria ingrediatur.

Statuimus, & ordinamus, quod nullus Clericus cujusque conditionis, ordinis, vel religionis existat, vel etiam Laicus masculus aliquod monasterium monialium Civitatis, vel Diœcesis nostræ Aquensis ad evitanda scandala sine nostra Episcopali licentia quovis modo intrare præsumat; contrafacientes in pœna flor. quatuor pro qualibet vice puniantur propter inobedientiæ crimen, super quo nisi per nos, aut Vicarium, & Pœnitentiarium nostrum absolvi non possint; & ad hoc si opus sit ad invocationem brachii secularis procedatur, nisi legitimam super his causam coram nobis allegaverint.

TIT. XXVII.

Ut notarii testamenta de piis relictis infra tempus ostendant.

TIT. XXVIII.

Quod notarii ostendant testamenta scriptis.

Quod notarii ostendant testamenta, vel instrumenta de relictis ad pias causas locorum ordinariis infra mensem: & si intra annum non solverint non possint absolvi nisi ab Episcopo, vel pœnitentiario.

TIT. XXIX.

De pœna impedientium officium Vicariæ, & nuncium Curiæ nostræ Episcopalis.

TIT. XXX.

Quod non confitentes peccata eorum dentur nobis in scriptis.

Item statuimus, & præcipiendo mandamus, quod omnes Presbiteri parochiales nobis redigant in scriptis, & præsentent omnes Laicos de parochia sua, qui saltem semel in anno noluerint confiteri, & communicare, quod etiam de Clericis volumus specialiter observari, & istud publice notificent in suis Ecclesiis, quod sic a nobis habent in mandatis. Contrafacientes vero nostro puniantur arbitrio.

TIT. XXXI.

Quod non teneantur pueri in cubilibus.

Quoniam sæpe contingit propter incautam, & minus debitam custodiam filiorum fieri oppressiones, prout quotidie videmus, & experientia docet, statuimus, & ordinamus, quod omnes Presbiteri & cujuscumque conditionis existant curam animarum habentes attente, ac sæpius moneant sub obtestatione divini judicii suos parochianos utriusque sexus, ut de pueris suis, seu infantibus diligentem custodiam habeant, & faciant, prohibentesque eisdem, ne eos de nocte inter ipsos, seu in ipsis in suis cubilibus teneant, seu reponant, sed prope se habeant cunas ad hoc debitas pro conservatione dictorum puerorum. Eisdem parochianis annunciando, quod major eis pœnitentia imponetur, quam hactenus, nisi prædicta observaverint, & majorem diligentiam adhibeant, si oppressiones ipsorum puerorum contingat evenire.

TIT. XXXII.

De hæreticis, & male credentibus nusquam recipiendis.

Cum malitia hostis antiqui, ac perfidia Diaboli fraudes, & laqueos ad humanum genus decipiendum passim spargere, & disponere nusquam desistat;

Digitized by Google

malique ab eo seducti hæreticam sentiant pravitatem, & contraria Ortodoxæ fidei, ac S. Matris Ecclesiæ credentes cum magno populorum periculo, & animarum damno inter Christianos bonos conversari reperiantur, præsenti constitutione sancimus, ut quilibet Prælatus, ac Rector parochialium Ecclesiarum, & cujuscumque ordinis sacerdos, vel Clericus tales invenerit, eos omni diligentia nobis, aut Vicario nostro debeat nunciasse, ut de opportuno remedio providere valeamus, & ne alii cum illis conversentur, sub excommunicationis pœna ex auctoritate nostra communicentur; & si illos forte mori, vel infirmari contingeret, nullus eos in domibus suis, nec in Ecclesiis, aut cœmeteriis sub prædicta pœna, & ulterius nostro arbitrio infligenda recipere audeat.

TIT. XXXIII.

Quod usurarii, & raptores non communicentur, nec sepeliantur.

Cum multi usurariam pravitatem, & improbum fœnus exercentes ad S. Communionem accedere non vereantur in maximum animarum suarum præjudicium, & boni publici scandalum, sancimus, & præsenti constitutione præcipimus, & mandamus universis, & singulis Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, & Ministris Civitatis, & Diœcesis nostræ Aquensis, quod nulli publico usurario, vel secreto, vel raptore communionem tradant, nec ad sepulturam Ecclesiasticam eos admittant, nisi prius de restitutionibus fiendis secundum facultates ipsius habeant pignoraticiam, vel fidejussoriam cautionem sub pœna arbitrio nostro imponenda.

TIT. XXXIV.

De usuris.

Cum generale concilium apud Lugdunum celebratum cautionem de restituendis usuris sub certa forma decreverit exhibendam, monemus omnes Clericos, & Religiosos curam animarum habentes nostræ Civitatis, & Diœcesis, ut sine licentia nostra hujusmodi cautionem non recipiant, nisi infirmi periculum impediat nostram licentiam expectare. Item præsenti constitutione firmamus, ut quotiescumque manifestis usuris de restituendis secundum formam dicti concilii cautionem dare, scribere, sive publicare alicui Notario, vel alteri illam recipere contigerit, nobis ante obitum illius usurarii exhibeant cautionem hujusmodi si fieri poterit; alioquin post obitum ejus infra mensem dictæ cautionis formam, qui illam receperit nobis ostendant. Volumus enim eam videre, utrum sit legitime celebrata, & etiam in nostris exemplaribus registrari. Si vero quicumque Notarius in ostensione dictæ cautionis deinceps malitiam, vel notabilem negligentiam habuerit, nec infra dictum tempus nobis ostenderit, in tum ex nunc in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus. Ne autem ipsi Notarii possint aliquam de ignorantia excusationem prætendere, præcipimus Ecclesiarum Rectoribus, ut post dictam cautionem receptam per eos Notarios eosdem sollicitent, ut ipsam cautionem non differant intimare.

TIT. XXXV.

De casibus reservatis.

Item ne prætextui ignorantiæ, quæ mater est erroris, Presbiteri curam animarum habentes in casibus a jure eis non permissis quemcumque suorum parochianorum absolvant, quod quidem prohibemus sub pœna interdicti, sine nostra licentia; inferius casus nobis reservatos duximus annotandos, a quibus nullus Presbiter, & curam animarum habens possit absolvere, nisi in mortis articulo.

Casus autem sunt hi.

Quicumque excommunicatus majori excommunicatione lata ab homine, vel a jure. Item Hæretici, credentes, fautores, vel participantes scienter cum eisdem, & eorum defensores. Item committentes incestum usque in quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusive. Item perpetrantes adulterium cum muliere professa regularem observantiam. Item contrahentes matrimonium de facto alia prima uxore, vel marito vivente. Item suscipientes ordinem sacrum, vel religionem intrantes invita uxore sua post carnalem copulam subsecutam. Item conjux qui vel quæ in morte alterius fuerit machinatus, vel machinata. Item mulier ex alio viro filium concipiens, ut proprium nutrit. Item mulier partum alterius sibi apponens, & ad prædictum dantes auxilium, consilium, vel favorem. Item interficientes prolem propriam studiose, vel malitiose, & etiam negligenter. Item procurantes sterilitatem, vel abortum quovis modo. Item commutationes votorum, vel juramentorum dispensationes. Item in casibus, pro quibus est solemnis pœnitentia injungenda. Item in simoniis quovis modo, sive in ordine, sive beneficiis, præterquam in mentalibus. Item qui tenent illicite beneficium Ecclesiasticum, aut bona Ecclesiastica, sive jura, vel instrumenta, cartas, & privilegia, libros, & similia præsertim ad nos spectantia. Item incendiarios, vel famosos latrones. Item sacrilegium committentes, & Ecclesiam polluentes seminis, vel sanguinis effusione. Item violantes Ecclesiasticam libertatem. Item promotos ad ordines ab alieno Episcopo, suo proprio antistite inconsulto. Item celebrans excommunicatus, suspensus, vel interdictus. Item Presbiter revelans peccatum sibi in foro pœnitentiæ detectum. Item celebrans cum sacris vestibus solemniter in sacro quod non habet. Item Clericus fornicarius publice, vel concubinarius. Item Clericus scienter recipiens in cimiterio, vel ad Ecclesiasticam sepulturam corpus alicujus excommunicati suspensi, vel interdicti publici. Item abutens hostia sacra, vel chrismate, vel oleo sancto. Item sortilegiis divinis abutens, vel dæmones invocans, vel etiam maleficus. Item falsum testimonium proferens, aut falsarius, vel falsare procurans instrumentum, vel literas, vel sigillum alienum in præjudicium alicujus. Item irrogans patri, vel matri enormem corporalem injuriam. Item transgressores constitutionum provincialium, & sinodalium ab antistibus quibuscumque suspensionis, vel interdicti emanatarum. Item blasphemantes publice Deum, V. M., & Sanctos. Item dispensatio male ablatorum, & incertorum, vel certorum, cum non extant ii, qui-

Digitized by Google

bus restitutio est fienda. Item contrahentes matrimonium clandestine, vel contra edictum Ecclesiæ. Item committentes publice enormia delicta. Item filios exponentes. Item homicidæ qualescumque. Et in casibus prædictis, & similibus, vel majoribus remittantur ad Nos Episcopum, vel Vicarium nostrum, at nostræ maioris Ecclesiæ pœnitentiarium nostrum. Insuper nobis, vel pœnitentiario nostro reservamus absolutionem omnium monialium, & religiosarum mulierum, ac etiam omnium Ecclesiarum, Rectorum, & Prælatorum immediate subjectorum. Sacerdotes vero, & Confessores in prædictis casibus absolventes, si Religiosi fuerint, ab audientia Confessionum sint eo ipso suspensi; si seculares sacerdotes fuerint in 100. solid. imper. condemnamus.

TIT. XXXVI.

De prædictis Constitutionibus legendis, & observandis.

Item statuimus, quod omnes Constitutiones suprascriptas, & infrascriptas iidem Prælati, Abbates, Rectores, & Ministri die prima quadragesimæ, vel per totam primam hebdomadam ejusdem quolibet anno teneantur in suis capitulis legere, seu legi facere, & eas observare, & observari facere a suis subditis, alioquin nostro puniantur arbitrio.

TIT. XXXVII.

Quod ista Constitutiones legantur, & observentur per, & inter parochianos.

TIT. XXXVIII.

Quod omnes Rectores habeant copiam istarum Constitutionum.

Item præsenti Constitutione sancimus, quod quilibet Prælati, Præpositi, Capellani, Rectores, & Collegia Plebani, & Ministri Ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis nostræ Aquensis has Constitutiones infra sex menses post nostram completam synodum proxime futuros debeant copiam ipsarum nostrarum Constitutionum in formam, quæ fidem faciat scriptam, vel subscriptam manu alterius ex Cancellariis nostris, & nostro sigillo munitam.

TIT. XXXIX.

De Ecclesiastica sepultura.

Item quia multoties ex ignorantia, vel negligentia, seu etiam malitia suos parochianos Presbiteri curam animarum habentes, vel alii, seu etiam in Ecclesiis cathedralibus, & regularibus, vel collegiatis passim, & indifferenter admittunt ad Ecclesiasticam sepulturam etiam in casibus a jure prohibitis sine licentia sui Episcopi, quod omnino prohibemus, & ne omnino amodo hoc faciant statuimus, & ordinamus sub pœna nostri arbitrii, ne in dictis casibus prohibitis sine licentia nostra, vel Vicarii nostri quemcumque ad Ecclesiasticam sepulturam admittant, vel recipiant, & ne prætextu ignorantiæ se excusent, casus, in quibus quis debet privari Ecclesiastica sepultura, inferius exprimentur. In primis juxta juris dispositionem in Cimeterio, vel Ecclesia prohibemus sepeliri, vel tumulari omnes Hæreticos, Judæos, & Paganos. Item generaliter omnes excommunicatos, & in omni excommunicatione si notorie sint excommunicati, & absolutionem ante mortem, vel in mortis articulo non sunt consecuti Item omnes illos, qui moriuntur in torneamentis, & hoc intelligendo de iis, qui causa se exercendi in torneamentis veniunt. Item qui, seu quæ se voluntarie occidunt. Item quandocumque interdicitur locus generaliter, vel specialiter tempore interdicti durante. Item manifestos usurarios. Item publice Deum, vel Sanctos blasphemantes, nisi eos pœnitentiam fecisse constiterit. Item Monacos proprium habentes, & non ante mortem revelantes.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCCXCIX., indictione secunda, die XXII. mensis augusti in Ecclesia cathedrali Aquensi edite, facte, & promulgatæ fuerunt suprascriptæ constitutiones, & provisiones, & omnia, & singula in eis contenta solemniter, & publice per Reverendissimum in Christo Patrem D.D. Ludovicum Brunum Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopum Aquensem, & Comitem de voluntate, & consensu suprascriptorum, & infrascriptorum D.D. Canonicorum, Archipresbiterorum, & Rectorum Ecclesiarum, ac lecta, ac publicata per me Percivallum Ainardum civem Aquensem Not. & secret. prædicti Reverendissimi D.D. Episcopi & Comitis & sedis Episcopalis Aquensis in plena, & synodo generali Cleri Civitatis, & Diœcesis Aquensis ibidem congregatæ de mandato prædicti R.R. D.D. Episcopi, & Comitis, in qua aderant venerabiles D. Tiburrius Bulla Archipresbiter Ecclesiæ majoris Aquensis, D. Johannes de Sismundis Canonicus Aquensis, Renaldus de Porta, Bartolomeus de Zabreriis, Georgius de Carmalieriis, Augustinus de Porta, Jacobus de Scurotis, Bernardinus de Belexiis, & Dominicus de Ochis omnes Canonici præbendati dictæ Ecclesiæ cathedralis Aquensis, venerabilis decretorum Doctor D. Paulus de Grossis Archipresbiter Montisbarutii, & Nicem, venerabilis Presbiter Bernardus de Milioti Archipresbiter Pareti, necnon plusquam tres partes omnium Archipresbiterorum, Prælatorum, & Rectorum Ecclesiarum Diœcesis Aquensis, quas quidem Constitutiones prefatus R.R. D.D. Episcopus, & Comes jussit per me jam dictum Notarium, & Secretarium subscribi, ejusque sigilli munimine roborari, de quibus omnibus, & singulis suprascriptis præfatus R.R. D.D. Episcopus & Comes, & præfati D.D. Canonici Archipresbiteri, & Rectores Ecclesiarum præceperunt, & rogaverunt per me jam dictum Notarium confici debere publicum instrumentum præsentibus ibidem pro testibus ad præmissa vocatis, & rogatis D. Michaele de Ecclesia juris professore, & Michaele Sigismundo, & Jacobo Caezulino civibus Aquis omnibus Notariis & idoneis.

Ego Percival de Ainard civis Aquensis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Notarius, & Cancellarius R.R. D.D. Episcopi suprascriptum instrumentum &c.

CHRONICA

Hiſtoriam Aquenſem, Monferratenſem, ac Pedemontanam illuſtrantia.

Excerpta ex Chronicis imaginis mundi Fr. Jacobi de Aquis Ord. Fr. Praedic. principio ſec. XIV. ſcripta.

Sanctus Euſebius Vercellenſis (*fol.* 32. *col.* 2.) ab haereticis pro fide Chriſti eſt martirizatus, & dicitur, quod poſtmodum Eccleſia Vercellenſis ſimul habuit duos Epiſcopos de jure et legitimos, quorum unus dominabatur in Bugella villa magna Dioceſis Vercellenſis, et alius regebat in civitate, de quibus talis breviter notatur hiſtoria. Fuit Vercellis Epiſcopus Deo devotus, qui volens terram ſanctam in Chriſti honore viſitare, tranſivit mare, & capitur a Saracenis, venditur, hinc inde ducitur. Vercellis creditur mortuus. Alius Epiſcopus in Eccleſia Vercellenſi ſubrogatur. Epiſcopus captivus ab eo qui illum emit ponitur ad paſcendum porcos. Et dum per magnum tempus ſic illa animalia cuſtodit, accidit Deo volente et diſponente quoſdam mercatores Lombardos Chriſtianos per illam contratam tranſire, ubi Epiſcopus praedictus talia animalia paſcebat, dum praedicti mercatores tranſierunt, praedictus Epiſcopus erat actu in via, et Epiſcopus clamando dixit: per B. Euſebium Vercellenſem, cuius ego ſum ſervus . . . quod verbum mercatores praedicti ut audiverunt, eidem loquentes cognoſcunt ipſum ſore epiſcopum Vercellenſem, quem de manibus Saracenorum redimentes Vercellas ipſum reddiderunt. Et tum de voluntate tocius Eccleſiae Vercellenſis primus Epiſcopus, qui fuit captivus, regit dum vixit in civitate, et alius regit in Bugella, dimiſſa Dioeceſi cum reditibus ſuis, & poſt mortem unius omnia ad unum ſtatum reducuntur.

Hoc tempore (*fol. eod. col.* 2.) Doctor magnus Epiſcopus Ambroxius Mediolanenſis floret, Et tunc Eccleſia Vercellenſis Archiepiſcopatum tenebat, & ceſſit Mediolanenſibus, & Epiſcopus datus eſt Vercellenſibus propter honorem beati Ambroxii.

De Stelicone, quem Stellionem vocat, (fol. 66.) *ait miſſum ad Praefecturam Alpium Coctiarum, atque in civitate Potentiae ſedem ſuam habuiſſe, ex qua civitate* Braida facta fuit terra pulchra, & magna, *Gotos totam hanc regionem depopulatos*; propter quod dicitur forte quod Alba ſtetit inhabitata quinque annos.

An. DXXX. circiter Elpes uxor Boetii antequam moreretur, ſuum ſepulchrum ſubſcripſit dicens:

Elpes dicta fui, Siculae regionis alumna,
Quam procul a patria conjugis egit amor;
Porticulis ſacris jam nunc peregrina quieſco,
Judicis aeterni teſtificata tronum.

Inter omnes alias Civitates Lombardiae, quae plus ſe defendit Regi Alboino & Longobardis fuit Papia, circa quam maximam ponunt obſidionem, & illam clauſam & obſeſſam per tres annos continuos obtinuerunt. Tunc enim in Papia iam multi habitabant Chriſtiani, qui fuerant praedicati ante per maximum tempus a B. Dalmatio Confeſſore; ſic ut in legenda ipſius legitur: Albuinus autem Rex nec etiam Longobardi erant adhuc Chriſtiani; ſed omnes idolatrae. Poſt obſidionem praedictam de Papia juravit Alboinus Rex Longobardorum, quod niſi uſque ad tale tempus ſibi traderent civitatem, quod omnes Chriſtianos, qui ſunt in Papia occidam, quando terram capiam: factum eſt autem, ut non poſſet populus ſe defendere, dum Rex Alboinus violenter civitatem intrat, in ipſo introitu portae pontis veteris equus Albuini Regis ſtat, & non vult procedere ulterius. Tunc Rex Albuinus edoctus ab una Chriſtiana juramentum de morte Chriſtianorum revocavit, & ſic tunc equus ultra proceſſit.

Longobardi ſub Albuino occuparunt Lombardiam ſcilicet, Venetiam, Inſubriam, Æmiliam, et Alpes Cotias, excepta maritima, quam habere non potuerunt, nec etiam curarunt. Roſimunda, uxor Albuini moritur Ravennae, ibi ſepulchrum cum hoc verſu.

Hic jacet in tumba Roſimunda, non roſa munda,
Non redolet, ſed olet, quae redolere ſolet.

Refert poſt mortem Clephi Alboini ſucceſſoris per X. annos Longobardos a ducibus fuiſſe gubernatos in ſingulis eorum civitatibus, ſcilicet Mediolani, Novariae, Vercellarum, Taurini, Cumarum, Pergami, Briziae, Veronae, Tridenti, Boxani, Trivixiae, Venetiae, Paduae, Mantuae, Cremonae, Laudae, quae dicitur Palaz, Mutinae, Regii, Vicentiae, Palmae, Ferrariae, Placentiae, Bobii, Tertonae, Silveſtriae, quae Aquis, unde verſus:

Aſt Longobardi Laticum pro copia magna,
Hanc Aquis eſſe volunt Aquenſana, quae dicitur inde Albae, Aſtae, Papiae, Brixillae ſuper padum nunc deſtructae.

Anno Chriſti DXCV. (*f.* 174.) In civitate Aquis eſt factum Monaſterium Monachorum S. Petri cura maxima & honorabili devotione in ſuburbio civitatis, & habetur ibi quod majus altare illius Eccleſiae fuit ab Angelis conſecratum, & ibi multa jacent corpora Sanctorum.

Praedictus autem (*fol.* 33. *col.* 4.) Rex Aripertus Longobardorum XVI. volens facere pacem cum Eccleſia Romana, ut magis confirmetur in Regno

Longobardorum, quod quasi violenter habuerat, quia de Ducatu Taurinensi pervenit præliando ad Rennum: omnia jura Ecclesiæ restituit, & maxime dogationem patrimonii alpium Cottiarum (1), quæ Apostolicæ Sedi pertinebant, & a Longobardis violenter multo tempore fuerant ablatæ & possessæ, & omnia Ecclesiæ in pace possidere permisit, scilicet castra, burgos, villas, Monasteria, possessiones, reditus, civitates, in quibus habet Ecclesia multas jurisdictiones, sicut in Terdona, in Bobio, ubi est Monasterium S. Columbani. In alia etiam nobili civitate, quæ Aquis dicitur, ubi sunt balnea, & fontes de aqua calida in magna quantitate, de qua Aquis civitate infra in numero . . . & hanc restitutionem prædictus Rex Aripertus aureis literis confirmatam Romam misit tempore Ioannis quinti anno Jesu Christi DCC (2).

(1) *Quæ fuerint antiquorum sententiæ circa harum significationem & extensionem vide apud Bertium Breviarium Eccl. Hist. T.* 1, *p.* 235. *ed. Neap. V.*

(2) *Verius*: Io. septimi A. J. C. circiter DCCVI.

Anno Jesu Christi . . . . (*fol.* 31. *col.* 2.) Imperatore Philippico imperante in Roma, tempore Regis Longobardorum Adsprandi, & in Roma Papa Constantino, villa de Casali Montisferrati, quæ modo est Diœcesis Vercellensis, erat civitas dicta more Paganorum, & vocabatur Sedula. Habebat autem hæc Sedula Civitas ducem nomine Antibolum, qui multum Hereticis & Ariani: favebat. In quorum servitium prædictus Antibolus dux occidit B. Episcopum Evassium, qui ibi ad prædicandam fidem Jesu Christi venerat, & qui tunc erat Episcopus Astensis.

Hoc tempore (*fol.* 27. *col.* 2.) Anselmus Dux Mutinensis, cognatus Aystulphi Regis Longobardorum (circa ann. DCC.LII.) . . . relicto seculo; & pompis ejus, in comitatu Mutinensi Nonantulanum construxit Monasterium, & Ecclesiam ibi dedicavit in honorem omnium Apostolorum, & illud Monasterium ex suis dotavit opibus, in quo Monasterio ducentorum Monachorum extitit Pater. Prædicto enim Anselmo Abbati pro magna gratia Papa Zacharias dedit corpora Sanctorum Confessorum Silvestri, Adriani, Genesii, & Theoponcii, qui in eodem Monasterio Nonantulano conditi reservantur. Quidam historiographi ponunt, quod usque ad istud tempus semper fuit Papia Ticina vocata.

Tunc tempore Karoli Martelli (*fol.* 26. *col.* 1.) Civitas Lombardiæ Vincentia bona & nobilis habebat & Comitatum & Ducatum. Et ibi erat Dux Parenderus, tunc homo valens multum.

Dicitur de isto Karolo Martello, quod dum de Roma reverteretur in Franciam, transit a casu per civitatem Aquis de Lombardia, & ibi graviter infirmatus moritur, & decoctus carnes sepeliuntur in Aquis in Ecclesia parva S. Mariæ Rotundæ, quæ est cappella juxta cappellam S. Ambroxii apud altare ejusdem cappellæ: ossa vero portantur in Francia, unde versus:

Quod corpus sit in Aquis Karolus Aquis jacet
Martellus cum Ludovico &c.

In alia autem Ecclesia S. Mariæ majoris est corpus Ludovici pii Imperatoris.

Corpus (*fol.* 81. *col.* 4.) Karoli Martelli quantum scilicet ad carnem, & non ad ossa jacet in Aquis in Ecclesia S. Mariæ parvæ Rotundæ juxta altare, quia ibi mortuus est veniens de Roma volens ire in Franciam. Ideo Karolus magnus abiaticus suus Imperator Aquis vadit amore avi ibi jacentis, & ibi fuit commoratus per aliquot dies, ubi in honorem Civitatis multos cives militari ense accinxit, & recessit.

It. fol. 89. *in margine iterum hæc habet de Karolo Martello.* In Aquis moritur & coquitur, sepulchrum in tribū ejus inventum est.

Parat se Rex Desiderius (*fol.* 29. *col.* 1.) cum Longobardis defendere, & claudit viam contra Gallicos. In introitu Lombardiæ de parte civitatis Yporegiæ fit maxima clausura de lapidibus congregatis in maxima quantitate inter Doyram & costam, quæ dicitur Calamaz ultra villam Caballiate, & Doyra flumen claudebat ex una parte & costa de Calamaz ex alia parte. Et in medio factus est murus maximus logiis & latus de lapidibus grossis, & minutis in modum macerie congregatis. Et super murum facta castra multa de lignis, ita quod nullus ibi pedes vel eques poterat aliquo modo transire. In medio vero muri super stratam regiam erat magna porta, & firmata de muro forti, & calcinato ad intrandum & exeundum, & porta tota ferrea ibi posita erat, & tale ædificium illius muri dicitur *Logie* ibi usque hodie. Illas logias vidimus, quia in multis locis adhuc sunt ibi vestigia prædictorum.

Descenderunt Gallici cum suo Rege Karolo magno, & capiunt citius civitatem Yporegiam. Deinde ponunt suum maximum exercitum extra muros logiarum prædictarum, & infra murum est Rex Desiderius cum suis Longobardis. Ubi Rex Desiderius habebat militem, Karolus habebat Baronem. Et ubi erat numerus Longobardorum peditum, erat numerus militum Francorum. Et ubi Longobardi ponebant Sacerdotem, vel Clericum, ponebant Gallici Prælatum. Attendens Karolus magnus & videns moram, recolligit circa V. millia juvenes nobiles & milites, & illis dat jocalia magna, & majora promittit, si citius locum clausum intraverint logiarum prædictarum. Qui die statuta locum illum pugnare ceperunt Gallici. Extra & intra Longobardi defendunt. Fit pugna maxima . . . duo millia ibi moriuntur, antequam locum vincere possint Logiarum. Tandem ultimo violenter intraverunt, & multos in illo introitu de Longobardis occiderunt. Quod videns Rex Desiderius scilicet perdidisse clausuram, passus, retrocedit cum suo exercitu Longobardorum usque ad villam, quæ dicitur Sancta Agata. Et omnis multitudo Gallicorum cum Rege eorum Karolo magno Longobardos insequitur usque ad locum supra Sancti Germani, qui dicitur Saltus Karoli. Et est ibi usque nunc quædam terræ altitudo. Ibi fuerunt in prælio maximo Gallici cum Longobardis per xxx. continuos dies. Et non cessabant & nocte & die pugnare alternatim, in medio istorum duorum exercituum non erat obstaculum, nisi fovea quædam longa multum, sed in latitudine erat unius cubiti geometriæ cum aliqua aqua. Post illos triginta dies Rex Karolus facit sibi violentiam cum suo exercit

Gallicorum, & foveam prædictam eques saltavit, & firmus ibi stetit cum maximo pondere belli, quia contra eum Rex Desiderius cum suis Longobardis fortiter pugnabat. Tandem Karolus cum suis campum illum obtinuit. Et Rex Desiderius cum suis retrocedit usque ad civitatem Vercellarum.

Posita maxima obsidione per Gallicos circa Vercellas Rex Desiderius cum multitudine Longobardorum inde recedit, & vadit Mortariam, quæ tunc dicebatur Villa Gaudii, postea mutato nomine propter maximam mortalitatem ibi factam, dicta est Mortaria . . . Capta igitur per Gallicos Civitate Vercellarum, quæ tunc non erat murata, venit Rex Karolus magnus cum omnibus suis hominibus ad locum ubi in Mortaria Rex Desiderius suum congregaverat exercitum maximum Longobardorum. Die statuta ad prælium faciendum Karolus magnus omnes suos milites in campum ordinavit in illa pulchra planicie, quæ est inter Sanctum Albinum, & Sanctam [illegible], & etiam se ponit rex Desiderius cum tota sua potentia Longobardorum. Mane oriente Sole bellum incipitur, quod vix terminatur in Solis occasu. Dicitur enim quod in illo duro bello fere tota nobilitas Franciæ moritur. De Longobardis autem quasi sine numero trucidantur, & de popularibus, & de militibus. Adveniente igitur nocte Longobardi dure conquassati hinc inde se spargunt, & Karolus magnus cum suis, licet dolens, victoriam belli obtinuit.

In illo enim duro bello mortui sunt milites strenuissimi; quorum unus vocatus est Amelius, & alius Amicus, qui erant socii, & milites probissimi in Curia Karoli magni. . . .et cum summo fletu sunt eorum corpora mortua de terra elevata, & portata ad Ecclesiam S. Albini extra oppidum Mortariæ, & ibi in duobus monimentis sunt eorum posita corpora. Tamen monumentum unius aliquantulum erat distans a monumento alterius, & ideo ut ab omnibus continue asseritur, monumenta eorum sunt, Deo adiuvante, elevata absque humano auxilio, & sunt simul posita, ita ut in prædicta Ecclesia S. Albini monumentum unius tangat monumentum alterius. Et dicuntur S. Amelius, & Amicus, quia secundum quod eorum pulchra narrat historia, miraculose sunt nati, & sancte vixerunt, & pro sancta Ecclesia, & ipsius defensione mortui sunt.

Per Gallicos fugato exercitu Longobardorum Rex Desiderius cum aliquibus suis amicis se recolligit intra Papiam, & statim post eum ad civitatem vadit Karolus magnus, & circa Civitatem magnam undique ponit obsidionem. Et clausus est in Papia Rex Desiderius cum filio, filiabus, & Ansa Regina uxore sua, et cum aliis multis Longobardorum militibus, & est Papia a Gallicis obsessa per tres continuos annos. Totam autem Lombardiam sibi subjecit in brevi prædictus Karolus magnus Rex, exceptis quibusdam castris positis in montibus, & forticiis magnis.

Aldellegisus autem filius Regis Desiderii quando de bello prædicto fugit cum multis militibus stipendiariis, se ponit in civitatem Veronam, quam prius ipse custodiebat. Sed ut audit exercitum magnum super se venire, inde recedit cum sociis multis & vadit Pisam in Tuscia. Sed Karolus statim mittit fieri in Tuscis exercitum contra eum. Et timens de consilio inimicorum vadit Constantinopolim, ubi est receptus ab Imperatore Nizeforo filio quondam Thaurizii filii Yrene, qui ibi imperabat. Et stat ibi exul usque ad diem mortis suæ: & parum profecit.

Postquam civitas Papia per annos tres fuit obsessa maxima duritie arctata sub quibusdam conventionibus se ponit in manibus Karoli, scilicet quod Rex Desiderius, qui est ibi, nec aliquis filiorum suorum occidatur. Sed quidquid habet & possidet in mobilibus suum sit, & filiorum suorum. Et ipse stet perpetuo in obedientia ecclesiæ, & Karoli magni Regis, & successorum in confinibus ubi illum voluerit ponere. Intrat pacifice Papiam Rex Karolus magnus, & exinde totum habet dominium totius Lombardiæ pacificum. Fuit autem Rex Desiderius per annos multos in confinibus in civitate Viennæ in Gallia. Tamen ultimo sibi conceditur, quod in Lombardia revertatur, & habitet in valle Padi, in villa quæ dicitur Payssana ultra Revellum, & citra montem Vessolanum. *Hic autem in margine eadem manu addita in codice hæc nota*: Sunt anni VII. & ultra quod villa Payssanæ in valle Padi habitatur, & Ecclesia S. Margaritæ dicti loci ædificata est; nec tum erant Marchiones Salutiarum, qui sub VIIII. vel circa facti sunt Marchiones.

De loco honorabili, quod vocatur *Gaudium mundi*. Recedens autem de Aquis civitate Imperator revertitur contra Paganos Vallis Scriviæ, & primo pervenit ad locum qui dicebatur Gaudium mundi, & modo Gamundium dicitur. In quo loco Imperator aliqualem faciens residentiam, illum pulcherrimis replevit Ecclesiis, & aptavit & ditavit. Nomina prædictarum habitationum non sunt amplius in usibus nostris, quia omnia sunt immutata. Tanagrum tum vocabatur flumen Syloppi, & Frascheta dicebatur sylva *Dancta*. Transit Karolus magnus Flumen Syloppi, & vadit potenter ad quemdam montem, ubi Saraceni habitabant, in loco ubi nunc dicitur *Mons Castri*, & illum locum aggrediens, Saracenos omnes statim inde fugavit, & ibi super Flumen Syloppi magnum pontem fecit.

Plura alia enarrare pergit de Karoli magni gestis adversus Saracenos, quæ ex popularibus traditionibus, ac vulgaribus nostrorum poetarum cantionibus ea ætate vulgata erant, quæque nunc in quibusdam poematibus provenzali lingua descriptis in bibliothecarum plateis adservantur. Nonnulla speciminis gratia, quæ harum regionum historiam, ac geographiam attingunt, summatim referam: nimius enim forem illa singillatim persequendo.

Karolus magnus abiit in Palestinam, redit cum reliquiis . . . Pagani Saraceni multum de Italia hoc tempore occupabant, & partem maritimam Lombardiæ, quæ dicitur alpes Cottiæ, scilicet circa Placentiam, Terdonam, & totam illam montanam maritimam Lunizanam per mare Leoninum usque ad provinciam Provinciæ, in quibus omnibus dominabatur Dux Marcus magnus & potens Princeps Saracenorum . . . occupabat civitatem Arvliam, quæ erat super Serravallem, ubi dicitur Plebis de Inverno,

& Albam Speciem, quæ dicitur modo Terdona, & totam montanam usque ad vallem Tionis, & usque ad mare . . . . . Karolus M. descendit in Lombardiam ubi habitabat dux Marcus . . . . . Fuit quidem magna Civitas Paganorum nomine Atyliam habens castrum in capite, ubi dominus & dux ea ætate morabatur, quod castrum vocabatur Montismiliantes, & modo dicitur Precipianus „ *Pergit deinde narrare, quomodo illum debellaverit, & ab hujus tyrannide Aquas, aliasque oi subditas civitates liberaverit.*

Hæc omnia quantam fidem mereantur, dignoscimus ex Eginardo de vita, & gest. Caroli M. C.17. ed. Reuberi.

„ Quia Northmanni Gallicum littus, atque Germanicum assidua infestatione vastabant per omnes „ portus, & ostia fluminum, qua naves recipi posse „ videbantur, stationibus, & excubiis dispositis, ne „ qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit: „ fecit idem a parte meridiana in littore provinciæ „ Narbonensis, ac Septimaniæ. Toto etiam Italiæ „ littore usque Romam contra Mauros nuper piraticam exercere ad ressos; ac per hoc nullo gravi „ damno vel a Mauris in Italia, vel Gallia, atque Germania a Northmannis diebus suis affecta „ est, præter quod Centumcellæ civitas Hetruriæ „ per proditionem a Mauris capta, atque devastata „ est „ *Si itaque paulo ante solum Mauri Italiæ littoribus infensi esse coperunt, nullumque adhuc grave ipsi damnum inferre potuerunt, qui fieri potest ut totam ipsi pene Liguriam ejus ævo occupaverint? Puto ego hunc Chronistam Saracenorum invasionem, quæ sæculo X. contigit, & Aquas, & vicinas civitates in extremum discrimen adduxit cum Caroli M. temporibus confudisse, & ex utraque turpissimo anachronismo unam feciſſe, vel saltem ingentia Caroli M. facinora adversus Saracenos in Hispaniis dominantes in Italiam transtuliſſe. Quapropter hac observatione contentus a ceteris, quæ fusiori ipse calamo refert recensendis supersedendum censeo.*

Civitas Aquis (*fol.* 36. *col.* 4.) quæ ultra in valle Burmidæ est situata tunc (tempore Karoli magni) in magno culmine habebatur, & potentissima erat in tota illa contrata, quæ ante per magnum tempus a B. Papa Silvestro primo insula episcopali, & fide Jesu Christi fuerat decorata, abjecta imo perfidia Ethnicorum, quam prius habuerant, & vocatur *Silvestria*: unde versus:

Silvester præsul silvestram postque vocavit,
Sponsaque Silvestri cœlestibus afflua donis
Civibus indignis sit non, sed plena peritis,
Et grates dignas referat decorata premissis.

Facta strage Saracenorum prædictus Imperator Ludovicus Pius de Roma venit in Lombardiam, & in civitate Aquis Lombardiæ infirmatur, & moritur, & in capitulo Ecclesiæ S. Mariæ majoris sepelitur, ubi stat ipsius sepulcrum cum superscriptione per infrascriptum modum.

Anno I. C. DCCCLXXX. (*f.* 42. *col.* 3.) imperat in Roma Ludovicus III. filius Arnulphi supradicti Imperatoris annis VI., & in quadam cronica dicitur filius Bosonis, posuit in regno fratrem nomine Godebaudum, & supradictum regem Belengarium de regno Longobardorum expulit, qui Belengarius viribus resumtis Veronam veniens proditione Ludovicum prædictum Imperatorem personaliter capiens illum excæcavit, & in Aquis Lombardiæ civitate in exilio posuit, & postexcæcationem regnavit annis IV. Et ipse Belengarius rex imperium romanum arripuit.

Anno I. C. M.X (1) imperat in Roma Conradus illius nominis Imperator primus annis XX. (2) .... Erat enim iste antea dux, & francus natione. Et quidam Otto unus de electoribus sacri imperii sine dubio sperabat imperium obtinere, & cum electores essent congregati ad electionem interrogaverunt alii prædictum Ottonem, de quo sibi videretur, quod esset dignus imperio, qui respondit derisorie non credens quod aliis placeret: *mihi videtur de meo nepote Corrado duce Francorum.* Qui omnes septem electores (*hoc dictum per anticipationem*) statim prædictum Corradum in Imperatorem eligunt. Erat enim homo satis frigidus, & videbatur esse quasi nullius valoris. Modo Corradus Imperator factus facit ubique, & de omnibus maximam justitiam, & violatores pacis faciebat perquirere ubique, & occidebat. Habuit in uxorem ipse Corradus Imperator quamdam neptem sancti Henrici supradicti Imperatoris. Hic Imperator Corradus multos Episcopos de Italia ponit in carcere, quia non juste faciebant quod debebant. Iste propter malitiam Episcoporum fugavit Episcopum Mediolanensem de civitate; & quia Mediolanenses nolebant ei obedire, combussit suburbia eorum.

Quoniam hic scriptor meminit vindictæ in refractarios Mediolanenses ab Imperatore Corrado exercitæ; fuit autem damna Papiensibus illata, operæ pretium duco testimonium syncroni scriptoris afferre, quod eo libentius faciam, quia hæc calamitas in Aquensem Diœcesim propagata est culpa marchionis Willelmi Alerami Nepotis, qui Papiensium in Corradum rebellionis cum marchione Adalberto Estensi avunculo suo (3) defensor, ac tutator esse voluit. Sic enim Vippo ad annum Christi 1026. „ Conradus . . . . . Rex „ ingressus Italiam per Veronam .... Vercellas „ venit .... Rex vero jam totam pœne Italiam „ planam suæ ditioni subjugavit: papiensem urbem „ quoniam valde populosa fuit subito capere non „ potuit: ipsos Papienses in gratiam recipere noluit, „ quia palatium, quod destruxerant in loco ubi prius „ fuerat, reædificare adhuc renuebant; sed defensores eorum Adalbertum marchionem, & Willelmum, & ceteros principes in eisdem terminis mirabiliter opprimere cœpit. Castrum eorum nomine Urbam desolavit, & plura alia castella, & „ munitiones firmissimas dissipavit. Ea tempestate „ grande malum factum est in Italia propter contentiones Papiensium: multæ eorum Ecclesiæ in „ circuitu cum ipsis castellis incensæ sunt; populus, „ qui illuc confugerat igne, & gladio periit, agri „ vastari sunt, vineæ truncabantur, exitum, & introitum Rex prohibebat, navigium abstulit, mercimonia vetuit; & ita per biennium omnes Ticinenses afflixit, donec omnia, quæ præcepit, omni „ dilatione postposita complerent „.

(1) *MXXIV.* (2) *Ut Rex Italiæ, annis circiter XIII., ut Imperator, XII. mensibus duobus cum dimidio.* (3) *Prout alibi ostendam.*

Anno MXXXIX. imperat Henricus hujus nominis III. Hic voluit ſua poteſtate facere Leonem ſummum Pontificem, ſed Leo prædictus acceptare noluit, & ideo canonice in papam eligitur (1).

(1) *Hæc in R. Codice errore ſcripturæ ut arbitror attributa ſunt Henrico IV.*

Anno Jeſu Chriſti MLVII. (1) imperat in Roma Henricus iſtius nominis IIII., & imperat annis XX. (2) Iſte Henricus Imperator fuit gravis Eccleſiæ Dei. Iſte Henricus Imperator dabat prebendas, & Eccleſias, & faciebat Prælatos per annulum, & baculum, & vendebat omnia jura ſanctæ Eccleſiæ, & per tempus magnum fuit in Eccleſia turba magna . . . . . Imperator prædictus gravat fortiter ſuos principes, & provocat contra ſe totum imperium, & papam, nec eſt in imperio qui eum diligat. Etiam filius Henricus habet eum odio, & pugnat contra eum. Unde tam papa, quam alii inſurgunt adverſus eum, & excommunicatur a papa. Etiam procurante Eccleſia duo Reges inſurgunt contra eum in Alamania, qui per papam ibidem ſunt Reges ſcilicet Rodulphus Saxo, & Hermannus dux Luxemburgi (3), qui ambo veniunt ad pugnam contra eum, & ambo in bello illo occiduntur; & ſic Henricus Imperator fit victorioſus. Et ideo de eo dicitur Imperator Henricus hujus nominis IIII. victorioſus. Etiam filius ejus Henricus contra eum erigitur, & cogitur a filio, & a principibus imperii dimittere imperium; ſed ante fecit parentelam cum Ottone marchione Montisferrati de filia Ottonis nomine Berta, de qua genuit filios, ſicut ſupra dicitur, ubi ponitur de marchione Montisferrati (4).

(1) *Dele unum annum, & veram epocham habebis.* (2) *Corrige XXII.* (3) *Non Luxemburgi, ſed Lotharingiæ.* (4) *Guichenon, PP. Maurini Art de verifier &c., aliique hunc Ottonem Adelaidæ Suſæ comitiſſæ maritum habent. Hiſce tamen temporibus alius erat Otto marchio Montisferrati, qui adfuit fundationi abatiæ S. Silani.*

Io n. (1) . . . . . Iſte Henricus IIII. imperavit annis XIIII., ſed poſtquam reſignavit, vixit annis VI. cum filio ſuo Henrico Imperatore V. Et quia multa mala fecerat & in imperio, & contra Eccleſiam; ideirco dimiſit imperium de conſilio Papæ filio ſuo Henrico prædicto, & abſolvitur ab excommunicatione a ſummo Pontifice (2). Poſuerat enim manum in Papam, & in Cardinales ductus malo conſilio, quia cum XX. millia equitum potenter Romam intraverat exceptis militibus Italicis; qui erant in multitudine, & licet maximum honorem primo receperit & a Papa Paſquali, & ab omnibus aliis; tamen male concluſit. Dicitur quod mortuus eſt Spiræ cum progenitoribus ſuis, qui omnes fuerant denominati Henrici; & ideo ſic eſt ſcriptum in monumento:

Filius hic, pater hic, proavus jacet iſtic.

Ex Alberico aliomodo recitant PP. Maurini Art de verifier les dates (ult. ed. p. 19.) patrem & avum, proavumque atavumque hoc continuo antrum.

(1) *Hic aliquid deeſt, quod arguit imperfectum opus.*
(2) *De hac abſolutione ſilent hiſtoriæ.*

Tempore iſtius Henrici Imperatoris floruit in Aquis Lombardiæ ſanctus Guido prædictæ Civitatis Epiſcopus, de quo multa pulchra, & laude digna in legendis conſcribitur. Fuit ſiquidem iſte S. Guido nobili genere moribus & vita, & in pueritia, adoleſcentia, & juventute devotus in bona, & vera catholica ſcientia tempus ſuæ juventutis laudabiliter occupavit. Fuit enim de nobilibus dominis, & caſtellanis, qui ſunt dicti domini de Aqueſana, qui dicuntur ab antiquo deſcendiſſe de ſtirpe regia, ſive imperiali, & vocabantur Signi de caſtro Meladini Aquenſis Diœceſis. Iſte enim ſanctus in ſua juventute ſtuduit apud Bononiam in artibus, & ſufficienter eruditus domum revertitur, qui utroque parente orbatus ſit Clericus in Eccleſia Aquenſi, deinde ſit Canonicus devotus, & purus in vita dat ſuum patrimonium totum Eccleſiæ Aquenſi, & poſt multos dies ſit canonice electus Aquenſis Epiſcopus, dirigit populum ſuum in laudibus Dei, lætatur Aquenſis civitas de tali patrono, facit ſuis expenſis, & Eccleſiæ Eccleſiam majorem S. Mariæ Matris Dei, quam mirifice ornavit Clericis, officio, libris divinis, & paramentis. Eccleſia quaſi completa, & per totum ductus debilitate, & corporis gravitate ad extremam horam devenit, & omnibus devote ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis ſpiritum ſuum ſuo tradidit Salvatori in Eccleſia ſua, quam ædificavit, & in arca marmorea collocatur, ubi devotis cotidie crebra fiunt miracula, de quibus plenam fidem invenies in legenda ſua, quæ ſervatur in Eccleſia prædicta Aquenſis civitatis.

Poſt Henricum IV. imperium obtinuit Henricus V. ejus ex Bertha filius. Hunc ſubſecutus fuit Conradus filius Agnetis filiæ Henrici IV., qui Imperatoris conſecrationem haud accepit, ſed ſolum Romanorum Regis titulum habuit. De his cum pauca, nec ullius momenti protuleris ſcriptor noſter, ideo ad Fridericum gradum facimus, de quo ampliora.

Poſtquam ſupradictus Imperator Fridericus primus Barbaroſa viſus eſt habere pacem cum papa Alexandro, habet in Italia multas, & magnas contradictiones (1). Primo enim civitas Spoleti in patrimonio ſibi contradicit, contra quam vadens illam capit, & deſtruxit. Venit Veronam, & ibi maximum recepit damnum, ſed ultimo devicit Veronenſes, & de eis multos ſuſpendit; item Placentini eidem contradicunt, & deinde Aſtenſes, & Albenſes, quos fortiter humiliavit. Tardonam diſſipavit tribus vicibus quaſi uſque ad ſolum. Imperator facit contra Brixiam exercitum, & illam obſedit, & omnia de agris devaſtat; & tamen civitatem non poteſt capere. Hæc enim Brixia multum fuit omnibus Imperatoribus moleſta, & ab eis magna damna recepit, & dedit.

Civitas Mediolanenſis ſe fortiter oppoſuit Imperatori Barbaroſſæ, quam Imperator obſedit, & debellavit, & captam deſtruxit totam, ſcilicet muros, quos pulchros habebat, portas omnes, domos, palatia, ſuburbia, aravit totam civitatem, & ſal per totum ſeminavit, & populus hinc inde totus per comitatum diſperſus eſt, & ſuit ſic tota diſſipata, & inhabitata uſque ad multos annos . . . . . reperitur enim in diverſis cronicis, quod civitas Mediolanenſis tredecim vicibus fuit deſtructa a di-

versis gentibus, & imperatoribus postquam primo fuit ædificata. Et causa fuit, quia ibi fuit semper congregatus maximus populus, qui multum alia loca molestavit, & imperatoribus contradixit. Hæc enim civitas inter alias civitates Lombardiæ operatur magis de lana, & de pannis, & multum sunt homines operativi, & terram suam valde bene colunt, & replent seminibus diversis, & maxime millio. Abundant enim multum in aquis, & animalibus aquaticis. Non diligunt bella maxime populares, sed in diversis laboribus, & artibus delectantur, & sunt communiter homines locupletos *In margine hic annotatur.* In Salutiis quærunt artem de lana ponere.

(1) *Hic alia temporis inversio. Fridericus has contradictiones tulit ante suam cum summo Pontifice reconciliationem.*

Dicitur (fol. 80. col. 1.), quod tempore isto fuit factum miraculose Monasterium de Banno Diœcesis Tardonensis ordinis, & dominarum ordinis Cistercienſis. Quædam domina Januæ per illas partes, quæ dicitur Bannum, transiens vidit in prato quamdam gallinam albam cum magnitudine pullorum alborum, & monita per soporem facit ibi Monasterium dominarum ordine de Cistello, in quo facta est Monaca ipsa, & postmodum Abbatissa, & dum venit Episcopus Tardonensis ad consecrandam Ecclesiam illius Monasterii, & posuit lapidem super altare, sicut mos est, & vellet Episcopus dicere *altare S. Crucis* dixit: *altare S. Mariæ*; & hoc accidit multis vicibus. Quod videns Episcopus ibi ponit utrumque nomen & S. Mariæ, & S. Crucis. Moritur prædicta domina Abbatissa, sit neptis sua post modum Abbatissa, & post annos XXX. moritur, & dum portatur Corpus in monumento cum amita sua, invenitur sic integra, sicut prima die, qua ibi fuit sepulta, in signum maximæ sanctitatis, & honestatis.

De Cremona, & de magistro Petro Novariensi. Civitas Cremona facit maximam pacem cum Imperatore, & floret in studio, & maxime astrologiæ, & aliis bonis scientiis, quare? quia est posita in optimo climate excepto sensu naturali. Dicitur in historiis, quod magister Petrus Novariensis fuit filius pauperrimi viri, & mulieris, qui vadens ad scholam serviebat scholaribus, & mater ejus lavabat scholaribus camisias, & ipsi pascebant, & docebant filium suum. Et intantum profecit, quod ivit Bononiam. De Bononia Parisios: & ibi audiens artes fit Clericus; deinde Canonicus, ultimo fit Parisiensis Episcopus, & composuit multos libros Theologiæ, inter quos fecit librum, qui dicitur *Sententiarum*, qui docetur in scholis. Quod ut audiens mater vadit ad eum Parisios eques, & bene ducta, quam ipse recipere non vult, nisi in habitu paupertatis, sicut illam dimisit quando discesserat.

Quando facta est Alexandria.

Anno (fol. 80. col. 2.) Jesu Christi MCLXVIII. tempore dicti Alexandri summi Pontificis tercii, & imperante Friderico Barbarossa facta est Alexandria Lombardiæ in Alpibus Cocie ex diversis terris simul in uno congregatis, deinde versus:

Anno milleno centeno terque viceno
His adjunctis octo est Alexandria facta.

Causa autem, quare Alexandria fuit facta est ista, quia marchiones Montisferrati gravabant illa loca, quæ se simul posuerunt, quæ sunt Rovetum, Marenchum, Gamondium, & Bergolium. De istis primitus est facta Alexandria tempore marchionis Conradi Montisferrati, quæ in principio sui vocata est Cesarea a Cesare suprad. Imperatore; tamen quia in servitium Ecclesiæ tempore Papæ Alexandri tercii se Imperatori opposuit; mutavit ei Papa nomen, & dixit eam ab Alexandro Alexandriam, & ut dicitur facta est in madio. Hæc autem Alexandria dicitur facta fuisse sub signo martis, quod signum trahit, ut dicitur ad commotionem discordiæ, & sic multos commovet vicinos. Causa suæ commotionis fuit quod voluit multorum possidere fines, & ideo plures habuit cum Monteferrato discordias cum Papiensibus, Vercellensibus, Astensibus, Aquensibus, Januensibus, Terdonensibus. Tunc Marchiones de Bosco erant in flore, Pelavicinus marchio; & Lancia cum omnibus pugnavit, & ultimo dicti Marchiones ab ea dicuntur fortiter gravati. Etiam se opposuit in servitium Ecclesiæ Friderico Barbarosse. Contra quam ipse veniens eam obsedit, & extra vastavit, & inde recessit, propter quod Papa Alexander IIL dedit eis Episcopum, sed non continuavit, & ideo in spiritualibus regitur cum Arcidiacono, & in libris Papalibus ponitur in *Diœcesi Aquensi*. Verum est quod Bergolium quantum ad officium sequitur ritum Ecclesiæ Ambrosianæ, solum quantum ad Ecclesiam principalem, quia Bergolium fuit de Diœcesi Mediolanensi.

MCLXXL (fol. 84.) Tempore enim illo multi rustici de Episcopatu Aquensi inveniunt se simul fulti auxilio Alexandrinorum, & contradicunt dominis suis, qui dicti sunt domini Aquesane, & mutant locum, & componunt villam magnam intra flumen Belbi, & aquam parvulam, quæ vocabatur Nicia, & villam illam Niciam vocaverunt, crevit illa villa, & multum adhæsit marchioni Montisferrati, & destruxit suos dominos naturales, qui erant de Lanerio de Belmonte, & de contrata illa, & est ruata in Nicia adhuc vocata de Belmonte. Per eumdem modum factum est Foxanum, & villa, quæ dicitur Montisvici. De Clavasio autem dicitur, quod illi de partibus illis, qui molestabantur ab Astensibus cum illis de Alba volunt facere terram magnam quæ possit Astenses impugnare, & debent misceri simul omnes in loco illo inter Tanagrum, & Sturam ubi dicitur Clarascum, & debet destrui civitas Alba, & misceri cum illis. Post talem vero ordinationem non potuerunt simul concordare, quod Alba destruatur, sed multi de Alba vadunt ad standum illuc, & sunt ibi. Alba vero remanet in loco ubi erat ante anno, & die, quo supra.

Tempore Friderici Barbarossæ sanguis Christi inventus est Mantuæ. Ex historia dicitur diversimode fuisse. Aliqui dicunt quod est sanguis verus: Et aliqui dicunt, & melius, quod talis sanguis fuit miraculose factus de aliquibus imaginibus, & figuris Jesu Christi a Judeis destructis, & in Reliquiis Sanctorum ponitur, & extra positus & cum reverentia adoratus.

In insula Cipri quidam Christiani nobiles incepe-

runt

runt ordinem fratrum Hoſpitaliorum tali ordine, quod ſcilicet caſtitatem obſervent, & ſint ſub prelato in obedientia. Et cum maximis divitiis in communi pugnantes pro fide Jeſu Chriſti contra infideles utantur armis cum habitu religioſo, & crucem in armis Albam in campo rubeo. (fol. 41. col. 1.)

Supradictus Imperator Fridericus I., qui dicitur Barbaroſſa debellatis omnibus ſuis inimicis in Italia, & poſito imperio in pace, vult ab aſtrologis cognoſcere de ſuo fine, qui omnes concordant quod morietur, & ſuffocabitur in aqua. Ipſe vero erat omnino voluntarius ire ultra mare contra Saracenos. Et timens tranſire mare propter prophetiam mortis ſuæ ordinavit ire per Unghariam, & Traciam verſus Aquilonem per terram ire in Hieruſalem cum maximo exercitu militum & peditum, & per vias graviſſimas, & montes quaſi immeabiles. Reliquit enim loco ſui in imperio duos filios ſuos, ſcilicet Henricum primogenitum, & Philippum minorem ad cuſtodiam imperii. Tertium autem filium medium ſcilicet Ducem Sueviæ ducit ſecum, qui dicebatur Fridericus ſecundus (1), & anno Jeſu Chriſti MCLXX. (2) eſt in Ungheria cum rege Ungheriæ amico ſuo habens ibi ſecum totam ſuam comitivam ſcilicet militum in armis CLXXXX. millia exceptis roſinis, qui onera portabant, & mulis groſſis. Fuerunt enim ibi peditum ſagittariorum cum armis X. millia. Cum baliſtis vero parvis mediocribus, & groſſis X. millia. Et ſic de Ungaria capit iter verſus aquilonem per terram cum comitiva prædicta, & Epiſcopis, & aliis Clericis multis, & quaſi pervenit ad montes Caſpios, & paludes Meotides volens vitare pro poſſe omnem tranſitum Aquarum, ut melius faciat iter ſuum.

Mittit autem Imperator Fridericus, poſtquam de Ungaria, receſſit nuncios ad Imperatorem Coſtantinopolitanum per mare velociter, quod vadit pacifice. Et vocabatur Imperator Coſtantinopolitanus Creſcentius (3): Ambaxiatores autem Friderici erat Epiſcopus monaſticus (4), & comes Robertus, & quod eum cum ſuo exercitu velit pacifice recipere. Quod ut audit Imperator Coſtantinopolitanus prædictos Ambaxiatores ponit in diſtrictu, ut non revertantur ad Imperatorem Fredericum. Et ultra hoc congregavit maximum exercitum, & omnes vias, & paſſus deſtruit, & munit, ne Imperator Romanus poſſit tranſire. Et impedit viam Imperatori, & introitum Burgariæ, ubi eſt via montuoſa gravis, & artiſſima, & nemus itinere dierum trium. In quadam enim valle, per quam exercitus Imperatoris Friderici debet tranſire, ponit maximum exercitum hominum, & ibi contradicunt Imperatori Romano fortiſſime. Dux vero Sueviæ filius Imperatoris ſemper præcedebat cum V. millibus equitum, & cum V. millibus peditum ſagittariorum per unam dietam totum exercitum Imperatoris. Et animalia comeſtibilia, & quæ portabant victualia ſequebantur. Ultimo veniebat exercitus magnus cum Imperatore Frederico. Et ultimo ad cuſtodiam omnium, & poſt omnes duomilia equites in armis, & totam caudam exercitus reſtringebant. Pugnat filius Imperatoris Friderici contra inimicos, qui volunt viam impedire, & debellat eos, & maximam multitudinem occidit de illis Bulgaris, & Grecis, & omnia arma, & ſpolia eorum accipiunt, & deſtruunt eorum munitiones.

(1) *Habuit & Conradum Ducem Franconiæ & Sueviæ, & Ottonem Comitem Burgundiæ; illum an.* 1196. *iſtum* 1200. (2) 1187. 23 *aprilis diſceſſit dies S. Georgii.* (3) *Verius Iſaacices Angelus.* (4) *Monaſterienſis.*

Poſtquam autem tranſivimus prima impedimenta ſuprapoſita venimus ad civitatem quamdam Grecie quæ dicta eſt Philoppee, quam fecit primo Rex Philippus, & dicitur modo Philippis, ſicuti & in ſacra pagina ad Philippenſes, & illam expugnando cepimus violenter, quæ erat tota ditiſſima auro, & argento, & veſtibus pretioſis, & omnes de exercitu Friderici ſunt ditati, & ibi fuimus in gaudio per tres menſes. Audit Imperator Coſtantinopolitanus, quod civitas Philippis eſt capta, dimittit Ambaxiatores, quos tenebat prædictos de noſtris, & Imperatori Friderico ſcribit blande dicens. *Mandat tibi imperator Coſtantinopolitanus Creſentius bene valere ad ſervitium ſuum.* Et hoc ſcribit fraudulenter. Etiam Soldanus Saracenorum miſit Imperatori Friderico literas, & nuncios cum ſalute, qui eum ducerent, & dirigerent per itinera, & hoc etiam fraudulenter facit. Venit autem poſt decimum diem Imperator Fridericus Ardenopole, quæ eſt bona civitas Greciæ, & illam cepimus. Et dum eſſemus in Ardenopole venit ſuper nos maximus exercitus Turchorum, & Græcorum per montana, contra quos præliatur Dux Sueviæ, & fugavit omnes, & etiam in maxima multitudine cecidimus. Tunc autem XII. Turchi quamdam munitionem capiunt, & viriliter defendunt. Nec potuimus eos vincere niſi cum maximo labore, & igne. Tunc Imperator mittit nuncios ſuos Friderico Imperatori, quod nobis vult dare tranſitum per totam terram ſuam, & niſi hoc feciſſet, cepiſſemus Conſtantinopolim violenter. Petit imperator Fredericus obſides de Græcis, qui ſervabunt ſibi promiſſionem. Et mittit ſibi Imperator Conſtantinopolitanus XII. maximos Barones, qui ſtant nobiſcum, & ducunt totum exercitum cum Imperatore ad magnam civitatem Græciæ Calpolim peſſimus, & . . . . . tranſitus. Et non poteſt tranſiri alibi niſi cum periculo vitæ, quia ibi ſunt paludes, & montes altiſſimi, ſuper quos non poteſt aſcendi. In tranſitu paludum Galpolidum habuimus tot naviculas, quibus una die tranſivimus omnes, excepta quod Dux Suevie per ante diem tranſivit cum V. millibus equitum, & totidem peditum ſagittariorum. Imperator autem Fridericus habuit ad tranſcundum galeam unam magnam, & fortem, quia non confidebat de Græcis, & ideo omnes ibamus cum armis paratis, & baliſtis extenſis, ac ſi inimici eſſent ibi.

Poſt tranſitum vero iſtum graviſſimum venimus ad civitatem Philadelphiam, & nolebant nobis vendere victualia. Et ideo parant ſe Teutonici ad bellum contra Græcos, & in primo bello fecimus eis maximum damnum, & etiam ipſi nobis, iterum ſe præparant Græci ad bellum nobiſcum. Et tunc ſupervenit Imperator Fridericus cum exercitu magno, quod videntes Græci de Philadelphia dant nobis forum de victualibus. Intrat Imperator Fridericus Civitatem illam cum paucis, & exercitus totus

extra remansit. Faciunt nobis forum cariſſimum de omnibus victualibus, & ideo oritur inter nos, & Græcos maxima diſcordia, & contra voluntatem Imperatoris cepimus civitatem expugnare. Imperator autem non poterat compeſcere Teutonicos. Quod videntes Græci, & timentes dant nobis de omnibus bonum forum. Poſtea recedimus de Philadelphia, & dat nobis Dux civitatis Græcos, qui nobis oſtendant viam, & ducunt nos per vias graviſſimas, & nemora, & deſerta. Et non poſſumus invenire victualia, & ſic fuimus in maximis famis anguſtiis, & tribulationibus per dies multos, & comedimus herbas ſicut beſtiæ. In exitu enim illius deſerti invenimus Græcos & Armenos, & dant nobis victualia cariſſima, & pauca, quare quia non habent, & cum magna fame ab eis recedimus: vivunt enim ſicut beſtiæ. Poſt hæc invenimus Turcos, & Græcos infinitos agreſtes, duros & magnos, qui nullo detinentur imperio. Illi Turchi vocantur Bariani. Non habent civitates, ſed morantur in agris, habent etiam caput unum, qui illos præcedit, habent animalia, fructus, & pugnant cum arcubus ligneis, & lapidibus; & in maximo exercitu veniunt contra nos, & homines, & mulieres, & per IIII dies, & noctes non dimittunt nos famelicos in pace. Et tamen continue pugnando vadimus, comedimus erbas, & non dormimus, & cum gladiis evaginatis, & in tali mortali peſte quaſi per menſem fuimus. De illis autem occidimus maximam multitudinem, & ipſi de noſtris multos occidunt. Iterum Dux eorum nomine Roſtagnus venit contra nos cum maximo exercitu ad quamdam magnam ſtricturam, & ibi ſumus locuti cum eis, quod nos permittant tranſire pacifice, & petunt a nobis centum equos oneratos auro. Quibus Imperator deriſorie reſpondit, quod dabit eis aurum manganatum; & cum iſto pacto ſemper tranſibamus, donec fuimus extra terminos illorum cum non multo damno noſtro. Et poſt hæc invenimus hinc inde de victualibus, licet multum caris.

Poſt hæc quidam Armirandus magnus de illis partibus venit ad Imperatorem, & dixit quod nobis oſtenderet bonam viam, tamen mane habebitis prælium maximum Turcorum, & Græcorum. Iſte Armirandus cepit nos ducere per montes graviſſimos, & tandem perreximus ad cacumina montium. Et ecce ſequenti die verſus planiciem venit infinita multitudo Turcorum, & omnium nationum contra nos ad prælium. Tunc omnes accepimus pœnitentiam, & invocavimus auxilium Salvatoris Jeſu Chriſti. Facto mane noſtri ſagittarii ordinate ceperunt antecedere exercitum, & devenimus ad inimicos. Et omnes fortiter, & Imperator nobiſcum cepimus pugnare, & habebamus omnes cruces in armis, & vexillis, & pugnando perdidimus omnia victualia, & comeſtibilia. Modo Dux Suaviæ cum ſua gente probiter procedit præliando, & nos cum Imperatore vivaciter ſequimur, & cum perveniſſemus Dux cum ſua gente ad planitiem, barbari inimici fortiter invadunt Imperatorem, & eum perſequebantur in tantum quod non poteramus de monte deſcendere. Quod ut videt Dux cum ſua gente, ad nos revertitur, & tunc fit prælium fortiſſimum, & duriſſimum per totum illum diem, & cum lapidibus, & ſagittis ante & retro, & in latere cottidie impugnabant nos; & tandem fortiter percutitur filius Imperatoris Dux Suaviæ de lapide groſſo ſuper os, & perdidit de primis duos dentes. Duſtores vero noſtri fraudulenter cum eſſemus in prælio a nobis fugerunt, & perdidimus omnia alimenta, & cepimus comedere equos, & mulos.

Imperator vero, & Dux cum maxima induſtria ceperunt ducere exercitum per illam planitiem diebus XV., nec habemus quid comedere niſi equos, & mulos, & canes. Modo veniunt contra nos Turchi ſalvati, & maximi in grandi multitudine, & contra nos cum lapidibus pugnant, de quibus maximam gentem occidimus. Alii autem intraverunt quamdam vallem, quos omnes occidimus, nec unus illorum evadit. Bene poteramus ire per mare cum minori labore, ſed Imperator nolebat intrare mare, vel aquam magnam. Malacrimus filius Soldani Saracenorum venit contra nos ad prælium cum gente magna, & miſit primo Imperatori dicens: *revertere, revertere, non poteris tranſire, quia in majori numero habeo vexilla, quam tu milites*; & bene dicebat verum in duplo. Imperator vero non curavit de verbis illis, ſed continue, & audacter tranſiebamus, & pervenimus ad quemdam pontem, & ibi circumdederunt nos Turchi ante & retro Cepimus contra eos pugnare, & devincimus eos, & pontem tranſivimus. Iterum Turchi in multitudine revertuntur ad bellum, & circumdederunt nos ex omni parte, ita quod eundo continue pugnabamus cum gladiis, & arcubus, & lapidibus; & ſic ſumus in pugna continua, & nocte, & die per menſem, & nihil habebamus comedere niſi modicum de equis, & mulis, canibus, & herbis ſalvaticis, aquam malam, & amaram, & venenatam tam ſæpe bibimus, quæ nos fortiter lædebat. Poſtquam autem tranſivimus iſtam peſtem, devenimus ad alium locum ubi non erat aqua, & invenimus quemdam Turcum, tamen non vult nobis oſtendere aquam, & ponimus illum ad pœnam mortis, & tunc oſtendit nobis aquam falſam, amaram, venenatam, quæ nos & beſtias noſtras occidebat, & parum omnes biberunt.

Poſt hæc intramus terram Saracenorum in locum, qui vocatur Cardinus. Et tunc Soldanus mittit Imperatori noſtro, quod male intraverat in terram ſuam. Imperator Fridericus non curans de verbis ſuis ſcribit ei dicens: *da mihi victualia pro pecunia mea*. Et reſpondit Soldanus, quod *dabit, & dedit modicum, & non ſufficiebat nobis*. Tunc parat ſe Imperator Fridericus pugnare contra Soldanum. Sequenti die, qui erat dies Veneris, Epiſcopus noſter de Ciburg prædicavit, & dixit, quod omnes confiterentur propter magnum bellum futurum, & quod quilibet in die Veneris comederet carnes, quia aliud non habebamus ad comedendum. Et ſequenti nocte dixit Imperator, quod vidit in ſomniis B. Georgium, qui illum confortavit: & fuimus omnes fortiter animati ad bellum, & omnes fecimus votum jejunare vigiliam B. Georgii. Cum eſſemus omnes in craſtino parati ad prælium, maximus exercitus Saracenorum fuit contra nos retro, contra quos Dux Suaviæ fortiter pugnando poſuit cum maxima violentia in fugam. Et illis fugientibus, & noſtris

Digitized by Google

fugientibus cepit Dux Suaviæ unam civitatem illorum, & omnes quasi ibi interfecit, quos invenit. Imperator autem in alia parte fortiter pugnabat cum aliis Saracenis, & illos etiam fugavimus, & intravimus Civitatem captam. Erat enim castrum fortissimum in capite Civitatis, & ibi se recollegit Soldanus cum multis, & videns probitatem nostræ gentis, timuit, & misit nostro Imperatori, quod vult dare sibi victualia pacifice. Imperator vero noster propter fetorem mortuorum petit a Soldano sibi dari obsides, ut possit de eo confidere. Et dedit nobis obsides IIII. de principibus suis. Et hoc facto retrocessit a civitate illa Imperator per tria milliaria propter fetorem mortuorum; modo habemus forum de victualibus, tamen nimis carum. Et quia equi defecerunt nobis, quia illos comederamus, petit Imperator noster a Soldano Saracenorum forum de equis. Et Soldanus fecit cito venire maximam multitudinem equorum, tamen vendebantur carissimi, vendebant enim unum equum centum marcas argenti. Tunc aliqui nostrum ceperunt in emendo decipere illos Turcos, & dare eis pro equis malum argentum. Quod ut cognovit Soldanus conquestus est de hoc apud Imperatorem nostrum. Imperator autem remisit ei, quod hoc est factum, quia equos vendunt ultra quod debent. Et tunc est ordinatum, quod de utraque gente sint mediatores inter ementem, & vendentem, & sic factum est, & servata justitia de precio ordinato.

Postquam recedimus a terra Soldani, venimus ad Turchianos, qui sunt homines agrestes, & sine lege, & ratione. Et isti fortiter nos impugnant, & cum lignis, & lapidibus die, & nocte, & viri, & mulieres, & multos de illis occidimus; & persequuntur nos usquedum venimus in Armeniam. In Armenia autem sunt montes maximi, super quos ascendimus omnes cum maximo labore; & tunc Turchiani dimittunt nos. In ista autem Armenia invenimus homines ultra modum silvestres, & duros de omnibus, & rusticos; tamen dant nobis forum de victualibus. Modo descendimus ad magnam planiciem, & invenimus flumen magnum nomine Calplus (1). Et vadimus per ripam fluminis per duos dies cum maxima consolatione, & letitia, donec venimus pacifice ad civitatem quamdam Armeniæ nomine *Phalelphy*, & habebamus dolorem prope, & nesciebamus, & videbatur nobis, quod essemus in paradiso, quia eramus in pace. Mors autem Imperatoris nostri Friderici erat propinqua.

(1) *Salcph.*

Ultra flumen prædictum de Calphi erant loca speciosa, & delectabilia sicut paradisus, & transivit Imperator flumen cum paucis ad illa viridaria causa comedendi. Erat enim calor maximus, & post prandium dixit, quod volebat se balneare, & descendit Imperator in aquam fluminis cum duobus militibus, & cepit natare. Natura autem fluminis talis erat, quod subito crescebat sine pluvia. Et sic statim venit super Imperatorem maxima inundatio aquæ fluminis in tantum, quod projecit eum absque virtute natandi, in fundum sub aqua, & factus est totus plenus aqua. Currunt milites, & trahunt eum extra aquam semivivum, veniunt medici, faciunt experimenta sua, ut evacuetur, non potest aqua exire sicut debet. Et sic circa vesperas propter aquam multam, quam habebat in corpore suffocatus est, & moritur. (1) Fit planctus maximus in universo exercitu. Portatur corpus ejus in civitatem de Philyalphy Regis Armeniæ, & ibi condiderunt illum, sicut mos est cum aromatibus (2). Dux autem Suaviæ filius ejus cum maxima tristitia, & dolore strinxit exercitum totum simul (3); & eramus in timore maximo propter barbaros, in quibus eramus, ac si fugissemus de prelio; sed sapientia ducis in majoribus navibus, & galeis traduxit exercitum totum citius per mare, & cum pauca pecunia sumus ad propria reversi, & omnes equos divisimus, & aliam spoliam nostram.

(1) 1190. 10. *junii.* (2) *Carnes sepultæ Tarsis in Cicilia; ossa vero Tyrum delata.* (3) *Post 7. mensem mortuus est Fridericus ejus filius ante Acri* 1191. *versus fines januarii.*

Modo videamus Imperator primus Fridericus, qui dictus est Barbarossa volens ire ad terram sanctam de Jerusalem cepit iter suum de Alamannia, sicut supradictum est cum LXXXX. millia equitum Christianorum armatorum, & XX. millia peditum sagittariorum cum alio vulgo innumerabili. Et vadens per terram versus partes aquilonis per vias pessimas pervenit in Armeniam quasi infra annum, & inventum est, quod quasi omnes pedites mortui sunt, vel in preliis, vel in asperitatibus viæ: de militibus autem perdidit XX. millia equitum armatorum, & totus vulgus consumtus est. Et ipse ultimo moritur; & nihil de proposito, quare iverat, fecit, propter prædicta quæ impediunt eum. Causa autem quare per terram vadit, & non per mare, hæc est, ut communiter dicitur, quia astrologi dixerunt, quia debebat mori in aqua, suffocatus est. Per aquam autem maris transisset totus exercitus in tribus, vel quatuor mensibus, & sine magno labore, vel periculo, sed per vias, quas fecimus, nullus posset imaginare gravitates, & pericula, nisi nos qui fuimus, & vidimus, & majora, quam scribimus.

Scribitur (*fol.* 42. *col.* 2.) in quibusdam Cronicis ecc. *Reliqua vide apud Benvenutum ed. Taurini p.* 41. 2.

Tempore (*fol.* 46. *col.* 1.) Imperatoris suprascripti florebat inter Saracenos &c. *Reliqua in Chronica Benvenuti* pag. 32. & 33. *usque ad illa verba* stant in pace, *post quæ apud F. Jacob statim sequitur caput.* Videns rex Saladinus, *quod in Chron. Benv. legitur p.* 40.

In Lombardia (*fol.* 48. *col.* 4. *it. f.* 64.), & maxime in Pedemonte sunt factæ tempore isto (1) terræ diversæ grossæ de quibusdam villis in unum congregatis, & primo de Clavasio in Episcopatu Vercellensi, quem fecerunt Mediolanenses. Quidam rustici in unum congregati contra Marchiones Salutiarum faciunt terram, quæ dicitur Savilianum, quod est idem, ac sapiens villanus. Qui sunt de servitute Marchionum cupiunt venire ad libertatem. Idem faciunt quidam alii rustici de Pedemonte fulti auxilio Mediolanensium, quia faciunt terram grossam in formam triangularem inter Sturam, & Gesium, & volunt quod fiat civitas, quod non est factum adhuc, & illam vocant Cuneum. Hic sequitur de Fossanio, Montemvicum, & Clarascum, & postea de villa rusticorum Nicia (2).

(1) *Prius præmiſerat* de Imperatore Henrico, & uxore Conſtantia filia Rogerii regis Siciliæ naſcitur filius Fridericus ſecundus. Interim Henricus excommunicatur ab Eccleſia.

(2) *Poſt nonnulla hæc habet.* Moritur Henricus in Germania, & reliquit Fridericum II. ſub tutela avunculi Philippi.

De Imperatore (*fol.* 49. *col.* 3.) Henrico, & uxore Conſtantia filia Rogerii Regis Siciliæ naſcitur filius Fridericus II. Quando Fridericus fuit annorum IIII. una die dormiendo ſomniavit . . . . . videbatur mihi, quod comederem omnes campanas mundi, & dum multas comediſſem, venit coram me una campana groſſa, quam non potui deglutire, ſed illa quaſi me occidit. Quod accidit, quando Papa illum depoſuit, & excommunicavit.

Aliam (*fol.* 50. *col.* 1.) concubinam ultra modum pulchram habuit Fredericus II. Imperator &c. *Reliqua vide in* Chronica Benvenuti p. 36. 7. *ubi in fine ad illa verba*, & vocavit illum Marchionem Lanzam *adde ſequentia a Clar. Præſide prætermiſſa*. Et habuit ſuum Marchionatum in comitatu Aſtenſi ubi dicitur Loretum, Coſteglolas, Caſtagnolas, Aglanum, Calotium, & per partes illas uſque Belbum, & citra Tanagrum uſque Nonum.

De Petro de Vineis (*col.* 4.) Notario Imperatoris, qui occiditur. Inter alias civitates, quæ ſe ſtatim oppoſuit Imperatori Friderico II. in ſervitium Eccleſiæ, fuit Palma, quæ ſtatim ſe Imperatori rebellat. In Curia autem Imperatoris erat quidam Notarius completus in omnibus, & pulcherrimus dictator nomine Petrus de Vineis. Hic Petrus Notarius habuit uxorem pulcherrimam, quam habet Petrus ſuſpectam de Imperatore Friderico, & tamen non credit, quia ibi eſſet malum, licet de hoc multus ſermo fuerit in Curia Imperatoris. Accidit uno mane Imperatorem intrare domum Petri ſicut ſæpe intrabat propter officium notariæ, & etiam quia homo ſollempnis erat. Et videt Imperator in abſentia Petri cameram ipſius apertam, & intrat Imperator cameram, & invenit uxorem Petri in lecto dormientem, quam Imperator cooperuit, quia habebat brachia diſcooperta, & tunc Imperator cooperuit dominam, & cum frequentia diſceſſit, ne aliquis propter honorem dominæ de hoc adverteret, nihil aliud faciens, ſed ſuper coſſanum dominæ reliquit Imperator ſuum chyrotheca vel libenter, vel ignoranter. Venit Petrus a caſu, & invenit chyrothecam Imperatoris in lecto ſuo, & cognoſcens cum dolore totum diſſimulat; tamen Petrus non loquitur dominæ, quæ de hoc multum affligitur. Notificat domina Imperatori de duritia viri ſui. Contra illam vadit Imperator ad domum Petri, & eſt Imperator, & Petrus eſt domina ſimul, & alia familia a longe Et Petrus videns ſe cum Imperatore, & cum domina ſua vult Imperatorem reprehendere cum concordantia illorum non nominato Imperatore, nec domina ſtilo materno: *una vigna o pianta: per travers e intra: thi la vigna m a guaſta: an fait gran pecca de ſar amj tant mal.* Domina loquitur concordiam verborum. *Vigna ſum: Vigna ſaraj, la mia vigna no falj maj.* Conſolatus Petrus reſpondit concorditer: *ſe coſſi e como e narra: plu amo la vigna che fis jamai.* Et ſic facta eſt pax inter dominam, & Petrum: & tunc Petrus cantat præ gaudio metrice de XII. menſibus anni, & de proprietatibus eorum, & dicit, & primo de januario.

Tempore Imperatoris Friderici II. erant homines in Italia quaſi ruſtici, & mirabiliter inepte vivebant, & quantum ad victum, & quantum ad veſtes, & calciamenta, & arma, & quantum ad omnia habebant adhuc quaſi in omnibus mores primorum Longobardorum, & obſervationes, & crudelitates eorum, & maxime in introitu Lombardiæ, & in medio ubi ſcilicet Longobardi primas habuerunt habitationes, ſcilicet de Aquilegia uſque Papiam, & Vercellas, & ultra Padum uſque Bononiam. Et multas obſervationes, & incantationes, & beſtialitates, quas habebant, & adhuc aliqui habent omnia procedebant a primis Lombardis, qui fuerunt & idolatræ, & homines multum beſtiales. Nunc videamus de armis antiquis groſſis de corio, videamus de ornatu mulierum; videamus de moneta, quæ modo invenitur antiqua groſſa & inepta, & ſecundo de modo loquendi de ſolatiis, de correis, ſive ballis omnia groſſo modo faciebant. Et iſte Fridericus quaſi omnia immutavit, & nobilitavit, & docuit; & inter alios Imperatores fuit dotatus pulchris, & nobilibus, & ornatis moribus.

Vadit Imperator Fridericus II. in Alamanniam, & Mediolanum ſibi rebellat. Et potenter de Alamannia revertitur, & facit magnum exercitum contra Mediolanum. Venit ad campum cum exercitu magno, & populus Cremonenſis in honorem Imperatoris traxit ad campum in armis cum manariis falcatis hominum XXX. millia & militum IIII. millia, & alium populum multum, quia Cremona erat in maximo flore. Mediolanenſes exeunt ad campum contra Imperatorem cum potentia magna & ſuorum, & amicorum, committitur prælium, milites Cremonenſes præcedunt in bello, & populus Cremonenſium ſequitur viriliter ſuos milites, multi hinc inde cadunt ex utraque parte. Tandem Mediolanenſes retrocedunt, populus Cremonenſium ſequitur, bellum declinat, gaudet pars Imperatoris, adverſarii fugiunt, & inter omnes Cremonenſes obtinent honorem belli teſtante Imperatore, qui dicit: noſtri compatres Cremonenſes de hoc prælio totam habent coronam. Unde verſus:

Urbs decus orbis ave, intus tibi deſtinor ave
Currus ab auguſto Friderico Cefare juſto:
Fle Mediolanum, jam ſentis ſpernere vanum.
Imperii vires proprias ſibi tollere jures.
Ergo triumphorum potes urbs memor eſſe priorum,
Quos triumphabant reges, qui bella gerebant.

In iſto bello multi adverſarii Imperatoris capiuntur, inter quos rector exercitus Mediolanenſis capitur, qui erat filius Ducis Venetiarum, & iſte cum omnibus ſociis ſuis de mandato Imperatoris ſuſpenditur in majus ipſius obbrobrium ſempiternum. Carrocium Mediolanenſium capitur cum toto ſuo apparatu, & in ſignum victoriæ ducitur Romam. Cremona noſtra habet quatuor portas principales, & quælibet porta ſolum de Cremonenſibus de civitate faciebat hominum armatorum X. millia, & milites mille excepto comitatu, & vulgo.

Aperte autem Imperator deſpicit Eccleſiam, vilipendit præcepta ſua, & perſequitur terras, quæ Eccleſiam ſequuntur. Papa Gregorius, qui tunc in Eccleſia ſedebat, Imperatorem excommunicavit, & omnes illi obedientes, quia multæ civitates Lombardiæ recedunt a dominio Imperatoris, ſicut Mediolanum, Brixia, Janua, & Alexandria, & Palma, & multæ aliæ parum favent Imperatori corde.

Imperator Fridericus II. habens prædictam diſcordiam cum Eccleſia vocat ad ſe tyrannos crudeles de quodam caſtro nomine Romano de comitatu Tarriſino, & iſti vocabantur Acelinus, & frater eius Albericus, & eis dat dominium totius marchiæ Tarviſinæ, & ibi eos facit ſuos vicarios in omnibus. *Poſtea non nulla Acelini facta deſcribit, quæ de viro ac tempeſtate famoſiſſimo percrebuerant. Acelinum Vicentiæ militem, qui nuptam ampleſtens oſculatus fuerat, illico coram Imperatore interfeciſſe. Dicere ſolitum in ſomnis Deum apparuiſſe enſem ſibi tradentem his verbis: ſume ultionem de inimicis meis marchiæ Tarviſinæ? In exercitu nuncium accepiſſe de Paduæ defectione ad partes Eccleſiæ: ſtatimque Paduanos omnes, qui in eo ſtipendia merebant, e loco altiſſimo Veronæ præcipites dediſſe, ut nec unus evaſerit ſuperſtes. Olim in quadam Eccleſia S. Mariæ (del Bove) Veronæ V. millia hominum claudorum cæcorum & ægrotantium congregaſſe, eoſque omnes tamquam inermes, ac inutile immo graviſſimum ſocietatis pondus adjecto igne cremaſſe. Cum ſuſpicaretur nobiles quaſdam Vicentinas familias defectionem meditari, majores occidiſſe, reliquos virilibus membris mutilaſſe. Regulares cujusdam monaſterii ob cantum, quem in recitatione matutinarum horarum ad mediam noctem ſibi ſomnum impediviſſe dicebat, in ciſterna incluſiſſe, ac per XL. dies morum trahere juſſiſſe. Demum hoc ultimum recitat, quod utpote præclarum, ac memoria dignum ipſius Jacobi verbis deſcribam.* In dominio Acelini quidam occidit occulte unum nobilem, qui illum offenderat. Et protinus vadit prædictus homicida ad confeſſionem apud unum ſacerdotem. Querit Acelinus de iſto homicida, & dum non poteſt invenire promittit dare pecuniam magnam illi, qui homicidam invenerit. Audit ſacerdos de pecunia, & loquitur Acelino, & revelat confeſſionem. Tunc vocat Acelinus homicidam, qui confitetur nunquam dixiſſe peccatum id niſi in confeſſione, quem homicidam ſtatim Acelinus abſolvit: ſacerdotem autem, qui illum accuſaverat, ſtatim tradidit comburendum.

Debellatis Mediolanenſibus facit Imperator exercitum magnum contra Brixiam, & eam exterius in agris diſſipavit. Et in obſidione civitatis multum ſtare non potuit, quia venit in exercitu tanta multitudo muſcarum groſſarum, quæ occidebant & homines, & equos, & cetera animalia, & ideo videns, quod civitatem capere non poſſet, ab ea receſſit. Quidam Legatus Eccleſiæ ponit obſidionem magnam circa Ferrariam civitatem per VIII. menſes, qua tunc erat pro Imperatore Frederico. Imperator Fredericus obſedit per magnum tempus Faventiam civitatem Romandiole, & ultimo illam ſubjugavit.

Tit. de magna diſcordia, quæ oritur inter Januenſes, & Venetos.

Tit. Veneti contra Januenſes.

Tit. Movetur diſcordia inter Januenſes, & Piſanos in mari.

Poſt mortem Celeſtini Papæ Mediolanenſis creatur Papa D. Sinibaldus Januenſis illorum de Fliſco, & vocatus eſt Innocentius IIII. Hic exiſtens Cardinalis in Curia Romana multum defendebat Imperatorem Fridericum; & quando factus eſt Papa pro magno feſto nunciant Imperatori dicentes: domine Imperator, bona nova. Et ipſe: quæ? Quod maximus amicus veſter factus eſt Papa, ſcilicet D. Sinibaldus Januenſis. Quod ut audit Imperator ſuſpirans dixit: perdidimus maximum amicum. Quia factus eſt Papa contra nos defendet viriliter jura, quas dicit Eccleſia, quod habet contra nos. Convocato concilio Lugduni, ubi papa Innocentius IIII. Imperatorem Fridericum II. ab imperio abſolvit, & ſibi obedientes excommunicavit. Qui legatus ſtat Mediolani, & ſtipendiarii ſunt Imperatoris Novariæ, Papiæ, Laudæ, Cremona. Tota alia terra vel contra Imperatorem, vel modicum favebat ei, excepta Roma in parte, tamen occulte, & Romandiola, in qua dominatur Rex Hencius filius Friderici ex concubina. Rex autem Manfredus filius Imperatoris ex concubina jam dicta ſupra pugnat in Apulia contra principem, & comitem Karolum, & nundum regem niſi in ſpe, & ſic ſtat factum per multos dies.

Audit Fridericus, quod filius ſuus Rex Conradus proſperatur in Alamania: ſtatim magnum duxit exercitum contra civitatem Palme. Et ex alia parte fluvii, qui Palma vocatur, a quo civitas Palma denominatur. A medio miliare aliam fundavit civitatem, quam Victoriam denominavit, & ſic eſt civitas Palma dure obſeſſa, quia in uno latere habet Victoriam prædictam, in alio latere habet Cremonam: in facie habet burgum S. Dompnini, quam tenet Imperator, & Palmenſes non poſſunt habere victualia. Civitas prædicta Victoria facta per Imperatorem debet remanere, & civitas Palma debet reſtitui. Et jam factæ ſunt ibi portæ de petra in forma turrium, & tota civitas de foſſatis, & bono etiam vallo circumvallata, & ſtat factum. Stante ſic obſidione circa Palmam parat ſe in Alamania rex Conradus filius Friderici venire cum magna militia in Lombardiam. Imperator autem tenet Palmenſes obſeſſos in maxima anguſtia, nec Eccleſia poteſt eis in aliquo dare favorem niſi in ſpe. Pugnat rex Hencius contra Bononiam auxilio Romandiole. In Apulia pugnat rex Manfredus contra Karolum, qui dominatur Neapolim. Modo venit rex Conradus in Lombardiam cum maxima comitiva militum, & tranſit in Tuſciam, & Apuliam contra Comitem Karolum, & contra Eccleſiam, & ibi eſt in pugna continue per duos annos, & rex Manfredus frater ſuus ut dicitur naturalis cum eo. Dicunt autem aliqui, quod rex Manfredus factus eſt legitimus per Fredericum, qui deſponſaverat matrem ipſius Blancham, de qua ſupra in numero. Rex autem Conradus una cum rege Manfredo ducunt contra Neapolim civitatem magnum exercitum, & bello devincunt civitatem, & muros omnes civitatis Neapolitanæ ad ſolum deducunt, & proſperatur factum eorum fortiter.

Digitized by Google

Dum Conradus dominatur in Apulia, & est in Neapolim bibit venenum, ut creditur opera Manfredi fratris sui, qui non vult ibi in regnando habere consortem. Et ex isto Conrado rege Romanorum fuit filius in Alamania, qui dictus est Corradinus. Et moritur rex Conradus, & in Neapolim sepelitur. Et dominatur rex Manfredus potenter in sola Apulia, Terra Laboris, & Sicilia, & pugnat cum Comite Karolo, qui in partibus illis etiam pro Ecclesia dominatur in terra Romana, & Campania, & sunt ibi bella continue ecc.

Stante Imperatore Frederico in depositio contra Palmam in Victoria, quam fecerat, habet in consuetudinem omni die ire ad montes mane ad venatum; & secum ducens bonos milites, stipendiarios dimittit ad custodiam civitatis Victorie. Palmenses autem, qui sunt in alto positi quasi in desperatione maximæ necessitatis quotquot arma portare possunt & homines, & mulieres egrediuntur de civitate. Et circa tertiam aggrediuntur portam civitatis Victoriæ, & violenter Victoriam intraverunt omnibus, qui ibi ad custodiam stabant, vel occisis castris, vel fugatis, ponentes ignem statim hinc inde & fumus ascendit usque ad cœlum. Videns autem Imperator Fridericus conturbatus, & omnes amici ejus cum eo, quorum unus in facie Imperatoris dixit: Et vos o Imperator estis dignus decapitari! Relicta Victoria ibatis continue ad amata solatia vestra. Et hic erat Cremonensis, & homo popularis, quod verbum Imperator patienter sustinuit, quia verum dixit. Post hæc Palmenses viribus resumtis capiunt violenter Burgum S. Dompnini, & statim totum funditus dissipant, & destruunt usque ad solum.

Videns autem Fredericus, quod tota Lombardia fugit de manibus suis, & sequitur Ecclesiam exceepta Novaria, Papia, & Cremona quasi desperatus de Lombardia recessit quasi occulte, & vadit in Siciliam, & ibi in brevi dolore infirmatur apud Palermum, & dure angustiatur ibi per multos dies & tandem in festo B. Luciæ moritur, & ab amicis suis occulte sepelitur dubitanter, ne Ecclesia contra eum mortuum procederet. Et sic mortuus est Imperator Fridericus II. anno ætatis suæ LVIII. a coronatione sua de Imperio Romano XXXIIII., & reliquit filium filii sui regis Corradi in Alamania Corradinum nomine, & in Italia principem Tarentinum regem Manfredum natum de concubina, ut est dictum supra, & alium filium regem Sardiniæ, & Marchionem Romandiolæ Hentium scilicet ex alia concubina natum, qui diu præliatus est cum Bononiensibus. De sanguine autem prædicti Frederici in Alamania, nec in Italia nullus alius post eum masculus remansit exceptis supradictis.

Tit. De vacatione imperii Romani.

Tit. De morte Innocentii IIII., & creatione Alexandri IIII.

Eo tempore rex Hentius . . . . . pugnat cum Bononiensibus per dies multos. Erat enim homo valde magnificus, liberalis, & probus, & multa damna per dies multos intulit Bononiensibus, & parti Ecclesiæ: veniunt ad campum Bononienses cum suis amicis. Rex Hentius cum exercitu suo in campo Mutinensium congregatur, ibi grande bellum committitur, & ex utraque parte multi hinc & inde cadunt. Exercitus regis Hentii retrocedit, Bononienses, insequuntur, pugnat, declinat, &, quia rex Hentius homo constans erat, de campo certaminis nolens recedere ipse cum multis de suis capitur, & ad Bononiam in carcere deducitur. Modo rex Hentius vinculatus habet domicellos, & servitores suos, & sicut melius potest facit magnificentias suas usitatas, prout melius potest. Facit enim sibi populus Bononiensis in carcere quasi omnes expensas. Et quia ipse in aliquibus nimis expendebat, restringuntur reditus sibi. Quod ipse videns vocat alios Bononienses de Lambertaciis, qui tenebant de parte sua, & rogat eos singillatim, quod in consilio sint pro eo, ut liberaliter fiant ei expensæ. Et omnes quotcumque vocantur, bene sibi respondent. Et qui bene sibi respondebant in facie, in consilio erant sibi contrarii. Quod ipse advertens dixit. Bene sit omnibus amicis meis de Bononia, quando mihi loquitur ad partem, sed quando sunt in consilio male sit omnibus illis simul, quia in facie ostendunt amicitiam, & compassionem, in consilio autem contrariantur ut possunt. Post hæc datur sibi dieta, quod eligat pro uno pulmento, vel bandixione, quod sibi omni die magis placet. Et nihil amplius habere possit a communitate Bononiæ, nisi plane vinum, fructus omni die cum una bandixione, & hæc tam pro se, quam pro IIII. domicellis suis, qui elegit continue habere turtam, & omnia, quæ comedere desiderabat intincta ponebantur, & sic in tali statu fuit per dies, & annos multos: tandem ultimo infirmatur, & moritur, & in Ecclesia S. Dominici fratrum Prædicatorum de Bononia sepelitur in anteriori parte chori apud parietem cemiterii jacet in capsa. De isto rege Hentio nullus masculus remansit, sed multæ filiæ de eo fuerunt omnes ex concubinis natæ, & hinc inde ab amicis collocatæ.

Post hæc autem (*dixerat Imperatorem Conradinum veniſſe in Italiam MCCLXVII.*) fit grande bellum inter Cremonenses, & Palmenses, & ibi debellati sunt Palmenses a Cremonensibus. Erat autem Dux belli Cremonensium Ubertus marchio Palavicinus, & hoc fecerunt Cremonenses in servitium quondam Imperatoris Friderici in vindictam de Victoria destructa. Et tunc captum est Carocium Palmensium ibi, & ductum est Cremonæ. Ibi autem in illo loco, ubi commissum est prælium, erat actu campus magnus faxiolorum unius Palmensis; & quia in faxiolis Palmenses sunt capti, & expugnati, ideo per magnum tempus post nec nominaverunt, nec seminaverunt faxeolos. In Palma etiam ex magno statuto civitatis decem millia de Cremona juraverunt, quando Victoria civitas fuit destructa, perpetuo barbam portare, donec vendicata esset verecundia facta contra Imperatorem Federicum de dicta Victoria.

Acelinius de Romano magnus tyrannus commovit magnum exercitum vadens contra Cremonam, & Mediolanum. Habebat enim secum in illo exercitu Brixienses, qui portant fidem in manibus, qui quasi ut plurimum a natura sunt proditores, & alii multi hinc inde cum Azelino congregati. In opposito autem

sunt in exercitu Mediolanenses, & maxime Cremonenses, & dum volunt bellum committere, statim Brixienſium militia, quæ erat cum Acelino, vadit ad partem contrariam, de quibus dicit Acelinus: ecce proditores qui portant fidem in manibus. Committitur bellum, retrocedunt qui de parte Acelini, & fugiunt. Cremonenſes capiunt Acelinum totum in prælio vulneratum, & illum ducunt ad caſtrum Soncini comitatus Cremonenſium. Sequenti vero nocte cum propter plagas non poſſet quieſcere, moleſtabatur a campanis cujuſdam capellæ, & cepit dicere cuſtodibus ſuis: ite præcidite illum ſacerdotem, qui tantum tempeſtat campanas illas. Reſponderunt cuſtodes & dixerunt quare dicitis iſta? Vos eſtis in carcere. Et ille: ubi fui ego captus? Apud Caſſanum heri. Et ipſe tunc deſperatus laceravit ſibi plagas cum manibus clamando & dicendo: *Caſſan Caſſan*; & tantum ſic dixit quod expiravit. Et mortuus eſt Acilinus de Romano Tyrannus, poſt quam in Marchia Tarviſana tyrannizaverat per annos XXXIV, & ſepultus eſt ſub ſcala palatii caſtri Soncini.

Albericus autem frater germanus prædicti Azelini audiens in civitate Tarviſii, ubi erat, de morte Acylini fratris ſui, ſtatim clam ut plus poteſt cum omnibus ſuis ſe ipſum recollegit in quodam caſtro ſuo, quod dicitur S. Zenonis, quem ſequuntur Paduani cum omnibus de Marchia Tarviſina. Et Azo etiam Marchio Aſtenſis, & circa caſtrum ponunt maximam obſidionem, & capiunt violenter caſtrum, & in conſpectu prædicti Alberici primo filios ipſius & filias ipſas trucidaverunt, uxorem ejus crudeliſſime combuſſerunt. Item quendam malum judicem, cujus conſilio multa mala faciebat, patibulo affixerunt: ultimo prædictum Albericum diu affligentes totum laceraverunt, & ſic in brevi eſt deleta tota progenies prædicti Azelini.

Tit. De maxima & generali verberatione hominum, quæ fit ubique per totam Italiam, & per multos annos duravit.

Tit. De bello in Tuſcia. Erant Florentini & Lucani in parte una, Senenſes ex parte altera, pugnatur acriter, tandem fugiunt Florentini & Lucani.

Eo anno Balduinus Imperator, & Veneti de Conſtantinopoli recedunt.

Azo Marchio Eſtenſis moritur, cui ſuccedit filius ejus Opicinus, & tenet . . . .

Almulphus Rex Caſtelle magno prælio cum ſuis aggreditur Saracenos, & illos occidens & debellans fugat de regno ſuo.

Papa Alex. IV. moritur.

Tit. De vanitatibus Regis Manfredi.

Dicitur, quod Rex Manfredus ſtudebat, ut magis poterat omnes gentes ad ſe trahere, & maxime Italicos, & ſupra omnes Lombardos, quos intime diligebat, quia ex parte matris ut dictum eſt ſupra natus eſt de Domina Blancha dominorum de Aglano comitatus Aſtenſis, quæ fuit concubina Imperatoris & poſtea ut dicitur uxor. Itaque Manfredus ſi ſic eſſet, fuiſſet legitimus. Fecerat enim de ſua Curia quaſi paradiſum delitiarum, ibi largitates mirabiles & omnes vanitates mundi de mulieribus, de veſtibus, de ornamentis, de cibariis, de canticis, de inſtrumentis. Ibi (1) enim ſunt ludi diverſi, & omnia ſolatia mundi, omnia delectabilia tam in aliis quam in perſona Regis, & nocte & die ibi juvenculæ pulcherrimæ vanæ & juvenes abſque modo, ibi omnia carnalia & laxiva omnibus videbantur eſſe licita. Erat enim ibi ſchola omnium inſtrumentorum & cantionum mundi. Et ipſemet Rex Manfredus fuit pulcherrimus & cantor & inventor cantionum. Et erat ibi in Curia ſua Dea ſive miniſtra amoris, & qui dicebatur Deus vanitatum, qui docebat homines & puellas ad omnes actus amoris. In camera Regis Manfredi erat de omnibus inſtrumentis mundi, nec erat una hora diei & noctis, in qua non ibi fuiſſent audita organa, & alia inſtrumenta diverſa. Contrata enim illa habet etiam a natura eſſe tota pinguis & gaudioſa, quia eſt de omnibus bonis locupleta. Habebat etiam Manfredus Rex ad ſuum velle ut alter Salomon mulieres pulcherrimas & juvenculas infinitas ad libidinem. Unde ſi magno tempore vixiſſet, poſuiſſet totam Italiam in fontem libidinis, & quod Eccleſia ad minimum deveniſſet. Et quia tantum illic delectabilia abundabant, omnes illuc currebant. Curia enim ſua erat omnibus volentibus ad libitum de pane vino carnibus, & de omnibus cibariis & divitibus, & pauperibus, & nobilibus, & ruſticis.

(1) *In margine addit* in Manfredonia credo iſta fuiſſe.

Tit. Papa Urban. IV. coronat Karolum de Regno Siciliæ & Apuliæ.

Tit. De magno bello Tartarorum & Saracenorum ultra mare.

Tit. Quomodo factum eſt comitatum Toloſanum, & per mirabilem modum datum eſt a Papa illi, qui eum modo poſſidet.

Tit. De quodam miro, quod evenit in Papia.

Sequitur Papa Clemens IV, qui habuit uxorem & filios, & adhuc in Papatu erat Mater cum eo viva.

Scilicet ante ſacerdotium, attamen a propinquis fuit adeo alienus, ut neque dotem filiabus augere voluerit.

Tunc Cremona erat in maximo flore, & habitabat in Cremona D. Ubertus Marchio Palavicinus, qui ibidem erat cum tota domo ſua in maximo honore totius contratæ. Dominium enim habuit prædictus Marchio Palavicinus in Placentia, in Tardona, in Alexandria, in Caſſale, ubi caſtrum fecit. Et multum perſequebatur in illis partibus Marchionem Montisferrati intantum, quod Marchio Montisferrati non fuit auſus unquam ſe confringere cum eo. Erat autem in prædicta Cremona alius civis ditiſſimus & locupletus nomine Boxius de Doaria, qui in Cremona propter divitias ſuas maximam habebat ſequelam, & tandem movetur diſcordia inter hos duos: Et poſt ardua prælia per Boxium expellitur de Cremona Palavicinus, & recollegit ſe in Alexandria, ubi fecerat etiam forticam muratam. Dominatur Boxius in Cremona, dominatur in Crema, Laude, Placentia, affligit Clericos, deſtruit Eccleſias, & ſicut Tyrannus multa mala facit. Papa Clemens IV. mittit legatum contra Boxium, & cum eo multoties confringens ſtipendiariis vallatus,

tandem legatus Boxium prædictum expulit de Cremona cum tota parte sua, & de tota contrata illa, & persecutus est illos usque ad Marchiam Tarvisinam, & non reverteruntur Cremonam usque ad annos Domini M. CCC XI, quia tunc venerunt XXVI kal. aprilis cum Imperatore Henr. VII. de Lucemburgo.

Eo tempore erant diversi Tiranni in diversis civitatibus Lombardiæ, quia in Verona tirannizabat tunc Mastilus de la Scala, post quem Albertus frater ejus, & post Albertum filii & filiorum.

In Tervisis Tyrannus Girardus de Camy.

In Ravenna Guido Tyrannus de Poleni.

In Rimino Tyrannus Malatesta.

In Mantua Tyranni multi, & graves.

In Mediolano Tyranni multi & graves, & tempore longo.

In Novaria Aimericus, qui licet fuerit probissimus, tamen fuit occisus ab alio: sic non fuit civitas in Lombardia, quæ non fuerit conturbata per Tyrannos.

Audiens Rex Conradinus filius quondam Regis Conradi filii Friderici Imperatoris, quod avunculus suus Manfredus est occisus, & quod Rex Karolus accepit dominium statim sine mora anno J. Ch. MCCLXVII cum militia magna & magna multitudine Prælatorum recedit de Alemania ultimo augusti, & venit in Italiam, ubi in civitate Verona, primo per Tridentum descendens gentem suam maximam congregavit, & per multos dies in Verona residentiam fecit, donec tota sua militia esset in unum in Lombardia congregata. De Verona autem venit Papiam, ubi cum sua gente hyemavit. Civitas autem Mediolanensis noluit eum recipere, nec Placentia, nec Tartona, nec Marchio Montisferrati. Una vero pars Alexandrinorum favebat Conradino, & alia non. Tandem de Papia vadit Saonam, & ad portum Vadensem; ubi sunt galeæ Pisanorum ad recipiendum eum, quæ cum gente sua eum magnifice ducunt Pisas. Marchio vero Bonifacius tunc Montemferratum regebat pater Marchionis Gulielmi: Et in Aquis civitate pro Marchione erat Rainerius Bastardus durus rector & gravis, qui ibi dominabatur pro Marchione Montisferrati. Quando autem Conradinus fuit Pisis ultra modum magnifice receptus, dederunt ei Pisani mille equites stipendiarios expensis communitatis Pisanæ, & centum galeas in mari. Quia civitas Pisana tunc erat in statu & prosperitate mirabili, & glorioso triumpho, nunc vero turpiter humiliata, & a Florentinis suppeditata. Papa vero Clemens IV dixit de Conradino: vadit in Apuliam ad mortem sibi propinquam. Recedit Conradinus de Pisa, & vadit Romam ubi erat Senator Henricus frater Regis Castelle, qui favet Conradino turbatus per maxime contra Karolum, qui de quantitate pecuniæ illum deceperat.

De Roma cum tota sua gente mirabiliter vadit Rex Conradinus in Apuliam ad locum certaminis, ubi pervenit ad prælium.

Anno J. C. MCCLXVIII. XXIV. mensis Augusti juxta flumen quod campo Palatino proximum est; & ibi suam disponit gentem ad prælium. Rex autem Karolus etiam suam gentem minorem ordinavit ad aciem. Nocte ergo præcedente prælium timens Karolus de multis terris quas habet in regno, ne sint sibi fideles, vadit illuc cum paucis in nocte ostendens esse de gentibus Conradini, & comprobavit eos fideles; securus stat & vadit ad civitatem Aquilæ, quæ multum est gibellina, & invenit ille esse ferventes in voluntate Karoli. Et cum sic videt, revertitur ad exercitum, & scheriis ordinatis dimittit unum caput loco sui cum suis armis in prælio. Et ipse in parte stat occultus non multum longe a loco certaminis cum VIII centum militibus Galicis electis. Et ibi in loco ubi est, dicitur sibi Missa. Et dum Missa cantatur, & prælium in campo mane incipitur. Ex utraque parte acriter pugnatur: præciduntur, occiduntur, in terram milites cadunt, & qui ibi vices Karoli præsentabat occiditur, & tunc omnes de parte Karoli fugiunt; dicitur Regi Karolo qui erat in specula: *Ah Domine Rex exercitus vester fractus est, & omnes fugiunt*! Tunc Rex Karolus recepta benedictione a sacerdote statim equum ascendit, & cum suis militibus præmissis vexillis intrat in locum certaminis, vociferantur omnes, clangunt tubis, dispersi per campum de parte Karoli se ad eum recolligunt, & quotquot inveniunt de parte Conradini occidunt: & tunc exercitus Conradini est totus dispersus ad prædam accipiendam inimicorum. Rex Conradinus cum paucis est: in unum vexillis elevatis vult Conradinus Karolo obviare, non consulitur sibi; & si hoc feciisset cum Teutonicis suis, creditur, quod campum obtinuisset: sed consilio sibi dato de acie cum aliquibus recessit. Henricus Senator Romæ vivus capitur a Karolo; Conradinus citius de campo recessit cum Duce Austriæ & aliquibus aliis paucis nobilibus. Et ipsis recedentibus præmittunt nuncium ad castrum maritimum, qui conducat illos in regnum navigio: non enim in illo castro erat nova de conflicto facto in exercitu. Sed illis ad castrum pervenientibus, veniunt nova de his omnibus, quæ facta sunt in exercitu.

Cum perveniunt Conradinus ad mare cum sociis suis, faciunt magnas promissiones nautis si cito ducant eos, & ideo suspicantur istos esse viros potentes, qui de prælio fugiunt parvam navim conscendunt, & dum navigant, barcha grossa illos insequitur, capit omnes: non prosunt preces, non magnæ promissiones. Ducitur Rex Conradinus cum omnibus sociis suis ad Karolum Regem: ducuntur Neapolim, & detinentur ut decet. Consulit Rex Karolus, quid de Rege Conradino facere debeat, Papam Clementem IV. Respondit Papa, & dicit sic: *de Conradino Alamaniæ filio iniquitatis vindictam non quærimus, nec justitiam denegamus.* Convocatus multis judicibus petit Karolus consilium de morte Conradini, uno excepto omnes alii dicunt, quod non est dignus morte. Unus vero judex solus volens Karolo complacere judicat Conradinum ad mortem, cujus judicium statim Rex Karolus approbavit.

Firmato per Karolum de morte Conradini (*supl.* decreto) mittitur cum sociis suis secum detentis, qui animæ saluti provideat. Confitentur omnes, & facto quod expedit, anno Jesu Christi MCCLXVIII. VI. kal. novembris Neapolim ad littus maris extra ci-

vitatem deducuntur. Videndo Rex Karolus, in quo ad ſpectaculum ſtabat de monte Caſtri, mortis ſententia legitur. (1) Rex vero Conradinus veſtimentum ſuperius exuit, & genibus flexis devote cum lacrymis Deum orat, & poſt modum cervicem lictori porrexit hanc ultimam vocem educens: *Ab ak Dei* (2) *genitrix, quem profundum mororis nuncium ex me ſuſcipies!* Dux vero Auſtriæ ut vidit Conradinum propinqui ſui cervicem decapitationi porrigere, quanta potuit indignatione animi voce rugitum emiſit cum doloris deſperatione, ad cujus vocem omnes qui aderant ex compaſſione lacrimare cœperunt. Nec erga Deum culpam ſuam voluit profiteri & ſic ſtatim poſt Conradinum & ipſe decapitatus eſt. Caſi ſunt autem ibi omnes, Comes Gerardus de Piſis filius Galvagni Comitis, quem Karolus hujus rei ſpectator juſſit in oculis patris occidi, & ultimo eſt decapitatus ipſe Gualvagnus. Et videntes milites Galici, qui ibi aderant, crudelitatem Karoli ſunt fortiter deteſtati. Rex Conradinus & omnes, qui cum eo ſunt decapitati, ſepulti ſunt ibi in littore maris juſſu Karoli, & nullus eorum auſus eſt eos ad Eccleſiam portare, nec cimiterio condere & qui fuit omnibus hiſce præſens, ſcripto mandavit, ut ſupra poſitum eſt. Sequens autem Rex Karolus II. qui dictus eſt Zopus, non placens, quod de iſtis fecerat pater, ſuper corpora prædictorum mandavit Eccleſiam fieri, quam habitant modo fratres qui dicuntur Carmelitæ in Neapoli.

(1) *Hic turbatus incuria ammanuenſis ordo verborum, & legendum ni fallor.* Vidente Rege Karolo de maro caſtri, in quo ad ſpectaculum ſtabat, mortis &c. (2) *Forte mei.*

De morte Regis Conradini inter alias civitates imperii, qui majorem dolorem oſtenderunt, fuit civitas Piſana. Dicitur enim quod facta omni ratione inventum eſt, quod civitas Piſana expendidit pro adventu Regis Conradini in pecunia numerata DC milia florenorum, exceptis mille equitibus ſtipendiariis, & centum galeis, qui cum eo vadunt Romam de Piſa, & ad exercitum ſuum, quia multum illum diligebant. Et erat tunc civitas Piſana in maximo culmine. Dicitur, quod quidam juvenis Teutonicus pulcherrimus de conflictu prædicto venit Piſas, qui in omnibus Conradino aſſimilabatur, & dicunt Piſani quod iſte eſt Conradinus, & volunt eum Piſani honorare, & regem facere dicentes: *Alius mortuus eſt loco Conradini, & Rex iſte eſt Conradinus.* Et juvenis prædictus nullo modo vult aſſentire; ſed vadit quam citius poteſt facere facta ſua in Alemaniam. Poſt hæc Karolus obſedit civitatem Bonam nomine Nuceriam, & tandem illam debellat, & capit.

Mortuo Imperatore Friderico II., & filio ſuo Henrico, Conrado, Conradino, Rege Henrico, & Rege Manfredo non remanſit aliquis maſculus in Alamania, nec in Italia de ſanguine illo exceptis multis mulieribus, de quibus una filia Manfredi filii Frederici Imperatoris nupta Regi Aragonum, de qua nati ſunt duo filii, quorum unus eſt Fredericus, qui poſt mortem ſe facit Regem, & Dominum Siciliæ, & magno tempore tenet. Et aliam nomine Beatricem nuptam Manfredo primogenito Thomæ Marchionis ſalutarium, de qua natus eſt unicus filius Fredericus nomine.

In brevi poſt Rex Karolus debellavit inſulam Siciliæ auxilio Eccleſiæ & ſuæ magnæ probitatis. Quia cum jamdiu impugnaſſet Siculos, & illos vincere non poſſet, aſcendit inſulam die ſtatuta cum VIII. militibus optimis, & poſtmodum licentiavit omnes galeas, qui eum duxerant illuc, & totam inſulam cum ſocius debellando concurrit, & tunc pro majori parte capit. Deinde totam inſulam ſuo dominio ſubjugavit; & dicitur de eo quod una die tantum debellavit cum enſe nudo & ſtricto in manibus in prælio Conradini, quod nocte ſuper veniente enſem de manibus ſuis induratis extrahere niſi cum aqua calida vix potuerunt.

MCCLXX. Circiter maxima ſeditio fit in Bononia, & inde expelluntur Gibellini qui dicuntur Lambertacii, qui non revertuntur uſque hodie, & hoc fuit auxilio Scholarium, qui multum injuriabantur ab eis. Inventi ſunt tunc in Bononia in armis ſub uno rectore XVIII mille ſcholares de diverſis ſcientiis.

Quidam (*f.* 54) Epiſcopus nomine Bartolomeus Vicentius de Marchia Triviſiana vadens pro variis ſuis negotiis in Franciam ibi contrahit maximam amicitiam cum Rege Franciæ Ludovico nomine, qui modo dicitur S. Ludovicus, & petiit ab eodem Rege devote aliquam partem ſpinarum coronæ Jeſu Chriſti, promittens facere in Vicentia in honorem S. Coronæ Jeſu Chriſti conventum fratrum Predicatorum, quia ille de illo ordine erat, & recepit ſpinas, quas ego vidi, & fecit prædictus Epiſcopus pulchrum conventum in honorem S. Coronæ prædictæ.

Anno Jeſu Chriſti MCCLXXIII. Rodulfus Comes Alamaniæ eligitur Rex ab Electoribus S. Imperii, & Imperator electus non venit in Italiam ad coronam, quia non placuit Eccleſiæ Romanæ . . . ſed ſolum regnavit in Alamania annis XX. Fuit enim vir bonus in omnibus & pacificus, & multæ bonæ actiones per mundum recitantur de eo. Hic enim prælio ſuperavit Regem Boemiæ, qui nolebat ſibi, ut tenebatur, obedire.

Tempore iſto Saraceni invadunt totam terram Chriſtianorum, quæ eſt ultra mare, & maxime civitatem Acon vel Acri . . . quam deſtruxerunt, & illam ad alium locum motaverunt longe a mare. Ibi vero mortui ſunt omnes Eccleſiaſtici cantantes Miſſam & maxime Religioſi. Ibi erant de peccato carnis horribilia, ut dicitur: quare Deus terram illam deſtruxit.

In Pedemonte habent Provinciales dominium ſcilicet in Cuneo, Foxano, Montevici, Saviliano, & Alba, & quaſi uſque Aſt, quorum dominium diſplicet multis: & maxime quod illi de Alba duxerant eos, qui ſemper fuerunt auctores in talibus. Tunc Thomas Marchio Salutiarum cum ſuis amicis vadit contra eos, fit pugna magna apud caſtrum de Roccavion inter Gezium, & Vermenaglam vallem, & debellantur Provinciales, & occiduntur, & capiuntur, & fugantur, & per magnum tempus non habent locum in Lombardia.

In Lombardia (*f.* 58. c. 2.) fuit generalis & ma-

xima mortalitas puerorum ab una die usque ad V. . . . . & durat per multos menses. Fuit & maxima mortalitas gallinis, & hoc fuit in martio; fuit & maxima mortalitas & generalis de bobus, & hæc fuit solum in Italia, & Francia, & Provincia Provinciæ, & in aliis locis fuit de porcis in hieme.

Tit. Recuperant Græci Imperatores Constantinopolim, & expellunt Galicos.

Tit. De magno prælio Regum Ungariæ & Boemiæ.

Tit. Prælium Florentinorum, & Lucanensium contra Senenses de Tuscia.

Tit. Prælium Saracenorum, & Christianorum circa Gallitiam, in quo illi fugantur.

Tit. De Papa (Innoc. IV. MCCXLV.) qui facit concilium in Francia.

Tit. Veniunt ad concilium Græci: Tartari volunt fieri Christiani.

Tit. De Hæreticis apud civitatem Palmæ. *Paucis contraham, quæ in hoc titulo continentur. Horum Princeps fuit Gerardus Zaccarellus: accusabantur* multa turpia contra fidem Christianam locuti fuisse. *Ex sententia Inquisitoris, cui supremum ea tempestate in hac causa judicium, igne cremati publice fuerunt. Spectaculi atrocitas ad iram populum concitavit, qui domum Inquisitoris aggressus eam solo æquavit. Res delata ad Summum Pontificem qui per litteras graviter eos reprehendit, minatusque aspera fuit, ni quamsocius & veniæ petitione & domus restauratione facinus emendare studerent, quemadmodum effecerunt.*

Tit. De magno damno Bononiensium apud S. Paulum circa Faventiam.

Tit. Expelluntur Ghibellini de Ravenna. Post hæc statim Tyrannus Guido de Polenta de Ravenna expulit Gibellinos; & sunt exules usque hodie. Circa quod tempus magna pestis devenit Malatestæ de Arimino de filiis suis, quorum unus occidit alium propter uxorem suam, de quo facto fiunt multa mala.

Tit. De concilio Papæ Gregor. X., & quare fit illud concilium.

In hoc capitulo (*fol.* 79. *c.* 3.) *ac sequentibus narrat S. Pontificem ad Lugdunense concilium II. D. Thomam vocasse, eumque ne adesset a quibusdam, qui sibi ex ejus doctrina metuebant, veneno interfectum. Adfuerunt tamen ejusdem ordinis Albertus, Petrus de Tarantasia Cardinalis, & Fr. Joannes Vercellensis Magister generalis ordinis fratrum Prædicatorum. Ex multis, quæ in hoc concilio Oecumenico tractata sunt, duo præcipue acta fuere* „ unum de Carolo Rege Siciliæ, aliud tangens omnes ordines fratrum Prædicatorum maxime & Minorum; quod vita fratrum Mendicantium licet prædicent non est via salutis, nisi laborent manibus suis, sicut dicit Apostolus ec. Intantum quod tota Ecclesia exceptis paucis concordabat, quod isti ordines Prædicatorum & Minorum in vivendo mutarent statum. Et licet Papa de hoc multum doleret; tamen nolebat se toti concilio opponere. „ *Refert deinde quomodo B. Maria Virgo juverit in concilio ordinem fratrum Prædicatorum: item & qua ratione quidam F. Albertus illorum ordinum impugnatores confuderit ita, ut Patres concilii e priori sententia recesserint. Qua obtenta victoria a Magistro Generali Ord. FF. PP. in honorem B. M. V. & Ord. FF. PP. compositum fuisse memorat hoc carmen rithmicum & acrosticum pro more illius sæculi, cujus primæ singularum stropharum literæ Mariæ nomen efformant; quod ut scriptoris nostratis monumentum qualecumque prodere juvabit.*

(*fol.* 79. *col.* 3.)

Magnificabo Virginem cum voce gaudiosa,
Quæ construxit hunc ordinem mentis studiosa.
Hæc est rosarii rosa quæ vertit in dulcedinem
Orbis amaritudinem a valle tenebrosa,
Damnatum traxit hominem in prolem generosam.
Ad te Virgo decora Prædicatores clamant,
Quos juvas voluntaria, ut semper comprobamus,
Dum ad te suspiramus Prædicatorum gloria,
Felixque vestiaria, cujus signa portamus,
Tu dissipes contraria, ne forte succumbamus.
Regina Rege filios clemens dulcis, & pia,
Qui per conventus varios tibi canunt hæc tria,
Ne devient a via, qui verbo docent alios;
Quos Dei reddit insecios mundi philosophia,
Actus avelle nostros a nobis o Maria.
In hac valle miseriæ nullus absque peccatis
Sed tu sios, tu vas gloriæ, tu tronus deitatis,
Tu fons misericordiæ septrum affer clementiæ.
In reatu prostratis per ministrum pœnitentiæ
Das esse cum hea. . . . . .
Aroma suavissimum Virgo prole fœcunda
Statum hunc beatissimum ab omni sorde munda,
Quæ fers in linguæ funda lapidem suavissimum
Fructum ventris dulcissimum, quem peperisti mundo,
Quæ Goliam nequissimum repellis in profundo.
Mater supra laudabilis animarum medela inexpugnabilis
Frangens iniqui tela semper esto tutela fratrum infatigabilis,
Et post vitæ fallibilis cursum absque querela
Nati desiderabilis nobis vultum revela. amen.

Tit. De campanis destructis per Saracenos.

Tit. Vadit D. Latinus legatus ex latere in Romandiolam.

Tit. De quadam muliere, quæ peperit de uno viro XLII. filios in Mutina.

Tit. De Papa Martino III.

Tit. De pisce marino mirabili capto.

Anno Jesu Christi MCCLXXXI. de mense februarii captus fuit piscis marinus, qui habebat pellem pilosam, & pedes breves sicut serpentis, caudam vero leoninam & caput Leonis.

Sicut Rex Karolus perdidit insulam Siciliæ, & ibi Galici occiduntur . . . . quia regnum Gallorum erat eis gravissimum. In tribus enim maxime gravabant Galici illos de Sicilia scilicet de extorsione, de mulieribus, de injuriis eis dictis & illatis, & ideo conveniunt Siculi tradere dominium insulæ Regi Petro Aragonum . . . dicitur quod in quodam festo ad hoc ordinato Galicis ignorantibus conveniunt Siculi ad solatium faciendum, & dum essent sic in solatio quædam pulcherrima puella de Sicilia surgit, & corum Galicis cœpit correizare, quod multum omnibus placuit, erant enim præsentes fratres & patres

puellæ. Volunt Galici prædictam rapere puellam. Quod videntes Siculi clamant ad arma. Omnes currunt Siculi conglobati, invadunt Galicos: rumor currit per totam insulam Siciliæ: omnes clamant *ad mortem ad mortem*: . . . & non remansit in tota insula homo vel mulier de lingua Galica.

In civitate Tarvisii rapit dominium Gerardus de Camino: non est effusor sanguinis, sed delectatur in mulieribus, & honore & epulis, non avarus.

Tit. Civitas Forlivii fuit valde humiliata per Ecclesiam.

Tit. Occiduntur in Hispania Saraceni & Pagani.

Tit. De prælio Saracenorum & Tartarorum.

Zopus Karolus filius Regis Karoli ducit de Francia magnam comitivam militum, & cum ipsis ascendit insulam Siciliæ, & eam devastavit, & nihil ibi profecit. Quoniam multæ querimoniæ erant inter Regem Karolum & Regem Aragonum Petrum de regno Siciliæ, & quis haberet justum vel iniustum convenerunt ambo Reges simul, quod quilibet habeat de suis secum centum milites, & quod ambo Reges pugnarent simul, & illa pars, quæ in isto prælio succubuerit, ille Rex deponatur de regno, & qui est victor regnet in utroque regno. Hoc firmato nolunt proceres Regis Karoli, quod hoc prælium fiat, & remanet totum, licet Regi omnino displiceat, quod non fiat prælium.

Anno Jesu Christi MCCLXXXIV. filius Regis Karoli qui dicitur Karolus Zopus parat se ire per mare Neapolim, quod præsentientes Siculi vadunt sibi obviam cum galeis XXVIII. Iste enim veniebat cum galeis XII., quando vero fuit in mare prope Neapolim, veniunt galeæ prædictæ Siculorum, quorum erat Dux quidam, qui dicebatur Rogerius de la Loria. Fit bellum magnum, debellantur galeæ Provincialium, & omnes occiduntur, & capiuntur excepta galea Karoli Zopi, quæ erat bene munita, quam circumdantes Siculi ponunt duratores (*id est urinatores*) sub aqua, qui galeam Principis frangant, aqua intrat, quod videns Karolus Zopus, ponit se in manibus Siculorum, & dat ensem militi Rogerio de la Loria. Quando vero fuit Princeps super galeam Rogerii, dicit ei Rogerius: *Domine Princeps eligatis novem de vestris militibus, & eritis vos detenti; quia omnes alii statim trucidabuntur in vindictam mortis quondam R. Conradini, quem decapitavit vester Pater*: Quod & factum est. Et sic ibidem sunt CC milites trucidati, & in mare projecti, & totus populus occisus super portum de Neapoli. Princeps autem Karolus Zopus cum sociis suis ducitur in carcerem ad insulam Siciliæ, & ponitur in manibus Friderici, qui dominatur ibi, qui est filius filiæ quondam Manfredi filii Imperatoris Friderici jam dicti. Et dum est in carcere Karolus Zopus, IV. die post venit pater suus Rex Karolus Neapolim, & nisi veniisset perdiderat civitatem, quia Neapolitani nolebant dominium Francorum.

Quando Rex Karolus primo intravit insulam Siciliæ, invenit quandam puellam Imperatoris Friderici quondam, scilicet Beatricem filiam Regis Manfredi filii, & illam ducens in provinciam Provinciæ sic eandem detinebat licet honeste, & creverat, in manibus ejus; & quando filius ejus Karolus Zopus ductus est in carcerem, statim Fridericus de Sicilia, cui attinebat, petit illam, & recipit: nota quod hæc postea nupta fuit Manfredo primogenito Thomæ Salutiarum Marchioni.

Karolus Zopus filius Karoli Regis infirmatur in carcere, ut dicitur propter castitatem, & non potest habere uxorem suam: & ideo fit commutatio de duobus filiis suis scilicet Roberto, & Ludovico, qui ponuntur in carcere de Sicilia pro patre, & ipse venit domum. Et ideo cum Roberto in carcere fuerunt fratres Minores, quia Prædicatores nolunt esse ibi. Moritur PP. Martinus, & cessat exercitus Bononiensium. Ad tempus tradunt, ad tempus tamen, sicut ordinaverant, in Apuliam. Postmodum moritur Rex Petrus Aragonum parva plaga recepta in quodam prælio inimicorum suorum. Philippus Rex Franciæ vadit ad urbem Gepidarum in exercitum, & eam capit vi, & ipse Rex Franciæ moritur ibi morbo.

Ludovicus autem filius Karoli Zopi positus in Sicilia in carcere cum Roberto fratre suo deditus devotioni despexit mundum, & regnum reliquit, & accepit habitum fratrum Minorum, in quorum . . . . . post quam per tres menses fuit, factus Archiepiscopus de Marsilia, & devote vixit, & factus est per Ecclesiam, & postmodum canonizatus.

Mortuo Karolo Rege succedit pro eo in regno Karolus filius ejus Zopus. Iste auxilio Papæ Honorii IV. facit concursum, & exercitum magnum contra Sicilienses, qui habent in carcere duos filios suos scilicet Robertum & Ludovicum, & multa fecit, & parum profecit in illis exercitibus. Post hæc Karolus Rex Zopus diligens fratres Prædicatores dat eis corpus B. Mariæ Magdalenæ; & aliorum Sanctorum scilicet Maximini & corpus & villam; & est ibi Prior ad vitam, & montem Balmæ, & fines circumquaque pertinentes ad illum locum. Karolus Rex Zopus, ut educat filios suos de carcere, facit quandam compositionem cum Friderico de Sicilia, quæ parum valuit & duravit, licet fuerit pax præmissa, sed non pax firma.

De Sexadio, ejusque Dominis, ac genealogia Marchionum Montisferrati.

Anno (*fol.* 65.) Jesu Christi CCCCXXIII. ab urbe condita MCLXXIII. imperat in Roma Honorius annis XV & habet coadjutorem Theodosium filium fratris sui Arcadii jam dicti secundum aliquos, quem mittit ad regendum in Orientem. Eo tempore gens maxima barbarorum qui vocantur Vandali fecerunt prælium in Hispanos, & Hispanis fugatis, ipsi totam Hispaniam occupaverunt, qui prius Galliam expoliaverant. Eodem anno quidam Attalus fultus auxilio multorum invadit Imperium Romanorum; sed quia se conjunxit cum Gotis de dominio Romano expellitur, & Imperator in pace imperat. Sed antequam hoc eveniat multa prius in Lombardia acciderunt, de quibus diversæ sequuntur historiæ, sicut infra scribitur. Circa istud tempus erat villa Sexadii de Lombardia de diœcesi civitatis Aquensis, aliquantulum longe a loco ubi modo est. Et erat habitatio satis parva sub descensum viæ,

quæ deſcendit ad Burmidam ubi nunc dicitur la Murazza; & habitabat ibi quidam magnificus Imperator nomine Sapritius Paganus qui totam illam contratam regebat. Tunc nulla erat habitatio intra civitatem, quæ magna Silva dicebatur, & nunc Aquis. Et villa Sexadii creſcente tempore, & gentibus multiplicatis voluntate Imperatoris illius de loco illo mutatur, & alius Imperator Honorius Chriſtianus jam dictis Paganis expulſis ibi Marchiones ordinavit, qui ſunt vocati Marchiones de Sexadio. Et ſic Marchionibus dominantibus pervenerunt Longobardi de Aquilone ad habitandum locum Lombardiæ, ſicut infra dicetur ſub Imperatore Juſtiniano, & ſub primo Pelagio Papa. Et fuerunt Marchiones prædicti uſque ad adventum Regis Luidprandi Lombardorum; at autem venit Aluidprandus Rex Lombardorum tempore Imperatoris Anaſtaſii II., primo oſſa ſancti Auguſtini Epiſcopi tranſtulit de Sardinia Papiam an. J. C. DCCLXXII ſub alio Imperatore Romano Theodoſio IV., & Leone ſequente Imperatore tertio illius nominis. Et ibi tranſiens Luidprandus, qui modo dicitur Rex Aliprandus, bonus, & devotus Chriſtianus voluit ſub quadam arbore in meridie, ubi nunc eſt monaſterium S. Juſtinæ quieſcere. Iſte enim Aliprandus ſemper ſecum equitando reliquias de illis ſanctæ Juſtinæ in quadam pixide alba eburnea portabat; & dum dormire vellet, ibidem pixidem ſacris reliquiis deponit ad ramum unius arboris, & poſt quidem volens pixidem accipere, ſaltavit ad alium ramum, & ſic de ramo ad ramum. Qui prædictus Rex cognoſcens Dei voluntatem, ibi Eccleſiam ædificavit in honorem S. Juſtinæ, & ſacras reliquias ibidem ordinavit.

Poſt modicum vero temporis procedens Marchio quidam de prædictis Sexadii nomine Ottobertus devotus in Chriſto capellam prædictam ſanctæ Juſtinæ amplificavit, & monaſterium magnum conſtruxit ordinis monacorum ſancti Benedicti nigrorum, & magnifice magnis poſſeſſionibus dotavit. Et ibidem extra in ipſo introitu in parte dextera apud terram eſt ſepultura prædicti Marchionis Ottoberti. Et annuatim perpetuo in memoriam ipſius debet a monaſterio magna de pane eleemoſina dari omnibus pauperibus ibi ad eleemoſinam venientibus. Poſt mortem prædicti Ottoberti uxor illius relicta nomine Villa aliud fecit monaſterium ordinis prædicti apud Spignum ſuper Burmidam, quod erat ſui tunc Marchionatus; & illud vocatur monaſterium Sancti Salvatoris, in cujus latere eſt etiam conſtructa Eccleſia in honorem S. Martiris Quintini; quod etiam prædicta Domina Villa magnifice dotavit & de poſſeſſionibus, & de aliis bonis. Poſt hæc autem Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ eſt in villa prædicta per dictos Marchiones facta eſt & dotata. Quorum Marchionum tempore deſcendentes duo, qui erant fratres germani ſimul dure rixati, minor interfecit majorem tempore Othonis VI., & videns ille ſuum fratrem mortuum deſperatus de patria receſſit; & tunc Otho prædictus Imperator videns terram illam, & Marchionatum ſine domino remanſiſſe, totum dominium illius loci dedit Marchioni Montisferrati Adveniente autem Alexandria, quæ tunc nondum erat facta, data eſt medietas Sexadii pro pace comparanda in feudum a Marchione Montisferrati illis de Alexandria, & commune de Alexandria in feudum illam tradidit (1) nobilibus viris de eodem carterio de Marengo, qui a principio fuerunt nobiles Romani, ut ſupra dicitur in prima parte libri: & etiam ſequenti tempore Marchio prædictus ſuam partem aliam prædictis dominis in feudum tradidit, qui terram teneat a Marchione Montisferrati, & ab Alexandrinis uſque in præſentem diem: & hæc eſt genealogia villæ & caſtri de Sezzadio vel Sezario, Diœceſis civitatis Aquis. (1) Anno MCCIII.

Aleramus antequam eſſet gener Imperatoris Ottonis VI. habebat arma de Sezario dominorum de Sezario, ſcilicet campi albi cum ſtella rubea; ſed factus Marchio arma mutavit. Devenit Balzana ad illum qui habet Monteferratum ſcilicet a flumine Burmida uſque ad Padum excluſive. Taliter de terra antedicta privilegium datum eſt Aleramo de Marchionatu ſuo in civitate Ravenna de anno Incarnatione Chriſti XCLXVII. X. kal. aprilis & ſibi & tribus filiis ſuis ſupradictis ſcilicet Bonifacio, Gulliermo, & Tete, de quibus tribus nati ſunt omnes Marchiones circumſtantes, exceptis illis de Gavio & Maleſpinis, qui ſunt idem, & aliunde venerunt, & exceptis Marchionibus de Palodo, & de Romagnano, qui non ſunt de iſtis.

E Bonifacio filio Alerami nati ſunt Marchiones de Boſco, de Ponzono, de Oziniano, & ſi qui alii ſunt cum iſtis.

De Tete vero deſcenderunt Marchiones de Vaſto, de quibus omnes qui dicuntur de Caretto, etiam de Salutiis, (1) de Buſca, de Claverana, de Ceva, de Anciſſa; & ſi qui alii inveniuntur ab iſtis ſubdiviſi.

De filio Alerami Tete dicto deſcenderunt Marchiones Salutiarum: & tunc quidam Comes dominabatur in comitatu Pedemontis circa partes Taurini, & Pinarolii; & iſte comes moritur ſine filio maſculo duabus pulchris filiabus relictis, quarum una data eſt Comiti Sabaudiæ, & pars comitatus cum ea, & altera Marchioni Salutiarum cum alia parte comitatus, & cum parte villæ Bargiarum.

De Gullielmo vero omnes Marchiones, qui dicti ſunt de Monteferrato, qui habent terram ſuam inter Padum & Tanagrum, & extenditur ſupra uſque ad comitatum, & infra uſque Lomellum. Quod autem alibi tenent totum eſt ſuum per acquiſitionem. Iſte habet balzanam in armis, & terram ſuam non dimiſit, ſed ſemper unus ſcilicet primogenitus totum tenet Marchionatum Montisferrati, qui vocatus eſt a quodam monte, qui eſt circa (2) prope Padum, ubi ſtabat quidam Ferrarius in cacumen, & dictus eſt locus Montisferratus, quem locum ego ipſe vidi. *In margine legitur*: excedit omnes alios montes: de Salutiis videtur.

Poſt Aleramum (3) ejus filius fuit Gulielmus.

Poſt quem ſequitur Bonifacius.

Venit filius Bonifacii Gulielmus ſenex & erat in facie antiquus, licet eſſet corpore juvenis. Habuit quatuor filios Conradum, Rainerium, Gulielmum Longaſpatam, & Bonifacium.

(1) In alio codice MS. additur *de Lanza*.

(2) In cit. codice *Cretam*.

(3) *Additur ibi* primus Marchio Montisferrati.

Conradus venit ultra mare, & conquistavit regnum Salonich. Iste Rex Conradus non genuit filium: tamen fecit guerram Soldano Saracenorum, intantum quod Soldanus voluit eum assassinare, & non potuit, & ultro fecit pacem ad tempus cum eo. Reinerius vero ivit in Greciam: & violenter & magnis viribus vicit civitatem de Salonich, & fecit se Regem, & magno tempore fecit guerram Alexio Imperatori Græcorum de Constantinopoli: & ultimo faciens pacem cum eo: accepit in uxorem Rex Reinerius Mariam sororem Alexii Imperatoris Grecorum; & sororem suam nomine Jordanam etiam dat Rex Reinerius in uxorem Imperatori prædicto. Quæ Jordana Imperatrix fuit sancta, & Deus per illam fecit miracula. Et ista secundum aliquam chronicam fuerunt anno Christi MCXXXVIII. (1) Iste Reinerius non genuit filium nec filiam, sed in morte reliquit regnum sorori suæ Imperatrici Jordanæ, quæ Jordana illud regnum de Salonich reliquit Marchioni Montisferrati, quod postea datum fuit in dotem Imperatori Andronico a Marchione Guliermo pro Violanta filia sua sicut infra ponetur de ea. De Gulielmo autem Longaspata non remansit filius; tamen quædam chronica ponit quod genuit filium, qui fuit vocatus Otto, & tenuit medietatem Montisferrati & genuit filiam, quam Bertam nominavit, quam dedit in uxorem Imperatori Henrico IV. hujus nominis, de quo suo loco, & hæc fuit ut dicitur domina magna & pulcherrima.

(1) *Apud Benv. MXXXVIII.*

Quartus autem filius supradicti Guliermi & minor ætate dictus est Bonifacius: & iste post Ottonem habuit Montemferratum totum ex integro, & iste genuit filium nomine Gulielmum, & iste Gulielmus genuit Bonefacium, qui Bonifacius genuit Guliermum Marchionem, qui anno Incarnationis Christi MCCXC., post quam per multos annos fuit dominatus magnifice in Lombardia procuratione multorum capitur abAlexandrinis, & in carcere detinetur, & ibi moritur ut infra dicetur, & reliquit filium unum nomine Johannem, & filias tres, quarum una fuit uxor Andronici Imperatoris Græcorum, alia fuit uxor Regis Angliæ, tertia fuit uxor domini Ursi de Ursicinis (1) de Roma. Dictus Johannes non genuit, sed postquam fuit annos decem (2) cum domina Margarita de Sabaudia pro uxore sua moritur sine herede; & iste fuit ultimus Marchio de sanguine Alerami, qui defecit anno MCCCVI (3); & est Marchionatus sine Marchione. Anno MCCCVIII. (4) Venit Theodorus filius Andronici Imperatoris Græcorum & Violant (5), & accipit Marchionatum Montisferrati sibi relictum ab avunculo suo Domino quondam Johanne ultimo Marchione, & cum maximo labore & expensis intrat terram, quia multi contradicunt sibi ut infra dicetur suo loco. Et iste Theodorus accipit in uxorem Algentinam filiam Opezini Spinulæ de Janua (6); quia aliter non poterat continere contra inicos; & de ista genuit filiam nomine Violantam, quæ facta est uxor Aimonis de Sabaudia comitis (7), & filium nomine Johannem de quo infra dicetur tempore & loco suo, sicut tempus curret. Sed hæc evenerunt usque ad annum MCCCXXXIV.

(1) *In R. codice* Ursinis.
(2) *Ibi* steterat per annos.
(3) *Benv. assignat MCCCV. XVIII. jan.*
(4) *Ibi additur* circa.
(5) *Additur ibi*: filiæ supradicti M. Guiermi, qui obivit Alexandriæ.
(6) *In margine habetur hæc nota*: Marchio Montisferrati vadit in domum de Spinulis, & Marchio Salutiarum in domum de Auria.
(7) *Ibi* Sicut infradicetur & post filiam prædictam genuit.

Quomodo Marchiones Malespinæ primo venerunt in valle Vrbis & comitatus Aquensis. Propter quandam discordiam, quam habuerunt aliqui Marchiones de Bosco, vocatus est D. Fredericus Malaspina de Lurixana, & data est sibi uxor Agnes filia D. Gulielmi de Bosco de stirpe Bonifacii filii filiorum Alerami, de qua Agnete, & Friderico natus est Thomas Malaspina, de isto Thoma nati sunt Isnardus, Odonus, Conradus, Fredericus, & Gulielmus, & duæ filiæ scilicet Margaritam, & Elisabet. Odonus moritur Monacus S. Benedicti. Conradus & Fridericus sunt milites hospitalis S. Johannis; Gulielmus de ordine S. Dominici Fr. Præd. Isnardus genuit filios & filias, & tenuit Marchionatum, & suus primogenitus est Antonius. Margarita fuit uxor Manfredini de Carreto, & multos ipsa genuit. Isabella vero est uxor Ricardini de Lomello Comitum. Et sic est usque ad tempus Domini MCCCXXXIV. (*quo desinit Chronica*).

Gulielmus senex fuit inter alios de Monteferrato probissimus, conquistavit duo regna de Jerusalem & Salonich, & dedit filiis suis, revertitur in Lombardiam. Ibi funditus destruxit civitatem quæ dicebatur Rondanaria, quæ erat in valle Urbis & Sturæ. & postea vadens ad vallem Scriviæ fluminis expugnat terram nobilissimam quæ dicitur Summa ripa. Et illam capiens dissipavit, de qua facta est terra, quæ dicitur Sexadium (1) & castrum. Domini enim qui morabantur ibi vadunt ad Comitatum Aquensem ad habitandum, & alii vadunt Laudem, & qui vadit Aquis fuit Gulielmus de Summa ripa nobilis & sapiens, & habitavit quendam montem qui dicitur Canolexum in Comitatu Aquensi & ibi forte castrum designavit pulchrum quod creavit Murbellum. De isto nati sunt omnes Domini de Murbello, qui sunt in comitatu Aquensi & Terdonensi, qui post modum multum creverunt, & in divitiis & in dominio terrarum: & hinc inde sunt diffusi in diversis locis, licet una arma semper tenuerint sibi data ab Imperatore in signum magnæ nobilitatis, scilicet campum album cum banda rubea in transversum.

(1) *In cit. codice Regio deest* Sexadium, *& ejus loco vacuum spatium relictum.*

Audiens autem Bonifacius filius Gulielmi senex quod D. Gulielmus de Summa ripa fecerat castrum forte, licet dicatur, quod ibi erat quædam villa Episcopi Vercellensis, primo mittit rogando, quod vadat ad colloquium secum, qui vadit & causa dissimulata de diversis loquitur cum eo. Postea ab eodem mutuavit duos equos suos tempore nivis & vestem scutiferi sui, & cum illis vadit Murbellum. Decepti pontem ponunt, & Marchio intrat castrum,

ubi non erant nisi domus cum pueris & parvulis. Comitiva autem Marchionis sequebatur a longe, & illuc pervenientes castrum capiunt, & modo tenent illud. D. autem Gulielmus erat dilectus in contrata illa, & ideo rogant Marchionem Montisferrati, ut castrum restituat, qui precibus victus castrum restituit, faciens D. Gulielmus de Murbello fidelitatem Marchionibus de Monteferrato, quod fecerunt usque ad tempus. Creverunt autem illi de Murbello, & multiplicati sunt & acquirunt Vidixonem, Grognardum, Lelmam, & multa alia loca faciunt sibi divisiones & subdivisiones dilacerant se ipsos, & in tali discordia vendunt Murbellum in partibus divisum: unde aliqui vendunt, aliqui expelluntur, aliqui modicum tenent: & finaliter castrum factum est Marchionum de Malaspinis, & interim illi retinent arma & vocabulum; & habitant hinc inde in diversis locis in magno numero fortiter multiplicati. Venit postea tempus, quod fecerunt castrum Canoleti apud Murbellum, sed non prosperatur. In civitate habitant multi de Murbello orti de primis cum armis & signis supradictorum qui dicuntur de Summa rippa.

Moritur (*f.* 57 *c.* 4) Bonifacius (1) Marchio Montisferrati & sequitur filius ejus Guliermus, qui per quandam fraudem accepit civitatem Taurini de manibus Comitis Sabaudiæ (2) Deinde Marchio prædictus Guliermus accepit uxorem filiam Regis Angliæ, de qua genuit filiam pulcherrimam, quam nupsit in Hispania nomine Margaritam, de qua & de Patre multa sunt verba. Occidit Marchio Guliermus Comitissam prædictam uxorem suam, & dicitur quod sine causa ex sola & levi suspicione. Post modum Guliermus prædictus duas uxores accepit scilicet Beatricem filiam Regis Anfoxi de Hispania ultra modum Dominam magnam & pulcherrimam, quæ ducta post modicum vult cum eadem uxore sua ire in Hispaniam, & dum vadit detinetur Guliermus tractatu Comitis de Sabaudia ab Episcopo de Dya & non dimittitur, donec reddat civitatem Taurini Comiti Sabaudiæ. Interim moritur Rex prædictus Anfossus Hispaniarum, de quo recipit magnum damnum prædictus Marchio. Guliermus prædictus venit de carcere in Lombardiam, & uxor ejus vadit in Hispaniam, & revertitur cito (3), & genuit Marchio Guliermus duas filias de prædicta Comitissa quarum una nupsit in Roma D. Ponzello filio D. Ursi de Ursinis, & aliam nomine Violant dedit in uxorem Andronico Imperatori Græcorum habens secum nutricem de Alba de Lombardia nomine Gascham.

(1) *Apud Benven. hujus nominis IV.*

(2) *Hæc fuit causa, ob quam Thomas Sabaudiæ Comes Gulielmum Taurinum pertranseuntem ceperit, nec abire permiserit, prius quam civitatem redderet. Illam silentio forte præteriit Benvenutus, ut totam hujus captionis acerbitatem in Comitem refunderet. Quod eo minus ferendum, quo magis ex hac chronica ipsi notissima minimeque suspecta justam causam ediscere ipse poterat, omnemque a Comite culpam depellere.*

(3) *Aliter Benv. qui scribit Marchionem in Hispaniam iviſſe, ubi Beatrix uxor decessit, & ipse magnis opibus ac pecunia ditatus in Montemferratum reversus.*

Prædictus Guliermus Marchio expulit partem Guelfam de Alexandria, sed ante quam fuerit factum, sicut continetur in chronicis anno Jesu Christi MCCLXXII. illi de Alexandria cum amicis suis capiunt civitatem de Aquis proditorie, & castro multo tempore obsesso capitur Rainerius Bastardus intus, & incarceratur in Alexandria, & moritur in Aquis multum dissipatus. Datur dominium Guliermo Marchioni Montisferrati a Gibellinis.

MCCLXXII Intrat (*fol.* 58.) Marchio Guliermus Mediolanum, & ibi peperit Comitissa Marchiones duos masculos qui moriuntur in brevi. Fiunt in Mediolano, & in partibus illis multa prælia & multæ occisiones, & in illis factis male se habuit Marchio prædictus Guliermus, & ideo cito perdidit dominium Mediolani. Occiditur in prælio apud Dex . . . miles probissimus Cassonus de Turri & etiam de eadem domo multi magni capiuntur & vinculantur, & in barello occiduntur. Recedit Marchio Guliermus prædictus cum maxima pecunia de Mediolano, de qua conducit mille milites Hispanos in Lombardia, quorum favore accepit Alexandriam, fugit pars Guelfa, & se recolligit in Tortona. Capit Marchio Guliermus Tartonam; occidit Episcopum: excommunicatur Marchio. Papa de Ursinis Marchionem absolvit; datur filia Marchionis Guliermi nepoti Papæ; de qua nascitur filius qui vocatur Petrus. De alia autem filia Violant, quæ datur Græcis nascuntur duo filii, quorum unus vocatur Theodorus qui fuit postea Marchio Montisferrati. Peperit prædicta Hispana (*uxor Guliermi*) Marchionem filium, qui vocatur Joannes. Hic fuit ultimus Marchio Montisferrati de sanguine Alerami.

MCCLXXXIV Circa (*fol.* 60. *col.* 3.) istud tempus faciunt Astenses magnum exercitum contra Quossanum, quod est castrum Dominorum de Busca in valle Belbi, quod cognoscentes milites Provinciales qui erant in Alba & partibus illis prædictos Astenses invadunt, & illos de exercitu fugant, turpiter occidunt & capiunt, & de illis magnam gentem ducunt in Provinciam; & parum post faciunt Astenses suum conatum magnum, & expellunt Marchiones de Busca de Quoxano, & de partibus illis usque ad magnum tempus.

Capiunt (*col.* 4.) Alexandrini sanctum Salvatorem; & dum per aliquot dies sunt ibi, illi de Monteferrato simul cum ipsis conglobati capiunt in una die, quotquot de Alexandrinis inveniunt, & tunc damnificarunt illos de Marenco, qui tunc pro Alexandrinis faciebant custodiam maximam.

MCCXC Marchio (*fol.* 61. *col.* 1) Gulielmus Montisferrati facit maximum exercitum super Mediolanenses, & dum est ibi fit magnus tractatus contra eum, quia Comes Sabaudiæ, Astenses, Vercellenses & alii multi conveniunt cum Alexandrinis ut magna accepta pecunia derelinquant eum, & recedant a dominio ipsius. Notificatur Marchioni in agro Mediolanensi de prædicto tractatu, qui statim concito cursu venit Alexandriam. Nunc timent Alexandrini, & quia non habebat secum Marchio magnam gentem, conveniunt simul populus cum aliquibus magnis capere eum, quo capto trahunt ad palatium communitatis, & ibi ponitur in vinculis usque

ad diem mortis fuæ. Fuit enim ibi in carcere fere per annum, & dimidium, & mortuus portatur in ſepulchro patrum ſuorum apud Lozeſium in Epiſcopatu Vercellenſi. Joannes autem filius ejus, auxilio amicorum, & maxime Thomæ Marchionis Saluciarum regit Monferratum, licet multi hinc inde fortiter impugnent eum per magnum tempus.

Modo ſequitur tercia genealogia regni de Francia, quia jam duæ tranſierunt.

Poſt ſuperius dicta remanet regnum de Francia ſine rege, in manibus gubernatorum regni, qui concorditer vocant ad regnum Franciæ gubernandum, & conſervandum Robertum Principem Andegaviæ de Saxonia, non ſicut regem, ſed ſicut regni gubernatorem, donec regem fecerint. Qui Robertus primus gubernator genuit alium Robertum, qui genuit Hugonem magnum in cognomine. Iſte enim Hugo magnus fuit dux, & non rex: Genuit autem Hugo magnus Hugonem Caputium, qui poſt patrem fuit dux Francorum. Non enim poterant concordare proceres regni de rege faciendo, tandem concordant, & faciunt regem ducem prædictum, ſcilicet Ugonem Capucium, virum juſtum, & bonum, & iſte eſt primus rex de tercia familia regum de Francia. Filius enim Ugonis Capucii Robertus rex ſecundus vir ſanctus, & delectabatur multum in operibus ſanctitatis, & per eum Deus fecit miracula multa. Fecit enim ſequentiam, quæ incipit: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia*. Et iſte habuit duos filios, ſcilicet Ugonem, & Henricum. Fecit enim Ugonem filium ſuum primogenitum ſibi coadjutorem in regno, & ipſe rex vacabat divinis.

Mortuo autem Roberto ſupradicto rege, & filio ſuo coadjutore Ugone, ſequitur in regno tercius rex Henricus filius ſecundus Roberti prædicti. Qui Henricus genuit Philippum IIII. regem. Hic Philippus rex IIII. habuit in uxorem Eliſabet filiam Balduini comitis Flandriæ; qui Balduinus fuit filius Ermengardæ filiæ Karoli Calvi filii Ludovici Balbi ſupradicti, de qua Eliſabet genuit Philippus Ludovicum VI. hujus nominis in regibus Francorum. Hic fuit quædam conjunctio tertiæ familiæ regum de Francia cum familia ſecunda propter Eliſabet uxorem Philippi, quæ fuit de ſanguine Karoli magni ex parte matris, & ſic per genus maternum deſcendit a Karolo magno. Poſt Ludovicum VI. ſequitur Philippus filius, qui obiit anno Chriſti MCXXXI., poſt quem Ludovicus VII. ejus filius: poſt eum Philippus filius ejus. Hic Ottonem Imperatorem prælio vicit, quia fuit viribus & ſenſu probiſſimus, & ſecum habuit bonam, & fidelem militiam, qui in omnibus uſque ad mortem ſecuti ſunt eum. Poſt quem filius ejus Ludovicus VIII., qui obiit anno Chriſti MCCXXVII. Poſt eum ſanctus Ludovicus nonus ipſius nominis filius ejus, qui propter devotionem fuit ad paſſagium ultra mare contra Saracenos, & dicitur quod ibi tanta fuit potentia ſua, quod Saraceni ſibi dare voluerunt totam terram, quæ fuerat Chriſtianorum, & non magis peteret. Qui non fuit contentus, & ideo Soldanus Saracenorum illum cepit perſonaliter ingenio, & omnes Chriſtianos, qui cum eo erant. Qui poſtea mediante maxima pecunia, & præſtito Sacramento quod illuc amplius non rediret, de carcere exivit, & in Franciam revertitur.

Habebat enim fratrem unum, Karolum nomine, qui erat comes Provinciæ. Et iſte Karolus fuit homo fortis viribus, & robuſtus, qui factus eſt rex ab Eccleſia de regno Siciliæ, & Hieruſalem. Hic debellavit Corradinum filium regis Corradi filii Imperatoris II. Federici, & illum decapitavit. Iſte Karolus jam dictus frater S. Ludovici IX. genuit Karolum regem Siciliæ, & Hieruſalem, qui dictus eſt Karolus zopus. Iſte diu in carcere fuit in Sicilia homo eccleſiaſticus, & in officio Eccleſiæ multum delectabatur, qui moritur anno Domini MCCCVII. Reliquit multos filios, inter quos fuit unus nomine Ludovicus, qui relicto honore mundi intravit Ordinem fratrum minorum, & ibi fuit per dies multos, & antequam profiteretur factus eſt Archiepiſcopus de Marſilia, & habuit vitam bonam, & tenuit ſemper habitum fratrum minorum, licet ibi eſſet Novitius, & factus eſt Sanctus, & canonizatus dictus eſt Sanctus Ludovicus. Dicitur enim, quod debuit in regno patris Zoppi jam dicti ſuccedere, loco cujus factus eſt rex frater ejus Robertus anno Domini MCCCVIII., coronatus in provincia Provinciæ. Sed revertamur ad S. Ludovicum.

Anno Domini MCCLXX., poſt quem S. Ludovicum ſequitur in regno ejus filius Philippus, qui Philippus magnum fecit exercitum contra Regem Aragonum, & tandem fit bellum inter regem Aragonum, & inter eum. Et Gallicis retrocedentibus in bello occiditur pra dictus rex Philippus. Poſt quem regnat filius ejus etiam nomine Philippus. Iſte rex Philippus fuit homo pulcherrimus, & magnus corpore, qui genuit tres filios, ſcilicet Ludovicum, Philippum, qui habuit malum viſum, & Karlotum. Etiam habebat duos fratres, ſcilicet Karolum, qui dictus eſt Sineterra, & alium nomine . . . . . qui genuit Ludovicum de Clarimonte, & Karolus Sineterra reliquit duos filios, ſcilicet Philippum, qui dictus eſt de Valloix, & Karlottum, qui habuit regnum Navarræ. Supradictus enim Philippus, pater ſupradicti Ludovici Philippi, & Karoli, habuit longo tempore magnam diſcordiam cum comite Flandriæ, & prælia multa ſunt facta. Ultra vadit ad quamdam venationem porcorum, & ab uno maximo porco ſalvatico dure percutitur, & ideo poſtmodum quaſi denominatus eſt Rex Philippus de porco. De tali enim percuſſione non moritur, Sed poſt mortem ſuam tribus filiis prædictis, ſcilicet Ludovico, Philippo de malo viſu, & Karlotto . . . .

XIX. Iſte Johannes fuit magnanimus, & bellicoſus, qui cum auxilio exulum civitatis Aſt, & partis Gibellinæ gravi prælio ſuperavit, & occidit D. Reforzam Dago Seneſcalchum regis Roberti apud Gamalarium oppidum juriſdictionis Cherii, in quo prælio cæſi fuerunt trigintamillia viri, & ultra quo facto dictus Marchio una cum dictis exulibus intravit dictam civitatem Aſt, & factus fuit Rector dictæ Civitatis, & in memoria dictæ victoriæ fieri fecit Eccleſiam S. Georgii extra muros civitatis Aſt prope ſanctum Spiritum, & bannuit illos de Solario, & eorum ſequaces a dicta Civitate uxor dicti Johannis fuit Regina Majorche, quæ erat maxima mulier, & videlicet ex genere gigantium, & comedebat victualia decem perſonarum; erat virilis, & magnanima. Genuit ex ea dictus Johannes II. Othonem, Johannem, Theodorum, & Gullielmum. Obiit autem A. D. MCCCLXXII.

XX. Iſte ſecundus Otho habuit in uxorem filiam D. Galeaz domini Mediolani, qui ab ipſo ſecundo Othone fraude, & aſtutia extorſit civitatem Aſt. Obiit ipſe II. Otho marchio A. D. MCCCLXXVIII.

XXI. Iſte Johannes erat magnanimus, ivit Neapolim, & ibidem obiit A. D. MCCCLXXXI.

XXII. Iſte Gullielmus obiit A. D. MCCCCXX. Iſte Theodorus natus fuit de A. D. MCCC[illegible]XIV. Uxor ejus prima fuit D. Johanna filia Ducis Barri filia filiæ regis Francorum, qui Theodorus ex dicta D. Joanna genuit unum filium nomine Johannem Jacobum, & unam filiam nomine Sophiam. Poſt obitum vero prædictæ dominæ Johannæ, quæ obiit A. D. MCCCCII., aliam ſecundam uxorem nomine Margaritam filiam quondam Amedei Principis Achayæ, videlicet de A. D. MCCCCIII. De anno vero MCCCCIX. prædictus Theodorus de Janua expulſit D. regem Francorum, & factus fuit tunc Capitaneus Januenſium, & obiit A. D. MCCCCVIII., & ſepultus eſt in Montecalvo apud Minores.

XXIII. Iſte Johannes Jacobus fuit vir optimæ conditionis, totus gratioſus, facundus, pius, benignus, providus, hilaris, & plenus virtutum, natus de A. D. MCCCXCV., die XXIII. madii. Ejus uxor fuit D. Johanna ſoror Amedei comitis Sabaudiæ, qui poſt factus fuit Dux Sabaudiæ, & poſtea dictus Amedeus fuit electus in Baſilea in Papam, & vocatus Felix Papa vivente adhuc Papa Eugenio. Poſtea vero tempore Nicolai Papæ neceſſe fuit, ut renuntiaret illud tale Papatum, & tunc remanſit Cardinalis. Obiit dictus Johannes Jacobus A. D. MCCCCXLV., die VII. menſis martii, & ſepultus fuit in Caſali apud Minores.

XXIV. Iſte Johannes habuit in uxorem Dominam Margaritam filiam Ludovici Ducis Sabaudiæ.

XXV. Iſta domina Iſabel fuit uxor Ludovici marchionis Salux.

XXVI. Iſta domina Amedea fuit uxor regis Ciprî.

Concordatum fuit cum originali in actis cauſſæ Marchionis Montiſferrati producto.

Manualmente ſottoſcritto Monte.

Notæ hiſtoricæ repertæ in quodam antiquo Codice Can. Gabrielis Chiabreræ Præpoſiti Capituli Aquenſis.

Anno MCCCCLXXVI. mortuus eſt Conradus genitor noſter, cujus pater fuerat Jacobus, avus Opezinus, abavus Bartholomeus. Horum majores fuerant ex marchionibus Boſchi marchionis Murſaſchi, & Cremolini, quorum cum quidam ſenex regnaret indignatus, quod a quodam nepote ſuo irrideretur ei; nam dum ſolem ætate confectus deguſtaret, ſomno comprehenſus eſt; nepos autem ejus puer exiſtens, ut ſolent pueri juſtitiæ expertes paleas ſuper ejus faciem madidas, & fortiter cœnum trahere cœpit. Quare expergefactus intolerabili hoc accepto Malaſpinas de marchionatu Murſaſchi ſuis ſpoliatis inveſtivit; relicti tamen fuerant Domini Murbelli, & Molariarum, & Rochæ vallis Urbarum, quæ tamen pauco tempore tenuerunt, imo per iſtos Malaſpinas omnino ſpoliati fuerunt, relictis tantum eis poſſeſſionibus, & dominiis privatis. Erant tamen adhuc ab omni onere tam reali, quam perſonali in his locis exemti, ſed tempore Opezini avi ſupradicti Conradi ſurrexit Satanas in cor cujuſdam Linoris uxoris domini Iſnardi Malaſpinæ patris Johannis, patris Antoniotti, quæ fuerat de familia illorum de Aſinariis de Aſt, quæ dum videret hos Dominos de Zabreriis tum amicis, tum divitiis vigere

vigere confixit in eos ſuſpicionem proditionis, & occidit ex eis plurimos, inter quos occidit Opezinum avum, de quo ſupra. Hic filios habebat infantes Antonium, & Jacobum, qui clam e domo in faxiculo fœni exportati ab amicis fuerant, & ſic evaxerunt; hi Aquis habitaverunt. Antonius filios habuit Lodovicum, & Bonifacium. Jacobus genuit Opezinum, qui genuit Joannem Bartolomeum anno Domini MCCCCLXX., & Bartolomeum, qui fuit Canonicus Aquenſis, & Præpoſitus Eccleſiæ Caſtrinovi, & Conradum, de quo agitur, qui in ægritudine ſupradicta mortuus eſt die XVIII. junii MCCCCLXXV diefeſto ſanctorum Gervaſii, & Protaſii. Fuit autem vir tantæ humanitatis, ut cuicumque injuriam facienti facillime parceret, & majorem delectationem parcendo capiebat, quam quiſquam crudeliſſime puniendo. Tanta fuit vitæ ejus ſobrietas, ut uſque ad ejus extremum poſtquam diſcretionis annos adeptus fuerat nulla repletiva ægritudine parva quantumcumque ægrotaverit. Hic filios genuit Jacobum, qui mortuus eſt anno Domini MCCCCLXXI., die prima junii & Joannem, & Gabrielem; mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ ſeptuageſimoprimo, filiis ſuis Joanne, & Gabrieli nullos creditores relinquens. Erat etiam litteratiſſimus, & cum temporibus ſuis infinita egiſſet negotia emendo, & vendendo, nunquam tamen quemquam in jure vocavit, nec a quoque vocatus fuit debiti nomine. Hic Conradi Jacobus primogenitus duas filias genuit Iſabetam, & Caterinetam, & maſculos quatuor, ſcilicet Dominicum, & Bartolomeum, qui etiam eſt Canonicus Aquenſis, & Conradinum, & Jacobum poſthumum, & ideo nomine ſuo vocatus eſt.

Annona frumenti, & vini pretioſa. Frumentum libram unam ſolidos x. pro ſtario, vinum libras ſex pro condio. Eo anno de menſe junii Teucer obtinuit Caſa. Rex Ferdinandus mortuus eſt.

MCCCCLXXVI. Gabriel noſter in Cataloniam perrexit anno MCCCCLXXVI. Dux Burgundiæ crudeliſſimum bellum egit adverſus Hibernos, in quo bello omnes Itali præter paucos occiderunt. Nota quod ſupraſcriptus Dux bina vice conflictum per ſupraſcriptos Hibernos paſſus eſt, quamquam pauciſſimi eſſent ad comparationem gentis dicti Ducis.

Eodem anno Galleaz Dux Mediolani cum exercitu ſuo perrexit in Pedemontium, ubi ſanctum Blengium devaſtavit, ſanctum Germanum coegit componere ad ducatos duodecim millia, & ſic oppidum ipſum liberatum eſt. Timore autem Filippus Ducis Sabaudiæ patruus, qui ad ipſius Pedemontis cuſtodiam a rege Francorum avunculo Ducis prædicti Sabaudiæ miſſus fuerat, in Franciam fugit.

Eodem anno die XXIII. decembris Joannes Maria Scarampus abbas ſancti Petri de Aquis mortuus eſt morte ſubita in caſtro Lignani Auguſtini Canis: aliqui dixerunt, quod fuit veneno peremptus.

Eodem anno, & menſe Jofredus præceptor ſanctæ Margaritæ de Aquis mortuus eſt, & præceptoria data fuit fratri Percivalli de ſancto Georgio ejus nepoti.

Eodem anno armata regis Francorum aggreſſa eſt tres naves Januenſium, & cum colligaſſent ſe catenis, a caſu accenſus fuit ignis in una navi, & ſic perierunt igne tres naves Januenſium, & quatuor Francorum, mortui ſunt de Januenſibus circa ducentum, & de Francis circa ſeptemcentum.

MCCCCLXXVII. Eodem anno XXV. januarii Jacobus Rodinus obtinuit contra Georgium Ghiglinum ex litigio domum putei naſſi, & dictus Jacobus reſtitutus fuit ad poſſeſſionem per Petrum Maſtazum de Beſtagno tunc poteſtatem civitatis Aquis, & cum dictus Georgius impedire vellet adeptionem poſſeſſionis fuit in capite percuſſus.

MCCCCLXXVII. die XXVII. januarii Dominus Anſelmus Aynardus decretorum Doctor, & ego Joannes de Zabreriis artium, & medicinæ Doctor una cum domino Michaele Savina legum ſcholare exiſtentes in Canonia, vel in Camera ſupraſcripti domini Anſelmi cum eſſemus arbitri, & amicabiles compoſitores inter Bonifacium Zabreriam quondam Antonii dicti Nigri, & Antonium, & Agneſinam quondam Lodovici Zabreriæ nepotes dicti Bonifacii diviſimus eos, & eorum bona ferentes de hoc ſententiam, quam recepit Beneventus Carmaglerius Zanoni præſentibus venerabili Doctorum ſcholare domino Petro quondam Percivallis Aynardi, & Enrieto quondam Jacobi de Piperis, & præſentibus ipſis partibus omologantibus; abſente tamen Agneſina, & præſentibus curatoribus Antonii, & Agneſinæ minorum.

Eodem anno die ultima januarii, hora decima noctis ſuccedente prima februarii Joannes Capellinus de Capriata miſſus a principe Guillelmo propter proceſſionem ſupraſcripti Georgii Ghiglini, domum ſupraſcripti Rodini Jacobi cum quibuſdam armatis ex Meladio, & Ricaldono aggreſſus eſt, ut Jacobum Rodinum perſonaliter acciperet, & filium ejus; habebat autem ſatellitem Pertramum . . . . . de Ricaldono, qui oſtium dictæ domus ſecure frangebat, & Luchinum de Caſtellatio homines quidem verſutos. Cum ergo domum ſervantes hoc cognoviſſent, ceperunt clamare; audientes autem vicini, & quod hoc eſſet ignorantes, impetuoſe ſurrexerunt, & oſtium frangi, & ulterius procedentes prohibuerunt. Abierunt ergo viri armati viris inermibus concedentibus, ſed paullo poſt redierunt, & cum prædictam domum multitudine hominum circumcirca munitam inveniſſent, iterato ceſſaverunt. Joannes Capellinus ex hoc turbatus, & iratus eſt, & cives hujus civitatis aput principem accuſavit rebellionis, falſo tamen, cum neſcirent eum eſſe commiſſarium ad hoc; nam de eadem commiſſione non conſtabat, nec conſtare fecit; ve umtamen ad hoc cognoſcendum princeps noſter miſit providum virum Franciſcum Carenam de Caſali ejus ſecretarium die VIII. menſis februarii præſentis, qui proceſſit adverſus privatos viros, qui fuerant in tumultu; & receſſit hinc die XIII. prædicti menſis. Fuit civitati ex hoc magnus timor, cum criminis ſeſe majeſtatis accuſata eſſet; ſed Domino Jeſu Chriſto, qui veritas eſt, concedente, Joannes Capellinus plus ex hoc dedecoris, quam honoris acquiſivit, nec tamen civitas, aut aliquis civium condemnatus eſt.

Eo anno die XV. februarii Enrietus de Regibus de Alba habitator Aquis Nepos Aquenſis Epiſcopi

zed by Google

Thomæ de Regibus, uxorem duxit ex familia illorum de Basanis de Casali, cui ivimus obviam usque ad molinum Alicis, quod est in medio itineris inter Alicem, & civitatem Aquis, dum fortissime ningeret. Continuaverunt autem nives ea die, & sequenti nocte, quarum tanta cecidit quantitas, ut computata præsenti super posse Aquis palmorum quinque mensuram excederet.. Fuit autem Lombardis ex hoc super maximus pro tantis nivibus adeo tarde venientibus; & nota, quod ista nix ultima prænarrata veniebat cum fulgoribus, & tonitruis terribilibus, & die quarta martii iterum ceciderunt nives; & nota quod a medio decembris usque ad præsentem diem quartam martii transitur flumen Burmidæ super glaciebus, cujus res similis nunquam audita fuit.

Suprascripta die quarta martii Georgius Ghiglinus, de quo supradictum est ex vulnere sibi illato ad prisim perductus mortuus est hora tertia noctis, & die quinta sepultus in majori in sepulcro illorum de Baratis relicta uxore, & duobus filiis masculis Simonino, & Dominico, & duabus filiabus, Angelina nubile, & Antonina infante, & nota, quod per totam hanc hyemem a die XIV. novembris usque ad diem quintam martii nunquam pluit, sed quidquid cecidit de nube fuit nix, & hoc tempore terra nunquam comparuit.

Eodem anno die XVIII. martii rumor factus est, quod Jenua est in armis, & propter hoc Ducissa Mediolani misit ad muniendum Saonam homines centumquadraginta, qui fuerunt versus Cayrum, & Altare: sed obstantibus Stedardis, ne ulterius procederent, coacti sunt ripatriare die ultima martii; repatriantes per hanc Civitatem transierunt.

Die ultima martii intelleximus, quod Castellanus Castelli sancti Georgii civitatis Saonæ fuit inventus suspensus in dicto Castello.

Cives omnes Jenuenses videlicet in unum convenerunt in refutatione status Mediolanensis. Dominus Abietus de Fisco factus est Capitaneus generalis Jenuensium, Archiepiscopus frater quondam domini Petri de Campo Fulgoso, qui tot annis a Civitate exulaverat, repatriavit.

Prosper Adurnus cum jam biennio in carceribus Cremonæ permansisset, ut mortuum ipsum existimarent, relaxatus est, per Gallear Ducem ut Jenuam accederet in favorem Mediolanensium.

Eo anno permanserunt nives a Tanagro citra super terram communiter usque ad dies quindecim, & ultra martii, & semina fere omnia mortua apparuerunt.

Eo anno in contrata nostra, quæ dicitur contrata Caligurorum permansit glacies usque ad decem dies aprilis, quam nisi fecissemus comminuere, permansisset in loco dictos. Nam ea die erat adhuc altitudinis palmorum quinque in dicta contrata.

Die XIII aprilis hora 21. minut. 39. fuit lunæ, & solis conjunctio, & hora sexta noctis factus est terremotus Ea die intelleximus, quod Prosper Adurnus una cum principe Roberto, & Ludovico, & Octaviano Sforziis intraverunt in civitatem Jenuam, & monuerunt ipsam nomine Ducissæ Mediolani, & expulerunt Archiepiscopum, & Abietum de Fisco cum suis sequacibus.

Nota, quod exercitus Mediolanensium obsidebat oppidum Savignonum, quod se tenebat nomine Fliscorum, & XVII. aprilis ceperunt dictum oppidum, & sic ceperunt Joannem Baptistam Guarcum, quem duxerunt ligatum Mediolanum, & tunc pax composita est, & Janua remansit sicut erat sub suprascripto Duce Mediolani.

Ea die scilicet XIII. aprilis cum campana magna palatii communis esset fracta jamdiu, venit quidam magister campanarum, qui dixit, quod si removerent frustum campanæ, quod habebant fixuram, sive rimulam fracturæ, quantum durabat rimula, quod campana recuperaret bonum sonum, ac si nunquam fuisset fracta, quam rem experti sumus, nec valuit, & sic necesse fuit eam facere novam. Anno suprascripto maxima pars vinearum mortua est propter longa, & magna frigora.

Eo anno die penultima aprilis proposuimus in Aquensi Consilio, utrum domus, & utensilia, quæ per cives concedentur ad usum Principum venientium ad balnea debeant solvi, & ipsorum locationes equilibrari, vel ne; & obtentum fuit, quod sic, videlicet quod ponantur in æqualitate, quod temporibus retroactis non consueverant sic facere.

Eo anno de mense aprilis nunquam pluit quidquam excepta die XV. dicti mensis videlicet a Pado citra, & hodie XI. maii tanta est ariditas terræ, & blade tam parva crescentia, ut desperent homines frumenta, & alia terræ nascentia fructus dare posse. Nam messes adhuc nullum stipitem habent, sed tantum folia supra terram apparent.

Eo anno fratres sancti Francisci construxerunt balnea, & ceperunt eis uti.

Eo anno die VIII. maii ceciderunt nives ad Rocham Operani, propter quas hic Aquis citra Tanagrum magna frigora regnant, & hodie nona maii venit secunda pluvia a mense novembris citra. Et adhuc hodie messis est adhuc brevis super terram, ut ubique videri possit una cornix ad magnam distantiam per messes.

Eo anno de mense aprilis proxime præterito Teucer cepit civitatem appellatam Sege, quæ est in Sclavonia; quod dicitur fuisse tempore nundinarum, & itineratse in illa die, & nocte milliaria centum, & sexaginta. Dicitur quod Teucer misit multos Christianos falsos in illam Civitatem sub habitu mercatorum cum multis mercibus, qui multas domos locaverunt, quibus mediantibus in Civitatem ingressus est.

Eo anno die XXIV. maii fabricatæ, & formatæ fuerunt duæ campanæ communis Aquis in æde majori apud portam ipsius ædis, una maxima pro consilio pulsando, & jure, & ceteris jure pertinentibus; alia minor pro orologio, super qua de mea commissione scriptum est. *Quod ex me datum est, reddet nemo*; & nota, quod in palatio communis hactenus fuit tantum una campana.

Eo anno XXV. maii dum dominus Bonifacius de Monteferrato frater principis Gullielmi esset Aquis pro balneis, cui ego assistebam (*erat hic scriptor nomine Joannes Zabrera Medicus hujus Marchionis*) dum veniret ab Ecclesia sancti Francisci de Aquis extra Civitatem quidam ejus canis, qui Torrellus

vocabatur, cecidit epilepticus coram dicto principe in via, quod mali ominis signum creditum fuit.

Ea die Mediolani maximus tumultus factus est inter Joannem Galleaz Ducem Mediolani, & patruos ejusdem, videlicet Ducem Bari, Ludovicum, Filippum, Sfortinum, & Octavianum, ex quo tumultu princeps Robertus de Codognolla, qui erat Dux armatorum dicti Ducis rapuit fugam ea die, & fugit Ast, & dominus Abietus de Flisco, qui etiam erat Mediolani, dum fugeret, captivatus fuit, & Mediolanum reductus. Donatus de Comite incarceratus fuit, qui erat Dux peditum dicti Ducis Mediolani (Donatus de Comite capite mulctatus est) Octavianus patruus Ducis in fugam conversus, ea die periit in flumine Adde. Suprascripti patrui Ducis Mediolani ea die restituerunt tres portas Mediolani, quas occupaverant, & fugerunt.

Abietus de Flisco fuerat auctor belli Januensis superius descripti, & sub quibusdam pactis, & promissionibus iverat Mediolanum.

Eo anno Dux Bari suprascriptus febribus mortuus est.

Eo anno insula Corsicæ rebellavit, & ad eamdem missus est exercitus Mediolanensium de mense augusto, qui eam subjugavit.

Eo anno die XXIX. maji cœpi ægrotare febre pestilentiali, a qua evasi Deo dante post menses duos cum dimidio, quibus me afflixit, & tota domus nostra fuit febribus percussa, & Deo duce nemo mortuus est.

Eo anno mortuus est Steffanus Blescius, Antonius Avellanus, & Bartolomeus de Turris, & Georgius Aynardus cives Aquenses inter junium, & augustum.

Eo anno die VI. augusti firmavimus matrimonium per verba de præsenti cum Maria spectabilis domini Alberti de Boxia juris utriusque Doctoris, quam traduximus MCCCCLXXVIII., die XXIX. septembris.

Eo anno scilicet MCCCLXXVII. summus Pontifex Sixtus Saonensis de Ordine sancti Francisci concessit Indulgentiam plenariam in Ecclesia majori Aquensi per quindecim dies incipiendo a die sancti Francisci; & nota, quod eo anno fuerunt Indulgentiæ plenariæ in omnibus civitatibus Lombardiæ præterquam in Alexandria.

Eo anno die ultima mensis septembris cœpit frigus maximum, & apparuerunt glacies in hac Civitate.

Eo anno de mense octobris truncatum fuit caput Joanni Baptistæ Guarcho, de quo suprascriptum est, in Mediolano.

Eo anno de mense octobri Teucer ingressus est in Frivolim, & occidit in bello plusquam quinque millia armatorum Christianorum, & sic tota Italia est in timore.

Eo anno semina fuerunt cum decenti pluvia non impediente, & optime nata sunt, & perfectis seminibus continuaverunt pluviæ usque ad medium novembrem, & aer est temperatus; & nota, quod fuit oppositum de annis quinque præcedentibus, quibus semina semper fuerunt sicca, & eis annis frumenti maxima penuria.

Eo anno II. decembris Albertinus Aynardus quondam Mathei mortuus est in Tridino Castellanus.

Eo anno summus Pontifex supradictus Sistus ordinavit officium Conceptionis Virginis Mariæ, quod antea minime celebrabatur. Causam hujus ordinationis dicitur fuisse hoc miraculum. Nam dum peteret Pontifex a quodam fratre Jacobo de la Marcha Ordinis sancti Francisci, quod sentiret de Conceptu Virginis, utrum fuisset concepta sine peccato originali. Respondit frater ille: petamus hoc ab ea, & volvens se, & inclinans ad figuram Virginis marmoream, quæ erat in camera Pontificis interrogavit eam, si verum esset, quod esset sine peccato originali concepta; tunc illa figura inclinavit se annuendo, quod sic & Pontifex amplectens osculatus est eam.

Anno suprascripto frumentum fuit in pretio. Valuit in augusto solidos XVI. pro singulo sextario mensuræ parvæ (sack est stariorum octo) fuit magna penuria . . . . . citra Padum, & in . . . . . maritimis. Vinum valuit libras sex pro singulo condio.

Eo anno Joanne Carmaglerio, & me Sindicis Communitatis registratum fuit molendinum S. Martini, quod nunquam ante passi fuerant participes ipsius molendini registrari, & fuit æstimatum libras quatuor grossos die X. decembris.

Eo anno XXVI. decembris Galleaz Dux Mediolani, dum exiret Ecclesiam sancti Stephani in civitate Mediolani a Missa, fuit percussus in pectore a quodam Joanne Andrea de Lampugnano, & subito mortuus est. Statim quidam Maurus, qui continue comitabatur Ducem prædicti Joannis Andreæ de Lampagnano subito caput mucrone præcidit, & uno ictu interfecit. Accipe quod decet etiam principes justos esse, quia non sua potentia tuti sunt. Ecce quam breviter quem tota tremebat Italia, ab uno tamen homine centenis satellitibus comitatus subito peremtus est. Suprascriptus Galleaz quintus fuit inter Duces Mediolani, & se quintum scribebat, in cujus rei memoriam ad dacita, & gabellas suæ patriæ addiderat quintum.

Eo anno, & die XVIII. dicti decembris impositum fuit præstitum, sive mutuum per principem Gullielmum de ducatis CL., de quibus fuerunt tassati mihi quatuor. Et nota quod ordinatum fuit talea æqualitatis colligenda in augusto futuro; & hoc propter penuriam, quæ tamen est in Lombardia. Frumentum valet pro singulo sacco libras decem, sol. X. Mediolani. Valet in Janua libras . . . . . Mediolani a tempore unius anni; vinum usque nunc libras quinque pro condio.

MCCCCLXXVIII. Eo anno die XV. martii, quæ erat dies palmarum, ceciderunt nives maxime videlicet palmi unius, & amplius cum tota hyeme non fuisset nivis super terram, sed in tribus diebus consumtæ fuerunt, & hodie secunda aprilis frumenta, sive messes sunt in pulcherrima monstra, & jam apparet arista in siligine.

Eo anno dum princeps Gullielmus Marchio Montisferrati haberet in hac Civitate magnam copiam frumentorum, & cerneret futuram bonam annonam, prohibuit venundari, nec mutuari alia frumenta præ-

Digitized by Google

terquam ſua, & ex hoc civibus noſtris ſecutum eſt maximum damnum.

Eo anno XX. martii relaxatum fuit decretum, emente Communitate ſaccos quadraginta frumenti, & frumentum declinavit a ſolidis 17. ad ſolidos 15. die prima aprilis.

Eo anno MCCCCLXXVIII. menſe eodem aprilis fuerunt pluviæ in principio menſis maximæ, & longæ, propter quas meſſes plurimum proſtratæ fuerunt, cum eſſent longe pulcherrimæ.

Eo anno de menſe aprilis Cardinalis quidam Savonenſis de Sanſonibus, & Archiepiſcopus Piſarum ingreſſi ſunt Florentiam amicorum ſpecie, & occiſus eſt Julianus de Medicis, & Laurentius ejus frater percuſſus. Civitas ad arma ſurrexit. Archiepiſcopus Piſarum ſuſpenditur eadem die cum multis ſequacibus uſque ad numerum quadraginta trium. Cardinalis non eſt inventus. Poſtea notum fuit, quod fuit incarceratus ipſe, & frater ejus. Cardinalis ſupradictus fuit relaxatus: & ſummus Pontifex unacum Rege Alfonſio iniverunt bellum contra Florentinos. Dux Mediolani pro Florentinis laborabat.

Hodie die VIII. maji declinavit frumentum uſque ad ſolidos decem.

Eo anno poſt medietatem maii fuerunt pluviæ immenſæ, & uſque in principio junii, quæ meſſes, & fabas proſtraverunt indecenter, & die quarta, & quinta junii fuit frigus intenſum in patria propter nives, quæ ceciderunt apud Curtiſmilium, & hoc anno abbondavit fenum.

Eo anno vinum fuit in vili precio. Valet in hoc menſe junii libras tres pro condio. Grando omnes fere Lombardiæ uvas deſtruxit de menſe auguſti, propter quod vinum eſt in precio majori, & menſis auguſti totus fuit pluvioſus præter ordinem.

Eo anno die ſexta junii quidam filius Simonis Siſmondi annorum ſex cecidit in rivo fontis bulientis, & poſt biduum mortuus eſt.

Eo anno die prima julii fuit eclypſis lunæ, & die XXIX. dicti fuit eclypſis ſolis valde notabilis.

Eo anno Proſper Adurnus quondam domini Bernabelli, cum eſſet gubernator Jenuæ pro Duciſſa Mediolani convertit in ſe ſtatum die XXII. junii, & creatus eſt Dux Januæ, & convenit cum eo totus populus, & omnes Capellatii nemine diſcrepante, excepto filio quondam domini Perini de Campo Fregoſio de Novis, & conjuraverunt contra nobiles, ita ut nobiles omnes rapuerint fugam ex Jenua, & Karolus frater dicti Proſperi munivit juga, & colles. Rex Alfonſius opem fert populo; nam die VII. julii miſit Januam in ſubſidium Proſperi galeas novem, & unam fuſtam cum tribus millibus hominum; die IV. julii populus incendit multas domos nobilium domini Dominici, & Brancaleonis Spinularum.

Eo anno die VIII. auguſti ſabatho exercitus Duciſſæ Mediolani, qui iverat adverſus Jenuenſes propter Proſperum Adurnum ut ſupra fuit confractus totaliter, & in fugam converſus, & totaliter ſpoliatur. In hoc conflictu fuerunt mortui de Mediolanenſibus quinquecentum viri. Januenſes victores habebant ſecum principem Robertum virum in armis expertiſſimum. Ibi multi fuerunt occiſi, & multi captivati, & qui captivati ſunt, in Galliis venditi ſunt, ita ut unus ex Mediolanenſibus pro uno mellone vënderetur. Aliqui pro uno carlino, qui valet ſol. VIII. Mediolani. Et nota, quod ſtipendiati, qui erant in exercitu Duciſſæ confracto ex patria Marchionis Montisferrati, exceptis armis ipſorum, & veſtibus, integri rediere. Propter hoc dominus Abietus de Fliſco relaxatus eſt a Duciſſa Mediolani.

Eo anno die XXV. auguſti Duciſſa Sabaudiæ mortua eſt. Frumentum valet libras tres per ſingulos ſaccos, & ad plus florenos duos.

Supraſcrip. Mariam traduximus MCCCCLXXVIII. die XXIX. ſeptembris, videlicet die Archangeli Michaelis luna tertia exiſtente in ſigno Scorpionis. Frumenti annona copioſa valet libras tres Mediolani pro ſacco, per quam fecimus ſolemnes nuptias, & conſtitit nobis in exitu civitatis Albæ . . . . . & fuit receptata Canellis cum tota ſua comitiva, videlicet in equis 54. per ſpectabilem dominum Ludovicum Scarampum filium domini Renaldi de Cayro, cui propter hoc multum debemus.

Eo anno multi reſpicientes ad lunam auguſti, quæ duravit uſque ad viginti ſex ſeptembris, tardaverunt ſemina, & tunc ceperunt pluviæ maximæ uſque ad decem octobris, & parum, aut nihil ſeminatum eſt in Lombardia, & pluviæ ſequuntur.

Eo anno die II. octobris luna ſoli oppoſita exiſtente, dominus Proſper Adurnus ſupraſcriptus Dux Januenſium creatus eſt.

Nota quod ſeminatum fuit hoc anno uſque ad 8. novembris, & ultra.

Eo anno die XV. novembris ſupraſcriptus Proſper Adurnus expulſus ex ducatu Januenſi aſcendit mare, & Baptiſtinus de Campo Fulgoſio Dux creatus eſt. Obertus de Auria de Saxello Saonam obſidet. Supraſcriptus Obertus a Saona cum exercitu ſuo receſſit.

Eo anno Franciſcus de Prato filius Gullielmi de Prato de Montebarutio mercator in Valentia Cataloniæ fregit, & erat debitor Gabrieli fratri meo de ducatis CCC., de quibus habetur pauca ſpes.

Eo anno Teucer exercitum ſuum poſuit circha Scutheri in Albania, qui exercitus eſt de hominibus 1500.0., ſive centum quinquaginta millibus, qui eſt terror maximus Venetis. Teucer hic Civitatem maximis copiis aggreſſus eſt, & per tres dies, & per tres noctes continue prælliatus eſt, in quo prælio mortui ſunt ex Teucris 4000., & ſic receſſit Teucer victoriæ deſperans.

MCCCCLXXIX. Eo anno die XX. martii fuerunt aquarum inundationes maximæ cum tonitruis magnis.

Eo anno ſemina martialia nil penitus valuerunt, frumenta vero fuerunt valde rara, & pauca; hujus rei cauſa fuit ſiccitas extrema.

Eo anno feni penuria, æſtas callidiſſima, & ſiccitiſſima ita ut uvæ calore ſolis pereant.

Eo anno de menſe auguſti Rex Neapolitanus Florentinum exercitum conquaſſavit. In eo conflictu mortui ſunt magnificus Robertus Capitanus Florentinorum, & Marchio Mantuæ; & Florentinorum Capitaneus peſtifero morbo in eodem exercitu eodem tempore infectus eſt; & quidam Comes Carlus

Modoni, & Capitaneus Florentinorum in eodem conflictu captivatus est, & sic regi fortuna blanditur, Florentinis vero adversatur.

Eo mense scilicet augusti in civitate Aquis ascendit vinum ad libras octo pro condio.

Eo anno die XV. augusti Vigilia sancti Bartolomei princeps Robertus, de quo supra, accepit Terdonam, & Pontum-Curonum sine ulla resistentia, & Basignanam, & Burgum Basignanæ. Cum principe Roberto erat princeps Ludovicus frater quondam domini Galleaz Ducis Mediolani ad supradictos insultus.

Eo anno die prima septembris presbiteri majores Aquensis Ecclesiæ permutaverunt campanas de campanili veteri super novo luna existente in oppositione cum sole, & sequenti die Bartolomeus .... Carpentarius, qui dictas campanas collocavit in dicto campanili novo, cecidit, & mortuus est.

Eo anno die prima septembris princeps Lodovicus supradictus a Ducissa Mediolani in gratiam receptus est, & in gubernatorem Mediolani acceptatus. Et ea die Cichus olim magnus Canzelarius Ducis Mediolani, qui olim Ducatus puppim gubernabat, & ditatus fuerat decies centum millibus ducatorum, captivatur. Nam fuerat causa exilii suprascripti principis Lodovici, & fratrum suorum, & principis Roberti. Captivatur & Joannes frater dicti Cichi, & Orpheus, & Fabricius Canzelarius dicti Cichi, & ipsorum domus in prædam sunt datæ populo Mediolanensi, & princeps Robertus in gratiam Dacissæ, & Mediolanensium restitutus est. Nota quod nemo justus, quamvis ab iniquis aliquando conculcetur, debet desperare. Nam tandem pro justo sedet Deus.

Accipe quantum conveniat Aulicos principum se suis superioribus subjectos, suis vero æqualibus, & socios humiles reddere. Avertit enim facies fortuna, & cum stare putas, casu raperis inopinato.

Eodem anno de mense septembris Rex supradictus secundum conflictum dedit Florentinis, & montes obtinet, & Civitatem obsidet.

Eo anno Veneti cum Teucro pacem composuerunt, & dederunt ei Scuteri.

Eo anno cum siccitas maxima uvarum collectionem præcessisset, ita ut de vini copia desperarent, optima tamen, & copiosa fuit vendemia, verum qui nimium properaverunt colligere, multo minus ceteris perceperunt. Nam quidam rores ultimate cadentes uvas fecundaverunt.

MCCCCLXXX. Eo anno intrante MCCCCLXXX. a die 22. decembris usque a li 14. januarii fuerunt pluviæ fere continuæ in tota Lombardia cum tanta aeris amenitate, & temperie, quanta convenit martio, & sine nivibus, & glaciebus, quæ temporis amenitas perseveravit usque ad vigiliam S. Agatæ; & tunc ceciderunt nives modicæ, scilicet siccæ, quæ parum duraverunt, cui successerunt aquæ plurimæ, & fluviorum inundationes tantæ, ut a li 27. martii martialia nundum sparsa sint, & vinearum putationes, & ligationes impeditæ.

Eo anno (MCCCCLXXX.) de mense martii apparuit caterva luporum rapacium, qui interfecerunt eo mense, & comederunt plures pueros unum in Alice, unum Tertii, unum Cavatorii, unum Aquis.

Eo anno die II., & IV. aprilis ceciderunt nives in Glarolio, & hic propterea regnaverunt frigora magna, & apparuerunt glacies. Timent autem agricolæ cum sit tanta rabies ventorum, & frigoris usque a li 8. aprilis, ut semina arere videantur.

Eo anno die IV. aprilis baptizatus fuit quidam Judæus nomine Benedictus in Ecclesia majori Aquensi ætatis duodecim annorum, vel circha, qui prius vocabatur Marchadavid.

Eo anno die IX. aprilis cepit pluvere, & continuaverunt pluviæ cum aquarum inundantia maxima ..... diebus ..... visa fuerit usque ad dies XV. dicti mensis, & semina confortata colorem receperunt, pluvia vero non perseveravit interpositis paucis diebus usque ad dies X. maji, & segetes tantum humorem hauserunt ut palea multa fuerit, quantitas vero granorum pauca, zinzania multa, martialia semina omnia perierunt, feni pauca copia fuit. Totus mensis junii austrinus flatus spiravit, & segetes multimode prostravit.

Eo anno die sexta junii ceciderunt grandines die, ac nocte immensæ, & miræ magnitudinis, quæ vineas Aquenses respicientes septentrionem depopulaverunt. Alii vero Guaranti, Fontanilis, Riocaldoni, & Marantanæ, & Cassinarum non solum uvas, sed & vites penitus destruxerunt, tantæ magnitudinis, & multitudinis grandinis cecidisse hactenus auditum non est.

Eo anno frumentorum sterilitas fuit, & nisi antiquorum frumentorum foret copia, magno esset in pretio.

Eo anno Teucer castramentatus est circa civitatem Aragusiæ, & circa Rhodum, & in Apuliam ingressus cepit Civitatem, quæ dicitur Otranto, & sic tres habet magnos exercitus.

Ex Rhodo conflictus recessit cum maximo suo damno mense septembris.

Eo anno die XIX. augusti sabatho hora XXII. spectabilis dominus Ludovicus Malaspina domini Antoniotti filius firmavit matrimonium cum Catarina filia magnifici domini Georgii de Zuccarello per verba de præsenti.

Eo anno die XXVIII. septembris Illustris Theodorus de Monteferrato Cardinalis prandit in domo nostra in contrata Caligariorum.

Eo anno die penultima octobris die lunæ Cichus de Codognola olim magnus Canzelarius Francisci, & Galleazii Ducum Mediolani capite mulctatus est in Castello Papie, Ludovico Sforcia gubernatore Mediolani, coadjutore Roberto filio principe.

Eo anno, & diebus Bona uxor quondam Galleazii Ducis Mediolani a regimine, & gubernio Mediolani fuit remota per suprascriptum dominum Ludovicum ..... & se a Civitate absentavit.

Eo anno die II. novembris Jacobinus filius Simoni de Ecclesia civis Aquis perrexit primum Papiam studendi gratia cum magistro Francischino Simonis Sismondi artium scholaris.

Eo anno die IV. novembris dominus Petrus Aynardus venit Aquis ex Papia in utroque jure laureatus.

Eo anno Gullielmus, & Reverendissimus Cardi-

Digitized by Google

xalis frater ejus Teodorus, & Bonifacius invenerunt in Montecalvo in quadam Eccleſia campeſtre unam majeſtatem (1) auri magni pretii, in qua eſt una crux ligni ſanctæ Crucis notabilis quantitatis, & os unum brachii ſancti Joannis Baptiſtæ cum uno digito annulari, & manum unam ſanctæ Judittæ, & tabulas duas, in quibus depicti ſunt S. Petrus, & Paulus, quas tabulas olim oſtenderat S. Silveſter Conſtantino Imperatori, & de capillis Beatæ Virginis Mariæ, quæ omnia prout nos audivimus ex ore Gullielmi Marchionis portaverat ex Græcia in Italiam Gullielmus Longaſpata Marchio Montisferrati, & iſta omnia collocata fuerunt in Capella caſtri Caſalis in altari, & præfatus Cardinalis receſſit pro Roma die Conceptionis Virginis hora XXI.

(1) *Scilicet* imaginem.

Eo anno die XX. decembris cum eſſent multæ nives ſuper terram ninxit cum fulgoribus, & tonitruis plurimis; & ſimiliter die XXIII. dicti a prima hora noctis uſque ad tertiam.

Eo anno cum dominus Abietus de Fliſco conveniſſet cum Adurnis contra dominum Baptiſtinum de campo Fulgoſio Ducem Januæ, iterum relictis Adurnis convenit cum eodem Duce pro precio ducatorum 7000.

MCCCCLXXXI. die lunæ XX. menſis martii, hora octava punctuali Maria ſupraſcripta uxor mea peperit filiam exiſtentibus in Civitate iſta Aquis pro balneis Gullielmo Marchione Montisferrati, & domina Bernarda ejus uxore hactenus ſterili, tertia uxor dicti Marchionis, quam filiam baptizavimus die XXVI. dicti menſis nomine Sofiam appellatam, cujus patrini fuerunt ſpectabilis utriuſque juris Doctor dominus Petrus de Aynardis, & Conſtantinus Marenchus . . . . . .

Eo anno cum nives fuiſſent multum tempeſtivæ ut apparet & multæ, & continuæ, iterum a li 18. martii ninxerunt nives multæ, & ſic propter hyemis aſperitatem magna pars meſſium mortua eſt. Nos vero amiſimus totum agrum Fontishortis penitus, & agrum Vadi Abbatis, & poſſeſſiones Cantonatæ.

Eo anno adhuc continuante frigore ante a li 14. & a li 13. aprilis ninxerunt nives non paucæ, & adhuc pauciſſima legumina ſeminata ſunt propter frigora.

Eo anno adhuc frigore valido die XXII. dicti menſis, & poſtea ninxerunt nives non paucæ.

Eo anno die XIX. maij meridie luna oppoſita ſoli, & prope finem combuſtionis rupes, quæ eſt ultra Burmidam aput aquas termarum extra Civitatem Aquis propter aquarum inundationes lapſa eſt, & cooperuit totaliter quoddam molendinum, quod ibi erat jam a ducentis annis, & amplius exiſtente in hac Civitate Gullielmo Marchione Montisferrati pro balneis, & Bernarda Marchioniſſa ſterili.

Eo anno conſtructum fuit alium molendinum vice illius, ſed propinquius Civitati, & diſtantius a rupe paucis tamen paſſibus.

Eo anno magnus Teucer mortuus eſt de menſe aprili.

Eo anno die XI. junii Enrietus Piper filius quondam Jacobi dum toderet lapides pro ædificando in flumine Burmidæ reperit canonos plumbeos, qui quondam fuerunt aquarum ductus miræ magnitudinis, quorum vacuitas eſt palmi unius, longitudo vero cujuſque canoni pedum novem, pondere vero de cantaris ſex pro ſingulo canono. Jacebant autem hi canoni in ripa Brumidæ intra alveum ſecundum longitudinem ripæ meridionalis aput archus lapideos, quos pilas vulgariter vocant. Hi canoni de pilis, ſive archibus ejecti fuerunt.

Eo anno annona fuit pauciſſima in hac Civitate, & circumſtantibus locis. Nam vix colliguntur ſemina. Aſcendit autem frumentum a libris tribus uſque ad quinque in auguſto. Hic autem defectus eſt ſolum circumcirca per viginti milliaria; in aliis vero partibus eſt frumentorum copia; in hominum memoria non fuit tantus defectus in annona.

Eo anno die XXIV., & XXV. auguſti regnaverunt frigora adeo intenſa, ut pruinæ ſolidiſſimæ per arva eſſent, & glacies in pleriſque locis viſa eſt.

Eo anno ſeptembris præſentis calidum fuit, & ſiccum vehementiſſimum.

Eo anno Rex Ferdinandus recuperavit Otrantum a Turcis cum pacto, quo ipſos cum ſuis pecuniis liberos dimiſit de mente auguſti.

Eo anno domina Lucretia filia illuſtris principis domini Gullielmi Marchionis Montisferrati, alia uxor domini Joannis Bartolomei de Carreto, nunc uxor domini Renaldi Ferrarienſis die ſeptima octobris ivit ad accipiendam poſſeſſionem Caſtelletti vallis Urbarum luna exiſtente in oppoſitione cum ſole.

Hæc domina Lucretia vendidit Caſtellettum domino Auguſtino, & Ioanni Adurnis.

Eo anno MCCCCLXXXI. vendemiæ duraverunt uſque ad diem viginti novembris, quod in hominum memoria viſum non eſt, & hoc propter frigora auguſti prohibentia maturationem uvarum, ſcilicet ſemina, & tamen eo anno fuit abundantia maxima vini.

MCCCCLXXXII. Eo anno princeps Robertus Mediolani diſcordavit cum Duce Mediolani, & domino Ludovico Ducis patruo, & ſic de anno MCCCCLXXXII. de menſe januarii fugit.

Robertus ſupraſcriptus Venetorum Capitaneus effectus aſt, & Ferrariæ bella agit, & tota Lombardia fuit in armis Venetorum motu. In ſuis bellis omnes Italiæ principes præter Jenuenſes convenerunt in unum adverſus Venetos.

Fuerunt per totum menſem januarii nives maximæ, quibus ſuccedentibus pluviis multis eodem menſe conſumtæ ſunt; & fuit menſis februarii totus ſerenus, & calidus. E converſo menſis martii totus pluvioſus, & frigidus, ita ut vinearum putationes ad aprilem uſque dilatæ fuerint; & hodie tertia aprilis pauciſſima martialia ſeminata ſunt, & ea, quæ ſeminata fuerunt de menſe februarii, nundum nata ſunt, & totus menſis aprilis pluviis inundavit, & ſimiliter totus menſis maij, ita ut de annona male opinemur.

Eo anno de menſe junii die XV. Communitas Montisregalis ſcripſit nobis rogando, ut vellem ire ad medendum in ſua Civitate offerentes debitam proviſionem, & ſic ivimus die XXI. dicti menſis, & convenimus cum ea, & die XXIX. ſeptembris duxi mecum uxorem cum Antonio filio meo, &

Bartolomeo nepote noſtro, & famulo Chriſtopharo de Arancamilio de Aquis.

Anno MCCCCLXXXIV. die XXVIII. julii repatriavi finito tempore conventionis meæ.

Eo anno per totam Italiam fuit maxima frumentorum, & omnium cerealium penuria præter auditum, & vinorum parva copia. Valuit frumentum libras X. pro ſaccho in Monteferrato, & Aquis, & ſic ubique.

Eo anno unus ex Turcis venit in Italiam, & in Franciam pergit ſuffragium a Rege petiturus adverſus fratrem dominantem. Hic Teucer a Duce Sabaudiæ incarceratus detinetur, pro quo ab ejus fratre maximam pecuniæ recepit quantitatem, ut ipſum cuſtodiat. Hic frater maximus tyrannus fuit, & avaritiæ deditus, mortuus abſque . . . .

MCCCCLXXXIII. Eo anno die ultima februarii Gullielmus Marchio Montisferrati vita exceſſit nullo filio maſculo relicto. Succeſſit in dominio Bonifacius.

Eo anno totus menſis aprilis pluvioſus fuit: de menſe maii neque hora una pluit. Martialia omnia arida. Feni parva copia. Meſſes copioſæ ſunt, & pulcherrimæ.

Eo anno frumenti in tota Italia magna copia. Sunt tamen in precio tam propter Lumbardiæ bella, tam quia maritima pars eo caret, tum etiam quia martialia periere. Valuit Aquis groſſos L. pro ſacco. Eo anno vinorum copia maxima.

MCCCCLXXXIV. die XXVII. decembris. Illuſtriſſimus dominus Bonifacius Marchio Montisferrati duxit uxorem . . . . ſororem uxoris quondam Gullielmi fratris ſupraſcripti Bonifacii, cum ipſe Bonifacius ſit ætatis annorum LXXI.

Hæc uxor eo anno de menſe auguſti, cum eſſet pregnans, cum filia abortiva mortua eſt.

Eo anno die XXI. januarii Teodorus de Monteferrato Cardinalis ſupradicti Marchionis Montisferrati mortuus obiit Aſt in domo Enrighini de Rotariis, ut ajunt, veneno peremtus.

Eo anno die XI. februarii Thomas de Regibus de Alba Epiſcopus Aquenſis vita defunctus eſt.

Eo anno Abietus de Fliſco ſupraſcriptus Mediolani captivatur propter proditiones, quas confingebat.

Eo anno die XI. . . . Conſtantinus Marenchus civis Aquis in Epiſcopum Aquenſem electus eſt, & die octava aprilis Jovis ante Dominicam palmarum anno biſextili, hora XVII. dicti Epiſcopatus poſſeſſionem adeptus eſt.

Eodem vero die hora undecima primo induit rochetum in loco Caſſinarum in Eccleſia ſancti Jacobi, & Miſſam ſuam primam eo anno celebravit ſollemniter in valvis Eccleſiæ majoris die octava ſeptembris.

Eo anno de menſe auguſti facta eſt pax inter Venetos, & Italiæ principes cum maximo Venetorum honore, & commodo; nam quidquid voluerunt, obtinuerunt. Veneti hoc bello obtinuerunt de intrata Marchionis Ferrariæ pro duc. ſexagintamillibus aureis Polleſinum.

Eo anno, & eo menſe Sixtus Pontifex mortem obiit. Electus autem eſt Innocentius, qui eſt natione Januenſis de familia Cibo agnominatus Malſeta.

Eo anno, & menſe Lucretia de Monteferrato uxor domini Renaldi Ferrarienſis caſtramentata eſt circa Beſtagnum, & Moneſterium, & poſt dies ſeptem cum ſuo maximo dedecore receſſit.

Eo anno fuit annona mediocris frumentorum. Vini vero maxima fuit, & ficcitas maxima. Hactenus audita non fuit tanta vinorum copia, nec tanta anni ficcitas.

Eo anno die XVII. ſeptembris hora quinta, vel ſeptima depopulata fuit ſacriſtia majoris Aquenſis Eccleſiæ rebus infraſcriptis videlicet diademate Epiſcopali pulcherrimo, turribulo argenti puri ponderis onciarum LX., navem onciarum IX., eruce onciarum XXX. candelabris duobus onciarum XXIV., & calicibus tribus onciarum circa XL. Ea nox magnum incuſſit dormientibus timorem. Nam ad arma ſtrepente campana fuit clamatum. Ea nocte primo pluit aput nos.

Sequenti die fur comprehenſus eſt, & omnia confracta reſtituta ſunt. Tanta fuit eo anno vinorum, & uvarum abundantia, quanta in viventium memoria non exiſtit. Nam adhuc tinæ fere omnes in tota Lombardia vino plenæ ſunt exiſtente menſe februario MCCCCLXXXV. ſuper vitibus adhuc locorum . . . . . ſunt uvæ. In locis pluribus ciſternæ fuerunt vino repletæ. Una enim in Carpeneto Liguriæ, quæ centum condiorum eſt capax. Valuit Aquis libram unam, ſolidos decem optimum pro ſingulo condio; minor tamen valuit libram unam, ſolidum unum in novembri. Annona ampla in tota Italia, ſed victualis omnibus in magno precio propter bella Venetorum adverſus Marahionem Ferrarienſem.

MCCCCLXXXV. Annona frumenti copioſa, vini vero tanta copia, ut memoria non exiſtat tantam fuiſſe, ut notatum eſt infra. Hyems hæc ſine nivibus, & temperatiſſima fuit, & cum ſemina maxima regnante ficcitate fuiſſent in pulverem projecta, permanſerunt in terra ſine germine uſque ad menſem januarii. Et eo menſe ſuccedit quædam parva pluvia cum roratione, ſemina optime germinaverunt, & nata ſunt.

Eo anno die XVI februarii Bernardina uxor quondam Gullielmi Marchionis Montiferrati expiravit, & die præcedente cepit pluvere, & perſeveravit exundans pluvia. Et hæc pluvia continuavit totum junium.

Eo anno die XXVI. martii, hora XXIV. die ſabbathi Reverend. Scipio de Monteferrato filius quondam Marchionis Joannis naturalis tantum fuit interemptus ſuper platea civitatis Caſalis opera Illuſtriſſimi Ludovici Marchionis Salutiarum eo palam confitente.

Eo anno de menſe aprilis concluſum fuit matrimonium inter Illuſtriſſimum Ducem Sabaudiæ, & Illuſtriſſimam Blancham filiam quondam Illuſtriſſimi Gullielmi Marchionis Montisferrati, & eodem menſe viro tradita eſt

Eo anno, & menſe actum eſt bellum inter cives Aquenſes, & Ludovicum Malaſpinam, & homines Vixoni propter molendinum Vixonis.

Data fuit ſententia per nobilem dominum Antonium Avellanum Commiſſarium MCCCCLXXXVIII,

in favorem Civitatis, & sic manserunt in possessione dictæ terræ, de qua contendebantur.

Eo anno messis fuit plurima, & boni fenoris.

Eo anno die .... septembris Bonifacius Marchio Montisferrati uxorem duxit Mariam filiam Despote Servie Grecie, ex qua Deus concedere dignetur filios masculos.

Eo anno semina fuerunt pulcherrima sine pluviis; sed vindemia fuit minor mediocri, ex opposito anni proxime præteriti.

Eo anno die XIX. octobris flumen Brumidæ vehementer exundavit, ita ut ascendent in domum Cantonate (1) tenus genu, & cooperuit omnes terras illas, & multis locis damna dedit; non extat hujus memoria quod tantum expleverit. Tunc erat Alexandriæ epidemia, propter quam magna pars Alexandrinorum fugerat a Civitate, & suas habitationes posuerat in insulis Brumidæ aput Castellarium. Supervenit ergo eis repente impetus fluminis, ex quo multi perierunt. Fuit enim exundatio hæc noctis tempore.

(1) *Hæc domus adhuc ad eamdem familiam pertinet. Sita autem est in finibus Meladii in regione dicta Cantonata.*

Eo anno die XVIII. novembris adhuc durant vendemiæ, & ea die ninxit, & ceperunt frigora intensissima ita ut flumen Burmidæ gelaverit, & plures homines perierunt; sed post octo dies decembris ventis meridionalibus regnantibus cessarunt frigora, & nives liquefactæ sunt, & facta est aeris temperies.

MCCCCLXXXVI. Bonifacius Marchio Montisferrati. Ad commoda subditorum nostrorum non aliter, quam ad tranquillitatem semper intendentes, ac integram, & constantem erga nos egregii artium, & medicinæ Doctoris magni Joanni Zabrerii civis Aquensis Fisici nostri carissimi fidem, & observantiam, ac devotionem multis effectibus perspectam habentes, merito ejus votis annuere, illiusque utilitati prospicere, & patrocinari disposuimus. Idcirco tenore præsentium, & ex certa nostra scientia, ac matura prævia deliberatione, per nos, illustresque hæredes, & successores nostros dicto magnifico Joanni, ac Jacobo de Cazulino civi etiam Aquensi plenam, largam, & ampliſſimam tribuimus, concedimus licentiam, & bailiam, auctoritatem, & facultatem construendi, tenendi, fruendi, possidendi perpetuis temporibus in, & super flumine Burmidæ, ubi dicitur ad ruptam, sive in Barbato in quodam prato Mariete de Cazulino matris dicti Jacobi super posse dictæ civitatis Aquis suis propriis sumtibus, & expensis molendinum unacum duabus, vel pluribus rotis. Ita & taliter quod prædictum molendinum perpetuo habeant, teneant, gaudeant, & disponat, reparent, & de novo construant suis propriis expensis, ut supra quoties ipsis, eorumque hæredibus, & successoribus placuerit, & quod decimam partem quorumcumque fructuum, reditnum, molturarum, & emolumentorum ex dicto molendino percipiendorum, & provenientium nobis, & seu castro nostro dictæ civitatis Aquis dare, solvere, & tradere teneantur, & debeant in perpetuum libere, & absque ulla expensa per nos, & seu dictum castrum Aquis, & agentes pro eo in dicto molendino, & ipsius occasione sustinenda promittentes in verbo veri Principis, per nos, illustresque hæredes, & successores nostros hanc nostram concessionem, & liberale indultum attendere, & inviolabiliter observa, ac per quoscumque officiales, & subditos nostros præsentes, & futuros facere jubemus observari. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & sigilli nostri impressione muniri. Dat. Casali die tertiodecima mensis martii MCCCCLXXXVI.

Antonius Vulpus

Locus sigilli

Hoc anno MCCCCLXXXVI. agitur bellum adversus regem Neapolis per dominos Regni cum summo Pontifice suffragantibus Venetis, & Jenuensibus cum rege est Dux Mediolani de mense septembris pax inita est.

Anno Domini MCCCCLXXXVI., die Jovis XXIII. februarii, hora decimaoctava cum dimidia suprascripta Maria uxor mea peperit filium, luna decimanona, vigilia Beati Matthiæ, & die XXVI. dicti baptizavimus eum, & vocavimus Constantinum, patrini dominus Constantinus Marenchus Aquensis Episcopus, & dominus Petrus Aynardus, & Matheus de Puteo.

Annona frumenti, & vini fertilissima.

Eo anno semina pulchra fuere, & totus mensis novembris aquis abundavit, postea vero neque pluit, neque ninxit, nisi res minima; sed tota hyems siccissima fuit, & in frigore temperata, intrante vero aprili die IX. venerunt nives usque Vixonum, & Bestagnum cum frigore intensissimo, propter quod maxime dubitatur de fructibus.

Eo anno de mense novembris Illustrissimus Ludovicus Marchio Saluciarum unacum domino Glaudo de Reconisio insultum fecerunt in Pedemontium contra Ducem Sabaudiæ, & ceperunt Summamripam, & Fortempassum, ex qua re indignatus Dux Sabaudiæ cœpit insurgere contra supradictos, & primo expugnavit Reconisium, & dedit manupredio cum infinitis vilipendiis maxime mulierum. Summamripam penitus destruxit, postea vero ad terras Marchionis procedens Carmagnoliam a Joanne Jacobo fratre Marchionis obtinuit, nullo malo ei illato: Costogliolas, & Panchalerium dedit manupredio cum multorum interitu crudeli, circha Salutias castra posuit.

MCCCCLXXXVII. de mense januarii, quam obsedit usque ad diem tertiam aprilis, qua die cives Salutiarum, & reliqui defensores se dedidcrunt ipsi Duci. Marchio vero suprascriptus ubi sit ignoratur. Nam usque de mense decembris perrexit in Franciam statim amissa Charmagnolia, postea cognitum est esse apud Regem Francorum.

Eo anno MCCCCLXXXVII. vinum valuit libras IX. pro condio. Frumenti fuit media annona: feni nihil penitus. Hyems temperatissima fuit exceptis paucis diebus decembris.

Eo anno construximus molendinum in Fontanellis, (sive Barbato) in societate illorum de Cazulinis, & illorum de Bicutis, quod incœpimus de mense

junii, & cœpit molere die XXVI. ſeptembris Deo fautore. Eo anno ex Illuſtriſſimo Bonifacio de Monteferrato, & Maria filia quondam Principis Diſpoti de Servia die Veneris hora tertia noctis adveniente ſabbatho, quod erat dies duodecima auguſti, natus eſt puer, quem vocaverunt Joannes Gullielmus cum maximo gaudio totius patriæ Montisferrati, quem Deus conſervare, & benedicere dignetur. Amen.

Eo anno facta eſt pax inter ſummum Pontificem, & Regem Ferdinandum.

MCCCCLXXXVIII. Eo anno cum per hyemem ſemina eſſent pulcherrima, pluvia martiali ſuperflua ita factum eſt ut per univerſam Italiam fuerit valde diminuta annona frumenti, & martialium. Feni vero multa copia.

MCCCCLXXXVIII. die XX. januarii, hora XVIII. ſupraſcripta Maria uxor Marchionis Bonifacii peperit alium maſculum in Caſali nomine Joannem Georgium.

Eo anno participes molendini de Fertiſiis fecerunt ipſum terragnum, cum antea eſſet ſuper navibus.

MCCCCLXXXIX. Hyems fuit temperatiſſima, ac frumenti, & vini copia.

Eo anno dominus Auguſtinus Adurnus forte fuerat gubernator Januæ, & Dux Mediolani dominus. Tunc frumentum valebat ſolidos viginti quatuor pro ſtario, vinum vero libras tres pro condio. Univerſus ager eſt pulcherrimus, & tunc per dies quindecim a die XX. maii fama increbuit, quod Alexandriæ in domicilio quædam pictura Virginis Mariæ intitulata de ſpaſmo lacrymatur; tunc enim propter antiquitatem fuerat dicta pictura renovata: & ob hoc tantus ſtupor hominum animos arripuit, & timor, ut ab omnibus terris Lombardiæ, Pedemontis, Liguriæ, & Montisferrati ipſi populi in proceſſione una cum gubernatoribus, & pueris nudis ſeſe flagellantibus letanias cantando ad dictam figuram viſitandam pergerent munera deferentes tot & tanta, ut in brevi temporis ſpatio puta menſis unius congeſta ſint plùſquam triamillia ducatorum oblationum; ſuſcipiebant autem mirabilia multa ab infirmis, qui illuc pergebant. Fuerant conſimilia ex miraculis imaginis Virginis in diverſis locis eodem tempore Caſalis, Fubinis, Ponzoni, ad Stellam, & in Vultrio. Antiqui vero hominum aſſerunt nunc eſſe annos centum, quibus populi totius Italiæ ſinteaminibus operti in proceſſionem alter alteri obviabant, quod tempus adhuc hodie appellatus tempus miſericordiæ. Neſcio ne iſta ſint boni, an futuri alicujus divini judicii portenta. Avertat Deus ab Italia omne malum.

MCCCCLXXXX. Hyems fuit temperatiſſima ſine nivibus: frumenti in univerſo orbe maxima copia. Vina in Lombardia fuerunt pauciſſima. Fenum in maxima penuria.

Eo anno Theodorus de Rotariis captivatus eſt cum filio parvulo per Marchionem Illuſtriſſimum Montisferrati propter proditiones, quas machinatus fuerat; ſed inſtante Ludovico Sforcia gubernatore Mediolani relaxatus eſt.

Tunc frumentum valebat ſolidos viginti duo pro ſingulo ſextario, cum tamen antea valuiſſet viginti quatuor. Ducatus valet libras quinque, ſolidos decemocto. Vinum valuit libras ſex pro condio. Tunc detecta fuit quædam proditio, quam olim tacere volebant quidam de ſancto Damiano ipſo oppido ſancti Damiani, pro qua arreſtatus fuit Theodorus Rotarius cum filio ſuo primogenito, qui fuerat imputatus de eodem crimine, & tunc domus de Rotariis ab aula principis noſtri exul facta eſt, & tanto honore privata.

MCCCCLXXXXI. Hyems fuit ſine nivibus ſicca, & frigida, ver quoque ſiccum, & frigidum. Æſtas quoque ſicca, & frigida. Omnia excellenter. Frumenta in maxima copia, & pulcherrima. Feni nihil fuit. Vini in tota Lombardia maximus defectus, cum ſemina in ſua nativitate rariſſima apparerent, & omnes terrerent, & in menſe martii.

Eo anno de menſe junii quidam complices Antonii Mariæ de Codognola filius quondam Roberti ingreſſi ſunt via proditionis in caſtrum Montiscalvi, & occiſo Caſtellano Petro de Carretis de Cengio cœperunt clamare *moro moro*; ſed adjuvante Domino Jeſu Chriſto infra quatuor horas homines ipſius loci ipſum caſtrum viriliter præliantes intraverunt, & proditores omnes numero novem ſuſpenſi ſunt ea nocte; nam circa veſperam intraverant, & tunc totus Monsferratus multo terrore occupatus eſt. Nam multi proditores detecti ſunt, inter quos unus captus eſt, qui olim in curia Montisferrati morabatur (Neapolitanus), & caprus eſt apud Cerrum oppidum Montisferrati, & enecatus in Pado, pro qua captura Ludovicus Sforcia gubernator Ducatus Mediolani multa minatus eſt, cum conquereretur, quod captivatus fuiſſet ſuper territorio Ducali. Hoc negante Marchione Montisferrati, quæ proteſtatione non obſtante ſupraſcriptus Ludovicus vim penitus facere volens, oppida ſcilicet Caſſinas, Feliſſanum, & Refrancolium, quod de eis Illuſtriſſimus Marchio eſſet feudo obligatus, ſubſtulit.

Eo anno Rex Francorum totam univerſam Italiam ſubjugavit, & obtinuit.

Eo anno per univerſam Italiam ſemina jacta ſunt terra exiſtente ſiccisſima, ita ut toto novembre rariſſima apparerent maxime prima ſeminata, & ex hoc pulcherrima ceperunt apparere.

Eo anno mœnia civitatis Aquis, quæ annis jam triginta conſtruebantur ad complementum fundamentorum perducta ſunt aput ſanctum Bartholomeum, conjuncto fundamento die Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ cum magno jubilo univerſæ Civitatis.

MCCCCLXXXXII. Supraſcripta oppida Caſſinas, Feliſſanum, & Refrancorium reſtituta ſunt Illuſtriſſimo Marchioni interveniente legatione Regis Francorum, & die XV. januarii ceperunt poſſeſſionem Caſſinarum, & ſic ſteterunt ad manus Ducis Mediolani per menſes quinque.

Eo anno Rex Francorum Carolus ſubjecit ſibi univerſam Britaniam, cum Dux Britaniæ vita defunctus eſſet, cujus filiam in uxorem duxit, repudiata filia Maximiani Regis Romanorum, & filii Imperatoris, quam ſibi deſponſaverat ætate immatura, quamvis eam nondum traduxiſſet.

Eo anno MCCCCLXXXXII. die nona julii pax in univerſa Italia. Annona frumenti, & vini, & omnium victualium fertiliſſima excepto feno.

MCCCCLXXXXIII. Nota quod anno MCCCC-LXXXIII., die XXIII. auguſti Antonium filium noſtrum quum eſſet annorum XIII. menſium duorum, & dierum tres, ut ex folio LXXII. volentes eum ad mercaturam inſtruere, ut Piſas pergeret, Saonam ad Gabrielem fratrem noſtrum tranſmiſimus, ut ipſum Piſas per mare navigio deſtinaret. Cum igitur Saonæ ſecundam ageret diem, epidemiæ tabes detecta eſt. Antonius die tertia navigium conſcendit, & poſtquam trigintamillia per mare perrexiſſet, renitentibus ventis Saonam rejectus eſt. Quarta iterum die conſimiliter rejectus Saonam timore peſtis Aquis ſe tranſtulit, & in Eccleſia Magdalenæ trans Brumidæ flumen receptus eſt. Ejus itaque ſtudiis fortuna jam invidere videtur. Die igitur XXIX. ſeptembris terreſtri itinere Piſas contendit in ſocietate Arghettinæ Feruſinæ, & cum Raphaele Feruſino.

MCCCCLXXXXIV. Bonifacius Marchio Montisferrati ſupraſcriptus vita exceſſit de menſe aprilis.

Eo anno Rex Franciæ inſurrexit contra Regem Alphonſum Regem Neapolis, duxitque exercitum ſuum in Italiam per terras, & claſſem maximam per mare, cujus claſſis Capitaneus generalis fuit Dux Orleans dominus Aſt. Qui primum venit Aſt, & inde perrexit Alexandriam, venit & Jenuam die XXVI. auguſti. Quamobrem tota fremit Italia. Rex vero de menſe ſeptembris applicuit Aſt, & ibi paſſus eſt valiolas. Hic Rex Karolus appellatur.

Eo anno cum in aprili ſata ſe pulcherrima offerrent, & quoque futuræ annonæ ſpes optima ſuperveni entibus aquarum inundationibus, & pluviis, quæ totum majum, juniumque, & julii partem inebriaverant, fruſtrata eſt omnium ſpes. Nam meſſis inanis pauciſſimum dedit fructum, & cum frumentum venderent ſolidos XVI., augent hucuſque ad XXV., & XXVI., & ſimiliter in univerſa Italia vineæ factæ ſunt ſteriles, & vinum, quod de menſe junii vendebatur libris quatuor ad quinque ad auguſtem, aſcendit ad novem libras, & decem pro ſingulo condio. Et ſimiliter omnes fructus terræ pauciſſimi fuerunt; nihil enim abundavit hoc anno præter Francorum gentem, quorum tanta affluit copia, ut ex omni Italiæ latere ſcateat.

Eo anno Aſt exiſtente, & ægrotante Francorum rege claſſis ejus acceſſit Rapallum, ubi dominus Abietus de Fliſco deſcenderat ex claſſe Alphonſi Regis Neapolis cum multa comitiva. Captivatus fuit Fulgoſius filius Cardinalis Fulgoſii, & ductus Aſt. Princeps vero Julius de ſancto .... ibidem captivatus eſt, & Januæ remanſit.

Eo anno a die V. ſeptembris ad diem decimum tertium dicti menſis in hac Civitate maxime ubi dicitur ad Lupariam, ſive in Luparia, & in terris circumſtantibus uſque Terdonam cecidit magna quantitas manne optimi, quæ res audita a ſæculo non fuit.

Ergo Francorum Rex ſua ægritudine liberatus in Lombardiam per civitatem Caſalis, & per Mortariam, & Viglevanum pergens Saretanam, & Petram ſanctam Florentinorum unacum Florentia, & Piſis ſuæ ditioni ſubjecit, & Petrum de Medicis exilio mancipavit.

MCCCCLXXXXV. Hinc Romam tetendit, & eam ſubjugavit; nam in eam primo januarii anni MCCCCLXXXXV. ingreſſus, & cum Papa pace inita a li XXVIII. januarii ex Roma verſus Neapolim tendens a li XXII. februarii in ipſam civitatem Neapolim ingreſſus eſt. Rex vero Alphonſius fugatus, ut ajunt, in inſaniam converſus eſt, & ſic in menſium quinque ſpatio res iſtæ per Francorum Regem geſtæ ſunt. Frumenti autem, & vini multa caritudo. Nam jam decem libris venditur frumentum pro ſingulo ſacco, vini vero condium valet libras duodecim in Aquis. Interea dum Rex Francorum Neapolis permanet, ortum eſt bellum inter Ducem Orleans exiſtentem in Aſt, & Illuſtriſſimum dominum Ludovicum Sfortiam (hic Ludovicus Maurus in Mediolani Ducem ſe creavit propter mortem nepotis Mediolani quondam domini). Ludovicus, ut Aſt ſibi ſubjiceret caſtramentatus eſt circa ipſum, & exercitum poſuit aput Annonum oppidum; &, cum ad depopulandos agros Aſtenſium intentus eſſet, Dux Orleans quadam nocte ex Aſt diſcedens ſequenti mane, quæ fuit die nona junii Novariam occupavit, illucque magnum duxit exercitum; qua de re exercitus Mediolanenſis Viglevanum properavit, & hinc inde continue augetur exercitus. Rex autem Francorum interea ex Neapoli contendit in Italiam; & cum Papa, & Veneti cum Imperatore, & ſupraſcripto domino Ludovico omnem conatum Romæ feciſſent, ne Rex redire poſſet; invitis omnibus a li 29. maii in Romam ingreſſus eſt; Papa vero, & omnis exercitus Venetorum, & ſociorum aufugerunt. Rex ergo Florentiam venit, & Piſas, & univerſam Ripperiam uſque Januam obtinet, & Pontremolum manupredio, & igni dedit, & Bobium, & Furnovum, & Burgum ſancti Donini obtinet uſque Parmam; hodie X. julii Januam quoque gens ſua ingreſſa eſt. Hic ſcilicet in agro Parmexano apud Furnovum exiſtit Dux Mediolani cum Veneris, & Marchione Mantuæ, qui contra Regem fecerunt inſultum conati, ne Rex rediret, & tranſiret in Aſt. Ibi ergo dimicatum eſt, & ſuperatis Mediolanenſibus, & Venetis ..... & in eo conflictu perierunt ex Italis uſque ad 5000. virorum, ex Francis autem ſolus 150. cum tamen Itali eſſent 60000., Franchi vero ſolum 14000. Rex pertranſivit, & die XIX. julii Capriate hoſpitatus eſt, & ſic Aſt rediit incolumis; impedimenta tamen omnia amiſit; gens enim ſua, quæ Januæ erat, aufugit, & a li XXII. Aquis hoſpitata eſt cum multo civium incommodo; claſſis enim Regis per Januenſes capta eſt, & die XVII. julii præſentis Rex Franciæ receſſit Aſt uſque Taurinum; & nota quod poſtquam Rex Franciæ intravit ſuper regna Neapolitana in diebus XV. univerſum regnum ſibi ſubjecit.

Anno MCCCCLXXXXV. die XXVII. auguſti, hora XX. Maria Marchioniſſa ſupradicta vita exceſſit, relictis filiis duobus ſupradictis, mortua vero eſt ex fiooche.

Interea Dux Mediolani circa Novariam caſtramentatus eſt, & cum eo eſt exercitus, & Dux potentatus Venetorum, & ſummi Pontificis, & ob hoc a li XII. ſeptembris Francorum Rex exercitum ſuum poſuit in agro Novarienſi aput exercitum Mediolanenſium ad miliaria duo. Hic inter Regem, & Ducem Mediolani Maurum pax concluſa eſt, & ſic Dux

Orleans Novariam relinquit, & Rex in Franciam fama diminuta profectus est.

Anno præcedenti menſe ſeptembris apparuit manna ſuper arboribus, & herbis in hac civitate, & confinibus, & pluribus aliis locis, res alias inaudita. Et cum hac tota hyeme pauciſſimæ fuerint nives, & pro aeris lenitate plurimi labores campeſtres eſſent peracti, vineæ putatæ, & alligatæ, die XIII. XIV. XV. præſentis martii ſupervenerunt nives copioſæ cum aſperrimo frigore. Ducatus auri valet libras ſex, ſolidos quatuor hic Aquis. Eodem menſe Marchioni Salutiarum natus eſt primogenitus ex ſecunda uxore Francigena. Eodem anno Ludovicus Sforcia appellatus Maurus ſe in Ducem Mediolani creavit.

MCCCCLXXXXVI. die prima maii ego Joannes Zabreria firmavi me in civitate Montisregalis, quo univerſam meam familiam traduxi; a li XVI. octobris, quo ductu imbrium, & aquarum inundationes maximas perpeſſi diebus quatuor; in Montemregalem nos recepimus cum Maria uxore Auguſtina . . . . . Conſtantino . . . . . Theodoro infante, quem MCCCCLXXXXV. de menſe junii afferri fecimus ad Montemregalem cum ceteris ſupraſcriptis filiis. Antonius vero filius noſter primogenitus nobiſcum non erat; nam Saonæ tunc erat.

Eo anno fuit annona pretioſa. Vinum, & frumentum abundavit, ſed propter bella, quæ fuerunt tunc inter Francos, & Italos fuerunt in pretio notabili uſque ad menſem aprilis. Et tunc induciis factis omnia pretio valde, & mirabiliter declinaverunt.

MCCCCLXXXXVII. de menſe januarii eſt bellum inter Francos, & Italos exiſtente Capitaneo Francorum Joanne Jacobo de Triulſi Mediolanenſi. Hic caſtramentatus eſt circa Alexandrina oppida, & Sgxadii oppidum, & Gamalerii, & Frigarolii. Novatum obtinuit, Bergamaſchum vero populatus eſt, & homines quotquot in oppido inventi ſunt gladio interemit, & ædes igne cremavit. Idem fecit in Caſtronovo. Iunc quoque Baptiſtinus Fulgoſius cum Cardinali ſancti Petri ad vincula oppidum Salicetum depopulati ſunt, & homines CCIV. interfecerunt in eo, & circa Saonam caſtramentati ſunt, & quarta nocte aufugerunt; per dies paucos circa Albinganum ſimiliter caſtramentati ſunt, & ſecunda die fugerunt. Interim Januenſes, ſive Itali Garexium oppidum aggreſſi ſunt, & multos interfecerunt, & multa prædati receſſerunt, & ſic de menſe aprilis induciæ factæ ſunt, & omnia ut prius remanſerunt.

Cum ſupraſcripta aguntur ab anno MCCCCLXXXXV. uſque ad annum MCCCCLXXXXVI. incluſive mortui ſunt in Neapoli Reges Alfonſius pater, Ferdinandus filius, & Alfonſius alter frater ſupradicti Ferdinandi; cum Ferdinandus Alfonſii primi pater paulo ante mortuus eſſet, poſtea creatus eſt. Rex MCCCCLXXXVII. dominus Federicus, & ſic civitas illa Neapolis vidit in annis quinque Reges ſex computato Rege Francorum.

Annona pretioſa. Frumentum valuit groſſos pap. XIII. pro ſingulo ſextario, & vinum groſſos XVI.

MCCCCLXXXXVIII. Rex Francorum ſupraſcripta anno MCCCCLXXXXVIII. de menſe aprili epilepſia mortuus eſt, & creatus eſt Rex Ludovicus Dux Orleans.

Eo anno die ſabbathi quarta auguſti ſpectabilis Joannes Zabreria genitor noſter (*ſcilicet Conſtantini Zabreriæ ſcriptoris*) hora ſexta noctis exceſſit vita, & eadem die ſepultus eſt in Eccleſia ſanctæ Mariæ.

MCCCCLXXXXIX. Anno ſupradicto die XVIII. decembris Antonius frater noſter obiit in Valentia.

MD. Nota ſicut MD. XVIII. aprilis in ſabbatho Scipio quondam ſpectabilis Joannis Zabreriæ filius factus eſt Clericus per Reverendiſſimum Epiſcopum Ludovicum a Bruno Aquenſem, Notario Franciſco . . .

MDVIII. die XX. auguſti Scipio frater noſter obiit in Nicia paralyticus, & eo anno fuit peſt a magna. In civitate Aquis mortui 900., cum omnes nos fuerimus in Cantonata.

Nota ſicut MDVIII. die VI. aprilis Jacobus Zabrera q. magnifici Joannis factus eſt Clericus a ſupradicto Epiſcopo.

MDXIX. Granum valet ſolidos L. pro ſtario.

MDXXI. Anno MDXXI. a di XIII. auguſti noctis ſequentis media nocte Gabriel patruus noſter vita exceſſit in civitate Saonæ, & ſepultus eſt in ſancto Jacobo ordinis Obſervantiæ, & teſtamentum ſuum recepit Nicoloſius Corſatus civis Saonæ Notarius publicus ſub anno MDXIII. adi VI di giugno, & Codicillum de anno MDXIII. adi VI di maggio.

MDXXII. Anno MDXXII. Sofia Zabreria fuit ab Epiſcopo Vegenſi criſmata.

MDXXIII die XVI. julii in loco Tertii erat permagna epidemia.

MDXXVII. Anno Domini MDXXIII. die XVII. auguſti, die ſabbathi, hora ſexta, luna decimaſeptima ſupraſcripta Conſtantia peperit filium maſculum, & hic eſt tertiusgenitus in cantonata ſuper finibus Meladii tempore peſtis.

Scutum a ſole valet groſſos 63. Granum valuit anno præterito in junio groſſos 95. pro ſtario. Vinum valet libras ſex 1/2. pro condio.

MDXXX. die XXX. aprilis, die ſabbathi, hora nona ſpectabilis genitrix noſtra nomine Maria de Boxia in pace migravit ad Dominum ſuæ ætatis 70. mortem prædixit, ſeu diem ſuæ expirationis . . . . . Et nota, quod die XXII. dicti ſupra hominum memoriam inundans pluvia maxima urbi, & toto dominio damna intulit. Ipſo anno in Bononia ſumſit Imperator Karolus diadema per Clementem Papam VII. natione Florentinum cognomine de Medicis; & eo anno reſtaurata fuit campana Communitatis, quæ per paucos menſes ante fracta fuit per Guidonem Chiappinum; & eo anno per Guidonem Antonium Aynardum, & me . . . . Zabrera adminiſtro . . . . incepta fuit fabrica Eccleſiæ majoris videlicet voltæ majores.

MDXXXI. Anno MDXXXI. a di penultimo di giugno a ore V. di notte in Saona meſſer Conrado meo cugino finì ſoi giorni de la vita ſoa, e a laſciato tre fioli maſchi Joanne, Jacobo, e Gabrielo, e 4 fiole Margherita maritata in Ottaviano. Paveſe, Catterina, e Luiſina da maridar, fioli, e fie di Maria Fea prima molier, e fiola de meſer Percival Palma, e prima ſtata maritata in Francozo de la Geſia cittad.no di Saona.

d by Google

MDXXXIII. adì venti decembris in lo moneſter de ſancto Franceſco in Acqui nota, come al di ſopra Joan Antonio mio fiolo fu fatto chierico prima tonſura per lo Veſcovo de Vegenſis in Darmacia del loco di . . . . . e fu creſmato dal dito Monſignore ſuo patrino.

MDXXXIV. a di 6. aprile nota Monſignore Epiſcopo Vegenſis Dalmatia come criſma nel domo in la Capella de noſtra dona, e fui patrino de' fioli infraſcripti . . . . . a di 6. aprile fuit (Sofia ſupraſcripta) criſmata pro Epiſcopo Vegenſis compater Dominicus de Eccleſia.

MDXXXIV. è ſtato (Rocco nato li 17. agoſto 1527.) creſmato per lo Veſcovo Vegenſi, patrino Manfredo Bulla a di 6. aprile in la Capella ſante Mariæ in Eccleſia majori.

Ai di XIV. dì dell' Aſcenſione nota come lo dì ſupraſcripto eſſendo tutta la Univerſità, cioè la Communità d'Acqui andati alla fine verſo Septebrio, e verſo la Zerba, quelli di Viſone con grandiſſimo impeto d'artiglieria, con paſſavolanti, moſchetti, che erano del Conte di Lodrone num. 37 li tirarono alla ſoa volta da la terra, e da la Rocca, e dal molino de ſorte, che li fu biſogno ritirarſi alla volta di Barbeto, e ſopra queſto inſulto fu proceduto per lo noſtro Podeſtà, ch'era meſſer Lionetto ex condominis domini Montilii, el quale confiſcò tutti loro beni mobili, e immobili a la Camera, e fur banditi in perpetuum de la giuriſdizione d'Acqui a non eſſere admiſi, ſalvoche ſiano admiſi per parabola Cæſaree majeſtatis, e di queſto ne ſeguì la ſentenza receputa per Joanne Antonio Joſero a dì 23. maggio 1534. E più per lo governatore del Monferrato fu mandato Alvaro de Luna quì in Acqui a prender li indizi de lo inſulto fatto per quelli de Viſone meſſer Geron. Ferragata de Caſale procurator Fiſcale, e per Canzelere menò Joan Antonio Capello de Caſale.

Nota come illo libro de lo Conſejo de la Communità de l'anno 1481 fine 1488. del meſe di agoſto li ſono tutti li atti agitati in la differenzia, che verſiva da li homini di Viſone, e li homini di queſta Città per la puſa del molino di Viſone, e per la zerba, e li è ſentencia data per meſſer Joan Antonio Vurlando Comiſſario, e lo termine da loro a noi ſi è un pylone di pietra, el quale è in la acqua de' Strevi.

MDXXXVII. a dì 12. dedembre a ore 6. di notte el Reverendo meſſer Bartolomeo Zabrera meo cugino morì a Saona, eſſendo Vicario de lo Epiſcopo in caſa di Nicolò Araſone in la contrada di Calzolaria, e ſepolto in lo moneſter de ſancto Jacobo in la ſepoltura de la Capella de li Zabrera.

A dì 4 de novembre Rocho meo fiolo fu fatto Clerico prima tonſura per Monſignore de Nolla a Caſinaſco, e lo conduſe Antonio Perando, e lo Notajo ſi è Franceſchino de Caſinaſco

MDXLII. a dì 3. marzo nota come Sipione, e Domenico noſtri fioli ſono ſtati fatti Clerici prima tonſura dal Reverendiſſimo Monſignore di Nolla; lo Notaro ſi è Franceſco Gullielmo Pipero.

MDLII. Anno MDLII. die XXIV. maii Gabriel filius Conradi Saonæ mortuus eſt.

Eodem anno MDLII. VIII. junii diebus XV. poſt patris obitum natus eſt Gabriel poeta Saonæ, cujus frater maximus Auguſtinus ſine liberis mortuus eſt. Gabriel ergo Roma una cum maximo Auguſtino apud Joannem patruum diverſatus philoſofiæ, ac linguæ Græchæ ſedulam operam navavit. Defuncto patruo Saonam reverſus Homerum, Pindarum, Anacreontem, Heſiodum, alioſque Græcos vates curioſe legens ad eorum imitationem quoad italicum idioma patitur totum ſe contulit. Hinc carmine lyrico quod primus italice ſcripſit eam reportavit laudem, ut diplomate daro anno MDCXXIII XXIX. novembris poetarum principis titulo ab Urbano VIII. Pontifice maximo, cujus conſuetudine a teneris utebatur familiariſſime, inſigniri, atque a Mantuæ, Hetruriæ, Sabaudiæ Ducibus, Republicaque Jenuenſi compluribus honoribus, & gratis decorari meruerit. Anno MDCII. Leliam Palmam Saonenſem, ex qua tamen nullum ſuſcepit filium, uxorem. duxit. Petrus Joſeph Juſtinianus nobilis Genuenſis ipſum inter Genuenſes patricios anno MDCXXXVII. cooptandum ſibi propoſuit, facileque rem obtinuiſſet, niſi Gabrielis humilitas reluctata foret ejus conſilio. In ejus funere anno MDCXXXVIII. XXIX. octobris cives Saonenſes marmoream ſtatuam, Urbanus VIII. epitaphium poſuit.

L'anno del Signore MDCXXXIII. il giorno dei morti Monſignore Illuſtriſſimo Fra Felice Crova pigliò il poſſeſſo del Veſcovato.

MDCXXXVII. il giorno del Corpus Domini eſſendo l'armata di Spagna ad aſſediare Nizza, e il giorno ſeguente il Marcheſe Legnanis Generale mandò nella preſente Città una compagnia di Spagnoli con il Capitan Loduigo, ſalvaguardia; che per eſſerſi aggiuſtato con il Veſcovo per un matrimonio ſeguito con il Capitano Spagnolo, e la Conteſſa Crova cognata di detto Veſcovo fu origine della rovina della preſente Città.

MDCXLII. li 6. ſettembre. Il Duca di Lungavilla aſſediò Nizza, che in tempo di ventiſette giorni la preſe mettendovi il preſidio Franceſe, e in detto tempo fece venire in Acqui trecento uomini, quali aſſediarono il Caſtello; in termine di due giorni ſi arreſero li Spagnoli, e vi laſciarono Governatore il Sargente maggiore del Reggimento di S. Giorgio con quaranta ſoldati.

MDCXLIII. li 20. aprile venſe in Acqui il Marcheſe Caracena Spagnolo con una parte dell' armata per voler entrare nella Città, e metterla a ſacco, e non avendolo laſciato entrare li 25. due ore avanti giorno, il giorno di S. Marco fece dar l'aſſalto generale alla Città, et dopo averlo continuato fino all' alba del giorno ferono coſtretti ritirarſi con gran perdita di gente, e di ventotto ſcale lunghe, oltre le curte, e doi pietardi; che poi per vederſi li cittadini ſoli ſenza ſoccorſo, e ſenza monizione ſi refero con buona capitolazione li 27. detto, abbenchè quando furono entrati, poco fu offervata.

Alli 20. novembre ſeguì la preſa di Tortona fatta da' Franceſi, che per ritornare la detta armata in Piemonte fu neceſſitata venir a paſſar in Acqui, che per l' abbondanza della pioggia crebbe la Bormida a ſegno tale, che non vi ſi trovava modo paſſarla, e quando incominciarono a paſſare, rupero, e guaſtarono li molini a ſegno, che chi non aveva

buona proviſione di farina, pativa aſſai, e ſi vendeva tre fiorini ſei onze di pane.

MDCXLV. li .... maggio venſe una tempeſta tanto grande, che non laſciò nè uve, nè grano a ſegno, che pochi furono, che aveſſero ſemente per tornar a ſeminare, e molti furono, che voltarono li campi ſubito col grano tempeſtato.

MDCXLVI li 27. luglio è venuto il conteſtabile Generale di Spagna ad aſſediare il Caſtello, che con il tiro di ſeſſantadue canonate di libbre dieci, e quindici il più groſſo con quattro canoni meſſi alli Capuccini al ſecondo giorno ſi reſe, e i ſoldati con armi, e bagaglie condotti a Nizza; dipoi l'armata vi ſtette vintotto giorni, nel qual tempo gittarono a baſſo con ſette mine il Caſtello, come fecero anche quello di Ponzone; e per eſſervi dimorato tanto l'armata ſi ſalvarono pochiſſimi ſiensi, e guaſtarono grandiſſima quantità di grano.

Al detto anno li 10. novembre venſe il Marcheſe Villa con altri capi con una parte dell'infanteria ad allogiare nella preſente Città volendo, che ſi deſſe alloggio da patroni all'infanteria, dove molti furono aſtretti abbandonar le caſe, e le poche vittovaglie ſervate, o proviſte dopo l'armata di Spagna furono conſumate a ſegno, che ogni particolare manda via i ſuoi beſtiami a ſvernare in altre parti, e vi ſtette l'armata giorni ſedici.

MDCXLVII. li 10. maggio in Venerdì nello ſpuntar dell'alba Nizza ſi trovò aſſediata dall'armata di Spagna, li 22. alla ſera a ore 23. ſi arreſe al Conteſtabile, la mattina delli 23. uſcì fuori il preſidio Franceſe con sì poca regola del Governatore, che eccetto delle bagaglie, ed armi ai ſoldati non ſi potè ſalvare; li canoni laſciati al Governo dal Generale di Francia oltre cinque altri, quali erano in detta fortezza, e dopo averla ſmantellata ſi ritirò nel ſuo Stato.

L'iſteſſo anno li 19. giugno la Città andò incontro a ricevere Monſignore Illuſtriſſimo Bicuti qual veniva da Roma per prendere il poſſeſſo del Veſcovado conceſſoli da ſua Santità a' preghi della Città; e li 20., che è il giorno del Corpus Domini, piglò il poſſeſſo con far la proceſſione generale del Santiſſimo Sacramento di ſua mano, che piaccia l'Altiſſimo corriſpondere a quell'aſpettazione, in cui ſiamo.

L'iſteſſo anno li 25. giugno paſſarono cento cavalli Spagnoli, che andavano a ſcortare certa gente, che aveva da paſſare, e avendo domandato un poco di rinfreſco di una libbra di pane per ſoldato, la Città ſi trovò tanto eſauſta, che biſognò andar in cerca da caſa per caſa.

MDCXLVIII. li 3. luglio il Venerdì alle ore ſei di notte ſi levò un temporale con tuoni terribiliſſimi, che fra pochi giorni ſi ſeppe, come nella Città di Saona l'iſteſſa notte il fulmine cadette in un forte contiguo al Caſtello di detta Città, dove vi erano mille barili di polvere. Arſe dunque la polvere con rovina della quarta parte della Città con mortalità di più di duemila perſone, perdita di quattro canoni, eſterminio del Convento delle ſcuole pie, non eſſendovi ſalvato altro, che un frate, che ſi trovò fuori della Città quella notte, di tutti i vetri delle chieſe, e caſe, e in ſomma con ſpavento grandiſſimo de' cittadini, che pochiſſimi furono quelli, che dormiſſero nella ſeguente notte in Città.

MDCXLIX. li 14. agoſto è paſſata la Regina di Spagna per andar al matrimonio accompagnata dall'armata comandata dal Marcheſe Caracena, quale al ritorno s'impegnò all'eſpugnazione di Ceva benchè infruttuoſa.

MDCL. li 10. giugno a ore 19. circa venſe una tempeſta tanto terribile, che mai a memoria ſe ne ſenti una ſimile, che oltre aver perduto tutti li frutti pendenti affatto, ſi è ſtato tre anni avanti ſiano potuto cavar frutto dalle viti.

MDCLX. per il matrimonio del Re Criſtianiſſimo con l'Infanta di Spagna ſi è pubblicata la pace per tutta l'Italia, Spagna, e Francia poco fruttuoſa per l'intereſſe del ſereniſſimo di M.

MDCLXI. Morte del Cardinal Maſſerino, e li 3. maggio paſſò dallo Stato di Milano contro Portogallo Cavalleria, Infanteria. L'imbarco è a Finale per Spagna.

Fu eſpugnata la Cittadella di Caſale da D. Camillo Gonzaga cavandone il preſidio Franceſe con l'ajuto dell'armata di Spagna. Generale il Marcheſe Caracena, eſſendoſene reſo padrone il ſereniſſimo Duca di Mantova Carlo ſecondo. Durò ſino al .....

MDCLXXIX. li 31. marzo in Venerdì ſanto e ore 22. per le grandi nevi, che ſono venute l'invernata ſcorſa, che a memoria non ſe ne ſono vedute mai in tanta quantità, e ſon durate tanto, che alli 10. aprile ancora ve n'è nella noſtra contrada de' Calligari, quale più ſarebbe durata ſe non foſſe ſtata rotta, e per tal cauſa ſono ſtate levate molte ſliſcie di terra in detto giorno, fra le quali ſe ne levò una nel bricco dello ſtrione la più ſpaventoſa ſiaſi mai veduta, mentre che deſcendendo al baſſo ſpiantò tutte le fabbriche de' bagni, ed il noſtro mollino medeſimo detto de' bagni avendolo eſportato più di dodeci trabucchi intieri dal loco, ove era prima edificato con total rovina del medeſimo, e ſenza ſperanza di più poterlo edificare, e queſto durò a occhi di tutta la Città corſa all'Annunziata a vedere ſimil ſpettacolo dalle ore 22. ſino alle ore ventiquattro: l'ultima ad eſſere ſpiantata fu la caſa de' bagni detta la Carretta, quale era abitazione aſſai grande, ed in detto giorno ſi ebbe nova eſſer ſtata coperta da ſimili ſliſcie di terra, oſſia di bugie la terra di Boſia con la morte di tutti gl'abitanti, e li medeſimi padroni, ſalvato n'ſolo un figlio, che ſi trova a Torino, e molte altre di conſiderazione ſeguite in ſimil giorno, che ſi tralaſciano.

MDCLXXXI. di giugno venſe una tempeſta tanto terribile, che oltre avere preſo la metà de' frutti ſopra noſtri poſſeſſi alla Pezzeta, e S. Callocero, e Cantonata non abbiamo cavato da far una pinta di vino, come anco l'anno ſcorſo MDCLXXX.

Li 30. ſettembre di nuovo fu conſignata detta Cittadella al Re di Francia d'ordine del ſereniſſimo Duca Ferdinando Carlo, qual dopo averne preſo il poſſeſſo da lì a pochi giorni ſono anco entrati i Franceſi in Città buttando la guardia in compania del preſidio, che prima vi era.

MDCLXXXXI. primo gennaro il Prencipe Eugenio di Savoja occupò con le truppe Alemane

Digitized by Google

Moncalvo, e Ponteſtura con altre terre circonvicine, e penſando li Franceſi, e paeſani diſcacciarli da Grana reſtarono morti più di centecinquanta paeſani, e prigioni cento venticinque Franceſi, quali ebbero quartiere, e furono condotti in Aſti.

Alli 10. detto fu la Città citata con tutto lo Stato di quà dal Tanaro ad andare colà (cioè in Aſti) per aggiuſtare la contribuzione. Laonde colà io andato colli ſignori Conti Gio. Battiſta Roberti, e Gregorio Scati deputati dalla Città dopo molti dibattimenti foſſimo tazzati in mille doppie da pagarſi in quattro paghe, ſe ne pagarono tre, che ſono doppie 750. ſenza ſtrepito; e per la quarta paga, che ſi dovea fare, fummo proibiti da Caſale con minaccie di prigionie, arreſti, e proceſſi criminali, come anche in pena ſeicento ſoldati di milizia tutti a noſtre ſpeſe quanto più quanto meno per due meſi continui; e mentre penſavamo reſpirare, ecco l'armata Allemana partuſi da Moncalvo, e portarſi prima a Nizza in una notte, e il giorno ſeguente, che era li 18. maggio portarſi ſotto queſta Città, e circondata minacciarci ferro, e fuoco, ſe non ſeli pagava il reſto della contribuzione. E fuggiti allora tutti li beneſtanti non ſapendo a che partito appigliarſi ſi è impegnata tutta l'argenteria della Chieſa, e vuotate tutte le borſe per trovare trecento doppie oltre a ducento genuine per il rinfreſco con tal deſtruzione di raccolti, ove erano accampati, che erano da ſeimila tra Cavalleria, e Fanteria oltre a' paeſani di Piemonte, e Milaneſi accorſi al ſacco della Città, che ſi ſtimava indubitato. Avuta la ſoddisfazione di quanto deſideravano, mentre aveva veduto il Generale, oſſia la diteſa, nella quale ci eravamo poſti o di reſpingerli, o di morir tutti ſulle muraglie partì per il luogo di Terzo, ove accampatoſi in un balen d'occhio fu abbrucciato tutto ſenza ſalvarſi pure una caſſina con eſportar via fino le campane, e in detto incendio non fu poſſibile ſalvar la caſſina della Cantonata confinante col territorio di Melazzo. Quello di Terzo, che per tre volte vi fu attaccato il fuoco, e ne reſtò ancora la metà, il danno è ſtato eſtimato cento ducatoni. Monſignor noſtro Gozano era in Ovada.

MDCCII. 14. giugno paſsò in queſta città d'Acqui Sua Maeſtà Cattolica Re delle Spagne chiamato Filippo quinto, ed allogiò in Veſcovato, e la mattina ſeguente partì per lo Stato di Milano, ed in detto Stato ſoggiornò circa cinque meſi col campo delle armi Franceſi auxiliarie a detta Sua Maeſtà Cattolica contro le armi imperiali, e partì dal detto Stato di Milano per la volta di Novi . . . . . e paſsò per Genova, e in caſa noſtra allogiò li ſignori Duca d'Oſſona, e Conte Colmenero co' ſuoi ſervitori.

MDCCVI. 22. agoſto venne nova, che li Tedeſchi paſſaſſero per Acqui per portarſi a liberare città di Torino aſſediata dall'armata Franceſe, e tutta queſta Città trovandoſi in conſternazione ſul dubbio d'eſſere ſaccheggiata, ognuno fuggì, e ben poche perſone vi reſtarono.

Il ſignor Bartolomeo noſtro padre ci conduſſe colla ſignora madre Laura, Eleonora, e Guido fratelli, e ſorelle in Ovada, ove dimoraſſimo per otto, e più giorni L'armata Tedeſca paſsò per altra parte.

Excerpta primæ partis lib. XIV. Chronicæ Bencii Alexandrini ex MS. codice Bibliothecæ Ambroſianæ.

Aquis civitas eſt Italiæ, de qua ſcribit Papias, quod ſita eſt in alpibus Coziæ, ubi ſunt aquæ calidæ, unde aliqui autumant, ſive volunt Aquis dictam Aquis ob aquarum copiam. Nam juxta eam labitur flumen; ibi ſunt fontes calidi, atque optima balnea habentur in Civitate ipſa; tabulis lapideis decenter conſtructa, & per gradus diſpoſita, ut, prout balneantem delectat, poſſit ſe Aquis immergere. Et mirum eſt de natura horum fontium; vides enim fontes ibi calentes, & in margine eorum, imo in eorum aquis calidis herbas virentes. Tantæ autem ſunt caliditatis, ut ad uſum eorum piſtores, tonſores, & macellarii operentur. Medicinales etiam ſunt, cum quoſdam morbos repellant. Hujus Civitatis mœnia antiquiſſimam eam eſſe demonſtrant, & ut eorum teſtantur chronica, fuit egregia Civitas, variis referta deliciis, ſemperque præſulibus decorata. Delicias autem hodie nullas ibi eſſe cognoſco, niſi ex balneis, ex quibus fortaſſis deliciis enervati, & effeminati habitatores, & ad ſeditiones concitati ipſam urbem ad ſtatum hodie miſerabilem redegerunt; pauciſſimos enim incolas habet, & pauperes civili faciente diſcordia; & quæ dominari conſuevit, nunc iſtis, nunc illis ſervivit dominis, utpote Alexandrinis, & Montiſferrati Marchionibus, unde verificari videtur, quod narrabat mihi antiquus ille admirabilis in memoria, ſicut dictum eſt in cap. de Terdona civitate, quod Aquis civitas erat aurea concha ſcorpionibus plena. Epiſcopatum tamen nobilem habet, qui olim per ſummum Pontificem fuit unitus Epiſcopatui Alexandrino, ita quod Epiſcopus unus præeſſe debebat ambobus Epiſcopatibus, & ſedere Alexandriæ menſibus VIII. anni, reliquis IIII. Aquis, ut teſtantur publica documenta in archivis Curiæ (1). Alexandrinorum recondita, ſed non ſervata. Civitatis hujus ſigillum habet aquilæ figuram leporem unguibus ſuſtinentem, & verſum talem: *lector Aquis dignum communis reſpice ſignum*. Quid autem ſignificet talis ſculptura, ego non novi. Sunt præterea, & aliæ duæ civitates huic equivocæ, una in provincia, non longe a Maſſilia, & ab Avinione, alia in Alamannia, ubi Regum coronatio celebratur, quæ dicitur Aquiſgranium.

(1) *In exemp. penes Chenum a cl. Bugatti tranſmiſſo Eccleſiæ non Curiæ.*

Cap. CLVIII. De Alexandria civitate Lombardiæ.

Alexandria Colonia in Liguria, quæ nunc Longobardia dicitur, condita eſt temporibus Friderici Imperatoris dicti Barbaruſſa, & Alexandri Papæ hujus nominis tertii, anno Chriſti MCLXVIII menſe maii, qui fuit annus dicti Imperatoris XV., Alexandri vero VIIII., ultimi autem excidii Mediolani VI., reædificationis vero primus. Hanc autem Mediolanenſes, Cremonenſes, & Placentini in Papien

sium odium consiederunt, conductis ibi colonis, & oppidis Gamondio, Marenco, Roboreto, & Bergolio, & ut famosior fieret ab Alexandro Papa, qui tunc, ut dictum est, presidebat, & qui ipsis favebat, in Imperatoris odium Alexandriam vocarunt, cui etiam Civitati ipse Alexander ad Lombardorum ipsorum instantiam Episcopum illi instituit nomine Ardoinum (1) dyaconum suum, multisque Civitatem ipsam gracioſis dotavit privilegiis. Ardoino autem (2) Episcopo succesſit Benedictus, quo defuncto vacavit sedes usque in præsentem diem. Hanc Civitatem idem Imperator anno VI. ædificationis ejus obsedit eductis ibi magnis copiis ex Teutonicis, & Papiensibus, & Montisferrati Marchionatu, sed nichil proficiens, VI. obsidionis mense discessit. Situs autem, & soli ubertas Civitatem hanc reddiderunt uberem pariter, & amenam. Est enim inter duos amnes scilicet Burmidam, & Tanarum, qui juxta eam interque eam fluit, & a meridie delabitur. *Hinc fere usque ad finem, adeo corrosi caracteres, ut vix legi potuerint.* Solum vero, sive tellus fertilissima est frumenti, & vini, leguminum, atque lini, planicies amena, jocunda. Quam vero populosa Civitas, & quam virilis populus, adverti potest ex ampliſſimo Civitatis ambitu, & quod mœnium sui districtus terminos ampliavit, oppida munitissima possidens; unde & in sigillo Civitatis talis consueverat esse versus: *Reprimit elatos, levat Alexandria stratos.* Sed hodie intestina seditio Civitatem exinanivit incolis, jurisdictionis vero terminos angustiavit. Unde satius est de præterita ejus felicitate silere, quam loqui.

Quoniam vero toto hoc libro de unoquaque Italiæ præsertim Civitate peculiaribus capitibus egit; ea hic ordinatim exponimus, prout ex codice adhuc inedito ad clar. virum Bertam R. Bibl. Taurin. præf. ex Bibliotheca Ambrosiana transmissa fuere.

(1) In cod. q. Burgontii *Ardoardum.*
(2) Additur ibi *primo.*

Cap. XC. De urbe Heraclea actor. (i. e. *auctoritas*) Heraclea Asiæ urbs in ponto Abderis &c. Sita quoque est in radicibus Ethne &c. *Desinit* postmodum notatum est. Sequitur de Italiæ urbibus.

XCI. De urbe Janiculo actor. Janiculus urbs est in Italia, quam quidam conditam a Jano existimant &c. arbitrio relinquo legentium.

XCII. De Saturnia, & Lacio urbibus. Saturniam civitatem, Latiumque Saturnius in Italia condidit &c. in finibus Tuscie non procul ab urbe.

XCIII. De urbe Pompeja. Pompeja in Campania civitas ab Hercule &c. ante Christi ortum MCCLX. secundum cronicas &c.

XCIV. Lavininium Eneas in Italia condidit &c. secundum cronicas.

XCV. De urbe Albania Ysidorus. Alba longa condita ab Ascanio Enee filio &c. est & alia Alba in comitatu Pedemontium.

XCVI. De civitate Ardea Solinus. Ardea civitas &c., vel condita a Dane.

Cap. XCVII. De civitate Tiburi Solinus. Tibur civitas est &c. ante vero Christi ortum circum circiter MCXV.

XCVIII. De urbe Neapoli. Neapolis civitas est Apulie prope Palermum, olim dicta Partenopis &c. Est & alia in Grecia non longe ab Argis.

XCIX. De urbe Benevento. Beneventum est Arpos civitatis Italiæ a Diomede constitutæ sunt &c. a Diomede constitutum, qui fuit ante Romam.

C. De Missena civitate. Missenum civitas est Siciliæ &c., fuitque regnorum tyrannus.

CI. De civitate Gajeta.

CII. De urbe Preneste.

CIII. De Galinurio civitate.

CIV. De Gabiis civitate.

CV. De Regio civitate Calabrie. Regium Calabriæ a Calcidensibus conditum est, ut dicit Solinus &c. Est & alia civitas in Lombardia Regium dicta.

CVI. De civitate Portus Idem Scillaceum &c.

CVII. De Ancona urbe.

CVIII. De Fidene, Aricia, Nola &c.

CIX. De Cumis civitate Campanie.

CX De Tusculana urbe Papias.

CXI. De urbe Capua Ysidorus.

CXII. De Samo urbe.

CXIII. De Luca Tuscie lucida civitas dicta &c. Quo tempore fuerit fundata, & a quo non legi.

CXIV. De urbe Pixana. Pisæ civitas olim Liguriæ nunc Tusciæ &c., unde adhæreo Justino, Jeronimo, & Uguccioni.

CXV. De urbe Senensi. Sene civitas est Tuscia, de qua sic reperi scriptum &c. Et per hoc innuitur, quod antiqua sit annis, & situ delectat.

CXVI. De Fessulana urbe.

CXVII. De civitate Florentina. Florencia ditissima Tusciæ civitas est, de qua in quibusdam historiis sic inveni &c. domat, & domantur in orbe.

CXVIII. De urbe Coronia.

CXIX. De civitate Pistoria.

CXX. De Perusina urbe.

CXXI. De Clusio civitate. Papias.

CXXII. De Ancona urbe.

CXXIII. Fanum civitas secundum Gotifridum condita fuit a Romanis &c.

CXXIV. Senogallia urbs.

CXXV. De Pesaro urbe.

CXXVI. De Arimino.

CXXVII. De Ymola.

CXXVIII. De Forolivii.

CXXIX. De urbe Ravenna. Ravenna urbs vetustissima sita est in Flamminea, quæ nunc dicitur Romandiola &c. hodie tamen incolis evacuata, sola antiquitate fere habetur illustris.

CXXX. De civitate Venetiarum. Venetie urbs in corde maris Adriatici condita fuit ab iis, qui de Venecia provincia fugerunt

Digitized by Google

manus Totila Regis Gothorum apud oppidum Caſtellum dictum &c. Quæ referre non curo multis notæ.

Cap. CXXXI. De urbe Aquilegia. Aquilegia civitas eſt, quæ caput ſcribitur Venetiæ provinciæ &c., quo tempore & urbs Venetiæ condita ſecundum aliquos reperitur.

CXXXII. Roma provinciarum regina, & urbium domina, ac gentium princeps, totorbiſque caput anno nativ. Abraam MCCLXXII. anno I. ſeptimæ Olimpiadis, anno quoque poſt excidium Trojæ ſecundum Solinum IIII. XXIII. ſecundum vero, &c. domus aurea Roma.

CXXXIII. De Crotona, Catania, & Siracuſis urbibus, & cronicis. De Tarento urbe.

CXXXIV. De Oſtia civitate.

CXXXV. De Maſſilia urbe.

CXXXVI. De Mediolano florentiſſima civitate. Mediolanum in Italia olim Ligurum, nunc Langobardorum florentiſſima, & opulentiſſima civitas condita fuit a Gallis ſenonibus regnante Tarquinio Priſco quinto Romanorum Rege, ut dicit Titus Livius etc. Pergamenſibus, Cremonenſibus, Brixienſibus, Mantuanenſibus, & Ferrarienſibus.

CXXXVII. De Papia urbe. Papia civitatum Italie delicioſa proceris decora turribus. Ticinum a Ticino flumine anti-

quitus denominata perhibetur &c., celebriſque fama me induxit.

Cap. CXXXVIII. De Como civitate. Comum Longobardiæ civitas, quæ olim in Liguria eſt dicta ſupra Lacum Carium ſita eſt &c. alia eſt civitas non longe a Neapolis Cumæ dicta, de qua ſupra dictum eſt.

CXXXIX. De Pergamo civitate.

CXL. De civitate Laude.

CXLI. De civitate Cremona.

CXLII. De Brixia civitate nobili.

CXLIII. De civitate Mantua.

CXLIV. De civitate Verona.

CXLV. De urbe Vicentia.

CXLVI. De civitate Padua &c.

CXLVII. De urbe Ferraria.

CXLVIII. De urbe Bononia.

CXLIX. De urbe Mutina.

CL. De urbe Regio.

CLI. De civitate Parma.

CLII. De civitate Placentia.

CLIII. De Bobio civitate.

CLIV. De Terdona civitate.

CLV. De Janua civitate. Janua Italiæ civitas ſecundum Plinium II. de naturali iſtoria in provincia eſt Liguriæ &c. Prædictum enim inquiunt futurum eſſe, ut dicamur a tranſeuntibus hic fuit Janua.

CLVI. De civitate Saona.

CLVII. De civitate Aquis Lombardiæ.

Digitized by Google

COLLECTIO DIPLOMATICA

GENTIS ALERAMICÆ

Qua, quidquid ad eandem pertinere visum est usque ad sæculi XIII. circiter initium, continetur, quoad posteriora vero tempora solum inedita quædam insigniora complectens.

Descriptio Ducum, quos e Gallia secum duxit Wido Spoleti Dux ad Berengarium Italiæ regno spoliandum, ac sibi suisque comparandum, inter quos Anscharius & Vilielmus ille Hyporediensium, hic vero Monferratensium Marchionum auctor & origo. Ex anonimo Panegirista Berengariano edito a Murat. Rerum Ital. scrip. Tom. II. p. 371.

DCCCLXXXVIII.

Fluctuat interea Wido, crebroque retractat,
Milite quo bellum moveat, quæ pectora solers
Prætendat ferro. Placuit sententia domum,
Sollicitet patria populos tellure quietos,
Unanimes quo bella ferant, vireisque reducant
Effœtas, paribusque solum potiantur habenis
. . . . . prior arma movet jam Gallicus heros
Aërios ducibus montes superantibus auctus
Anscherio cum fratre simul, qui jure protervo
Quingentos acuunt propria de gente ministros
Instructos animo, & gladiis, nec viribus infra.
Gaussinus tercentum equites fera bella volentes
Accelerare jubet. Pariter contendit Ubertus
Tercentum pro laude viros . . . . . .
. . . . . centeno milite laetus
Pauper adhuc Albricus abit, jam jamque resultat
Spe Camerina . . . . . .
Quid furibunde ruis sociis ad crimina latis
Ragineri: non consilio nec viribus ullis
Vincitur aethereo causas qui pensat Olympo,
Quique Berengario Latium concessit avitum:
Collectos etiam ducit WILIELMUS amicos
Tercentum . . . . . .
. . . . . totidem propellit Ubaldus
. . . . . veniunt etiam, discrimina campo
Qui nuper tulerant, numero ter mille, magistris
Conserti pariter stupido restantibus arvo.
Infandum! foret his satius cecidisse duello,
Quam miseros vidisse dies! nam dispare fato
Disperiere. Jubet tandem Lamberticus horror
Præcipuum truncare; siti perit alter in arvis
Ungrorum; cupit infaustas differre sagittas
Tertius; alta poli scandit supremaque ponti
Tristis, ut almificus sese sustollere sceptris
Forte queat. Hominem proh mens insana futuri!
Nunc acies glomerant ecc.

Donatio Auriolæ facta ab Hugone, & Lothario RR. Italiæ Comiti Aledramo. Ex Dur. P. C. p. 236.

DCCCCXXXIV.

In nomine Domini Dei æterni. Hugo, & Lotharius gratia Dei Reges. Noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet & futurorum universitas Ingelbertum Comitem, dilectumque fidelem nostrum nostram postulasse celsitudinem, quatenus cuidam fideli nostro Alledramo Comiti quandam cortem quæ nominatur Auriola adjacente in comitatu Aquense concedere dignaremur, cujus petitionibus inclinati jam dictam cortem cum omnibus rebus, inter duo flumina Amporio scilicet & Sturia una cum castro, & cappellis kasis, massariciis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salictis, stationibus, ripis, rupinis, montibus, & vallibus, planiciebus, molendinis, piscacionibus, venationibus, servis, & ancillis, aldionibus, & aldianis, omnibusque rebus ad dictam cortem pertinentibus vel aspicientibus in integrum per hoc nostræ inscriptionis præceptum concedimus, donamus, atque largimur, & de jure regni nostri in ejus jus & dominium omnino transfundimus, ac delegamus, ut habeat ipse suique heredes, habeantque potestatem tenendi, vendendi, commutandi, alienandi pro anima judicandi, vel quidquid eorum decreverit animus faciendi omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus nostri præcepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Cameræ nostræ & medietatem præfato Aledramo Comiti suisque heredibus. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur manibus propriis roborantes annulo nostro insigniri jussimus. Signa serenissimorum Hugonis, & Lotharii Regum. Petrus Cancellarius ad invicem Gerlandi Abbatis, & Archicancellarii recognovi & scripsi. Datum VIII. Kal . . . . anno Dominicæ Incarnationis VCCCCXXXIV regni vero Domini Hugonis invictissimi Regis VIII. & Domini Lotharii item Regis III., Indictione VI. actum Papiæ feliciter.

Digitized by Google

Diploma Hugonis & Lotarii, quo Aledramo Comiti concedunt villam Fori & Ronchi. Benv. a S. Georg. pag. 9. edit. Taurin.

3 DCCCCXXXV.

I. N. D. D. Æ. Hugo, & Lotarius divina favente clementia Reges. Si petitionibus ec. Quo circa noverit ec. Ambrosium Episc. & Heldricum Comitem ec. postulasse clementiam, quatenus fideli nostro Aledramo Comiti quandam cortem, quæ Forum nuncupatur sitam supra fluvium Tanari in Comitatu Aquensi . . . concedere dignaremur, cujus petitionibus (1) inflexi eandem cortem una cum omnibus rebus a fluvio Tanari usque ad flumen Burmidæ, nec non a loco qui vocatur Barcile usque Carpanum perjuratum ec. concedimus . . Insuper concedimus eidem fideli nostro Aledramo suisque heredibus, ut de villa quæ vocatur Roncho . . . omnem districtionem . . . habeat . . . . Signa serenis. Hug. & Lot. Regum. Giseprandus Cancellarius ad vicem Bosoni Episcopi Archicancellarii recognovi. . . Dat. VIII. id. feb. A. D. I. DCCCCXXXVII (2) IV. regni vero Hug. piissimi Regis IX, Lotharii autem filii ejus, Ind. VIII. Actum Papiæ ec.

(1) *Forte* quibus. (2) *Lege DCCCCXXXV. uti jamdudum Terraneus in Tom. III.* Adelaid. Illustrat. *MS. in R. Bibliotheca, & confirmavit cl. Vernazza Vita Benv. S. Georgii p.* 38. *Hic monebo hoc diploma a Guichenonio quoque editum Bibl. Sebus cent. 1. c.* 38. *sed plurimis sphalmatis scatens, quorum hæc esto exempla: petitionibus Guich.* petitioni; *qui vocatur G.* nominato, *massariciis G.* massariis, *rupinis G.* rapidis, *a quarumque ductibus G.* a quarum reductibus; *a jam nominato loco. Guich. omisit* loco; *districtionem Guich.* distinctionem; *item omisit* medietatem Cameræ nostræ; *Giseprand G.* Glsepr. *Corrige autem in exemplari S. Georgi præter superius annotata hæc duo l. 6. cit. pag. loco conaverit* tentaverit, *item loco insignari* insigniri ec.

Diploma Lotharii II. Regis, quo cuidam Varemundo ad preces Aledrami Comitis facultatem dat eligendi advocatum, ædificandi turres, & castella, mercatum faciendi ec. A. M. Æ. Murat. Tom. II. diss. XXVI. col. 469.

4 DCCCCXLVIII.

In nomine Domini Dei æterni. Lotharius gratia Dei Rex. Oportet nos fidelium mentes læto assensu exhilarare . . . quapropter noverit qualiter interventu ac petitione Aledrami incliti comitis dilectique fidelis nostri Varemundo fideli nostro, ut de suis rebus ec. Quod ut verius credatur . . . . signum D. Lotharii piissimi Regis Oldericus Cancellarius Bruninti Episc. ec. Data III. nonas julii anno incarnatione Domini DCCCCXLVIII. regni vero D. Lotharii Regis XVII. indict. VI. Actum Lucæ feliciter.

Fundatio Monasterii Grassani sub titulo S. Salvatoris S. Mariæ, S. Petri, & S. Christinæ ab Aledramo Marchione una cum uxore Gerberga, Anselmo & Oddone filiis facta. Benv. a S. Georg. pag. 10.

DCCCCLXI. 5

In nomine ec. Berengarius, & Adelbertus ejus filius gratia Dei Reges, anno regni eorum Deo propitio XI. mense augusti indic. IV. dum fragilis ec. . . prævidimus nos Aledramus Marchio filius Gulielmi Comitis, & Gilberga filia D. Berengarii Regis, & Anselmus seu Oddo germani lege viventes Salica. Ipsi namque jugales modo quo supra genitorum nostrorum, & Anselmi, seu Oddoni gratia nobis consentiente . . . . nos qui supra jugales & genitores pater, & maternia (1) seu filii, & filiastri, quia Deo miserante ante hos dies ædificavimus monasterium in propriis rebus nostris in loco, & fundo Gratani infra castrum ipsius loci in honorem D. Salvatoris, & S. Mariæ seu S. Petri, atque S. Christinæ, & nunc ibi Abbatem ordinatum habemus . . donamus . . cortes tres domos contiles (2) juris nostri, quas habere visi sumus, unam in suprascripto loco, & fundo Grazani cum ejusdem castro inibi habentes (3); aliam in loco, & fundo Cisignani; tertiam vero in loco, & fundo Cardalone, atque massaritias decem; quatuor in loco, & fundo Paurenghi; unam in loco, & fundo Godi; duas in loco, & fundo Penengi (4); duas in loco, & fundo Paciliani; & unam in loco, & fundo Melonese in loco (5), ubi dicitur Mura . . . quæ sunt suprascriptæ omnes res super totum jugera centum . . hanc facimus offersionem . . . . pro animæ nostræ, & quondam Gulielmi, qui fuit filius, & filiaster, atque germanus noster seu parentum nostrorum mercede . . & volumus, ut ipsum monasterium in ordinatione Episcopi ad Episcopatum suprasc. Ecclesiæ Taurinensis S. Io. Baptistæ ad consecrationem faciendam, & chrisma dandum interfit . . . tali videlicet ordine . . ut pro omni nativitate S. Johannis duas candelas offerant pro omni circulo annorum . . . & insuper ipsi Monachi . . . . pro Dei amore, & eorum mercede quotidie unusquisque pro me Aledramo & suprascripto quondam Gulielmo qui fuit filius noster missam cantent, & officium faciant . . . . . *deest nomen loci & subscriptiones: edita quoque fuit ab Aug. ab Eccl. in. hist. chronol. pag.* 30. *sed mutila in quibusdam locis.*

(1) *De hoc nomine V. edict. Rotharii Regis cap. CLXXXV. Rer. Ital. Tom. I. part. II. pag. XXX.* Nulli liceat novercam suam, idest matrinam (*Al. cod.* matriniam) quæ fuit uxor patris, neque privignam idest filiastram, neque cognatam, quæ fuerit uxor fratris ducere uxorem (2) *Ducange Gloss. lat-barb.* domoicohiles prædium domo ad commanendum colonis apta instructum. (3) *Forte* habente. (4) *Forte* Pertengo. (5) *Forte* Morano.

Digitized by Google

Diploma Ottonis I. Imp. Aledramo Marchioni ex Benv. a S. Georg. pag. 12.

6 DCCCCLXVII.

In nomine ſanctæ individuæque Trinitatis. Otto divina ordinante providentia Imperator Auguſtus oportet imperialem excellentiam aurem ſerenitatis ſuæ honeſtis fidelium ſuorum petitionibus inclinare, quatenus promtiores & devotiores in ſuum efficiant (1) famulatum. Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum univerſitas Aledramum Marchionem, interventu & petitione Adheleydæ noſtræ conjugis, atque imperii noſtri participis noſtræ adiiſſe ſublimitatis culmen humiliter poſtulando, ut quaſdam cortas abſas hactenus regni noſtri juris de beati præcepti noſtri pagina illi concederemus, nec non & omnes res, & proprietates ſuas ad (2) utriuſque ſexus familias, quæ illi advenerunt tam ex hereditate parentum quam de ſuo acquiſtu ſimiliter auctoritate noſtri præcepti eidem confirmaremus, & penitus corroboraremus. Cujus petitionibus annuentes, & ipſius fidelitatem conſiderantes per hoc noſtrum præceptum, prout juſte & legaliter poſſumus, concedimus, donamus atque largimur prædicto Aledramo Marchioni omnes illas cortes in deſertis locis conſiſtentes a flumine Tanari uſque ad flumen Urbam, & ad littus maris, quorum nomina ſunt hæc: Dego, Bagnaſco, Ballangio, Salocedo, Loceſi, Salſole, Miolia, Pulchrone, Grualia, Pruneto, Alteſino, Curtemilia, Montenesi, Noſeto, Maximino, Arche, & quidquid ibidem hactenus juri regni Italici pertinuit, ut ſicut hucuſque juri regni noſtri dominio ſubdantur, & in ejus jus delegentur, & omnino tranſfundantur. Inſuper etiam confirmamus & corroboramus ſupradicto Aledramo Marchioni omnes res, & proprietates ſuas ad (3) utriuſque ſexus familias tam de hereditate parentum, quam de acquiſtu illi advenientes per diverſa loca infra Italicum regnum conjacentes, videlicet in Comitatu Aquenſi, Saonenſi, nec non Aſtenſi, & Montiſferrati, Taurinenſi, & Vercellenſi, Parmenſi, & Cremonenſi, ſeu Bergomenſi cum omnibus eorum pertinentiis, & adjacentiis, ſeu etiam quidquid habere, vel poſſidere videtur in diverſis locis in toto Italico regno, vel in antea acquirere poterit ſine aliqua minoratione per hujus noſtri præcepti confirmationem habeat, teneat, firmiterque poſſideat tam ipſe quam ſui heredes una cum terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, mobilibus, & immobilibus utriuſque ſexus familiis, ſilvis, ſalicetis, montibus, & vallibus, planiciebus, aquis, acquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, mercatis, toloneis (4), omnibus publiciſque functionibus, & etiam, (5) quæ dici vel nominari poſſunt ad eaſdem res & proprietates ſeu cortes vel caſtella pertinentibus, vel aſpicientibus, habeantque poteſtatem tenendi, vendendi, commutandi, alienandi, vel pro anima judicandi, & quidquid eorum decreverit animus faciendi omnium hominum contradictione remota. Item per hujus noſtræ donationis, & confirmationis auctoritatem jubemus, & omnino ſtatuimus, ut nulla Italici regni perſona præfatum Aledramum ſuoſque heredes de omnibus, quæ ſupra leguntur, vel in antea acquirere poterit diſveſtire præſumat: quod ſi aliquis contradictionem de his ſupradictis omnibus cum eodem ſuiſque heredibus habuerit, volens illi objicere, quod (6) inveſtituram inde præterito tempore non habuerit, liceat eidem Aledramo ſuiſque heredibus per noſtram datam licentiam, & hujus noſtri præcepti conſtitutionem, aut per ſacramentum, aut per pugnam declarare. Præterea recipimus eundem Marchionem Aledramum cum filiis & heredibus ſuis, & omnibus rebus mobilibus, & immobilibus juſte & legaliter ad eum pertinentibus ſub noſtri munburditione: ita videlicet ut nullus gaſtaldio nulluſque publicæ poteſtatis procurator, nulla major vel minor perſona eum abſque legali judicio inquietare, aut moleſtare præſumat. Siquis igitur hujus noſtri præcepti, aut momburdi violator extiterit culpabilis, ſolvere cogatur auri optimi libras centum medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Aledramo Marchioni ſuiſque heredibus. Quod ut verius credatur diligentiuſque obſervetur manu propria roborante (7) annuli noſtri impreſſione (8) inferius affigi præcipimus (9). ſignum Domini Ottonis Imperatoris. Ambroſius Cancellarius ad vicem Uberti Epiſcopi Archicancellarii recognovi, & ſcripſi (*hic ejus ſubſcriptionis locus eſſe debebat, non in fine, uti perperam S. Georgius.*) Dat. X. Kalendas apriles anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. imperii vero Domini Ottonis piiſſimi Ceſaris VI. Indictione X. Actum Ravennæ in Dei nomine feliciter amen. (1) Efficiantur. (2) Ac. (3) Ac. (4) Teloniis. (5) *Adde* univerſis. (6) Quia. (7) Roborantes (8) Impreſſionem. (9) Præcepimus.

DCCCCXCI. 7

Fundatio Monaſterii S. Quintini de Spigno Anſelmi M. filio Aledrami & Giſlæ filiæ Adalberti M. & Vilelmi, & Riprandi ejus nepotum ac filiorum Oddoni M. Vide ſupra par. 1. *doc.* 7. *pag.* 9.

M. 8

Donatio Vilelmi, & Riprandi MM. Eccleſiæ Aquenſi vide par. 1. *doc.* 9. *pag.* 17.

Judicium coram Henrico I. Imp. at Otberto. & Anſelmo Aledrami M. nepotibus Papiæ habitum. Ex Murat. Antich. Eſten. par. 1. *pag.* 110.

M X I V. 9

Dum domnus Einricus ſereniſſimus Imperator ad Imperialem dignitatem præeſſet in laubia publica noviter edificata juſta palacio ujus regni da parte Aquilo, ibique in ejus præſentia in judicio adeſſet Domnus otto Comes Palacii, & Comes ujus Comitatus Ticinenſi, juſtitiam faciendam ac deliberandam adeſſent cum eo Arnaldus Ravenenſis Archiepiſcopus, Rainaldus ujus Ticinenſis, Petrus Novarienſis Epiſcopi, Otbertus & Anſelmus germanis Marchionibus, Albericus judex & miſſus . . . ibique eorum veniens præſentia Eufraſia Abbatiſſa monaſterio . qui vocatur Regine . . & preſe*ntavit* . . . præceptum unum . . ſecundi Ottonis (1) (*ſuit illud approbatum ac confirmatum ſolemni ſententia ac mul-*

eorum judicum S. Palatii ſubſcriptionе) . . Et ego Anſaldus not. S. Pal. . . ſcripſi hanno Imperii prædicti Domno Einrici Deo propicio primo VII. die menſis madii indict. XII. ec.

(1) *Muratorius cum initium ſolum hujus præcepti hic attuliſſet, in margine annotavit reliqua hujus diplomatis verba ad ſecundam partem illius operis emandaſſe. Edidit quidem ſecundam partem: at fruſtra ibi reliquum hujus pretioſi diplomatis quaeras, quod idem animadvertere juvat de altero magni etiam momenti diplomate, quod pag. 113. ait in ſecunda parte editurum ſe fore: quo Henricus Imp. bona Berengarii & Hugonis filiorum Sigifredi ob eorum ab imperio defectionem Richildae Com. uxoris Bonifacii Marchionis donat. Haec, quia a nemine adhuc obſervata, adnotaſſe ſufficiat.*

Diploma Henrici Regis, quo Monaſterio S. Michaelis vallis Seguſinæ confirmat Ugonis M. donationes ex Dachery Spicileg. p. 386. T. III. edit. in fol.

M X IV.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex. Dum uniuscujuſque regimen oportet rectitudinis moderari habenis . . . . proinde omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ac futurorum fidelium comperiat ſolertia domnum Petrum Religioſum Epiſcopum, & Abatem monaſterii ſancti Michaelis in loco Porchariana dicto conſtructi noſtræ pietatis clementiam adiiſſe, quatenus ... jam dictum monaſterium in cacumine montis ſitum noſtra præceptali auctoritate & ſtabilitate corroboraremus, & confirmaremus, cujuſque ſanctis precibus . . præpoſitum Cœnobium cum alpibus . . . per tria milliaria in circuitu ipſius ex omni parte poſitis, ſeu cum Caſtello, & Corte de Clavaſce, quam Ugo Marchio ad eundem ſanctum & venerabilem locum pro animæ ſuæ remedio dedit, & tradidit cum omnibus ſuis pertinentiis carta propriæ donationis atque Caſtaneto, Cacia, Bertenesco, Villares quæ dicitur Caſtello, cortes Maliaſco, Sablonem, cœteriſque rebus quas Arduinus Marchio filius Ottonis dedit ad monaſterium jam præfatum cum Cellulis, & Eccleſiis, & univerſis aliis rebus mobilibus & immobilibus, quæ nunc habere videntur, & inſequenti ibidem Deus augere . . . . Quod ut verius credamr . . . *Sine data.*

Venditio plurium poſſeſſionum, quas Bonifacius & Conradus MM. Tuſcia ab Anſelmo M. Alerami nepote emerant, Presbitero Dominico. Ex Tiraboſchi Storia Mon. Nonant. Tom. II. pag. 146. n. CXII.

M X V I I.

In nomine Domini ec. Enricus gr. D Imo Aug. Anni Imperii ejus Deo prop. in Italia IV, VII. Kal. april. indict. XV Conſtat nos Bonefacius Marchio, & Cunratho germanis filiis qu. Teudaldi itemque Marchio, qui profeſſi ſumus ex nacione noſtra legem vivimus (*mallem* vivere) Longobardorum, accepiſſe . . . ad te Dominicus presbiter de loco ubi dicitur Guntiaga (*Gonzaga*) argentum . . . libras centum . . . pro noſtram porcionem, quod eſt tercia pars de caſtrum unum . . . . . de Capellæ duæ . . in loco qui dicitur Raſtellino verum etiam & noſtram porcionem, quod eſt tercia pars de caſis, & omnibus rebus juris noſtri, quas abere viſi ſumus tam tam in . . . Raſtellino, quamque in locas & fundas Atili ec. (*Sunt enim circiter* 30. *ſita in Comitatu Mutinenſi, & Bononienſi*) nominatim . . . rebus ipſis, quæ mihi S. Bonifacii Marchio per cartulam vendicionis advenit de Anſelmus Marchio filio quondam Anſelmi itemque Marchio, & de Adelegida jugalibus (1), & que nos ſupraſcriptis germanis per ex ſucceſſionem advenit de Ss. qu. Teudaldus jeniori noſtro in jam nominatas locas Alberito & in Fultegnano (*hiſce exceptis, . . reliqua ab Anſelmo Mar. acceperat*) Actum in loco *deeſt nomen.* Bonifacius Marchio ſubſcripſi.

(1) *Laborat in notis Clar. Tiraboſchius, ut duos hoſce Marchiones in Eſtenſium genealogia vel inveniat vel inferat, ſed perperam.*

Inveſtitura de poſſeſſionibus S. Martini villæ Solariæ renovata Hugoni Marchioni Aledrami nepoti. Ex Nov. Theſ. Anecd. Martn & Duran. Tom. I. col. 51, *&* 52.

M X X I V.

Orta eſt querela Canonicorum ſancti Martini circa quoſdam Marchiones Italiæ Bonifacium videlicet, Albertum, & Azonem, Otbertum, & Hugonem propter terras beati Martini de Italia, quas injuſte tenebant. Quorum Hugo accidit, ut in terra (*Forte* interea) legationis cauſa Robertum Francorum Regem adiret, & per ſanctum beati Martini locum tranſiret, ubi beatiſſimi confeſſoris amore fere biduo moratus audivit querelam, & clamorem Canonicorum ante ſanctum ſepulchrum tam de ſe, quam de aliis ſupranominatis Marchionibus. Qui ſtatim ſpiritu timoris viſitatus emendavit ſancto Martino, & Canonicis illud propter quod de ſe clamorem faciebant, & ſacramento confirmavit, numquam ſe ulterius ad illud malefactum reverſurum; & ſi aliquis ſuorum id faceret infra XV. dies poſtquam de eo clamorem audiret juſtitiam ſancto Martino, & ſuis Canonicis de illo ſe facturum, cujus emendationis ſumma hæc eſt. Guerpivit Hugo Marchio ſancto Martino, & ſuis Canonicis in emendationem ſui malefacti illam partem conſuetudinis quam habebat in loco ſancti Perpetui de Solario, & ſuper ſuos Canonicos guerpivit etiam decem jugera terræ arabilis, & habuit convenientiam in primo anno dare boves ad illam culturam, & uno quoque anno duas carratas fœni, unde boves illius culturæ alerentur. Gerpivit autem tres de ſuis manentibus ſancto Martino in eadem villa, ubi hoſpitari poſſint Clerici ſancti Martini cum ſuis manſionibus, & curtis, & curtilis unum de melioribus, alium de mediocribus, tertium de minimis. Hanc autem emendationem ſacramento ſicut dictum eſt confirmatam fecit Hugo ſancto Martino, & ante ſepulchrum illius guerpivit, & ſanctum libellum in capitulo fratrum firma-

vit per talem comparationem, quam a fratribus deprecari potuit ad cenſum XXXIV. ſolidorum ad feſtivitatem beati Martini hyemalem ante octo dies ante, aut octo poſtea.

13 MXXVII.

Fundationis fragmentum Monaſterii S. Mariæ Waſſi Thetis Marchionis fil. quondam Anſelmi Marchionis vide par. 1. doc. 14. pag. 24.

Notitia cujuſdam donationis a Viliermo Marchione factæ Eccleſiæ S. Mariæ de la Rocca, & cujuſdam permutationis inter ipſum, & Abbatem Fructuarien. a Lucio Papa confirmatæ. Ex quibuſdam actis an. MCCCCVIII prolatis ab Irico Hiſt. Tridin. lib. 11. p. 158.

14 MXXVII.

Licet prior ſciliter F. Johannolus prætendat ſe, ſeu Eccleſiam S. Mariæ habere primo titulum habilem pro miniſtrando omnia Eccleſiaſtica ſacramenta, ſalvis ſacramentis baptiſmi, & ultimæ unctionis, dicens, quod Papa Lucius longiſſimo tempore præterito confirmavit Abbati & conventui Caſæ Dei permutationem, & donationem factam per quondam D. Viliermum Marchionem Montisferrati, & Abbatem de fructuariis de certis poſſeſſionibus in qua confirmatione inter alia dicit Papa confirmare etiam *Capellam de Trinin.* (*corrigerem* Tridin.) *cum parochia ſua de Burgo novo*, & ſubjicit *ſicuti ex commutatione, & donatione dilectorum filiorum* viri nobilis Viliermi Marchionis Montisferrati, & Abbatis de Fructuariis juſte & canonice poſſidetis, & inſcripto autentico continetur, de qua confirmatione dicit conſtare privilegio Papæ Lucii, quod ipſe produxit autenticatum ſub anno MCCCCV. Nam per dictum privilegium non probatur titulus prædictus: verum reſpondetur multifarie ad dictum privilegium. I. quod dictum privilegium non habet annum ſuæ conceſſionis. II. quia dictum privilegium facit relationem ad commutationem, & donationem, de quibus non conſtat, ſalvo quod bene conſtat de quadam donatione facta de anno MXXVII per quondam Marchionem Viliermum Eccleſiæ S. Mariæ de la Rocha, non autem nominatur in ea donatione conventus, & Abbas Caſæ Dei, nec in ea donatione ſit aliqua mentio de Parochia.

Hic, ut omnibus patet, quæſtio agitur de jure Parochiali, utrum Eccleſiæ S. Mariæ, cujus rector erat Johannolus competat an non? Vertebatur autem quæſtio inter ipſum, & Prepoſitum, ac Canonicos Eccl. S. Bartholomei Tridini. Ut autem clarior horum notitia habeatur, nonnulla hic adferam, quæ & alias ego collegeram, & quæ adnotata reperi in MS. cod. clariſſimi q. Terranei eo maxime, quia admodum inſerviunt ad intelligendam chartam Gulielmi Epiſcopi Aquenſ. in prima part. editam n. 49. pag. 65. Gulielmus Marchio Eccleſiam S. Mariæ Tridin. Monaſterio S. Mariæ de la Rocca (detta delle donne in Monteferrato) donaverat. Hoc autem monialium Monaſterium dependebat a Monaſterio Fructuarienſi, cujus Abbas Raſinus menſe maii anno MCLXV donationem fecit Monachis Caſæ Dei (la Chaize Dieu) & Monialibus vallis Dei (la Vandieu, ou de Comps), idque ut Gulielmi Marchionis, ſenis apellati, cujus ſoror in Monaſterio vallis Dei profeſſionem fecerat, voluntati obſequeretur. Qua de cauſa Gulielmus Marchio egit apud Gulielmum Epiſcopum Aquenſem, ut pro Eccleſia de Rocca, quam ejus ſorori Monachi Fructuarienſes contulerant, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Gamundio iis concederet, uti edito diplomate indulſit Aquenſis Antiſtes. Hiſce conſona ſunt, quæ leguntur in Gallia Chriſtiana edit. Paris Tom. 1. col. 34. in Archiep. Aquiſextienſibus. Guillelmus, aut Willermus poſt Petrum collocari debet in ordine Archiepiſcoporum Aquenſium, & ante Hugonem de Montelauro. Quippe die veneris, qui erat ſeptimus dies poſt nonas maii anno MCLXV. indic. XIII ſubſcripſit donationi Eccleſiæ de Rocca, quam fecit Raſinus Abbas Fructuarienſis Deo, & B. Roberto, & Monachis Caſæ Dei, & ſanctimonialibus B. Mariæ de Cumis. Viciſſim vero Wilelmus Montisfereti (Montisferrati), cujus ſoror Deo ſe conſecraverat Cumis, Abbati Fructuarienſi dedit Eccleſiam B. Mariæ de Gramondio (Gamondio).

Commutatio inter Abbatem Mon. Nonantul., & Ingeronem quarundam poſſeſſionum, quas hic emerat a Gualderada filia Oddoni Marchionis. Ex Tiraboſchi ſtor. Mon. Nonan. Tom. II. p. 160. doc. N. CXXV.

MXXIX. 15

In nomine ec. Chuonradus gratia Dei Imperator Auguſtus anno Imperii ejus Deo propitio tercio, & XII. die menſis ſeptembris indictione XIII. bona convenit voluntate inter Dominus Rodulfus Abbas Monaſterio S. Silveſtri, & Ingero filius quondam Berardi, qui profitebatur legem vivere Longobardorum . . . . in primis dedit ipſe Dominus Rodulfus . . . hæc ſunt rebus .. poſitis in locas, & fundas Totonaſco (*in aliis doc. hujus Hiſt.* Tortonaſco) Bacile (*in aliis* Vacile) Caſale (*Terræ infra Comitatum Papienſem ut patet ex docum.* ſub n. XCV. p. 129. ibi) hæc omnia uno tenore, qui ſunt pro menſura juſta ſuper totis juges XX, cui cohærentia . . . . ex alia parte terræ quæ detinent heredes quondam Oberti, qui fuit Marchionem, ex tercia parte via publica . . ad vicem recepit ipſe D. Rodulfus . . ab eundem Ingero . . . . res . . . quibus ſunt poſitis in loco, & fundo Sorbaria, & in ejus territorio, & pecia una de terra . . infra civitatem Papia prope Baſilicam S. Quirici . . præſatis rebus in . . fundo Sorbaria . . ſunt pro menſura juſta inter ſedimen, & areis ubi vites eſtant juges tres, inter terris arabilis & pratis juges triginta, & tres, nominative ipſis rebus, unde quædam Gualderada filia quondam Odoni qui fuit Marchio in eundem Ingero cartam vendicionis ante hos dies emiſſam habebat. Actum in Burgo, qui dicitur Fontana Federici. Ego Teudaldus Notarius ec.

Digitized by Google

Venditio poſſeſſionum in Comitatu Mutin., & Parmenſi facta ab Agelburga & filiis, Valderadæ filiæ quondam Oddonis Marchionis. Ex Tom. II. Storia di Nonant. Tiraboſchi doc. CXXIV. pag. 159.

16 M X X I X.

In nomine Domini Dei ec. . . Conradus gratia Dei Imp. Aug. anno imperii ejus ſecundo die XII. kal. febr. Ind. XII. Conſtat nos Agelburga . . relicta quondam Frugerii, & Wido ſeu Gariardus germani filii . . . qui . . profeſſi ſumus nos mater & filii ex nacione noſtra lege Langobardorum vivere . . accepimus ad te Walderada filia quondam Oddonis, qui fuit Marchio. . . libras quatuor centi argenti . . pro noſtris juris porcionibus, quæ ſunt medietate de cortis duabus cum caſtris . . . quas habere & poſſidere viſi ſumus una in Comitatu Motinenſi in loco ubi Sorbaria dicitur . . alia in Comitatu Parmenſis in loco, & fundo ubi Ramuxello dicitur . . . item vendimus . . tibi ſupra Walderade hoc ſunt ſervos & ancillas . . treginta & quinque coram nomina . . . . actum Regio feliciter. Azo Not. ec.

Tiraboſchius incertus hæret, quis iſte Oddo ſit; utrum ne Adelaidis Seguſiæ Comitiſſæ maritus, an Oddo Dux Franciæ orientalis, & Marchio Veronæ? At neutri nec tempora nec loca conveniunt, uti facile oſtenditur. Reliquum ergo, ut Aledrami nepotem in fundatione Monaſterii Graciani aperte nominatum, & in hiſce documentis alias repetitum agnoſcamus; ſic enim omnia facile inter ſe cohærebunt.

17 M X X X.

Fundatio Monaſterii S. Juſtinæ Sexſadii ab Otberto Marchione fil. b. m. Anſelmi Marchionis, & Widone, & Otberto filiis. V. S. par. 1. Docum. 15. pag. 25.

Notitia Uvazæ uxoris Villelmi March. Ex libro miraculorum S. Bononii Abbatis Lucedienſis apud Bolland. ad diem XXX. aug. Tom. VI. pag. 623. n. 20.

18 M X X X.

Quadam die Comitiſſa quædam nomine Uvaza Villelmi Marchionis uxor multis ſtipata militibus venerat oratum ad Eccleſiam, ubi beati viri corpus jacet humatum. Quæ dum ſuper altare ejus miſſas celebrare faceret, & præſens ibi cum ſuis, & aliis pluribus adeſſet, quidam mendicus ferens filium in ſcapulis cujus pes, & manus ſiniſtri lateris paralitico morbo aruerant, eam adiit, & ab ea elemoſinam ſibi, & nato petiit. Illa pietatis viſcere immota non ſolum ei non tribuit, verum etiam increpanter, & exacerbanter propter ſuam improbitatem, ut a ſe diſcederet, præcepit, non mihi eſt, inquiens, tantarum copia opum, quæ mihi, & omnibus a me petentibus ſufficere poſſit. Præſtantius etenim eſſet te ipſius ſancti confeſſoris rogato ſuffragio, ut tuo ſanitatem reddat filio, Domini miſericordiam implorare, qui dando poſtulata, theſaurizat, pſalmigraphi præconio impleto dicentis: tibi enim, Domine, derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor.

Homo autem ille quod audivit, facere non diſtulit. Filium ſiquidem de ſcapulis deponens prope ſacri corporis tumulum proſtravit, ac genibus flexis, ac precibus fuſis, demum ad petendum elemoſinas hac, & illac per Eccleſiam feſtinando diſcurrit. Interea dum pater abeſſet opitulantibus meritis almi Confeſſoris præfato puero ſummi Dei bonitas non tarda fuit; & cui elemoſina denegabatur, ut claudo ad portam templi ſedenti, argento, & auro carius membrorum ſcilicet ſanitas donatur. Hoc namque viſo miraculo magnus factus eſt plauſus exultationis ad laudem, & gloriam omnem creatoris, ejuſque Confeſſoris. Mox autem hujus facti fama per cunctorum aures volitante, illuc ab omnibus concurritur, inter quos & pueri pater regreditur: quid vero, & qualiter actum ſit, exquiritur. Tunc præfata Comitiſſa, quo modo res ſe habuit, cunctis exquirentibus innoteſcere non piguit. Taliter vero Omnipotens Deus, qui cuncta mira diſpenſatione agit, hoc miraculum mundo propalari voluit, ut ſervus ſuus hinc veneraretur, & celebrior haberetur.

Fundatio Monaſterii S. Mariæ Caſtilionis nunc Diœceſ. Burgi S. Donnini facta a Marchione Adelberto Eſtenſi coram Ugone Marchione Comite civitatis Terdonæ. Ex Mur. Ant. Eſt. part. 1. cap. XII. pag. 98. 99.

M X X X I I I. 19

In nomine Domini Dei Omnipotentis anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti MXXXIII. Conradus Dei gratia Imperator Auguſtus anno imperii ejus Deo propitio in Italia ſeptimo, decimo die menſis juni, indictione prima. Dum homo in hoc ſæculo vivit ſemper illud agere debet, quod Deo acceptabile ſit, & purum munus Deo offerre, unde in hoc ſæculo protegente Chriſto, incolumem eſſe vales, ſuper (*legendum forte*, valeat & inſuper) quod melius eſt, vitam æternam poſſidere mereatur. Ea propter nos Adalbertus Marchio, & Adeleyda jugalibus acceptum ſupernum conſilium, non noſtra ſed Dei operante clementia, ædificare viſi ſumus monaſterium in propriis rebus noſtris in loco, & fundo ubi Caſtelioni dicitur juxta Fontana, quæ dicitur Lavatura in honore ſanctæ Trinitatis Dei, & beatiſſimæ Mariæ Virginis. Ideoque nos ipſi Adelbertus Marchio, filius bonæ memoriæ Otberti itemque Marchio, & Adeleyda jugalibus filia quondam Boſoni Comitis, quæ profeſſa ſum: ex natione mea lege vivere Alamannorum, ſed nunc pro ipſo viro meo lege vivere videor Longobardorum. Ipſo namque jugale, & Mondoaldo meo mihi conſentiente, & ſubter confirmante, & una cum noticia Domni Ugonis Marchionis, & Comitis hujus Comitatus Terdonenſis, in cujus præſentia, & teſtium certam facio profeſſionem, quod nullam me pati violentiam at quempiam hominem nec ab ipſo jugale, & Mondoaldo meo, niſi mea bona, & ſpontanea voluntate donamus, & offerimus in eodem ſanctum, & venerabile monaſterium ec.

Actum Nazano (*Muratorius alibi addit* locus) qui dicitur Campixano feliciter

Ugo Marchio subscripsi.

Adelbertus Marchio subscripsi.

Signum manibus suprascripte Adeleide ec.

Fundatio Monasterii S. Silani ab Olderico ex Marchionibus Romagnani nepote Marchionis Magnifredi de Secusia coram Ottone M. Monfer. ex Dur. P. C. pag. 265. nunc emendatior.

M X L.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno MXL. indictione IX, & XIII kal. novembris &c. in monasterio sancti Silani, quod situm est iuxta flumen Sicidæ, quod prius ædificatum fuit in honorem Sanctæ Crucis in loco Romanense, ubi ejus Sanctum (1) humatum iacet; ubi nunc domnus Leo abbas præordinatus esse videtur. Oldericus Marchio filius bonæ memoriæ Widonis itemque Marchio, & Iulita Comitissa iugales, qui (2) professa sum ex natione mea lege vivere Langobardorum, semetipsa & merito meo (3) lege vivere videor Salica, namque ipso iugale, & Mondoaldo meo mihi consentiente, & subter confirmante, & iuxta capitulare Domini Imperatoris, in quo inter cetera continere videtur, (4) & habere idem in loco Romagnano, in Casalegrasso, in Vigonovo, in Pancherate, in Phale, in Gorra, & in Cavanna, in Orcinasco, & in Picino, & in Occimiano, & in omnibus locis ubicumque aliquid habere nostrum allodium visi sumus, damus, & donamus in Romagnano, & mancipamus septem mansos, & duabus bradiis, primo manso quod iacet in loco & fundo Romagnani, & in ejus territorio, est rectus & laboratus per illum massarium, qui dicitur Aldam; secondo manso tenetur per Homitum massarium, tertio manso per Johannem, qui dicitur de la Riva, quarto manso est rectus & laboratus per David massarium, quinto manso est rectus & laboratus per Martinum Faldestodum, sexto manso est rectus & laboratus per Johannem qui dicitur Lepora, septimo manso est rectus & laboratus per Moro massario, & duabus bragiis suprascriptis iacent in loco & fundo Romagnani iuxta Monisterium inter Vigoroxam flumen, & Monasterium, idem Darnæ & Sicidæ flumen, idem Ramogrosso, & dicitur insula Sicidæ usque ad territorium, quæ dicitur Camporus Viginani; quæ autem suprascriptos mansos septem cum bragidis duabus iuris nostri superius dictas damus, donamus, & mancipamus cum omnibus iuribus nostris, quas visi sumus habere in illis mansis, & bragidis, item fictum, districtum fodro, bando, successione, seu aquis, pasquis, ripis, molendinis, piscationibus, pratis, silvis, barasiis, zerbis, cultis, & incultis, divisis, & indivisis, sicut ego videor teneri in præsentia Dominus Leo Abbas una cum accessione & ingressione, seu superius & inferius earum rerum, qualis superius legitur in integrum, ab hac die in antea faciamus exinde quidquid volueris sine nostra contradictione, vel nostrorum hæredum, & facias exinde ab hac die in antea tu, aut cui en dederis iure proprietario nomine quidquid volueris sine tamen hæredum, & prohæredum contradictione; in Casaligrasso mansum, quem tenet Fredemaro, & mansura quæ tenet Fredus, & mansum quem tenet Adalbertus qui dicitur Amira. Item quæ tenet Adalbertus Constantius, & quæ tenet Bonus, & filius, Davilda, Azo, Angelberga, Nerva. & Rigardus in Pancharade, sicut rectus & laboratus esse videtur per item Bonus filius, & per item Dominicus, Petrus, Asplandus, Girardus, Johannes, & Albertus: in Phuale Adalbertus, Arnulphus, Aures Constantius, Gossemondus: in Viconovo Rodulphus, Martinus, Feidus, Odelbertus, Odelricus, Lanfredus, Stephanus, & Nigro; item in Cavanna benedicta uxore Olivani, Albertus, & Gisla, & Sambo: in Ravignasco Lambertus, Petrus, Johannes, Otto, & Thebaldus: in Pisino Lizio, Omito, & Iohannes; & omnia & ex omnibus, ut dictum est, tam casis tum sediminibus, areis, vineis, arueriis, gerbis, pratis, silvis, pascuis, stalaris, ripis, rupinis, ac paludis, molendinis, piscationibus, cultis, & incultis cum omni iure & accessione & pertinentiis ad earum rerum per locus abolis abissas nobis pertinentibus, vel aspicientibus, omnia ex omnibus in integrum, quæ a suprascriptis casibus & rebus iuris nostri supradicti una accessione & ingressione, seu superioribus, & inferioribus earum rerum, quæ nunc supra legitur in integrum ab hac die in antea in eodem monasterio damus, donamus, mancipamus, & offerimus eo ordine ut supra legitur, ibidem confirmamus. Insuper confirmamus per cultellum festucam nodatum, vidatonem & uvasonem terræ, atque ramum arboris, & legitimam facimus contradicto per investituram, & nos exinde foris expulimus, & absente a nobis licet eo tenore ut facit exinde Abbas cum fratribus suis ipsius monasterii, quocumque pro tempore sibi placuerit, & eas terras, quæ fuerint feudo superius confirmamus sine contradictione nostra, hæredum, & pro hæredum nostrorum reparatione; ita ut ipse Leo Abbas pro animæ nostræ, & pro genetrix & genitoris nostris missas & vesperas, seu matutinas & alias orationes canant nobis & in æterna secula celebrata proficiant animæ salutis, & gaudia sempiterna, qualiter & inde non deficere Dei omnipotentem per interventionem Beati Silani, & illum conventum æternam habeamus retributionem. Ideoque quod (5) supra legitur Iulita una cum notitia Domini Ottonis Marchionis & Comitis suprascripti (6) Comitatus, & Marchio Montisferratensis, in cujus præsentiam, & testium certam fecimus promissionem: quod ego Oldericus Marchio nullam me pati violentiam a quovis impiam homine nec ab isti iugali meo & Mondoaldo nisi mea bona, & spontanea voluntate offertores, & donatores ipsius, propterea diximus quisquis in sanctis, & in venerabilibus locis ex suis aliquid intulerit rebus, iuxta vocem Domini nostri Jesu Christi, & omnibus, ac Sancto Silano, & ex præcepto sanctissimi Papa Gregorii iuxta vocem Domino Papa præmium in hoc seculo centuplum accipias, insuper quod melius est vitam possidemus æternam. Ideoque nosque iugales donamus, & offerimus pro animæ nostra mercede, & genitoris & genitricis meorum, & si quod aut

fuerit perſona, qui hoc monaſterium violare voluerit, & prædictis caſis, & rebus quiete pacifice habere non permiſerit, ſicut ſupra legitur, maledictus, & excommunicatus, & anathematizatus maneat ſemper a Deo omnipotente, B. M. V., & S. Michaele Archangelo, & ſanctiſſimo Silano martire, habeat omnibus rebus ſupradictis, cum omnibus noſtris juris, quas videmus habere, ut ſupra legitur. Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos jugales ad Abbas, aut nullis (7) de heredibus, aut proheredibus noſtris, ſeu quælibet oppoſita perſona contra hanc cartam ire, aut *quam genium* (8) infrangere quæſiverimus tunc inferimus nos, vel heredes *noſtros* (9), aut proheredes *noſtris* (10) multa pœna auro optimo centum pondera, librarum argenti pondera ducenta quadraginta, & qui repetierit . . . . ſe (11) præſens hanc cartam diuturnis temporibus permaneat, & reformare, ac firmare, aut perſiſtere inconvulſa cum ſtipulatione, & a nos, noſtriſque heredibus ſuprascripta offerſio, qualiter ſupra in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defenſare non potuerimus, aut ſi per quovis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum eadem offerſio, ut ſupra legitur, reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimilibus locis, & cum . . . atramentario de terra elevavimus, in quam ſubter confirmavimus, teſtibuſque obtulimus roborandam. Actum infra Monaſterium Sancti Silani. Fecimus (12) ſignum manibus iſtorum Oldericus Marchio, & Julita jugalibus, qui hunc cartam offerſionis fieri rogaverimus (13), & ipſe Oldricus conſentiente eiſdem Comitis, & Mondoaldo ſua conſentiente, & confirmante, ut ſupra legitur. Signum manibus (14) Joannis, & item alius Johannis, ſeu Cosberti, & Operti teſtes: & ego qui ſupra Henricus Notarius S. Palatii chartas (15) offerſionis poſt tradita complevi, & dedi.

(1) *adde* corpus. (2) *melius* quæ (3) *melius* ſed nunc pro marito meo. (4) *Hic aliquid deeſt, & ut puto, notitia Comitis Ottonis, coram quo geſta hæc ſunt, & qui auctoritatem interpoſuit ſuam.* (5) *forte* ideoque ego quæ. (6) *Terraneus conjiciebat legendum hic forte Seprienſis, at territorium Romanenſe ad Vercellenſem Comitatum ſpectabat non Seprienſem.* (7) aut ulli. (8) cordis genio. (9) noſtri (10) noſtri. (11) ſed (12) *lege* feliciter. (13) *lege* rogaverunt. (14) *forte* manus. (15) *forte* ſcripſi & hanc cartam.

Donat'o Henrici fil. Vilielmi M., & Adalaſiæ Comitiſſæ Secuſiæ Eccleſiæ S. Johannis Taurin. ex Terran. T. III. ms. Adela. Illuſt. in R. Biblioth.

21 MXLII.

Die veneris, quæ eſt quarto Kal. februarii vico Caramaniola, præſentia bonorum hominum, quorum nomina hic ſubter continentur, concederunt dominorum Henricus Marchio filius quondam Guilielmi, ſimilique Marchioni, & Adalagidæ Cometiſſæ jugales filia bonæ memoriæ Odolrici, qui & Magiafredi, ſimilique Marchionis per conſentu eidem viro ſuo Eccleſiæ ſancti Johannis, quæ eſt caput Epiſcopii Taurinenſis, nominative plebe una conſtructa infra civitate Secuſiæ in honore ſanctæ Mariæ, & omne decimam valle, ejuſdem civitate Seuſiæ, ſeu Eccleſiis omnibus, exeptis (ideſt exceptis) tribus, videlicet Monaſterio Sancti Juſti conſtructum infra eadem civitate, & capella una conſtructa infra caſtro ejuſdem urbem, in honorem Sancte Marie, ſeu Eccleſia, que eſt conſtructa in honore Sancti Antonii (*forte* Antonini), ceterarum quoque Eccleſiarum, & jam dicta decima omnia ejuſdem valle Seuſie, una cum predicta plebe infra eadem civitate jam dictis jugalis a parte iſte Eccleſie Sancti Johannis caput Epiſcopii Taurinenſis ad abendum concederunt, & inde taliter iſti jugales oblationem fecerunt qualiter hic ſubter continetur, a parte paris (*ideſt* patris) ejuſdem Eccleſie ſancti Johannis, quia ſi unquam in tempore contigerit, ut ipſe Heynricus Marchio, & Adeleyda Cometiſſa, ejuſque heredes, ac proheredes, ſive per aliquas ſummittentes perſonas agere, aut cauſare preſumpſerint jam dicte plebes ſupraſcripte civitatis, & prædictis omnibus, exceptis jam dictis Eccleſiis tribus, ſeu ſupraſcripta omnis decima ejuſdem vallis Secuſie, ſicuti detinent montes, qui nuncupantur Genevus, & Ciniſo, ſeu mons ille, in quo Altaveto dicitur, & ſicuti detinent alpes inter regnum Burgundie, & Italicum regnum, & ſi tacite exinde omni tempore non permanſerint, vel ſi hunc brevem conceſſionis, & oblationis partis ejuſdem Eccleſie Sancti Johannis per quodvis ingenium corrumpere preſumpſerint ipſi jugales, aut eorum heredes, aut proheredes, tunc obligaverunt componere parti ſupraſcripte Eccleſie Sancti Johannis, que eſt caput Epiſcopatus Taurinenſis eandem querimonia, in qua agere, aut cauſare preſumſerint certa iſta plebe, & Eccleſiis, exceptis jam dictis tribus, pſeu (*ſeu*) decima omnia, ut ſupra continetur, in duplum, & inſuper pena ſtipulationis nomine, que eſt multa, auri obtimi unciis quatuorcenti, argenti pondera octocenti, & quod repetierint vendicare non valeant, ſed preſens hunc brevem omni tempore firmum, ſtabilemque permaneat, atque perſiſtat incumvulſa cum ſtipulatione ſubnixa. Quidem & ad hunc brevem conceſſionis, & obligationis confirmandum . . . . (*forte* recep) erunt iſtorum jugales Henricus Marchio, & Adeleida Cometiſſa ex parte paris (*ideſt* patris) iſte Eccleſie Sancti Johannis de Arnaldus . . . . S. eiuſdem Eccleſie. Launachid pamo, ut hunc breve, qualiter ſupra continetur omni tempore firmum, & incorr. . . . (*ſupple* aptum remaneat), atque perſiſtat, & ideo factum eſt hoc anno regni Domini Heynrici, Deo propicio tercio ſupraſcripto die . . . (*ſupple* Veneris) indictione decima feliciter. Signum mm. manibus iſtorum Heynrici Mar. (chionis &) . . . . . Adeleida Comeniſſa jugales, qui hunc brevem qualiter ſupra legitur fieri rogaverunt, & iſto Launachi (lde) . . . . . ceperunt ut ſupra ſignum mm. Arnaldi, & Greſevverti, ſeu Reſtagni, ſive *Auſ*berti lege viventes Salicha, qui interfuerunt teſtes, Ego Giſelbertus Notarius ſacri Palatii, qui interfui, & hunc brevem ſcripſi. Ego Johannes Mantellus Notarius autenticum hujus exempli vidi, legi, & in-

quisivi, & sicut in illo continebatur, sic & in isto continetur exemplo; nil addens, vel minuens, quod mutet sensum, vel sententiam, & ideo me subscripsi. Et ego Guillielmus Citellus Notarius hujus exempli, vidi, legi, & quia in eo nihil amplius, vel minus continebatur, quam in isto, & ideo me subscripsi. Ego Ubertus Truccus Notarius autenticum hujus exempli vidi, & legi, & nihil in eo plus, vel minus continebatur, quam in isto preter signum Notarii, & illud breve autenticavi, exemplavi, & subscripsi.

Donatio Henrici M., & Adelasiæ Com. Monisterio, & Canonice S. Antonini ex Terran. cit. ms.

22 MXLIII.

ANno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quadragesimo tercio, tertio decimo Kalendas Junii, indictione undecima, Monasterio, & Canonice Sancti Antonini, quod est constructum ultra montem in valle, que dicitur Nobilense, nos Henricus Marchio, filius quondam Vulielmi similiter Marchionis, & Adalena (Adalesia, *vel* Adalasia) Comitissa jugales, filia quondam bone memorie Odelmi (Od-el-rici) qui vocatus fuit Magnifredi, itemque Marchioni, qui professi sumus nos jugales ambo ea natione nostra lege vivere Salicha. Ipso namque jugale memorato (*forte* meo mihi) consentiente, & subter confirmante offertores, & donatores ipsius Ecclesie perpetuus (presentes presentibus) dixit ut quisquis (diximus: quisquis) in sanctis, ac venerabilibus locis ex jus aliquo (suis aliquid) contulerit rebus, juxta actoris (juxta auctoris) vocem in hoc seculo centuplum accipiet; insuper quod melius est vitam possidebit eternam. Ideoque nos Henricus Marchio, & Adalena (Adelasia) comitissa jugalibus donamus, & offerimus, & per presentem cartam offersionis pro anime nostre, & quondam Odelrici Marchionis, five Adalrici Episcopi gg. (. germanorum) atque Bertane Cometisse genetrix infrascripta Adalena (Adelasia) mercedis in eo habendum confirmamus, idest Ecclesia una cum area, ubi extat, que est edificata in valle Secuxia in burgo S. Agate, & est consecrata in honore infrascripti sancti Anthonini, sive cunctis casis sediminas, & omnibus rebus illis juris nostris, quas habere visi sumus, tam infra infrascripto burgo Sancte Agathe, & de focis (foris) in ejus territorio omnia, & ex omnibus, sicut infrascriptorum quondam Magnifredi Marchioni, & Bertane Cometisse jugale, vel per nostrorum missis terminum miserunt in in. (in integrum) preter anteponamus tercia pars, que ad Monasterium Sancti Justi pertinet, ut dictum est, tam casis sediminibus, & vineis cum areis suarum, molendinis, & piscationibus, collis, & incolis (cultis, & incultis) montibus, & planis, divisis, & indivisis, una cum finibus, terminibus, accessionibus, & usibus aquarum, aquarumque ductibus, una cum omni jure, ac jacentiis (adjacentiis), & pertinenciis earum rerum per locis, & vocabulis ab (ad) ipsis casis, & rebus inventum fuerit in infinitum (*forte* in integrum). Que autem infrascriptis casis, sediminas, & omnibus rebus juris nostri predictis, una cum accessionibus, & ingressionibus earum, cum superioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter supra legitur, in infinitum (in integrum) ab hac die in eodem Monasterio, & Canonica Sancti Antonini pro mercede, & remedio anime nostre, & quondam suprascripti Magnifredi, & Odelrici (Alderici) Episcopi gg. (germanorum) sive Bertane Cometisse a presenti die donamus, & offerimus, & per presentem cartam offersionis proprietario nomine in ea habendum confirmamus. Insuper per cultellum festucam notatum (festucam nodatam) vuantonem, & vasonem terre, adque ramum arboris ad ipsam Ecclesiam legitimam facimus tradicionem, & vestituram; & nos exinde foris expulimus, & vuarpivimus, & absente (absentes) fecimus, & ad propriotatem ipsius Ecclesie ab eterno (*forte* abendum) relinquimus, facientes exinde a presenti die Monaci, & Canonici, qui ibi nunc ordinati sunt, & illi, qui de hic in antea fuerint, & Deo servierint, ad eorum usum, & sumtu, sive pars ipsius Ecclesie proprietario nomine quidquid voluerint sine omni nostra, & heredum, ac proheredum nostrorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi Henricus Marchio, & Adalena (Adelasia) jugalibus Cometissa, quod absimus (absit) aut ullus de heredibus, ac proheredibus nostris, aut quelibet opposita persona contra hanc cartam offersionis ire quandocumque tentaverimus, aut ea per quocumque ingenio infrangere quesierimus, & (tunc) inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus multa (mulcta), que est pena auro optimo uncias mille, argenti pondera duo millia, & quod répetierimus, & vendicare (*forte* evendicare) non valeamus. Sic (sed) presens hanc cartam offersionis diuturnis temporibus firma permanear, que (atque) persistat inconvulsa cum stipulatione subnixa. Et ad (*forte* addimus) nos Henricus Marchio, & Adalena (Adalasia) jugalibus Cometissa, nostrisque heredibus, ac proheredibus ad eandem Ecclesiam infrascripta offersio, qua supra legitur in infinitum (in integrum) ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si per quocumque ingenio de ipsa Basilica sancti Anthonini subtrahere quesierit (quesierimus) in duplum infrascripta offersio ad ipsam Basilicam restituerit (restituere) sicuti pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit sub estimatione in consimili loco & bergamena cum atramentario de terra elevandi (elevantes) paginam Johannes Notarius sacri Palatii tradiderunt ad scribendum, & ei preceperunt. In qua subter confirmantes, testibusque obtulerunt roborandam actum infra castrum, quod est infra civitatem Taurin. super porta Secusina feliciter.

Signum ec. *Cetera desunt.*

Digitized by Google

Donatio Adelaidæ Com., & Henrici M. Monaſterio S. Mariæ de Caburro ex cit. ms.

23 MXLIV.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Enricus ſecundus gratia Dei rex anno regni ejuſdem (ejus, deo) propicio, quinto idibus junii, indictione XII., Monaſterio ſancte Dei genetricis Marie, que eſt conſtructa in loco Caburo. Ego Adalaxia Comitiſſa filia quondam Odolricus (Odelricus) qui vocatur Magenfredi, & conjux Enricus, que profeſſa ſum ex nacione mea lege vivere Salica: ipſi namque Enricus jugali meo mihi conſentiente, & ſuper (ſubter) confirmante p. p. (preſens preſentibus) dixi: quiſquis in ſanctis, ac in venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem, in hoc ſeculo centuplum accipiet ad (ac) inſuper &, quod melius eſt, vitam poſſidebit eternam. Ideoque ego que ſupra Adalaxa Comitiſſa dono, & offero a preſenti die pro anime mee mercede, nominative capella una, que eſt edificata honori ſancti Johannis, cum omnibus rebus ad eandem capellam pertinentibus, & manſos duos ſimilique (ſimiliter) cum omnibus rebus ad eos pertinentibus, & ſunt rectos, & laboratos per Adam, & Giſilprandi liberi homines, & ſedimen unum juris mei, quam habere viſa ſum in loco, & fundo Caramagnola, & ſedimen per menſura juſta tabulas ſeptuaſex (ſeptuaginta ſex) coeret eidem a duabus partibus via decia (coeret eidem duabus partibus via de tercia) terra Johanni, de quarta parte terra Adalaxia, ſibique (ſi que) alie ſunt coerentie. Que autem iſta capella cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, & predictos manſos, ſimilique cum omnibus rebus ad eos pertinentis, ſive prefatum ſedimen juris mei ſupradictis una cum acceſſione, & receſſo, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus earum, qualiter ſupra menſura, & coherentias in aliquod deſignatis legitur, in integrum ab hoc die in eodem monaſterio ſancte Marie dono, & offero, & per preſentem cartam offerſionis ibidem habendum confirmo faciendum (*hic aliquid procul dubio deficit*) per cultellum, ſiſtucam, notatum, vuantonem, & vaſonem, terreque (terre, atque) ramum arboris, & me exinde foris expuli, vuarpivi, & abſente me feci, pars ipſius Monaſterio, aut cui pars ipſius Monaſterio dederit, habendum relinquo faciendum exinde a preſenti die jure proprietario nomine quidquid volueritis, ſine omni mea, & heredum, ac proheredumque meorum contradictione, vel repeticione. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Adalaxia Comitiſſa, quod abſi (abſit) aut ullus de heredibus, aut proheredibus meis, ſeu quislibet, & (altera) oppoſita perſona contra hanc cartam offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infrangere queſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus, multa que eſt pena auri optimi uncias centi, acientius pondera duocenti, & quod repetierimus & vendicare, (evindicare) non valeamus: ſed preſens carta offerſionis diuturnis temporibus firma, permaneaque perſiſtat (firma permaneat, atque perſiſtat) inconvulſa eſtipulatione (*forte* cum ſtipulatione) ſupnixa, & ad me, que ſupra Adalaxa Comitiſſa, meique heredes pars ipſius Monaſterio, aut cui pars ipſius Monaſterio dederit, iſta offerſio, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omni homine defenſare; quod ſi defendere non potuerimus (aut ſi) pars ipſius Monaſterio exinde aliquid per coovis (quovis) ingenium ſuperare (ſuptrahere) queſierimus, tunc in duplum eadem offerſio, ut ſupra legitur, reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit melioratis, aut valuerit ſuper extimatione in conſimile loco. Et bergamena cum atramentario de terra elevavi pagina Ariberti Notarii ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmas (confirmans) teſtibuſque obtulit roborandum, factum (actum) in villa, que dicitur Pinerolio feliciter. Signum † manus ſupradicti Enricus, qui eidem Adelaxa concurſu, ac ſenſu (*forte* Comitiſſe aſſenſu) ut ſupra. Signum † manu ſupradicte Adalaxa, que hanc cartam offerſionis fieri rogavi, & (*forte rogavit*) eique relecta eſt. Signum †† manuum Girardi, & Alberieus ambobus lege vivente Salica teſtes. Signum ††††† manuum Goffredi, & Martini, & Petri, & Azo, & Gezemano teſtes. Ego quis (*forte* qui ſupra) Aribertus Notarius ſacri Palacii ſcriptor hujus carte offerſionis poſt tradita complevi, & dedi.

Placitum a Rinaldo Imperatoris legato Broni habitum præſentibus Anſelmo Marchione ex Murat. Ant. Eſten. part. 1. cap. 18. p. 165.

24 MXLVII.

DUm in Dei nomine, in loco, qui nuncupatur Brona in terra propria Eccleſiæ Sancti Petri, que plebs ipſa propria eſt Placentino Epiſcopio . . in judicio adeſſet Raynaldus miſſus domini Imperatoris ad juſtitiam faciendam, ac deliberandam, adeſſentque cum eo dominus Petrus Terdonenſis Epiſcopus, & Anſelmo, & Azoni Marchionibus: (*hic ſequuntur nomina Judicum Papienſium, dein Vaſſorum Placentini Epiſcopi, poſtmodum Terdonenſis, & Bobienſis; demum pergit*: Gandulfus de Bubio (1). (*adeſt lacuna*) ... Vaſſi eorum Marchionum: Ardingus de Papia, & reliqui plures. *Vvido Placentinus Epiſcopus petiit a Luizone Bobienſi Epiſcopo, utrum aliquid juris ſe habere contenderet in decima de Corte Caraſi, aliiſque locis. Hoc negante, jus omne in decima, aliiſque rebus Placentino Epiſcopo adſcriptum, ac pœna a Judice ſancita adverſus impedientes proprii juris exercitium. Hoc peracto, cauſam finitam dixerunt partes.* Ego Benno N. S. P... ſcripſi anno ab Incarn. D. N. I. C. MXLVII. ſecundus Henricus Dei gratia Imperator Auguſtus anno Imperii ejus, Deo propitio, I. III. Kal. auguſti Indictione XV. Raynaldus ec.

(1) *Erravit Muratorius in hujus loci explicatione, quem Bobium putavit, cum ſit locus in valle Burmidæ V. milliariis ab Aquenſi civitate diſtans, ac ad Aldrami nepotum patrimonium ſpectans.*

25 MLV.

Confirmatio donationis duarum Capellarum S. Petri, & S. Benedicti villæ de Lugo factæ Monaſterio de Saviliano ab Adila Comitiſſa filia q. Azonis M. Eſtenſis, & vidua q. Anſelmi M., & Anſelmo, & Hugone filiis ejus, & germanis fratribus V. S. p. 1. doc. 25. col. 33.

26 MLXXI.

Privilegium Civitati Saonæ ab Anſberto Marchione conceſſum. V. S. I. par. doc. 25. col. 38.

Donatio dominæ Immillæ Duciſſæ, & ſororis dominæ Adelaidæ Comitiſſæ Secuſiæ Monaſterio Sancti Petri in Muſinaſco, teſtibus VVilelmo, & VVidone Marchionibus. Ex antiquo apographo Ughelliano multo emendatiore, & ampliore.

27 MLXXVIII.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo octavo (1) tertia die menſis decembris, Indictione prima, in Eccleſia Sancti Petri in loco Muſinaſchi conſtructa, in qua, Deo propicio, Monaſterium cum Monacis fuerat ordinatum ad honorem Sancti Petri Romani Apoſtoli, & eidem Romanæ Eccleſiæ Sancti Petri ſubjectum ego Immilla Duciſſa vocata filia quondam Odelrici, qui Mainfredus vocatur Marchio (2), quæ profeſſa ſum ex natione mea lege vivere Salica, offertrix, & donatrix ipſius Eccleſiæ, propterea dixi: quiſquis in ſanctis, & venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, inſuper, quod melius eſt, vitam æternam poſſidebit, ideoque ego, quæ Immilla pro mercede, & remedio animæ meæ, & parentum meorum propter uſum, & ſumptum Monachorum, qui ibi Deo ſervierint, & Abbatum, qui ibi fuerint inveſtiti, & conſecrati per manum Domini Apoſtolici, quia ita volo, ut ſint inveſtiti, & conſecrati per manum Domini Apoſtolici dono, & offero in dicta Baſilica nominatim omnes res juris mei poſitas in locis, & fundis Muſinaſco, Giaveno (3), & ultra fluvium Tanari in locis, & fundis Bololaſco, Sommano, Turixellæ, Rodino, Budignano (4), & pro earum territoriis, & pertinentiis, eo vero modo, ut ipſi Monachi, qui primitus fuerint electi, vel poſtea fuerint ordinati, perſolvant pro omni miſſa ſancti Martini ad eandem Eccleſiam Romanam Sancti Petri Apoſtoli cenſus nomine auri optimi unciam unam, ut dictum eſt tam in caſis, caſtris, capellis, ſedimenibus, & vineis cum areis ſuarum, cæteriſque rebus omnibus juris mei ſupradictis una cum acceſſionibus, et ingreſſibus earum, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, qualiter ſupra legitur, in integrum ab hac die in eadem Baſilica pro mercede, & remedio animæ meæ, & parentum meorum, ut dixi, ad uſum, & ſumptum Monachorum a præſenti die dono, & offero prædictas res, et per præſentem cartam offerſionis in eadem Baſilica habendum confirmo, inſuper, juxta lege mea Salica per cultellum, feſtucam, nodatam (5), vvantonem, & vvazonem terræ, atque ramum arboris ad ipſa Baſilica, exinde legitimam facio traditionem, et inveſtituram, et me exinde expuli vvarpivi, et abſentem me feci, et ad proprietatem ipſius Baſilicæ habendum relinquo ad uſum, et ſumptum Monacorum, ita ut faciant Monachi, qui pro tempore fuerint a parte ipſius Monaſterii ex frugibus, ex radicibus, quidquid eis fuerit opportunum ſine omni mea, & heredum, & proheredum meorum contradictione, vel repetitione; ſi quis vero, quod futurum eſſe non credo, aut ego ipſa, quæ ſupra Immilla, quod abſit, aut ullus de heredibus, ac proheredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc cartam ire quandoque tentaverimus, aut eam quocumque ingenio intſingere quæſiverimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus multam, quod eſt pena auri optimi uncias centum, argenti pondera ducenta, & quod repetierimus vindicare non valeamus, ſed præſens hæc carta offertionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa, et ad me, quæ ſupra Immilla, meique heredes, ac proheredes a parte ipſius Baſilicæ, ſicut ſupra legitur, iſta offerſio in integrum ab omni homine ſpectat defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut de ipſa Baſilica per quodvis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum iſta offertio ad ipſam Baſilicam reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimilibus locis, ac bergamena cum atramentario de terra levavi Joannes Notarius ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmamus, teſtibuſque obtuli corroborandum. Actum infra Civitate Taurini (6) feliciter. Signum ††† manus ſupraſcriptæ Immillæ, quæ hanc cartam offerſionis fieri rogavit, ut ſupra. Signum ††† ††† ††† manuum VVilielmi, et Guidoni Marchionis, ſeu Amedei de loco Seralonga lege viventes Salica teſtes. Signum ††† ††† ††† manuum Bruno Vicecomes, et Girardi, ſeu Vinovi (7), atque Petri de loco Cayurro teſtes. Et ego qui Johannes Notarius ſacri Palatii ſcriptor hujus cartæ offertionis poſt tradita complevi, et dedi.

Edidit Ughelius in Chronotaxi Epiſc. Taurin. T. IV. p. 1041., ſed ſeptem locis mutilum, & aliis mendis adeo corruptum, ut integrum, ac diligentius exemplum nullus, rem lectoribus gratam facere putavi ipſum in hac appendice rurſus edendo. Ne autem videar primum prorſus repudiare, varientes præcipuas hic adponam.

(1) MLXXVII. (2) Magnifredo. (3) *deeſt* Giaveno. (4) Cucignano. (5) Motatum. (6) infra Taurinum. (7) Arnoni.

Digitized by Google

Litteræ S. Greg. PP. VII. ad Epiſc. Aſten. Taurin. & Aquenſ., ut Bonifacii M. fratris Mainfredi conjugium cum muliere Anſelmo altero Germano ſuo defuncto olim deſponſata prohibeant. Lib. VII. Ep. IX. ex T. XX. p. 294. Collec. Concil. Labbei.

28 MLXXX.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Fratribus, & Coepiſcopis Aſtenſi, Taurinenſi, & Electo Aquenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pervenit ad nos quod Bonifacius Marchio germanus Mainfredi, & Anſelmi nuper interemtorum, ejuſdem Anſelmi deſponſatam conatur ſibi in conjugium copulare. Quod quam ſit flagitii plenum, quam a Chriſtianæ religionis legibus alienum nemo, qui ſacros Canones novit, poteſt ambigere. Quapropter diſcretioni veſtræ præcipimus, ut illum noſtra vice convenientes commoneatis, quatenus contra ſanctorum Patrum ſtatuta tali tamquam nefario connubio deſiſtat ulterius operam dare. Quod ſi ſe ad hoc perpetrandum juramento putat adſtrictum teneri pernicioſæ obligationis, ſtultum pactum non obſervandum, ſed in irritum revocandum eſſe cenſemus, & vobis taliter habendum mandamus: ſin vero contra ſalutem ſuam animo indurato in placito tam nefando perſtiterit, & ſalutaribus monitiis, ſicut Chriſtianum decet, obtemperare contempſerit, vos in eum primi canonicam ſententiam promulgate, quam nos exinde Dei auctoritate firmabimus, & Apoſtolica poteſtate roborabimus, ne ceteri hoc exemplo ducti aut in deteriora labantur, aut ſimilia ſibi licere forte exiſtiment. Data Romæ tertio nonas novembris Ind. III.

29 MLXXX.

Donatio Bonifacii Marchionis quondam Othonis facta Uberto Aquenſi Epiſcopo prædii in Lanerio V. S. par. 1. doc. 27. col. 39.

Fundatio Canonicæ S. Petri de Ferrania a Bonifacio Marchione fil. Thetonis.

30 MXC.

IN nomine Domini anno ab Incarnatione D. N. J. C. milleſimo nonageſimo, indictione V. die XXI. januarii. Ego Marchio Bonifacius filius quondam Thetonis, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Salica, patronus, et fundator Eccleſiæ Beatorum Apoſtolorum, quæ eſt conſtructa, et ædificata in poſſe Cayri, in loco, qui dicitur Ferrania, offertor, et donator in dicta Canonica, qui quidquid in ſanctis, ac venerabilibus locis aliquid de ſuis bonis contulit, juxta auctoris vocem centuplum accipiet, et inſuper, quod melius eſt, vitam æternam poſſidebit: ideoque qui prædictus Marchio Bonifacius ad petitionem D. Orozolani præpoſiti dictæ Eccleſiæ BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli dono, & concedo pro remedio animæ meæ, & voloſo facere dictam Eccleſiam liberam, & abſolutam ab omni conditione, & datione paſcherii, & pedagii per totam terram meam, ita quod omnes beſtiæ dictæ Eccleſiæ, & omnes homines cum omnibus rebus ſuis libere poſſint ire, & redire per totam terram meam: deinceps perpetualiter ſine aliqua contradictione, & datione paſcherii, & pedagii. Item quod omnes beſtiæ, & omnes homines, qui veniunt de foris ad leandum in terris dictæ Eccleſiæ, libere poſſint ire, & redire, & ſtare in leata prædictæ Eccleſiæ BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & per hanc chartam donationis offero, & de omnibus prædictis prædictus Marchio Bonifacius mihi infraſcripto Notario præcepit fieri publicum inſtrumentum. Actum in prædicta Eccleſia BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ibi fuere teſtes vocati, & rogati magiſter Albericus de S. Stephano, D. Anſelmus de Vcola, D. Jacobus de Cingio, D. Henricus de Monteforti, D. Azio de Rupecula, & ego Anſelmus de Treſio Notarius hanc cartam ſcripſi, tradidi, & complevi. *De fincritate hujus chartæ vide annotationes ad documenta.*

Diploma Henrici III. Imp., quo Ottoni Electo Aſtenſi concedit caſtrum Caraſſone ex Apographo anno 1353. a tribus Not. ſolemniter exſcripto juſſu Baldracchi Ep. Aſtenſis.

MXCIII. 31

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Imperii noſtri perpetuam gloriam, & ſuſtentationem eſſe nullatenus dubitamus, ſi juſtis petitionibus noſtrorum fidelium hilari velocitate condeſcendere curamus. Quod ideo placet Apoſtolo, hilarem datorem diligit Deus. Si enim merito laudantur qui laudabiliter ſerviunt, & merito laudari debent, qui juxta ſuorum fidelitatem larga manu præmia reddunt. Cum ad omnia rationabiliter præſto eſſe debeamus, rectius agimus, ac ſalubrius, ſi ſanctæ curam Eccleſiæ, ejus oppreſſionibus occurrendo, habere ſtudeamus. Quare propter Deum, & animæ noſtræ ſalutem prudenti conſilio Ogerii Yporegienſis Epiſcopi noſtri Cancellarii, & O. Aquilegienſi patria (1) Burchardi Marchionis, Arditionis de Caſtello, aliorumque noſtrorum fidelium, & humili petitione Ottonis Aſtenſis Electi Aſtenſis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ caſtrum Caraſſone, & villam cum omnibus ad utrumque pertinentibus, tam intus, quam exterius, ubicumque jaceant per hanc præceptalem paginam perenni jure concedimus. Si quis ergo Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, vel quælibet perſona cujuſcumque conditionis aliquo in tempore contra hoc noſtræ inſtitutionis præceptum aliquo faſtu, aliquo machinamento inſurgere tentaverit, indubitanter ſciat ſe noſtræ Cameræ mille libras auri redditurum, medietatem quarum Eccleſiæ Aſtenſi perſoluturum, & ut omni tempore firmum, & ratum ab omnibus habeatur, præſens imaginatio noſtri ſigilli patenter demonſtrat. Signum domini Henrici III. invictiſſimi Imperatoris Auguſti. Ego Ogerius Dei gratia Yporienſis Epiſcopus Cancellarius recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MXCIII. indictione prima, regnante Henrico Imperatore XXXIX. Anno Impe-

Google

nono. Actum est Papiæ in festivitate Marci Evangelistæ in Dei nomine feliciter.

(1) *Hic error irrepsit, sicut apud Ughellium: legendum enim est Patriarchæ, non* Patria

Fundatio Canonicæ Ferraniæ a Bonifacio, & Henrico fratribus Marchionibus facta ex membrana rite exscripta anno MCCC XV. die VII. aug. Albæ coram D. Francisco Regio Can. Alben. & Vic. Gen. Ven. F. Raimundi. R. A.

MCXCVII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVII., V. Kal. januarii, indict. V. Canonica S. Dei Genetricis Virginis Mariæ, & S. Petro Apostolo, & S. Nicolao, quæ est constructa in valle Burmia, & jacet ad locum, ubi dicitur Ferranica. Nos Bonifacius Marchionis filius quondam Thetonem, qui Marchio, & cum Anrigo nepote suo filio quondam Manfredonem, qui Marchionis qui profiti sumus nos barbanus, & nepos, ambo ex nacione nostra lege vivere salica, offertores, & donatores ut supra Canonica. Quisquis in sanctis, & venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem in hoc sæculo centuplum accipiet, & insuper, quod melius est, vitam æternam possidebit. Ideoque nos qui supra Marchiones donamus, & offerimus in suprascripta Canonica omnes res juris nostri, quæ sunt in valle Burmia, & jacent ad locum, ubi dicitur Ferranica, & in valle Rio plano: coherit ei a prædictis rebus juris nostri de Ferrania, da una parte locos, qui dicitur casa de armita, sicut vadit per costam ad Roccam de Cinglo, ubi Ferranica intrat in Burmiam, & sicut ascendit ad pontem Clarascum, & de ponte Clarasco sicut ascendit in costam usque in jugum desuper Rio plano, & de illo loco sicut vadit per jugum, & costam ad casam de armita infra jam dictas cohærentias, ut supra omnia in integrum: similiter per hanc cartulam offersionis donamus nos qui supra Marchiones, casas, sedimina, & vineas cum areis suarum, & medietatem ex omnibus nostri juris cum capellis, quæ sunt in curte, quæ nominatur Salexedo, vel in eodem territorio, ac pertinentiis, quantum a prædicta medietate de eadem curte pertinet, omnia in integrum, & quantum ante hos dies in prænominato loco solebat esse rectum, & laboratus per Gandulphum omnia in integrum: similiter nos qui supra Marchiones donamus in villa, quæ nominatur Cario, massaritium unum, quod est rectus, & laboratus per Andream Massarium: similiter donamus nos qui supra Marchionis, casas, sedimina, & capellas, & omnes res juris nostri, quæ sunt in loco, qui nominatur Carreto, vel in eisdem territoriis, ac pertinentiis, quantum ad prædictum locum pertinet, omnia in integrum, & in loco Caurexana massaritio uno, quod est rectus, & laboratus per masarium, quantum ad prædictum mansum pertinet, omnia in integrum in prænominatis locis, prout supra legitur, tam casis, sediminibus, & vineis cum areis suarum, terris gerbis, & arabilibus, pratis, pasquis, silvis, astesariis, rupibus, rupinis, ac paludibus, castanetis, roboretis, & aliis arboribus fructiferibus, & ortaliciis, molendinis, & piscationibus, terris cultis, & incultis, divisis, & indivisis, prout supra legitur, omnia in integrum, quæ autem suprascriptis rebus de loco Ferrania, & Salexedo, & Cario, & Carreto, & Caurexana supra una cum accessionibus, & ingressionibus eorum, seu superioribus, & inferioribus earum, qualiter superius legitur, & cohærentiis, omnia in integrum ab hac die in eadem, ut supra, Canonica donamus, & offerimus, & per præsentem cartulam offersionis habendum confirmamus per cutellum festucum notatum iavantonem, & vasonem terræ, atque ramum arboris, & nos exinde his expulimus, & varpivi, & asasico fecimus, & in eadem Canonica faciendum jure proprietario nomine quidquid volueritis sine omni nostra, & hæredum, & prohæredum contradictione in tali tenore, si PP. (Præpositus), vel Canonici ipsas res, quæ, ut supra legitur, vel tollere, vel vendere voluerint, suprascripta Canonica ususfructus veniat in potestate Marchionis, suorumque hæredum usque veniat ad Canonicam, quæ a prædicta Canonica, quantum supra legitur, faciat tenere, & Præpositus, & Canonici habeant usumfructum de omnibus frugibus, quæ de supradictis rebus exierint propter Deum, & animarum nostrarum, & genitorum, & genitricis nostræ, & nepotum, & fratrum nostrorum mercedem. Siquis vero, quod futurum esse non credimus, nos, qui supra, dominus Bonifacius, & Henrigo Marchiones, si unquam ullo tempore, vel nostri hæredes de prædictis rebus, quæ, ut supra legitur, quod absit, aut nullus de prohæredibus nostris, seu quislibet suppositа persona, contra hanc cartulam offersionis ire quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quæsiverimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus multa, quod est pœna auro optimo uncias centum, argenti pondera ducenta, & quod repetierimus, vindicare non valeamus, sed præsens hanc chartulam offersionis diuturnis firma permaneant, atque persistat, & a nobis qui supra Marchionibus nostris hæredibus in eadem Canonica, & quomodo Canonici ordinaverint bene in servitio Deo suprascriptis rebus qualiter superius legitur, in integrum ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si nobis exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quæsierimus, tunc in duplum easdem supra res, sicut pro tempore fuerint melioratæ, aut valuerint sub easimilibus locis, & nec nobis liceat ullo tempore nolle quod voluisse, quod a nobis semel factum, vel conscriptum est sub jusjurandum inviolabiliter conservare promittimus constipulatione subnixa, & hoc nostra offersio firma permaneat, atque persistat inconvulsa constipulatione subnixa, & pergamenam cum atramento de terra elevavi me paginam. Quintinus Notarius sacri Palatii tradidi, & scribere rogavi, in qua subter confirma, testibusque obtuli roborandam. Actum in loco, qui nominatur Cayro feliciter.

Signum manibus prætatorum domini Bonifacio, & Anrico barbanis, & nepoto Marchionis, qui hanc chartulam offersionis pro anima eorum, & de patris, vel matris, & de fratris eorum fieri, & ro-

Digitized by Google

gaverunt, & pœna miſerunt ut ſupra, eique reſecta eſt.

Signum in manibus Gonfredo, & Oddo, ſeu Girbaldo lege viventes ſalica teſtes.

Signum manibus Oddo, & Danielo, ſeu & alio Oddo, & Anſaldo, ſeu & Oto de Saona interfuerunt, & rogati ſunt teſtes. Et ego qui ſupra Quintinus Notarius ſacri Palatii ſcriptor hujus cartam offerſionis poſt tradita complevi, & dedi.

33 MCI.

Donatio Ottæ filiæ Thebaldi de Agledo Ravennatis, uxoris Vilielmi M. de Ravenna, & Vilielmi, & Rainerii filiorum MM. Eccleſiæ Vercellenſi. V. S. p. 1. doc. 10. col. 51.

34 MCI.

Notitia contractus, quo Manfredus Marchio Vercolium emit a Marchionibus Ponzoni. Troviamo, che nel MCI. Manfredo cominciò a far acquiſto di Verzolo dalli ſignori, e Marcheſi di Ponzon. Giofredo Cronica Cap. Manfredo primo. *Hæc ſpectant tempora multo poſteriora nimirum MCCI., quibus forte aliquis ex MM. Salut. vel Buſchæ Verzolium alicui filiæ, quæ Marchioni Ponzoni nupſerat, in dotem dedit.*

35 MCVI.

Donatio Brunonis fil. Oddonis, & Adalaidæ ejus uxoris filiæ q. Guidonis Marchionis populo Gamundienſi V. S. p. 1. doc. n. 31. col. 44.

Literæ Ivonis Carnotenſis Eccleſiæ Epiſcopi, quibus Hugonem Trecenſium Comitem hortatur, ut ceſſet a promovendis nuptiis filiæ Bonifacii Marchionis de VVaſto ejus conſobrinæ, cum Rege Francorum. Ivonis operum pars II. edit. in fol. Pari 1647. pag. 89. Ep. CCIX.

36 Verſus annum MCIX.

Ivo Dei gratia Carnotenſis Eccleſiæ Miniſter Hugoni magnifico Trecenſium Comiti ſalutem, & omne bonum Notum volo facere celſitudini tuæ, quia diſcuſſio illa, quæ ventilanda eſt in octavis Pentecoſtes Senonis de conjugio Regis, & conſobrinæ tuæ filiæ Bonifacii Marchionis virgini illi, de cujus conjugio tractandum eſt nec honeſta res, nec utilis, ideo inutilis. Quia fœdus illud, quod de ipſo conjugio initum eſt, conſilio Epiſcoporum, & Optimatium omnino caſſabitur. Honeſta vero ideo non erit, quod infamiæ virginis, quæ de legitimo conjugio nata non eſt, longe, lateque divulgabitur. Nullus quippe, qui fidelitatem fecerit Regi, præſumet illud dare conſilium, quod ſit contra fidelitatem ſuam. & Regi minuat majeſtatem. Cum his enim, quæ fidelitas continet, præcipue obſervandum eſt utile, & honeſtum, quæ minime obſervarent, qui mulierem de inceſto conjugio natam Regiæ perſonæ ſociandam eſſe decernerent. Jam enim inſonuit murmur Ducum, & Marchionum, qui jam deliberant ſe a Rege dividere, ſi tam manifeſtam occaſionem valuerint invenire. Vos itaque, qui hujus conjugii paranymphus eſtis, poteſtis in utrumque conſulere, ut nec Rex incurrat perjurium, nec turpe conſobrina veſtra repudium: maxime cum Rex dicat ſe maculam ignoraſſe, & ſimpliciter in veſtra verba juraſſe. Propterea ſcribo vobis abſens quod dicerem vobis præſens, conſulens in hoc meæ fidelitati, & nobilitatis veſtræ honeſtati, quatenus ita diſcrete, & provide rem iſtam modificetis, ut omnibus, quæ de hoc contractu contingere poſſunt, ſalubri conſilio accuratis. Unde mihi conſultius videtur, ut conventus convocatus non fiat, ne res iſta amplius ventilata in pejus proveniat, vale.

MCXI. 37

Notitia, quemadmodum in pactis conventis initis Romæ Paſchatis tempore inter Henricum V. Imperatorem, & Paſqualem R. Pontificem circa inveſtiturarum ceſſionem, quam ille per vim a Paſquali extorſerat, ex parte fidelium Vaſſallorum Imperatoris juravit Bonifacius Marchio. Ex Chron. Caſſin. Leonis Oſtien. lib. IV. cap. 35. apud Murat. Script. Rerum Italic. T. IV. p. 519.

Poſt hæc Colonienſis Archiepiſcopus Fridericus Gebeardus Tridentinenſis, Burchardus Monaſterienſis, Burchardus Spirenſis, Albertus Cancellarius, Fridericus Herimanus, Albertus, Fridericus, Berengarius, Fridericus Gotfridus, & Goarnerius Comites, ac Bonifacius Marchio in hunc modum juraverunt &c.

Diploma Henrici V. Imp. Civitati Taurinen. præſente Rainero M. Montiſ. Ex Guich. Hiſt. Geneal. T. IV. par. 1. pag. 30.

MCXI. 38

Henricus ec. Inſtante Amedeo Comite, & conſanguineo noſtro cariſſimo, publicam ſtratam ec. . . . præſentes Reynerius de Monteferrato (1) Manfredus de Romagnano, Marchiones Albertus de Blandrato, Vido de Carnaviſio (*forte* de Canaveſio). Dat. apud Sutrium in caſtris X. Kal. apr. regnante Henrico V. Imperat. Rom. V. Imp. I. ordinationis ejus XI.

(1) *In Autogr. Civit. Arch. Taurin.* Rayneri de Monferrato.

MCXI. 39

Subjectio Eccleſiæ ſancti Martini in Zenzano Præpoſito ſancti Evaſii ad ejus reformationem facta a MM. Rainerio, & Oberto P. II. doc. 3. col. 3.

Digitized by Google

Donatio Bieſtri facta a Bonifacio Marchione Eccleſiæ Ferranicæ. Ex Collec. DD. in cauſa Ferraniæ.

40 MCXI.

ANno Dominicæ Nativitatis MCXI. Indictione IV. Breve recordationis per futura ſæcula ſecuritatis. & firmitatis ad memoriam retinendam, qualiter Marchio Bonifacius Bieſtrum donavit Ferranicæ Eccleſiæ, quod commutavit cum Abbate Sancti Gaudentii coram laicis, & clericis in loco, qui dicitur Ceva, die Veneris, quarto idus novembris, Marchio Bonifacius filius quondam Thete pro animæ ſuæ remedio, & pro mercede animæ conjugis ſuæ, & pro anima patris ſui, ac matris, præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubtus leguntur, præſens præſentibus dixi: Ego Bonifacius Marchio filius quondam Marchionis Theti, tibi, Eccleſia Ferranica per Præpoſitum tuum Oddonem nomine Miſſituum, inveſtio, dono, cedo, trado Bieſtrum mihi commutatum ab Abbate S. Gaudentii, cum omnibus acceſſionibus ſuis, & ingreſſionibus ſuperioribus, & inferioribus, ſicuti Presbyter Garibaldus tenuit, excepto in Gorzenio, pro quo invicem illi dedi .... tibi Ferranica Eccleſia, cui ſupra ego Marchio Bonifacius, qui ſupra ... Bieſtrum cum omnibus acceſſionibus, & ingreſſionibus ſuperioribus, & inferioribus, & quod videtur habere in Carcaris, & in Cruceferrea, & in Milleſimo, & in Perticis, & in Picis, & ſi alio quid videtur habere, ſicut Garibaldus tenuit, excepto in Gorzenio, dono, cedo, trado, confero, & per pergamenum, in quo juſſi ſcribi breve recordationis, & teſtibus obtuli roborandum proprietario nomine in te habendum confirmo, faciendum exinde ſecundum legem quicquid volueris ſine omni mea, & heredum meorum contradictione, & nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſed quod a me ſemel factum, vel quod ſcriptum eſt, inviolabiliter obſervare promitto. Actum in caſtro Cevæ feliciter Odo de Nerio, Arderio de Monteforti, Amicus Judex; Gulielmus Medicus, Bertericus Alferus teſtes interfuerunt.

Donatio Bonifacii Marchionis Eccleſiæ Ferraniæ ex Archiv. Aquiſextienſi.

41 MCXII.

IN nomine Domini amen. Anno Domini MCXII. Ind. V. IV. nonas auguſti. Chartam donationis fecit D. Bonifacius Marchio de omni eo, quod habere videbatur in loco, & fundo Charii prope caſtrum, & ſunt jugia terræ XX, cum . . . . . VViberto filio quondam VVidonis pro eo quod . . . (*reliquum membranæ cl. Meiraneſius qui hanc, ut & duas poſteriores ann. MCXXIII., & MCXXIV. humaniſſime communicavit, legere ob veuſtatem haud potuit, exceptis ultimis hiſce verbis*) . . . . VVilliel. de Diano. Poncius . . . . . Præp. Ferraniæ; VVido presb. Anſelmus . . . . . Ego VVido ſacri Palatii Notarius hanc chartam ſcripſi.

MCXVI. 42

Diploma Henrici V. Imp. ad preces Joffredi Ep. Vercellen. confirmantis Conrado, & Guidoni Cani caſtra Cellarum, Fraxinelli, Fubinarum, & Cuccari, teſtibus Marchionibus Bonifacio, Anſelmo, & Rainerio V. S. p. 1. doc. 33. col. 45.

MCXIX. 43

Fidelitas Marchionis Oberti Landulfo Aſtenſi Epiſcopo V, S. p. 1. doc. 321. col. 46.

MCXXII. 44

Notitia ex Chronica Joffredi ab Eccleſia cujuſdam donationis, quam Monaſterio Staphardæ fecit Manfredus Marchio, in qua ſic legitur.

Nel 1122. a' 23. d' agoſto il Marcheſe Manfredo fece ſtipulare un iſtromento nel Caſtello vecchio di Saluzzo alla preſenza di un meſſer Joanne Negro Dottore di Saluzzo, d' un Antonio Romagnano maſtro di caſa di eſſo Marcheſe, e di un ſuo gentilnomo Scudiero chiamato Confalonero de' Confaloneri di Milano, & ſi chiama ancora in quello iſtromento Marcheſe del Guaſto, & ordina così che dota la Capella di S. Maria di Stafarda, la quale lui gia più di fa ha fondato nella poſſeſſione ſua chiamata la Stafarda, e le dà la detta poſſeſſione, & oltre queſto la dota di molte lire d' oro per una ſola volta, le quali s' abbino a prendere ſopra li redditi ſuoi di Cortemiglia, & di Cairo, & ritiene in ſe ſempre la fondazione, & dotazione, la qual ragione la dona a ſuo figliuolo Antonello ultimogenito. *Quid de hac ſentiendum ſit judicent eruditi: mihi videtur multo poſteriora tempora redolere, & forte vel ejus vitio, vel falſa lectione, ac computatione deceptum Joſredum, quod haud infrequenter ei contigit. Aug. ab Eccleſia de Monaſterii Staphardæ fundatione hæc habet: „Illam Manfredus I. hujus nomine Saluziarum Marchio patre adhuc vivente circa annum MCXXII. magni Bernardi, & piorum Monachorum ex Abbatia Tilieti Ord. Ciſterc. in Liguribus ſita rogatu ſub titulo S. Mariæ, reſervato ſibi & Marchionibus ſucceſſoribus ſuis jurepatronatus fundavit. „ Ex ejus differendi modo dignoſcitur fundationis chartam ei defuiſſe, quam ſane ſaltem indicaſſet. Illud etiam hic animadvertam Auguſtinum in ſuo de hac Abbatia indiculo nullam mentionem feciſſe duorum privilegiorum a Joffredo memoratorum, quæ SS. Pontifices ei Monaſterio conceſſerant, quæ optandum eſſet, ut e tenebris erumperent, ad certius cognoſcendum & fundationis auctores, & nomen, & genus matris Manfredi, quæ, ut conjiciebat Terraneus in notis mss. ad Joffredi Chronicom, verisimiliter filia erat D. Petri de Sabaudia Marchionis Taurinenſis, & D. Agnetis Pictavienſis Comitiſſæ ejus uxoris. Quoniam vero adhuc latent, juvabit ſaltem eorum ſpecimen, quod ſcripto tradidit Joffredus, qui illa præ oculis habuiſſe videtur, hic ſubjicere.* Nel 1143. il Papa Celeſtino fece privilegio all' Abbadia di Stafarda, ed atteſta in quello eſſere ſtata fondata per Manfredo ſopradetto Marcheſe del Waſto, e di Saluzzo, figliuolo di Boni-

Digitized by Google

facio, e per sua madre Adelaida. Nel 1146. Papa Eugenio ne fece un altro del medesimo tenore, e in questo anno il Marchese Manfredo diede alla predetta Abbadia ogni cosa, che aveva in Furiana dal rivo chiamato Siliungo fino al territorio di Bargie.

Donatio Ecclesiæ Ferraniæ a Marchionis Bonifacii ex Arch. Aquæsextiensi.

45 MCXXIII.

IN nomine Domini amen. Anno ab incarnatione Domini MCXXIII. Indict. I. Kal. martii. Ego Bonifacius Marchio, una cum filiis meis . . . . . donamus pro remedio animæ meæ, & parentum meorum Ecclesiæ . . . . . quæ est constructa in loco, & posse de Ferranica, & Canonicis ibidem servientibus . . . . . nominative mansum unum cum rebus ad se pertinentibus, quod est in loco, qui dicitur . . . . . ut ipsi Canonici pro animabus nostris apud Deum . . . . . actum in castro Laureti . . . . . Signum Bonifacii Marchionis . . . . . (*desunt septem lineæ, quæ ob characterum vetustatem legi haud potuere*) Ego Johannes sacri Palatii Notarius . . . . . .

Confirmatio cujusdam donationis factæ Ecclesiæ Ferraniæ Marchionis Bonifacii. Ex Arch. Aquæsextiensi.

46 MCXXIV.

ANno Domini MCXXIV. Indict. II. XIV. Kal. junii præsentia bonorum hominum, quorum nomina subtus leguntur. Dominus VViliel de . . . . . uxore sua consentiente, domino Bonifacio Marchione investituram, & donacionem fecit Canonicæ . . de Ferranica, de decimis, quas ipse habebat in loco, & fundo Diano, loco dicto ad . . . . . tali modo, ut præfata Canonica habeat, & teneat a præsenti die sine omni contradicione infrascripti domini VVillielmi, & . . . . . & ab omni homine defensare promittit, ut supra legitur. Actum in castro Laureti præsentia dicti domini Bonifacii Marchionis, qui hanc donationem laudavit . . . . . Signum dicti domini VViliel, & Adele uxoris ipsius, qui hanc cartam fieri præcepit, eique relecta est . . . . . Signum Bonifacii Marchionis qui . . . . . Signum . . . . . (*reliquæ lineæ desunt ob membranæ recisæ defectum*).

Testamentum Mar. Bonifacii ex Durando Piem. Cisp. p. 348.

MCXXV. 47

IN nomine Domini ec. præsencia bonorum hominum, quorum nomina subtus leguntur, dominus Bonifacius Marchio filios suos Manfredum, et Vilielmum, atque Hugonem, nec non Anselmum, scilicet & Henricum, & Bonifacium minorem, atque Odonem heredem instituit. Et, si filios masculinos ex hac uxore habuerit, similiter eos heredes instituit, filiabus vero, Sibiliæ, & Adalaxiæ, & aliæ filiæ suæ, si ex hac uxore nata fuerit, unicuique centum libras de sua hereditate relinquit de bona moneta, sibi retento dominio, ac potestate omnium rerum dum vixerit. Bonifacium vero Incixiæ nominatim exheredavit per has ingratitudines, quia eum violenter cepit, atque in carcere cum sua familia tenuit usque dum ab eo, ut a mortalibus inimicis, se se redemit, & quia cum suis mortalibus inimicis suam amicitiam cum sacramento firmiter copulavit, & quia grave damnum cum suis inimicis intulit. Tria enim castra de melioribus quæ possidebat sibi cum inimicis suis abstulit, scilicet Montaldum, & Montemclarum, & Boves. Per has enim suprascriptas ingratitudines filium suum Bonifacium Incixiæ, ut supra dictum est, nominatim exheredavit. Interfuerunt testes Bonifacius de Revello, Siobaldus, & Antonius de Monteforte, & Bonifacius de Manciano, Umbertus de Salucio, et Anselmus de Revello, Anselmus, & Ojerius de Montepulcio, Adlardus, & Henricus de Vinti (Viginti), Anspertus de Bojamonte (Belomonte *villa olim in agro Nicienſi, diœc. Aquen.*), Anselmus, & Albertus Petri, & Robaudus de Loreto, Vilielmus Petrus, & Obertus, & Vuido de Lanerio, Landulphus, & Vilielmus de Canella (Canellis) & Vilielmetus, & Maurus de Barberia, Vuido, & Obertus de Bubio, Jordanus, & Antonius de Aliano, Vilielmus Malosane de Monte-Bressario, Asterius, & Thebaldus de Corticella, Anricus de Merla. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo vigesimoquinto, & quinto die mensis octobris, Indictione tertia. Actum in castro Laureti. Ego Bernardus Judice de Marenco subscripsi: ego Conradus interfui, et subscripsi; Obertus Judice de Rodino subscripsi; ego Lanfrancus Notar. interfui, & subscripsi.

Fundatio Monasterii Locedii a Rainerio, Ardicio, Bernardo MM. Monferratensibus. Ex Benv. a S. Georg. p. 21., & Iric. diss. de S. Ogl. p. 7.

MCXXVI. 48

ANno ab Incarnatione Domini MCXXVI. IV. die mensis januarii Ind. V. Monasterio S. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, sito in loco Lucedii juxta flumen Ampurii. Nos Rainerius Marchio filius quondam Vilielmi Marchionis, & Ardicius (1) filius quondam item Ardicionis, & Bernardus filius quondam Henrici, qui professi sumus nos ex natione nostra lege vivere Salica, offertores, &

Digitized by Google

donatores ipſius Monaſterii præſentes præſentibus diximus quiſquis in ſanctis ec. Ideoque nos, quorum ſupra Marchiones, donamus, & offerimus a præſenti die ibidem in eo Monaſterio S. M. V. pro animarum noſtrarum mercede, parentumque noſtrorum nominative petias duas de terra ſuper ſe habentes nemora, & prata, & terbia cum areis ſuis juris noſtri, quæ ſunt in loco Lucedii, & Montarolii . . ad primam petiam coherentiæ ſunt tales, de una parte currit flumen Ampurii, & ex alia aqua nigra, a parte vero S. Januarii, & a parte Alerii crucibus foveis, & terminis . . & ex omnibus aliis partibus terra Marchionum, quam ipſi ſibi in ſe reſervant, alia vero petia, quæ jacet Montarolio, ec.

(1) *Ex tribus hiſce fundatoribus ſolus hic fuit in hujus Monaſterii Eccleſia ſepultus, ut notavit ex necrologio Locedienſi Iricus.*

49 MCXXXI.

Fundatio Monaſterii S. M., & S. Crucis facta a M. Anſelmo f. q. Hugonis M., & Adalaſiæ f. Ubaldi cum Vilielmo, & Manfredo ipſorum filiis in loco Tilieti, cui conterminæ poſſeſſiones Aledrami Marchionis. V. S. p. 1. doc. 36. col. 47.

50 MCXXXI.

Notitia donationis S. Monaſterii de Varigotto factæ ab Ottone Albinganenſi Epiſcopo Monaſterio Lerinenſi, ac confirmatæ a Bonifacio Marchione, & Agnete Comitiſſa ejus uxore ex libro inſcripto Chronologia SS. & aliorum virorum Illuſtrium, & Abbatum Inſulæ Lerinenſis, edito Lugduni 1613. in 4. auctore Barrali, &c. ſecunda parte pag. 162. capite de Ab. Garino, qui ab anno MCXXV. Monaſterio præfuit. Poſt quam enim retuliſſet auctor donationem anni MCXXXI., ſic addit. Varia dona, & oblata habuit hic Garinus non ſolum bonorum, & poſſeſſionum, ſed etiam hominum. Tum D. Otto Albinganenſis Eccleſiæ Epiſcopus cum Clericis ſuis tradidit, et dono dedit Monaſterium S. Laurentii de Varigotto, ut ſecundum inſtituta Monaſterii Lerinenſis regeret, & gubernaret, Priorque Lerinenſis nomine Fulco de mandato dicti Abbatis poſſeſſionem accepit ipſomet anno in præſentia omnium Canonicorum, & Conſulum præfatæ Civitatis, quam donationem laudavit Bonifacius Marchio, & Agnes Comitiſſa uxor ejus, multiſque aliis bonis operibus plenus Abbas Garinus, expleto ſeptimo ſuæ Ordinationis (anno) requievit in pace.

51 MCXXXII.

Privilegium Innoc. II. PP. Monaſterio de Tilieto, quod ab Azone Aquen. Epiſc. & fratre Anſermo M., & alius fratribus, & eorum matre ac filiis, & uxoribus in Aquenſi Epiſcopatu conſtat eſſe fundatum. V. S. p. 1. doc. 37. col. 48.

MCXXXIII. 52

Donatio Marchionum Raynerii f. Vilielmi, & Giſlæ uxoris fil. Vialis, & Vilielmi eorum filii, & Julittæ hujus conſortis fil. Leopaldi, & Ardezoni fil. Ardezonii Monaſterio Locedienſi. V. S. p. 1. doc. 38. col. 50.

MCXXXIV. 53

Donatio Montisbaſilii, quam Bonifacius, Obertus, Oddo, Enricus, atque Gulielmus, ac ſorores cum Alaſia matre fecerunt Ottoni Epiſcopo Eccl. Aſt. V. S. p. 1. doc. 39. col. 51.

MCXXXVII. 54

Donatio Comitis Amedei Monaſterio S. M. de Locedio in terra M. Vilielmi fratris ſui. V. S. p. 1. doc. 41. col. 52.

Conventiones Reipublicæ Genuæ cum Manfredo Hugone, Anſelmo, Henrico, & Ottone filiis Bonifacii Marchionis ex Cyrolog. Raph. a Turri. p. 35.

MCXL. 55

IN conſulatu Gullielmis Barchæ, & Oberti Turris, & Guillelmi Mallocelli. Hæc eſt concordia inter Marchiones filios Bonifacii ſcilicet Manfredum, & Hugonem, & Anſelmum, & Henricum, & Ottonem, & populum Januenſem. Quod Marchio Manfredus ad præſens debet eſſe in exercitu cum Januenſibus cum centum militibus, & cum mille pedeſtribus ſine Saonenſibus, Naulenſibus, & Albinganenſibus ad acquirendum Vintimilium, & Comitatum ejus ubicumque pertineat ad Comitatum cum proprietate Comitis ab Armedano in juſſum, & quod pertinet ad Comitatum tali modo, ut de prædictis rebus debet eſſe medietas Januenſium, & medietas Marchionum; ita tamen ut de illa medietate Marchionum debet Johannes Barcha tenere medietatem per feudum ex parte eorum Marchionum, & Marchiones non debent auferre jam dictam medietatem Januenſibus. Et ſi quis eis eam auferret, debent eos adjuvare ad recuperandum; & Januenſes ſimiliter ad Marchiones. Et de prædictis rebus non debent facere Marchiones pacem, nec treguam, neque guerram (1) ſecretam cum Oberto Comite Vintimilii, & filiis ejus ſine licentia majoris partis Januens. Conſules de communi, qui ſunt vel fuerint, & Januenſes ſimiliter ad Marchiones ſine licentia Marchionum, & filiorum ejus. De exercitu maris. Si conſtrinxerimus homines Comitatus, & Marchiæ venire nobiſcum, non teneamur juramento. Et hoc quod ſupra dictum eſt firmatum per ſacramentum a Marchionibus, & Januenſibus anno MCXL. m. julii indictione II. Præterea recordationem facimus quod ſacramento dimittamus Marchionibus proprietatem Comitis in pace, & in concordia quam habet ab Armedano uſque ad Finar. Et a jugo uſque ad mare medietatem Marchionibus dimittimus, &

Digitized by Google

aliam medietatem per Johannem Barcam. Hæc recordatio eſt ſine ſacramento.

(1) *Forte* recredutam

56 MCXLI.

Bulla Innocen. II. confirmantis renunciationem prædii Monaſterio Leocedienſi S. M. a M. Rainerio donati factam poſt multas lites ab Abbate S. Ianuarii. V. S. pag. 1. doc. 41. col. 53.

57 MCXLII.

Donatio Manfredi, & Ugonis MM. de Salutiis Monaſterio de Civitacula confirmata ab Henrico, Anſelmo, & Ottone Boverio fratribus. V. S. par. II. n. 5. col. 4.

58 MCXLII.

Charta diviſionis inter Marchiones de Waſtho filios Bonifacii qua Marchionatum de Salutiis Mainfredo de Waſtho de Buſcha Gulielmo, de Cravexana Ugoni de Waſtho, de Ceva Anſelmo, de Curtemilia Bonifacio, de Saona Heinrico, de Laureto Oddoni Boverio Vide S. p. 1. doc. 42. col. 53.

Sacramentum ab Henrico Guercio Marchione Saonæ præſtitum Reip. Genuen. Ex Cyrolog. Raph. a Turr. pag. 104.

59 MCXLVIII.

Ego Henricus Marchio Saonæ juro habitaculum civitatis Januæ, ita videlicet quod habitabo in Janua per unumquemque annum menſes tres in voluntate Conſulum de communi qui ſunt vel qui fuerint. Et ſi civitas Januenſis fecerit exercitum a portu Veneris uſque ad portum Monachi, & uſque Palodo, & Montealto, ego ibo in illo exercitu cum militibus decem cum perſona mea ad meum diſpendium. Hæc omnia adimplebo, niſi juſto Dei impedimento, vel licentia Conſulum Januæ, qui ſunt vel fuerint remanſerit ec.

Renunciatio juris in pluribus locis per Monachos de Pedona poſſeſſis a D. Widone Marchione filio Wilelmi Marchionis eorum Abbati conceſſa. Ex archivio Aquiſextienſi in Provincia.

60 MCLI.

Anno Dominicæ incarnationis MCLI. indictione XIV. breve recordationis ad futuram memoriam retinendam qualiter hodie quæ eſt dies XXIV mady hora III. D. Wido Marchio filius b. m. Wilielmi in præſentia teſtium, quorum nomina ſubtus ſcribuntur, finem, & refutationem fecit in clauſtro Monaſterii S. Dalmaty dicti de Pedona D. Antelmo Abati coram Monachis, & Converſis, qui ſunt de ordine de omni jure quod habere dicebatur idem Monaſterium in poſſeſſionibus incultis caſtrorum, & villarum Rupis, Albernandi & Robulandi uſque ad Limum, & ſuperius in paſcherys uſque ad locum, qui dicitur Tana de Renaudo, & in quadam parte montanearum quæ vergunt ad occidentem, tam ex occaſione cujuſdam permutationis quæ dicitur facta vel conventionis inter Dominum Ademarum præceptorem ejuſdem Monaſterii ſub die . . . MCXL., & Dopnam Audiſiam Comitiſſam quondam novercam ipſius Domini Widonis vel occaſione cujuſdam legati a dicta Domina Audiſia facti pro reſtauratione refectory Cœnoby quando elegit ſibi ſepulturam in clauſtris ejuſdem monaſterii prope Eccleſiam S. Dalmaty, vel occaſione donationum, quæ a dictis Monacis dicuntur factæ a progenitoribus ipſius Domini Widonis vel prædeceſſoribus in marchia ipſius D. Widonis pro luminariis, & aliis preſtationibus. Quæ jura ut ſupra tam in tota valle deverſus Verma . . . . . in rupe, in Albernando, in Robilando uſque ad Limum, quam ſuperius in montaneis . . . . ſunt, & eſſe debent . . . . aliter ipſius Domini Widonis Marchionis, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum. Acta ſunt hæc in valle Rupis ſub porticu caſtri majoris in angulo prope puteum. Signum MM. D. Widonis quondam Wilielmi Marchionis, qui hanc cartam proteſtationis ſolepnis fieri præcepit. Interfuerunt ad hæc teſtes Rubinus Sacerdos de Robilando, & frater ejus Garſia. Petrus de Cluſa, Petrus de Wallerio judex. Anſaldus de Pedona ſcr ba D. Widonis Notarius his interfui, & hanc cartulam proteſtationis ſolepnis rogatus ſcripſi, & tradidi.

Donatio Henrici quondam Manfredi Marchionis cum Manfredo Henrico, & Ugolino filiis Canonicæ de Romaniſio ex arch. Aquiſextien. exſcripta a D. Sclavo.

MCLII. 61

Anno Domini MCLII., IV. idus auguſti, indictione XV. Nos Henricus Marchio filius quondam Manfredonis, qui & Marchio unacum filiis ſuis Manfredo, Henrico, atque Ugolino, qui ſimiliter Marchiones . . . . . deſuper confirmante, & approbante donamus, & offerimus pro mercede animarum noſtrarum . . . . . Canonicæ de Romaniſio partem . . . . . in Cervaſca, Villamagrana . . . . Quadralii . . . . in Comitatu Auriadenſi. *Deſunt reliqua.*

Inveſtitura Caſtri Roſſanæ facta Marchione Gulielmo a Carolo Epiſc Taurinenſi. Ex MS. Com. Caroli Salutii ex DD. Paeſana fol. 51.

MCLV. 62

In præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubterleguntur inveſtivit Dominus Carolus Dei gratia humilis Taurinenſis Eccleſiæ Epiſcopus Dominum Gulielmum Marchionem filium Bonifacii quondam bonæ memoriæ Marchionis per feudum de Caſtro Roſſanæ, quod de jure Taurinenſis Ec-

Digitized by Google

eleſiæ eſſe cognoſcitur cum omnibus ad ipſum Caſtrum de jure pertinentibus excepta Albergaria, & fodro regali; albergaria ſemel in anno, & fodro Regali cum Rex in Italia exiverit, (1) ideſt ſolidos quadraginta illius monetæ, quæ publice per terram current. Idem quoque Gulielmus Marchio eidem Epiſcopo fidelitatem fecit, & a Revellis uſque ad Vignolium omnem juſtitiam Taurinenſis Eccleſiæ obſervare, & defendere debet, & ſuum ſervitium jam dicto Epiſcopo exhibere. Ipſam autem fidelitatem, quam Gulielmus Marchio Epiſcopo Taurinenſi fecit, illam eamdem hæredes ſui legitimi facere debent, per hoc feudum proſequi voluerint. Actum No. . . . . hoc anno Dominicæ incarnationis MCLV. Indictione III., teſtes Aycardus, Anſelmus, Albertus, Lanfranchus, Granerius, Melchior, Henricus, Arnaldus, Henricus Brayda, Baudainus, Jacobus ſenior, Gaſſus. Ego Jacobus Notarius ſacri Palatii (2) præſentem traditam complevi, & dedi feliciter. Ego Carolus Epiſcopus, ego Obertus Archidiaconus, ego Bonus Joannes Archipresbyter.

(1) Venerit. (2) Chartam.

Fœderis leges inter Remp. Genuæ, & Manfred. Henr., & Ottonem Marchiones. Ex Cyrolog. Raph. a Turr. p. 103.

63 M C L V.

Nos Januenſes poſt quam habebimus Caſtrum Nauli poſt dies XV. debemus illud dimittere abſque cuſtodia, & non debemus illud auferre Manfredo, Enrico, aut Ottoni Boverio. Et ſi Naulenſes aut Saonenſes, aut quælibet gens illud vi ceperit, bona fide debemus eſſe cum eis ad recuperandum, & faciemus pacem cum eis, & ſuis auditoribus (1): & faciemus jurare de nobilibus viris noſtræ civitatis uſque in 100. hoc obſervare ut prædictum eſt. Et non auferemus Marchionibus ipſis hoc quod habebant in Marcha Saonæ tempore, quo juraverunt habitaculum; & tenebimus eis de hoc ſicut tenebantur Conſules illis, poſtquam juraverunt habitaculum. Nos faciemus caſtrum in Marcha Saonæ. Et ſi quis hoc fecerit, non dabimus illis adjutorium, vel conſilium, & quod habebatis in eadem Marcha, quando juraviſtis habitaculum noſtrum, tenebimur inde vos adjuvare, quemadmodum tenemur juvare Cives Januenſes. Et faciemus jurare intraturos poſt nos Conſules, quod obſervent iſtum conventum, & quod faciant jurare alios Conſules poſt ſe intraturos uſque ad novam compagnam. Et in ipſa erit ſcriptum, quod populus tenebitur obſervare prædictum pactum Marchionibus. Et Saonenſes debent facere fidelitatem, quam ſoliti ſunt facere, & Marchiones ea ſacramenta, quæ ſibi ſunt ſolita facere, & debemus dare Marchionibus libras 500. uſque proxime Kal. Auguſti medietatem . . . . . ad proximum feſtum Sancti Michaelis. In toto prædicto pacto vel concordia poſſit addi vel minui conſilio Conſulum communis Januæ, & Marchionum, quandiu locum Nauli Marchiones comunem habuerint, vel licentia ſuus illius in parte, cujus locus fuerit. Naulenſes debent facere fidelitatem, qui habent ann. XV. Facta ſunt hæc conventio per Conſules communis Gullielmum Luſum, Johannem Malocellum, Obertum Cancellarium, & Wilielmum Porcum MCLV. indict. II.

Nos Marchiones Manfredus, Henricus, & Otto Boverius mittimus Conſules communes Januæ in caſtro Nauli ad honorem Civitatis Januæ, eo tenore quod ipſi, factis ſacramentis promiſſis ex utraque parte, debent tenere præfatum caſtrum uſque ad dies XV, & poſt dies XV illud dimittere ſine cuſtodia, & ipſi non debent illud nobis auferre, aut ſi Nabolenſes vel Saonenſes, aut alia quælibet gens illud vi caperent, bona fide debent nobis eſſe ad illud recuperandum. Et nos debemus jurare habitaculum civitatis Januæ, quam habitabimus unus ex nobis tribus menſibus per guerram, & uno menſe per pacem; & ibit unus ex nobis cum eis in hoſtem cum XXV. militibus ſine ſoldis, & cum expenſis communis Januæ a Vigintimilio, & Portabeltrami, & Palodo, & Vultabio uſque mare, & ipſi debent nobis dare libras quingentas uſque proximas Kal. auguſti medietatem, & aliam medietatem ad proximum feſtum ſancti Michaelis. Præterea nos vel noſtri hæredes non addemus aliquem novum uſum neque aliquam conſuetudinem ſuper Nabolenſes. Tria vero placita videlicet homicidium, perjurium, & adulterium omni tempore tenere debemus. Alia vero placita per viginti continuos dies vel diverſos per tres partes anni placitare debemus per nos vel per conjuges noſtras, vel noſtros hæredes, ſi lamentatio ante nos facta fuerit, & nunc Conſulatus Nauli non debet placitare. Diſcordiam vero, quæ erat inter Nabolenſes, & homines de Piga, pro qua Nabolenſes juraverunt, emendare eis faciemus, & mercatum eis concedemus eo tenore, quod habeamus ſtarium, ſicut ſibi conſtituerunt Nabolenſes, & curiam, ſicut promiſerunt nobis, & debemus habere omnes juſtitias, quas habebamus tempore ultimæ litis, & falcones habere debemus, & faciemus in burgæ (1) in plano caminatam pro noſtro habitare, ubi voluerimus. Et nos Marchiones non debemus intrare in prætatum caſtrum ſine licentia communi Januæ. At ſi cum in burgo eſſemus, & tunc inſultus Piſanorum vel Saracenorum factum fuerit ſuper locum ipſum, tunc poſſemus præ timore caſtrum intrare, & eo remoto exinde exire, & obſervare ut dictum eſt. Similiter Nabolenſes non debent intrare niſi ſupradicto tenore. Iſtum conventum debemus jurare in capite uniuſcujuſque compagnæ a XV. diebus, præterquam hoc Conſules communis Januæ nobis dixerint, vel mandaverint, & facimus pacem Saonenſibus, & Albinganenſibus, & ſuis adjutoribus, & faciemus Sagonenſibus ſacramenta quæ illis ſoliti ſumus facere. Et non faciemus caſtrum aliquod a jugo uſque ad mare, & a capite Mede uſque caſtrum Albizolæ. Præterea nos Marchiones Manfredus, Henricus, & Otto Boverius juramus habitaculum civitatis Januæ ita videlicet, quod unus noſtrum inhabitabit annuatim civitatem ipſam per tres menſes, quando guerram habuerit, & per unum tempore pacis, & tenebimur jurare ipſam, quandocumque renovabitur. Hoc totum de habitaculo, & de compagna obſervabimus in laude Januenſ. Conſulum de communi Januæ tam qui nunc

Digitized by Google

sunt, quam qui de cætero erunt. In prædicto pacto & concordia possit addi vel minui consilio Consulum communis Januæ, & Marchionum, quandiu ipsi Marchiones habuerint communem locum Nauli, vel licentia illius (3) eorum in parte, cujus locus ille ille devenerit. Pro compagna non tenebuntur stare in causa Januens. nie (4) pro Januensibus, ne (5) venire ad concionem, vel guastum, vel ad trahendas naves. Acta sunt hæc in Consulatu Gullielmi Lusii, Joh. Malocelli, Oberti Cancellarii, & Wilielmi Porci. MCLV. Indictione II.

(1) *Melius* adjutoribus. (2) *Forte* Burgo. (3) *Addendum forte* vel. (4) *Lege* nec. (5) nec.

Donatio Gulielmi Marchionis, & Julitæ Monasterio Grassani. Ex Benven. a S. Georg. pag. 26.

64 M C L V I.

Anno ab incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCLVI. IV. die mensis madii indictione IV. Quoniam in hac fragili caduca, & brevi vita . . . Nos Gulielmus Marchio filius quondam Rainerii item Marchionis, & Julitta jugalis filia quondam Marchionis Leopoldi de Austria . . . . qui professi sumus ex natione nostra lege vivere Salica, sed ego Julitta ex natione mea lege vivere videor Alemannorum . . finem, & refutationem facimus Monasterio constructo in castro quod vocatur Gracianum in honorem Dei, & S. Petri, & BB. MM. Victoris, & Coronæ, & S. Christinæ, & aliorum Sanctorum; quorum reliquiæ ibi habentur, nominative de omnibus rebus illis, quæ ab Aleramo primevo antecessore nostro in Marchia, seu a quolibet alio antecessore nostro de ejusdem Aledrami stirpe descendente in jam dicto Monasterio collata sunt . . . . . ut nec nos, nec nostri successores, nec aliqua prorsus persona valeamus antedicto Monasterio vel a prætatis omnibus exigere . . . ullam prorsus publicam vel privatam exactionem. Sed Abbas qui nunc est, & Monachi . . . libere, & absolute possideant . . . . exceptis quinque placitis, quæ quia religioni Abbatis congruæ, seu honesta non videntur, in nostra reservamus potestate, idest duellum, adulterium, incendium, proditionem, & homicidium. Insuper donamus, & offerimus in eodem Monasterio totum fictum canevarum quod habebamus vel habituri eramus in castro Lugi; & decimam partem omnium redituum qui veniebant nobi de portu Felicianensi qui currit in fluvio Tanari, & hæc specialiter in refectionem infirmorum distributa esse volumus . . . si quis vero ec. . . . Actum est in prædicto castro quod vocatur Gracianum Signa manuum istorum (infrascrip.) jugalium ec. Signa manuum Gulielmi Pristini, Henrici de Cella, Uberti Paritapart, Rainerii de Ponciano, Wilielmi de Grafagnana, Wilielmi Sinebracha, Ascherii de Bulgaro, Siri Ottonis, Vitilielmi de Grafagnana, Arnaldi de Taurino, Lidonis de Raveraldo, Alberti de Valtingo ec.

65 M C L V I.

Diploma Frederici Imperatoris, quo ad preces Ugucionis Episc. Vercellen., qui ob fidele servitium, *quod a Gulielmo Marchione Montisferrati* hactenus accepit & . . . accepturus est, *jure beneficii castrum Tridini concesserat, hujus donationem confirmat. Dat. Wirleburch XV. Kal. julii indictione IV. Anno Domin. Incar. MCLVI. Regnante Glor. Rom. Imp. Domino Friderico . . . anno regni ejus V. Imperii vero II. ap. Benv. a S. Georg. pag.* 28. *item apud Iricum Hist. Tridin. pag.* 28. *ubi hic loco XV. Kal. julii habet XX. Kal. julii.*

M C L V I I I. 66

Privilegium Wilielmi Marchionis hominibus Gasingi V. S. p. 1. *doc.* 47. *col.* 60.

M C L V I I I. 67

Donatio facta a Wilielmo March. Montisferrati Ecclesiæ ac Monasterio S. Iacobi de Stura omnium possessionum a ripa Alearum usque ad flumen Sturiæ. Item remissio multorum possessionum facta Abbati Sturiæ per Wilielmum Marchionem Montisferrati. Ex quodam antiquo chartarum indice penes me.

Donatio Adalasiæ F. Adarati Alberto Marchioni de Incisa. Ex collect. docum. in causa Rocheta Tanari ec.

M C L X I. 68

Carta donationis, quam facio ego Adalasia filia quondam Adarati de Cerrei vobis Domino Alberto Marchioni de Incisa filio quondam Bonifacii nominative de tota ratione mea, & actione, & jure, quæ ullo modo habeo in Cerrei, & in omnibus ejus pertinentiis, & in Villa, & in Castro, & in Curia, & in hominibus, & in feminis, quæ omnia vobis dono, cedo, confero, & per præsentem cartam donationis in vobis habendum confirmo, & dominium, & possessionem vobis trado, faciendum exinde a præsenti die vos, & hæredes vestri quidquid facere volueritis sine omni mea, & hæredum meorum contradictione, ita ut, donec vixero, donetis victum, & vestitum mihi, si in vestra terra stare voluero, & insuper donetis mihi, vel meis successoribus per unumquemque annum deinde solidos duos pro censu, ut hæc donatio in æternum firma, & rata permaneat: si vero a me, vel ab ullo hærede meo, seu ab aliqua persona pro me vobis, qui supra, Alberto Marchioni, aut alicui personæ pro vobis hæc donatio aliquo modo impedita fuerit, vel calumpniata, tunc pœnam dupli stipulanti vobis dare promitto.

Actum in civitate Januæ in domo Amiconis de Curia feliciter, & in hac donatione Senatus Consultus, & leg. Vellej. abrenuncio. Testes Casagurra, Henricus de Ceva, Amiconus de Curia, Stultus de Incisa, & N. de Rocca, Panalupus de Incisa, Obertus de Lanei, Bucafol. Anno millesimo centesimo sexagesimo primo, mense julii, indictione octava. Ego Macobrius Notarius rogatus scripsi.

Digitized by Google

Donatio M. Manfredi q. Bonifacii Monasterio S. M. Stapharda ex charta penes Cl. V. Gasp. Sclavum.

69 MCLXI.

ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo, centeſimo, ſexageſimoprimo, octavo idus madii, Indictione nona. Monaſterio Sanctæ Mariæ, quod eſt conſtructum in loco, qui dicitur Stapharda, ego Manfredus Marchio filius quondam Bonifacii bonæ memoriæ Marchionis, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere Romana, offertor, & donator ipſius Monaſterii Sanctæ Mariæ, propterea dixi quiſquis in ſanctis, & venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem, in hoc ſæculo centuplum accipiet, &, quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego, qui ſupra Manfredus Marchio, dono, & offero in eodem Monaſterio S Mariæ pro animæ meæ mercede (1), ideſt cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus juris mei, quas habere viſus ſum in domo, quæ dicitur Caſanova, quæ eſt ſita in territorio de Carmagnola, vel in ejus territoriis, cum omnibus poſſeſſionibus juris mei ad eam pertinentibus, per hanc cartam donationis ad partem prædicti Monaſterii præſtat poteſtatem proprietario jure, qui autem iſtis omnibus rebus illius juris mei in eodem loco, & fundo ſupranominato, cum acceſſione, & ingreſſu ſuo, ſeu cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, qualiter ſupra, & infra ab hac die in eodem Monaſterio S. Mariæ dono, & per præſentem cartam donationis jure proprietario ad habendum confirmo, & faciatis exinde quidquid volueritis ſine omni mea, & heredum meorum contradictione, quod quidem ſpondeo, atque promitto me ego, qui ſupra Marchio Manfredus una cum meis heredibus parti ipſius Monaſterii, aut cui pars ipſius Monaſterii dederit ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi ab eodem Monaſterio exinde per quodvis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum eandem donationem, ut ſupra, & ad partem prædicti Monaſterii Sanctæ Mariæ reſtituamus, ſicut pro tempore fuerint melioratæ, aut valuerint ſub extimatione in conſimilibus locis, nec mihi liceat ullo tempore quod volui nolle, ſed omne, quod a nobis ſemel factum eſt, vel conſcriptum, inviolabiliter conſervare promitto. Hanc enim cartam donationis Jacobo Notario ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, quam ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandam. Actum eſt in loco Salutiarum infra caſtrum feliciter. Signum manuum infraſcripto Manfredo Marchio, qui hanc cartam donationis fieri rogavit. Signum manuum Anſelmus de Coſtigliolis, Ugo de Bargiis, Salonus, Viglielmus Britius, & plures alii. Ego Jacobus Notarius ſacri Palatii ſcriptor hujus cartæ donationis prædictus (2) traditam complevi, & dedi feliciter.

(1) *Hic incuria amanuenſis nomen proprium rei donatæ, quod adeſſe debebat, prætermiſſum eſt.*

(2) prædictæ.

Diploma Friderici Imper. Henrico Guercio M. Saonæ ex Raph. a Turr. pag. 108.

MCLXII. 70

FEdericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, apud noſtram Majeſtatem fides, & devotio ſemper habuerunt locum, & noſtri fideles ſuo non poſſunt deſiderio fraudari, illi præcipue, qui perſonarum periculo uſque ad ſanguinis effuſionem, & in rerum diſpendio pro Imperii honore fideliter decertaverunt: ea propter recognoſcant univerſi fideles Imperii, tam futuri, quam præſentes, quod nos dilectum & filium noſtrum Henricum Guercium Savonæ Marchionem pro ſua fidelitate, quam circa Imperium ſemper habuit, & ſervavit, & pro ejus præclaris ſervitiis, quæ nobis frequenter impendit, per rectum feudum inveſtimus de hoc toto, quod Marchio Bonifacius pater ejus habuit in Civitate Savonæ, & in Marchia, & in Epiſcopatu, & in toto diſtrictu prædictæ Civitatis, & Marchiæ, ſive in caſtro, & in Civitate, in mari, & in terra, & in communi, & argentariis, in boſchis, & paſcuis, in fodris, in bannis, & offenſis, placitis, diſtrictibus, albergariis, conditionibus, uſibus, operibus, fructibus, cenſibus, & reditibus, angariis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, & planitiebus, captiis volucrum, & belluarum, cultis, & incultis, diviſis, vel indiviſis, ripis, paludibus, rupinis, & in omnibus caſtris, quæ nunc ſunt, & adhuc erunt prædicto quoque Marchioni Henrico plenarie concedimus poteſtatem ædificandi ſuæ utilitati, & ſuis heredibus, & deſtruendi caſtrum, & turrim, quæ contra ſuam voluntatem facta fuere in omni Marchia Civitatis Savonæ, & in caſtro Quiliani, Segni, Nolii, & Perticæ, & Piæ, & Orchæ, & in omnibus horum caſtrorum curiis, quas poſſedit ipſe Marchio, vel aliquis pro eo, vel ab hodie in antea acquiſiverit, & in omnibus aliis ejus poſſeſſionibus, quas idem Henricus Marchio Savonæ tenet, vel ei provenerint, quæ de poſſeſſione prædicti Marchionis Bonifacii dignoſcuntur fuiſſe. Concedimus etiam per rectum feudum eidem Marchioni Henrico totum illud honoris, & regalium, quod nobis pertinet, vel quod habere debemus in ipſa prædicta Civitate, & Marchia, & in unoquoque prædictorum caſtrorum, & inſuper illud, quod prædicto Henrico Marchioni pertinet, vel per ſuum genitorem ei pervenit. Statuentes itaque firmiter præcipimus, quod nulla perſona magna, vel parva habeat poteſtatem petendi, vel faciendi in prædicta Marchia, Civitate, & Epiſcopatu, & in omnibus Marchionis poſſeſſionibus, quæ ei pertinent, vel ei pertinuerunt ex parte patris ſui, vel aliunde quocumque modo dici, vel poſſunt nominari, niſi ſolus Marchio Henricus, & ſui heredes omnes, & illos pedagios, & bonos uſus, quos ipſi cives miſerint, vel quos Marchio ad honorem imperii impoſuerit, concedimus, & confirmamus prædicto Marchioni, ſalvis omnibus ſervitiis, quæ prædictus Marchio Henricus Imperatori debet. Hujus autem conceſſionis, & confirmationis teſtes ſunt Raynaldus Colonienſis electus, Henricus Concordien. Epiſco-

pus Basilienſis, Epiſcopus Hermanius Conſtantienſis, Epiſcopus Udo Nuremberg, Epiſcopus Hermanius Sardienſis, Epiſcopus Hermanius Indeveſchenſis, Epiſcopus Garſendonius Mantuanus, Epiſcopus Udolricus Augienſis, Abbas Termannus Herfurden, Abbas Henricus Protonotarius, Anſelmus Aſtenſis Epiſcopus, Arcaldus Palmenſis Epiſcopus, Silvius Papienſis Epiſcopus, Aquenſis Epiſcopus, Terdonenſis Epiſcopus, Conradus Palatinus, Comes Rheni frater domini Imperatoris, Henricus Dux Auſtriæ, patruus domini Imperatoris, Otto Palatinus Comes Deutileſmebath, Theodorinus Marchio, Comes Reuto, Comes Albertus de Saxonia, Comes Rodulphus de Fulendorf, Comes Ulricus de Lelibrebit, Comes Henricus Riccardus Caſtellanus de Magdeburc, Vilielmus Marchio Montisferrati, Marchio Oppido Malaſpina, Comes Guido de Blandrato, Guerardus de Luemburg, & Mancardus frater ejus, Henricus Mareſcaldus, Vvido de ſancto Nazario, Gibus de Dovaria, & alii quamplures. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, centeſimo, ſexageſimo ſecundo, Indictione decima, regnante Domino Federico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno ejus Regni decimo, Imperii vero ſeptimo, ſignum domini Federici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Datum Papiæ apud Sanctum Salvatorem poſt deſtructionem Mediolani, quarto idus junii feliciter amen.

Fœdera inter Frid. I. Imper., & Rempublicam Genuenſem. ex Raph. a Tur. Cyrol. p. 26.

71 MCLXII.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator ec. . . . Et faciemus jurare conſules Papiæ, Placentiæ, Terdonæ, & Aſt, ſive poteſtates earum Civitatum, & Marchionem de Monteferrato, & Henricum Guercium Marchionem, & Marchiones de Buſco (Boſco), & Marchionem Malaſpinam, quod quandiu Januenſes fuerint in expeditione noſtra nullam offenſionem, vel injuriam facient Januenſi Civitati, vel in ejus diſtrictu, vel hominibus de Januenſi diſtrictu, aut in rebus eorum in aliqua parte, ubi habeant poteſtatem . . . Hæc ſunt nomina teſtium . . . VVmus (*ideſt*) VVilelmus Marchio Montisferrati, Marchio Obizo Malaſpina, Henricus VVercius Marchio, Comes VVido de Blanduto (*ideſt* de Blandrato) . . . Acta ſunt hæc A. D. J. MCLXII. Indic. X. Regnante D. Friderico . . . anno Regni ejus X. Imperii vero VII. Datum Papiæ apud S. Salvatorem in Palatio Imperatoris poſt deſtructionem Mediolani, & deditionem Brixiæ, & Placentiæ. V. junii feliciter.

72 MCLXIV.

Excerptum Benvenuti a S. Georgio p. 29. cujuſdam Diplomatis Friderici Imp., quo Vilielmum M. Montisferr. ſub ſua protectione ſuſcipit, ac ipſi, ejuſque poſteris confirmat Caſtelletum, Roccam Rondanariam, Taglove, Cochilie, Caſalegium, Montaltum, duos Carpanetos, Stazanum, Norcum, Ritortum, Caſtrum novum, Seradium, Montebarucium, Viſonum, Belmontem, medietatem Caſſinarum, Brion (1), *Cortiſelle, Forum, Gamundium, Puzolium, Flegarolium, Merengum, Dorſariam, Racavum, Valentiam, Bremidem, Pomarium, Sanctum Salvatorem, Lugo, Comagna, Vignale, Montemagnum, Caſtignole, Sanctæ Mariæ in Grava, Curta Cumerio, Felizanum, Calianum, Tongum, Moncalvum, Caſurtium, Tilium, Odalengum, Caſtellettum, Montebellum, Solunghellum, Mavenum, Pontem, Caminum, Ozanum, Gabianum, Moraſengum, Trebejam, Caſtignetum, S. Raphaelem, Clavaſium, Caſſenum, Leynicum, Caſelle, Settime, Quaradorum, Bruſaſcum, Cardalmam, Durbeccum, Roccam, Moranum, Graſagna, Trinum, Montebonum, Ponzanum, Roſingum, Alſianum, Burgarum, Montecaprellum, Labrianum, Montemajorem, Cavagnolium, Rajale, Berzanum, Buzolinum, Caſtignole, Cordua, Solle, Tondelinum. Dat. eod. loco, menſe, ac die, ac coram iiſdem teſtibus, ac editum in prima parte Mon. Aq. num. 51 Col. 66.* (1) *Brunum, ſive Bridunum.*

MCLXIII. 73

Epiſtola Joannis Sarisberienſis de Friderici Imper. fuga ex Italia, & ope ei præſtita a M. Montisferrati. V. S. Part. II. n. 7. col. 8.

MCLXIV. 74

Notitia cujuſdam Sententiæ inter Manfredum Marchionem, & Jacobum de Salmor pronunciatæ ab Archiepiſcopo Colonienſi. Ex Ioffredo ab Eccleſia his verbis. Nel 1164. l'Arciveſcovo di Cologna Vicario dell' Imperatore s'intromeſſe d'acconciare queſte differenze tra il detto Marcheſe, & un Giacomo di Salmor, e fu giudicato, che il luogo di Cadraglio foſſe poſſeduto dal Marcheſe per metà con eſſo Giacomo, con queſto, che di detta metà ſua recognoſceſſe il Marcheſe, e diſcendenti.

MCLXIV. 75

Diploma Friderici Imp. VVilielmo M. de Monteferrato. V. ſ. p. 1. doc. 49. col. 63.

MCLXIV. 76

Conceſſio Eccleſiæ S. M. de Gamundio Monaſterio Fructuarienſi facta a Guilielmo Epiſc. Aquen. ad preces Vilelmi M. de Monteferr. p. 1. doc. 50. col. 65.

MCLXIV. 77

Diploma Friderici Imp. Gulielmo M. Montiſferrati p. 1. doc. 51. col. 66.

Inveſtitura Marchiæ Guidonis conceſſa Henrico Marchioni a Friderico I. Imperatore, ex Murat. Ant. med. ævi. Tom. I. pag. 317., diſſ. VI., collata cum carta penes Clar. V. Gaſp. Sclavum.

MCLVII. 78

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Fridericus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Ratio ſuadet, & neceſſarium eſſe juſticia ipſa demonſtrat, ut quic-

Google

quid aliquo tempore clementia Imperialis de ſua largitate fidelibus ſuis erogat, vel diſtribuit, literarum apicibus pro memoria commendetur, ne per ſucceſſiones temporum, conceſſiones, vel donationes Regum, aut Imperatorum aliqua oblivione depereant, vel ex levi occaſione cordibus poſterorum dubietatis vulnus infligant etc. Inde eſt, quod nos in memoria, & præ oculis habentes, quanta devotione, quanta fidelitate dilectus noſter Marchio Henricus, ejuſque tota progenies nobis, & Imperio ſemper ſervierit, & in omni neceſſitate Imperii fidelis, & conſtans perſtiterit, dignum duximus præclara ſervitia ſua, & ſuorum palma dignæ retributionis adornare, & accepta opportunitate meritis ſuis grata viciſſitudine reſpondere. Eapropter cognoſcant univerſi fideles Imperii per Italiam conſtituti, præſentes, & futuri, quod nos juxta noſtram Imperialem munificentiam prædictum Marchionem Henricum pro ejus fideli obſequio, ejuſque hæredes maſculos de Marchia Guidonis quondam Marchionis in præſentia Principum Curiæ noſtræ inveſtivimus, ſimulque de omnibus rebus, de quibus idem Marchio a nobis fuit inveſtitus, atque de omnibus his, quæ per Imperium habuiſſe, & tenuiſſe dignoſcitur, cum omni jure, & honore, & utilitate, quæ exinde poteſt provenire: videlicet cum caſtris, burgis, villis, & locis, & cum omnibus pertinentiis, etc. Ad aumentum quoque hujus noſtræ gratiæ, & ad ſecuritatem prædictæ inveſtituræ a nobis factæ prædictum fidelem noſtrum Marchionem Henricum in poſſeſſionem Marchiæ, & prædictarum rerum liberi (1) per noſtrum legatum mitti decrevimus. Et ſi aliquis noſtræ Majeſtati, vel nuncio noſtro contradicere, vel obſiſtere in hoc facto præſumpſerit, quominus prædictus Marchio in poſſeſſionem mitti poſſit, omnibus comprovincialibus perſonis, & civitatibus ſub debito fidelitatis diſtrictæ præcipimus, quatenus prædictum Marchionem Henricum prædictam Marchiam intrare, & poſſidere, atque manutenere viriliter adjuvent, omneſque contradictores banno noſtro ſubjicimus. Præterea, ne quid ad gratiam deſit, Ugolinum Marchionem fratrem Marchionis Henrici de prædicta Marchia, & de præfatis rebus ſimiliter inveſtivimus, tali tamen conditione, ut ſi Marchio Henricus ſine legitimo hærede maſculo deceſſerit, tunc frater ejus Marchio Ugolinus prædictam Marchiam cum præfatis rebus habeat, teneat, & quiete poſſideat. Interim vero quicquid de prædictis rebus Marchio Henricus fratri ſuo Ugolino concedere voluerit, noſtræ Majeſtati per omnia complacebit. Si qua Caſtella ſunt in Marchia prædicti Guidonis Marchionis, & in tota Marchia Henrici, & Ugolini Marchionum, & in eorum diſtrictu diruta, & deſtructa, noſtra Imperiali auctoritate reædificari, & relevari permittimus, & præcipimus, & eum, quicumque huic noſtræ conſtitutioni, vel permiſſioni contradixerit, volumus Imperiali banno ſubjacere, centum librarum auri pœna mulctatum. Omnes quoque homines diſtrictabiles Marchionis Henrici, & Ugolini, qui ad civitates confugerunt, ne dominis ſuis ſervire cogerentur, a civitatibus exire, & ad propria domicilia ad ſerviendum dominis ſuis redire jubemus; alioquin perſonas, & res eorum in banno noſtra ponimus, & liberam facultatem dominis eorum damus, ut bona, quæ a manu eorum habent, eis auferant, vel ſuper perſonas, & res eorum, quamcumque voluerint vindictam exerceant. Statuentes itaque Imperiali edicto ſancimus, & ſub debito fidelitatis præcipimus omnibus fidelibus Imperii, ne qua eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona contra hanc noſtram conſtitutionem etc. Hujus rei teſtes ſunt Heribertus Biſuntinus Archiepiſcopus, Hermannus Verdenſis Epiſcopus, Daniel Pragenſis Epiſcopus, Alexander Leodienſis Epiſcopus, Udo Cicenſis (2) Epiſcopus, Gotefridus Spirenſis Epiſcopus, Rodelphus Argentinenſis Epiſcopus, Ludevvicus Argentinenſis Epiſcopus, Presbyter Cremonenſis Epiſcopus, Albericus Laudenſis Epiſcopus, Erleboldus Stabulenſis Abbas, Dux Bertholfus de Zeringa, Marchio Theodericus, Dux Tieboldus de Boemia, Dux Ulricus de Boemia, Borchardus (3) Caſtellanus de Magdeburg, Cuonradus Caſtellanus de Nuremberc, Comes Tieboldus de Lecheſgemunde (4), & frater ejus Henricus, Comes VVarnerus de Havehesburg, Conradus de Levvenſtein, Marchio VVilelmus de Monteferrato, Marchio Manfredus de VVaſto, Hugo magnus Marchio, Comes Robertus de Lorotello, Marchio Henricus VVercius, Albertus Marchio de Inciſa, Comes VVilelmus de Blandrata, Bertolfus de Sconvvenburg, Fridericus de Bilvieta, Henricus Mareſchalchus, Ulricus Dapifer, Ludevvicus Pincerna, Ulricus de Sala, Rudegerus, & Rodulfus Camerari, VVido de ſancto Nazario, Comes Malvicinus, Petrus Traverſarius, VVido Ubertinus, & alii quamplures.

Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Philippus Cancellarius vice Rainaldi Colonienſis Archiepiſcopi, & Ithaliæ Archicancellarii recognovi.

Datum in territorio Ariminenſi IX. Kalen. maii anno Dominicæ Incarnationis MCLXVII., indictione XV. regnante domino Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus XV., imperii vero XII. Actum in Chriſto feliciter. Amen.

(1) *Libere.* (2) *Ciceſtrienſis.* (3) *Borckardus.* (4) *Leckeſgmond.*

Sententia arbitri Bonifacii Marchionis, qua Amedeo Comiti Sabaudiæ Marchionatus Saluziarum a Manfredo poſſeſſi ſupremum dominium pretio 60000. floren. adjudicat. Ex Terranei ſchedis.

MCLXIX. 79

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimonono, indictione ſecunda, die ſexta menſis decembris in villa Nova præſentibus teſtibus infraſcriptis, Poncii Faberii, Jordani Rogerii de Grana, Boranine Papa de Vernia, Gulielmi Conſtantii, Avandi de Cuſono, & Jacobi Palma præſentibus, & futuris notum ſit, quod diſcordia erat inter illuſtres principes DD. Amedeum Comitem Sabaudiæ ex una parte, & dominum Marchionem Saluciarum, & dominum Cenei ex altera videlicet in locis infraſcriptis, & de toto

Marchionatu Saluciarum, ſcilicet de loco Bargiarum, Scarnafixii, Buſchæ, & Brenexii, qui dictus dominus Comes tenebat dicta loca ſuperius nominata ad manum ſuam; de qua quæſtione ſeſe compromiſerunt, & in arbitrum ſe poſuerunt ambo amicabiliter in dominum Marchionem Montisferrati dominum Bonifacium, qui dominus Bonifacius Marchio Montisferrati ibidem, & in præſenti erat, promittentes dictæ partes mihi notario infraſcripto ut publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, & intereſſe poterit, & corporaliter ad ſancta Dei Evangelia juraverunt tactis ſcripturis attendere, & obſervare omnia, & ſingula, quæ dictus dominus Bonifacius Marchio Montisferrati dixerit, ſive pronunciaverit, vel arbitraverit deſuper dictis quæſtionibus ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, de quo compromiſſo conſtat publico inſtrumento recepto per me notarium infraſcriptum ſub eodem milleſimo in dicto loco, & die etc. Qui dictus dominus Bonifacius Marchio Montisferrati viſis, & examinatis dictis quæſtionibus, & diligenter ab utraque parte, & habito conſilio a pluribus ſapientibus, & nobilibus hominibus porro Dei nomine invocato dixit pronunciavit, & arbitravit ut infra. Primo quod dictus dominus Comes per ſe, & ſuos hæredes det, & livret in feudum dicto domino Marchioni Salutiarum pro ſe, & ſuis hæredibus ſtipulantibus loca infraſcripta; primo locum Bargiarum, Scarnafixium, Buſcam, & Barnexium cum omnimoda juriſdictione dictorum locorum. Item pronunciavit, & arbitravit, & dixit, quod dictus dominus Comes det, & tradat de præſenti dicto domino Marchioni Salutiarum florenos ſexagintamilia boni auri bone lie, & juſti ponderis Florentiæ. Verſa vice idem dominus Bonifacius Marchio arbitrator dixit, arbitravit, & pronunciavit, quod dictus dominus Marchio Salutiarum per ſe, & ſuos hæredes, & in perpetuum teneat, & tenere debeat totum Marchionatum Salutiarum in feudum a ſupradicto domino Comite, & ſuorum hæredum ſalvo jure Imperatoris, & ſalvo jure Marchionis Montisferrati, videlicet terram quam tenet ultra Aſturam a dicto domino Marchione Montisferrati, & ſalvo terram, quam tenet ab Abate Monaſterii ſancti Dalmatii de Burgeto ultram Aſturam, & locum Centalli, & ſalvo jure, & franchefias Vaſſallorum Marchionatu (Marchionatus) Salutiarum tali modo, quod dictus dominus Marchio Salutiarum, nec hæredes ſui nihil ſerviant de prædicto feudo prædicto domino Comiti, nec ſuorum (1) hæredum, ſalvo quod ſemper ſe teneat dictum (dictus) Marchionatus Salutiarum a ſupradicto domino Comite, & ſuis hæredibus, & ſalvo tamen, quod dictus dominus Marchio Salutiarum, & ſui hæredes ſervient dicto domino Comiti, & ſuis hæredibus de locis Bargiarum, Scarnafixii, Buſchæ, & Brenerii de exercitu valido in partibus Pedemontis, & nihil aliud teneatur. Qui prædictus dominus Comes Sabaudiæ ſuam fidem & ſacramentum volens obſervare ſecundum arbitramentum, & pronunciationem prædicti domini Bonifacii Marchionis Montisferrati eorum arbitri cepit unum enſem evaginatum, & vocavit dictum dominum Marchionem Salutiarum, & dixit: *tenete illum enſem in ſignum donationis, & feudum*, & inveſtituræ prædictorum locorum Bargiarum, Buſchæ, & Scarnafixii, & Brenetii ſtipuletis per vos, & hæredes veſtros, ſive ſucceſſores. Qui dictus dominus Marchio Salutiarum prædictum enſem tum inveſtituram cum ambabus manibus recepit, ſtipulavit per ſe, & ſuos hæredes, ſive ſucceſſores, & ibi in præſenti prædictus dominus Marchio Salutiarum corporaliter juravit ad ſancta Dei Evangelia tactis ſcripturis prædicto domino Comiti ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus eſſe in perpetuum bonus, & legalis Vaſallus de dictis locis. Inſuper ſupradictus dominus Comes ibidem, & in præſenti dedit, & tradidit eidem domino Marchioni Salutiarum dictos florenos ſexagintamilia boni auri bonæ liæ, & juſti ponderis Florentiæ. Qui dictus dominus Marchio ibidem, & in præſentia dictorum teſtium fuit confeſſus, & contentus ſe habuiſſe, & recepiſſe, ac ſibi integre datos, ſolutos, & numeratos eſſe a prædicto domino Comite, renuncians exceptioni non habitorum, & non receptorum dictorum florenorum, & omni legum juris auxilio. Verſa vice prædictus dominus Marchio Salutiarum cepit unum baculum, poſuit in manu domini Comitis ſupradicti in ſignum donationis Marchionatus totius Salutiarum ſecundum arbitrationem domini Bonifacii Marchionis Montisferrati ſupradicti. Qui dominus Comes ſupradictus cepit prædictum baculum in ſignum dominii totius Marchionatus Salutiarum ſecundum arbitramentum dicti domini Bonifacii Marchionis Montisferrati eorum arbitri. Qui prædictus dominus Comes ibidem & in præſentia cepit unum enſem evaginatum in ejus manu, & prædictum dominum Marchionem Salutiarum ſtipulantem pro ſe, & ſuis hæredibus de dicto Marchionatu Salutiarum inveſtivit ſecundum arbitramentum ſupraſcriptum. Qui dictus dominus Marchio Salutiarum prædictam inveſtituram accepit cum ambabus manibus, & ibi in præſenti dictus dominus Marchio Salutiarum corporaliter juravit ad ſancta Dei Evangelia tactis ſcripturis eſſe in perpetuum bonus, & legalis Vaſſallus prædicto domino Comiti, & ſuis hæredibus de dicto Marchionatu Salutiarum ſecundum arbitramentum ſupraſcriptum. De quibus omnibus juſſum fuit mihi Notario infraſcripto fieri duo, vel plura publica inſtrumenta unius, ejuſdemque tenoris ad conſilium unius, vel plurium ſapientum ſi fuerit opportunum.

Et ego Thomas de Placentia Imperialis auctoritate Notarius hanc rogatus tradidi, & ſcripſi chartam iſtam, & omnibus interfui una cum dictis teſtibus.

(1) Nec ſuis hæredibus. *Ita prolatus eſt hic textus in Reſponſo Jacobini a S. Georgio ad cauſam Marchiæ Salutiarum.* Terran.

Inſigne hoc documentum eduxit Terraneus ex tabulario Marchionis de Cadralio ex illuſtri Iſnardorum de Caſtello Aſtenſi familia poſtremi, ac in Regis noſtri tabulario quoque extare ſcripto prodidit. Quid de ipſo ſenſerit peritiſſimus hic patriæ antiquitatis ſcriptor patet ex adnotatione ei ſubnexa, qua animadvertit neque Aimonem (ſic enim ipſe in ſuo, quo utebatur, exemplari legebat) neque Bonifacium hoc anno flo-

ruisse, neque indictionem II. mensi decembris respondere. Ante hujus præclari viri de hac carta sententiam, jam alia Doctorum præcesserant judicia pro varia, qua affecti erant animi dispositione. Cum enim sub finem sæculi XIV. exortæ fuissent inter Regem Carolum VI., Fridericum Marchionem Saluziarum, & Amedeum VII. Sabaudiæ Ducem controversiæ circa supremum in hoc Marchionatu dominium in causa, quæ in suprema Parisiensium Curia agitabatur ex compromisso, ac nostri principis advocati hoc ad vetera in illo jura tuenda protulissent documentum, illi, qui a consiliis Regis aderant, cum vim ejus probe intelligerent, nil non excogitarunt, ut ejus auctoritatem elevarent, atque imminuerent. Objectis tamen ab hisce prolatis responsum a nostris fuit, uti constat ex ipsa sententia a Carolo VI. in hac causa prolata, in qua universæ hujus quæstionis status, ac momenta ab utraque parte producta referuntur haud tamen integre, ac sincere; adeo enim contracte, jejune, ac remisse nostrorum ad objecta responsa producuntur, ut quilibet videat id de industria factum, ut huic documento, quod ipsorum maxime intererat, fides omnis concideret. Extat hæc sententia in tabulario Comitis de Paesana: atque ut illa, quæ circa hujus cartæ controversiam hinc inde fuerunt allata, omnes præoculis habeant, ea in medium proferam. Cæterum puto ego illam propria anni sede dimotam, ac multo recentiorem esse, quam notæ præseferant. Neque enim MCLXVIIII., indict. II., sed forte MCCXLIII., indict. II. legendum videtur, quo tempore & Amedeus IV., & Bonifacius II., & Manfredus III. floruerunt, & oppidum Cunei jam fuerat ædificatum. Cæterum Noni mentio jam sæculo X. haberi in chartis Astensibus monuit cl. Durandus Prem. Cisp. pag. 302.; at ista ex conjectura: Pleniorem enim disquisitionem, nec tempus nunc mihi, nec suscepti operis ratio permittit. En itaque sententiæ fragmentum.

Dicebat etiam dictus Comes, quod dudum orta fuerat discordia inter Amedeum Comitem Sabaudiæ, qui tunc erat, & Manfredum tunc Marchionem Salutiarum ratione totius dicti Marchionatus, & quorumdam aliorum castrorum, super quibus discordiis præfati Comes, & Marchio, qui tunc erant compromiserant in dictum, & arbitrium Bonifacii tunc Marchionis Montisferrati etc. prout hæc per certum instrumentum publicum 6. decembris 1169. (1) Confectum plenius apparebat etc. Præterea dicebant consiliarii regis Franciæ, quod instrumento eidem fides non erat æqualiter adhibenda, cum peccaret, seu deficeret in materia, atque forma. Nam super compromisso inter ipsas partes in personam dicti Bonifacii facto tam in narratione, quam mediis, & conclusione fundabatur, de quo compromisso nullatenus apparebat, licet hoc requireretur de jure, & etiam ratione; in multis etiam, ac diversis punctis, ac locis falsa, seu incognita latinitas, & ortographia mala apparebat esse scripta; quare per personam privatam, nec jusdicentem, ac non publicam, nec auctoritate fulgentem præsumendum erat illud esse factum, vel etiam fabricatum; nec erat verisimile, quod tantæ personæ agentes, seu tractantes de tanto negotio personam sic ignorantem ad hujusmodi negotium in formam publicam redigendum elegissent. Præterea tempore datæ dicti instrumenti, nec etiam ex post per spatium quadraginta annorum, vel circiter non fuerat Comes Sabaudiæ, qui Amedeus vocaretur. Nam annis millesimo ducentesimo trigesimo dominus Sabaudiæ, qui tunc erat, vocabatur Comes Moriannæ, sicut per duo instrumenta pro parte dictorum procuratoris, & Marchionis producta clarius apparebat. In ipsoque instrumento dictus Marchio vocabatur dominus de Coni; quodque dictum instrumentum in villa de Non confectum fuerat; quod verum esse non poterat; nam dictæ villæ tunc ædificatæ non erant, nec aliquod nomen habuerant, aut habebant, sed & post dicta villa de Coni lapsis jam sexaginta annis, & dicta villa de Non post elapsum quadraginta, vel quinquaginta annorum de novo fuerant ædificatæ, & constructæ. Nullus etiam datæ dicti instrumenti erat Marchio Montisferrati, qui Bonifacius vocaretur, ultimusque Marchio Montisferrati ante dictum instrumentum confectum Guillelmus Longaspada vocabatur, qui contra Saracenos in passu Saladini interfuerat; nec ex post fuerat aliquis Marchio Montisferrati, qui Bonifacius vocaretur usque ad annum millesimum, ducentesimum, quinquagesimum, prout in libris antiquis de partibus ipsius Marchionatus Montisferrati apparebat. Sed revera tempore dicti instrumenti si sic meruisset nominari, quidam vocatus Conrard, Marchio Montisferrati existebat. Testes insuper in dicto instrumento nominati absque dignitate, auctoritate, seu nomine, vel titulo alicujus præminentiæ existebant; nec fuerat, aut erat verisimiliter præsumendum, quod de tanto negotio inter tantas personas sine Prælatis, Baronibus, Nobilibus, & aliis personis magna auctoritate decoratis fuisset aliquid agitatum, ordinatum, sive factum, quod etiam per alia instrumenta per dictum Comitem producta plenius apparebat. Notarius insuper, qui dictum instrumentum signasse videbatur, vocatur Thomas de Placentia, in suæ locutionis modo formam loquendi in partibus nullatenus sequebatur, in suaque subscriptione non cavebatur, si dictum instrumentum manu sua propria, vel aliena foret scriptum, quod tamen in talibus fuerat communiter observatum, nec in dicto instrumento cavebatur occasio, seu ratio denotans controversiam de dictis quatuor castris, & Marchionatu subortam, nec apparebat, si de feudo, vel domanio tractaretur, nec etiam de qua controversia dictus Montisferrati Marchio fuerat oneratus. Videbatur etiam impossibile, aut inopinabile attento dicti instrumenti tenore, quod in in tam modico tempore deliberatio, seu consilium dicti Bonifacii, sententiæque prolatio, ac dictorum sexagintamillium florenorum numeratio, & alia in hujusmodi negotio agitata forent, aut esse sperarentur facta, seu peracta, cum multo major dilatio frequenter, & communiter requireretur, & haberetur in multo minori negotio peragendo.

Prænominato Comite ad oppositа per dictos defensores contra instrumenta per eundem producta respondente, & præsertim quoad certum instrumentum de data anni millesimi centesimi sexagesimi nono faciens mentionem de sententia, pronunciatione, seu arbitragii Bonifacii tunc Marchionis Montisferrati

ſuper diſcordia, quæ pendebat inter tunc Comitem Sabaudiæ ex una parte, & Manfredum tunc Marchionem Salutiarum ex altera. Dicebat dictus Comes, quod per confeſſionem partium ſatis apparebat de compromiſſo inter ipſas partes propter hoc habito, & facto; conſtabat etiam per tenorem ipſius inſtrumenti, quod ipſæ partes omnia in dicto inſtrumento contenta emologaverant, ratificaverant, & approverant, eaque multorum nobilium, & aliorum virorum prudentium magna deliberatione præhabita conſulta fuerant, & una die pronunciata; & ſuppoſito quod omnia fuiſſent eadem die, vel eadem hora ordinata, ſive facta, non tamen propter hoc ſequebatur, quin de jure, & ratione bona, & valida dicerentur; in ipſoque nulla fuerat, aut erat falſa, vel incognita latinitas, quæ ſi eſſet non propter hoc dictum inſtrumentum redderet vitioſum. Nam in bullis, ſeu literis Apoſtolicis falſa latinitas reddit eas vitioſas, non de jure communi, ſed ex introductione ſpeciali, & ſic omnes aliæ literæ, & inſtrumenta juri communi latinitatem incognitam nullatenus reſpuenti ſubjacebant; temporeque dicti inſtrumenti Marchio Montisferrati Bonifacius vocabatur, eratque tunc Comes in Sabaudia, & villa de Non exſtiterat, & erat conſtructa, & ædificata; & ſuppoſito quod tunc temporis eſſet Comes Mauriannæ, non propter hoc ſequi non debebat, quin etiam eſſet Comes in Sabaudia, qui duo Comitatus, licet diverſi, ad eandem perſonam potuerant devenire, attento inſuper longo lapſu temporis a tempore dicti inſtrumenti, nullus erat, nec a centum annis citra fuerat, qui de perſonis, vel ſtatu teſtium in dicto inſtrumento nominatorum notitiam habuiſſet, aut haberent; & ſuppoſito quod non eſſent nominati domini villarum, aut caſtrorum non propter hoc ſequebatur, quin de bono, & magno ſtatu exſtitiſſent, nec eos dicti defenſores ſufficienter reprobabant, dictaque controverſia de toto Marchionatu prædicto vertebatur, ſuper quæ juxta tenorem dicti inſtrumenti per dictum Bonifacium fuerat ſententiatum, deciſum, & etiam ordinatum etc. Datum Pariſiis in Parlamento noſtro x. die maii anno Domini MCCCXC., & Regni noſtri decimo &c.

(1) *Sub hoc anno citatur a Pingonio in notis MSS. ad Chron. Jofredi ab Eccl., atque his verbis: MCLXIX. Extat laudum, ſive ſententia lata per Bonifacium M. Montisf. Dat. in villa Noni an. MCLXIX. VI. decemb.*

Venditio poſſeſſionum in loco Cerreti facta a Ruffino, & Raynerio Alberto M. Inciſa. Ex collec. DD. in cauſ. Rochettæ Tanagri.

MCLXX. 80

Cartam venditionis ſub dupla venditione fecerunt Raynerius, & Ruffinus in manibus domini Alberti, ſed Ruffinus, & Raynerius fecerunt hanc venditionem jurejurando nominative de omnibus terris, quas habent ad locum, ubi dicitur ad Cerretum, ſcilicet in caſtrum. & in villam, & zerbis, & incoltis, & in aquis, & in paſcuis, & in Eccleſia, & in campis coherentiæ ſunt ſatis (1) pro pretio Papienſis monetæ libras ſeptuaginta & tres finito pretio, tali modo, ut faciat dominus Albertus, & hæredes ſui, aut cui dederint, de jam dicto caſtro, & de jam dictis caſtris, & zerbis, & coltis, & in aquis, & paſcuis, & Eccleſiæ, & campis, ſicut ſunt ſignatæ, & terminatæ infra terminos, & coherentias quidquid facere voluerit ſine omni contradictione jam dicti Raynerii, & Ruffini, & hæredum ſuorum. Inſuper jam dictus Raynerius, & Ruffinus una cum ſuis hæredibus promiſerunt jam dicto domino Alberto, ſuiſque hæredibus, aut cui dederint, ſupradictam venditionem, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerint (2), aut fuerit meliorata, aut valuerit ſub extimatione in conſimili loco. Actum in villa Lanerii juxta caſtrum in via feliciter. Teſtes dominus Mainfredus Lanerii, Ramundus Lanerii, Albertus Lanerii, Manfredus Caſtrinovi, Villielmus Ardaneſius, Anſelmus Magladii, Otto Clericus Inciſiæ. Ego Otto Notarius ſacri Palatii hujus chartæ venditionis ſcriptor extraxi.

(1) *Hic omiſit amanuenſis præ feſtinatione cohærentias notare, quare hic loco* ſatis *ſcribendam* tal.s &c.

(2) *Hic etiam aliquid prætermiſſum.*

Sedimen in loco Cerreti a Bonifacio venditum Alberto M. de Inciſa. Ex collect. DD. in cauſ. Rochettæ Tanari.

MCLXXIII. 81

Ego Bonifacius filius quondam Oglerius feci cartam venditionis ſub dupla defenſione, & accepi a te Albertus Marchio argentum denariorum bononum ſolidos quadraginta Papiæ monetæ finitum pretium pro petia una de ſedimine juris mei in loco Cerre infra villam, cohæret ei ex una parte caſtro, ex alia Belba, Dodonus Milanus, ſibique aliæ ſunt cohærentiæ, nulli alii vendita, donata, alienata, niſi tibi Alberto Marchio (1), facias de ſupraſcripta petia ſedimine quidquid voluerit (2), ſine contraditione mea, & hæredum meorum, quidem ſpondeo, atque promitto, me ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus (3), per quodvis initium (4) ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum iſtum ſedimen vobis reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimili loco. Actum Inciſa feliciter. Signum manus Bonifacii, qui hanc cartam venditionis fieri rogavit, ut ſupra, qui teſtes Henricus Baratta, Ugo Sunagla, Caraſco, Magneſrè. Ego Gandulfo Notarius ſacri Palatii ſcriptor etc.

(1) *adde* ut. (2) volueris. (3) *adde* vel. (4) *lege* ingenium.

MCLXXIII. 82

Notitia cujuſdam donationis Monaſterio Staphardæ factæ a Manfredo Marchione. Ex Chronica Jofredi ab Eccl. Nel 1173. (al. 1175.) fece certa donazione all'Abazia di Stafarda una cum certi Gentiluomini di Revello, che pure avevano giuriſdizione in eſſo luogo, & il Caſtello era d'eſſi, e ſi chiamavano di S. Stefano: il nome d'eſſi era Bonifacio, Otto, Jacobo, Gulielmo, Stefano, & Martino.

MCLXXIII. 83

Notitia cujuſdam compromiſſi Manfredi Marchionis de Saluciis, & Jordani de Bargiis de quibuſdam quæſtionibus in Conradum Marchionem Montisferrati. Ex

Chron. Joffredi ab Eccl., in qua ſic legitur. Nel 1173 havendo qualche controverſia (Manfredo) con un ſuo feudatario potente, chiamato Giordano di Bargie, che poſſedeva parte di Bargie, & altre coſe, furono tutti doi contenti di comprometterſi nell' arbitrio del S. Corrado Marcheſe di Monferrato fratello di ſua moglie Alaxia di Monferrato, che viveva, & anco in lo arbitrio d'uno Alberto di Montealto della differenza, quale era tra eſſo Marcheſe, e detto Giordano, e ſuoi conſorti, per riſpetto che eſſo Marcheſe non voleva inveſtirlo del feudo, che il ſuo predeceſſore Alardo di Bargie era ſtato inveſtito de' Fontanili, e certi fitti, e di 40. ſoldi una volta l'anno. quando il Marcheſe entraſſe nella valle, le quali coſe il Marcheſe condiſcefe a doverle fare per arbitrio fatto per li predetti. Fu anco arbitrato, ch'eſſo Giordano doveſſe dare, e rendere al Marcheſe il Caſtello della Rocca, e quello di S. Benedetto, ognivolta che li ſarebbero neceſſarj per far la guerra in la valle Sturana: & in ſimil caſo concedono al Marcheſe dovergli mettere li ſuoi cuſtodi, e ſoldati una cum eſſo domino Giordano, e li conſorti, e che tali cuſtodi ſiano di tal ſorte, che non ſiano nemici di eſſo domino Giordano, e ſuoi conſorti. Ancora che la torre del Caſtello la guardi domino Giordano, e li conſorti: ancora fu giudicato, che, ſe accadeſſe, per avere queſti conſorti dato introduzione al Marcheſe in detti caſtelli, gliene ſeguitaſſe guerra, che il Marcheſe prenderà in lui, & alle ſpeſe ſue detta guerra, e che non venirà a concordia alcuna in detta guerra ſenza il conſentimento di quelli di Bargie, nè anche quelli di Bargie ſenza il conſentimento del Marcheſe. Queſte furono le convenzioni, le quali ſe per caſo il Marcheſe non le tegniſſe, il Marcheſe Conrado ſuo cognato, & arbitro giura di mancargli ogni coſa dal canto, ſuo finchè farà d'accordio con li predetti. Queſti patti furono fatti a S. Frontiniano preſſo Alba: li teſtimonj furono Odo di Bargie, e Ajard di Bargie, Valfrè di Bargie, Merlo di Saluzzo, la Conteſſa Alaxia moglie del detto Marcheſe, e ſorella del S. Conrado Marcheſe di Monferrato, e figliuola di Guliermo.

85 MCLXXVIII.

Notitia Diplomatis Friderici Imp., quo confirmat omnia privilegia Vilielmo Marchioni Montisferr. conceſſa ab Henrico Imperatore, & Conrado Romanorum Rege, Imp. Friderici avunculo, circa bona, poſſeſſiones, ac dignitates, quas olim obtinuerant filii q. Ardicionis Marchionis Montisferrati. Dat. in territorio Embruni prope caſtrum Brianzoni an. MCLXXVIII. Indic X. pridie id. julii. Ex Benvenuto a S. Gregorio Chron. Monſer. pag. 30.

86 MCXXVIII.

Conventiones inter Gulielmum M. Montisferrati, & Alexandrinos. p. 1. *doc.* 59. *col.* 72.

87 MCLXXIX.

Notitia donationis multarum poſſeſſionum factæ a quodam Daniele de Verzolio Manfredo Marchioni Saluziarum. Ex Joffredo ab Eccle. pag. m. 125.

Nel 1179. a calende di marzo uno di quelli Gentiluomini di Verzolo, chiamato Meſſer Daniel con uno ſuo nepote, chiamato Guglielmo, fecero donazione a queſto Manfredo Marcheſe del Guaſto, e di Saluzzo di tutto quello allodio, che teneva meſſer Gulielmo Urtica 15. giorni avanti la morte ſua in tutta la valle di Vraita dal ſopranominato termine di pietra Eſchilianda fin al collo dell'Agnello, e di tutto quello allodio, che teneva in Verzolo, in Saliceto, in Solere, in Villa.

Fundatio Eccleſiæ, & Valetudinarii in loco Furnelli facta ab Henrico Marchione Saonæ. Ex Collec. DD. in cauſ. Rochettæ.

MCLXXIX. 88

QUum inter cetera miſericordiæ opera maximum ſit animarum remedium ſacras ædes ædificare, quoniam qui eas facit (1), perpetuam ſibi conſtruunt domum. Ideo ego Henricus Marchio Saonæ filius quondam Bonifacii Marchionis, qui pro me, & anima mea ſacram domum volens, & cupiens ædificare in territorio Cruxferreæ, loco, qui Furnellum nuncupatur, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & intemeratæ ſemper Virginis Mariæ, & ſancti Lazari, & omnium Sanctorum, & in uſum duodecim infirmorum, qui de cetero uſque in perpetuum, victum, & veſtitum in eadem domo recipiant, pro remedio animæ meæ, ac prædeceſſorum, & heredum meorum conditione dono, trado, concedo, & per præſentem donationis chartulam prædictam domum ea, quæ hic inferius deſcripta ſunt. In primis totum illud, quod habeo, & teneo, aut de hinc in antea habere, & tenere potero, aut prædicta Eccleſia Deo propitio acquirere poterit, aut emptionis nomine, aut donationis, aut alio aliquo titulo, ſicut infraſcripta confinia continent, ſcilicet a foſſato Gattadi uſque ſummitatem coſtæ, quæ vocatur Notula, a coſta Notulæ uſque ad colletam ejuſdem Notulæ, ſicut aqua deſcendit uſque ad fluvium, & exinde uſque ad ſtratellam, ſicut vadit foſſatum Chionatræ uſque ad Montembrachium, & ſicut deſcendit coſta Brachii uſque in foſſatum, & a foſſato uſque ad fluvium. Præterea dono eidem Eccleſiæ planum Cerexetum a flumine Burmidæ uſque ad pedem montis uſque ad ſtratam. Præterea dono eidem Eccleſiæ totum, quod capio in Carcaris, & totum de pane, & vino, & medietatem Molendini de Cairo, quod tenet Gualfredus de Cairo, & Bayliam, quam habeo juxta Sanctum Donatum de Cairo, & vineam de Clapolis, & in loco ſanctæ Juliæ dictum, & fructum, quod Marchio habebat ibi, & Molendinum de Cruxferrea, quod dicitur Molendinum de Cereccis. Item dono eidem Eccleſiæ in territorio Lezii partem Caſtagneti de Vitriano, & Caſtagnetum Regis. In Savona dono ſibi Caminatam meam, quæ jacet ad ſcarmatam ſuperiorem, & omnes vineas, & terras, quas habeo in plano Saonæ, & in Cortigiis, & in Lavagnola, & in Voriborgo, & in Ricelmi, & meam portionem terrarum, molendinorum Lavagnolæ, Viz (*videl.*) Almabali, & Andreæ, & Laurentii. Inſuper dono eidem Eccleſiæ hoc domi-

nium, ſcilicet quod omnes beſtiæ prædictæ Eccleſiæ libere, & abſque ullo reditu paſcantur in omnibus nemoribus, & paſcuis noſtris. Præterea omnes beſtiæ Marencoræ donec paſcentur, & ſtabunt ſuper terram præſcriptæ Eccleſiæ, nihil teneantur, vel cogantur dare nobis, vel noſtris hæredibus. Inſuper dono, & remitto eidem Eccleſiæ omnem meam portionem pedagiorum per totam terram meam, quam beſtiæ ejuſdem Eccleſiæ dare deberent; ita quod prædictæ Eccleſiæ, & hoſpitalis beſtiæ nullum tribuant in tota terra mea a præſenti die, & hora in antea uſque in ſempiternum: & ſicut ſuperius legitur in integrum prædictus Henricus Marchio inveſtivit Bertradum Archipresbiterum de Milleſimo ad partem, & utilitatem præſcriptæ Eccleſiæ Hoſpitalis Furnelli; & omnia ſupraſcripta eidem Eccleſiæ, ut ſupra legitur, contulit, atque donavit cum omni dominio, & poſſeſſione, & non liceat mihi Henrico Marchioni, nec meis hæredibus amplius nolle, quod volui, ſed quod a me hic factum eſt, vel conſcriptum inviolabile conſervare promitto. Actum in loco Vallio in brolio S. Ioannis ex præcepto prædicti Domini Henrici Marchionis præſente ibi filio ſuo Henrico.

86 MCLXXX.

Notitia emtionis factæ a Manfredo Marchione Salutiarum portionis Buſchæ, quam Manfredus Marchio in Buſca poſſidebebat ex Joffredo pag. 126.

Nel 1180. il ſopradetto Marcheſe Manfredo comprò Buſca da un Manfredo Marcheſe di eſſa Buſca, cioè la parte ſua. *Pag. tamen* 134. *referens doc. an. MCLXXXIII. dicit emtam hanc Buſchæ portionem a Gulielmo Patre hujus Manfredi.*

87 MCLXXX

Conventiones inter Alexandrinos, & MM. de Boſco Anſelmum, Dalfinum, Ardizonem filios D. Vermi par. 1. *doc.* 62. *col.* 78.

Pacta conventa inter Henricum Marchionem Saonæ Odonum, & Henricum ejus filios, & Conſules Naulenſes. Ex Cyrol. Raph. a Turr. pag. 37.

88 MCLXXXI.

Anno MCLXXXI. Indictione XIV. XVI. Kal. novembris, in Eccleſia ſancti Paragocii de Naulo, ex inſtrumento ſubſcripto ego Girardus Notarius poſt traditam complevi, & reddidi. Conventio eſt inter Dominum Henricum Marchionem Saonenſium, & Dominam Comitiſſam uxorem ejus, & ſuos filios ſcilicet Odonum, & Henricum, & Conſules Nauli, videlicet Rubaldum Pelatia, & Rubaldum Tederate, & Vilielmum Capellum, & Ottonem Auranum, ut deinceps Conſules Nauli, & cuncti homines Nauli habeant liberam poteſtatem faciendi omnia fortia in Caſtro Nauli, & in burgo, & in paramuro, quæ eis viſa fuerint neceſſaria. Item querimonia erat inter Dominum Henricum Marchionem, & Naulen. de pinta, & de mercato, & de molendinis, & de omnibus querimoniis, quas faciebat de hominibus Nauli, quæ omnia ſupradictæ eis in pace remiſit, ut ſupradicti homines Nauli ſine contradictione prædicti Marchionis Henrici, & ſuorum hæredum in pace habeant, & poſſideant, ſalvo omni jure prædicti Marchionis ſcilicet, ut in mercato ſuam curariam habeat, & in porta, & in ripa, ſicuti mos eſt, & fictа, quæ ipſe habet infra Burgum, & extra, & fodrum, & bandum, ſicuti in conſuetudine eſt, & omne prædictum conventum firmatum eſt per jusjurandum factum a Domino Otthone, & ab Henrico fratribus ejus Marchionibus cum juſſione patris contra homines Nauli, & ſuos hæredes. Et dicti Conſules Nauli, & cæteri homines, qui in Naulo habitant fidelitatem dictis Marchionibus, & hæredibus eorum facere debent, & omnia jure (jura) eorum ſalvare, & cuſtodire, & ſacramentum Marchionum tale eſt contra homines Nauli, quod ipſi in omnibus partibus, in quibus poteſtatem habent, debent ſalvare, & guardare, & cuſtodire perſonas, & res eorum. Hujus rei teſtes ſunt Ivaldus de Arbizola, Gumbertus Judex, Ogerius Crirenus, Declovolſo de Altare, Boſus de Juſtenexi, Rubaldus Babolo de Albingana, Obertus de Vaſco, Girmundus de Fulco, Oddo frater ejus Jacobus Caenſal, Jaunus Bonoviæ de Majorica, Sorleonus Aucepardus, Odo Coxia, Baudus Blancus, Sicardus de Caſtello, Anſelmus de Sicardo.

MCLXXXII. 89

Notitia donationis Manfredi Marchionis Saluciarum Alaſiæ uxori ejus Conradi Marchionis de Monferrato ex Ioffredo ab Eccleſia pag. 128.

Vi è un iſtromento ſtipulato nel 1182. de junio nel quale fa donazione ad eſſa Alaxia (prima moglie di Manfredo II) appreſſo di ſe, & in alodio li dona tutte le ragioni, che ſi trova avere in Saluzzo, in Racconiſio, in Villa, in Quaranta, in Centalo con queſta condizione, che, ſe per caſo il matrimonio, che è tra eſſi, ſi ſeparaſſe per morte, che di tutte queſte coſe ſopradette, che li dona in alodio, poſſa diſporre a modo ſuo ſenza contradizione alcuna delli heredi, che hanno a venire preſſo di ſe; e ſe per gratia di Dio luoro veniſſero havere figli, che ſimilmente lei habbia dette ville, caſtelli, e ne ſia donna, e madona ne più ne manco, quanto lui, et promette di fargli fare la fedeltà dalli huomini di quelle terre, che il Marcheſe Conrado di Monferrato, fratello di eſſa dimanderà, e che ſarà in ſua poſſanza di laſſargli, et ſenza fraude ed inganno; et cosi giurò. Fu fatto queſto nel palazzo di Chivaſſo preſente un Oberto (Alberto) Marcheſe d'Inciſa, e molti altri.

Conventiones Reipublicæ Genuæ cum Henrico Marchione Saone, Ottone, & Henrico ejus filiis ex Cyr. Raph. a Tur. pag. 36.

MCLXXXII. 90

Ego Henricus Marchio Saonæ juro habitaculum civitatis Januæ, ita videlicet quod habitando in Janua per unumquemque annum menſes tres in

Digitized by Google

voluntate Conſulum de communi, qui ſunt, vel qui fuerint. Et ſi civitas Januæ fecerit exercitum a Portu veneris uſque ad Portum Monachi, & uſque Palodo, & Montealto, ego ibo in illo exercitu cum militibus decem cum perſona mea ad meum diſpendium.

Juramentum Compagnæ quod fecerunt Marchiones Saonæ.

Nos Marchiones Otto, & Henricus filii Henrici Marchionis juramus compagnam Januæ præſentem, & jurabimus intraturam poſt iſtam, & alias, quæ deinceps pro tempore fuerint, & juramus habitaculum civitatis Januæ, ita videlicet quod ambo quamdiu Marcham communem habebimus Saonæ, habitabimus civitatem ipſam per tres menſes tempore guerræ in anno, & per unum tempore pacis poſt diviſionem factam ille tenebitur, ut dictum eſt, Januæ habitare, in cujus partem id, quod habemus in Marcham veniet.

Hoc totum de compagna, & habitaculo obſervabimus in laude Januæ conſulum de communi, qui ſunt, vel pro tempore fuerint. Nec pro compagna tenebitur ſtare in placito cauſa Januæ, niſi pro Jan. nec venire ad concionem, vel guaſtum, ſive ad naves trahendas. Et quoties civitas Ianuæ deinceps oſtem, vel expeditionem fecerit a porta Boltrami, & Vintimilio, & Palodo, & Vultabio uſque mare, ibit unus noſtrum in oſte illa, vel expeditionem cum viginti, & quinque militibus, ſine ſoldis, & ad expenſam communis decemem. Et non faciemus caſtrum aliquod a jugo uſque mare, & a capite Medæ uſque caſtrum Arbiſolæ. Et ſi quis illud faceret, non dabimus ullum inde conſilium, vel auxilium. Imo ad illud deſtruendum per bonam fidem opem, & conſilium dabimus.

In nomine Domini. Nos Januæ Conſules de communi non auferemus, nec minuemus vobis Ottoni, & Henrico filiis Domini Henrici Marchionis, quod Pater veſter Henricus, & patrui veſtri Manfredus, & Otto Boverius habebant in Marcha Saonæ eo tempore, quo juraretur (1) habitaculum, & quod habebant in eadem Marcha tempore, quo ſicut dictum eſt habitaculum juraverunt, tenebimur vos adjuvare, & tenere quemadmodum tenemur juvare Januæ cives de tenutis ſuis, & rationibus. Non faciemus caſtrum in Marcha Saonæ, & ſi quis faceret ibi caſtrum, non dabimus inde conſilium, vel auxilium, imo ad illud deſtruendum per bonam fidem, opem, & conſilium dabimus, & faciemus jurare intraturos poſt nos Conſules, quod obſervent conventionem iſtam, & faciant jurare intraturos poſt ſe Conſules, qui pro tempore fuerint, ut inde ſimiliter teneantur uſque ad novam compagnam, & deinceps ſimiliter, & in ipſa compagna ſcribi, & collocari faciemus, quod Populus Januæ ſemper tenebitur hoc pactum vobis Marchionibus obſervare. Anno Dominicæ Nativitatis MCLXXXII. vigeſima diè julii, indictione XIV. Teſtes, Rubaldus Biſſatia, Biſſacius filius ejus, Obertus Spinola, Henricus Auria, Henricus Deleſalve, Rubaldus frater ejus, Otto de Caffaro, Otto Pezulus, Bauduinus Comes, & Embriacetus filius quondam Ugonis Embriac, & Rubeus de Volta. In capitulo Conſules communis Nicola Mallonus. Jugo de Frixia. Willielmus Modiusferri, Andr. Aur. Piccamilium Spezapreda.

(1) *Legendum* juraverunt.

Conventiones inter Gulielmum Marchionem Montisferrati, & civitatem Vercellarum. Ex Benv. a S. Georg. pag. 31.

MCLXXXII. 91

Nos homines civitatis Vercellarum ab hodie in antea relinquimus tibi Gulielmo Marchioni Montisferrati, & tuis heredibus Trinum, & Moranum, & curiam eorum liberos, & abſolutos ab omnibus, & per omnia, excepto quod in prædictis locis duobus tu præfatus Marchio, & tui heredes vel tui homines nullam fortiam facere debeatis, ſine verbo, & licentia omnium conſulum civitatis Vercellarum. Et nos prædicti Vercellenſes homines non debemus facere vel acquirere caſtrum, vel fortiam aliquam ultra Doream, vel ultra Padum ſine verbo, & licentia tua, vel veſtrorum heredum, & debemus omnes homines Trini habitare in ſuburbio novo. Et nos Conſules Vercellenſes juramus . . te Marchionem Gulielmum, & tuos heredes ſicut proprios cives ab omni homine adjuvare, qui guerram vel injuriam vel tortum tibi vel ſuis heredibus facere vellet, & nollet emendare . . ita quod Marchio vel ſui heredes primo querimoniam faciant Conſulibus Vercellarum; & hæc omnia obſervare debemus ſalvo juramento ſocietatis communis Lombardiæ. Et a communi Lombardiæ nos homines Vercellarum te vel tuos heredes adjuvabimus intercedendo pro te, vel ſuis heredibus ſine fraude ſalva Imperatoris fidelitate, & juramento hominum civitatis Aſti. Et facimus finem ec. . . ex omnibus preteritis maleficiis . . . Et ſi diſcordia . . . orietur . . . ſecundum arbitrium duorum hominum . . . . infra XL. dierum ſpatium. Acta ſunt hæc & incepta in Morano, & completa in plena concione civitatis Vercellis . . . an. MCLXXXII. XI. die menſis auguſti indict. XV. ec.

MCLXXXIII. 92

Notitia chartæ, qua Manfredus Marchio Saluziarum emit caſtrum & villam Doliani a Manfredo filio quondam Wilelmi, & fratre Belengarii ex MM. Buſchæ ex Jof. ab Eccl. pag. 134.

L'anno predetto il Marcheſe predetto (Manfredo II.) l'ultimo d'agoſto comprò la villa, e caſtello di Dogliani da un Manfredo, Marcheſe di Buſca, figliuolo d'un Guglielmo quondam Marcheſe dal quale Guglielmo haveva anco accomperato ſua parte di Buſca nel 1180, et li coſtò queſta ultima compra lire 1150. de zanini d'oro . . et queſta compra fu con tale conditione, che ogni volta che eſſi Marcheſi di Buſca Manfredo e Berengario ſuo fratello reſtituiſſero la detta ſomma d'oro ad eſſo Marcheſe o foſſe ſborſata all'avvenire alli heredi di Saluzzo, che allora foſſero obbligati di rimette-

Digitized by Google

re detto luogo; similmente quando esso Marchese di Saluzzo veniſſe a perdere detto Castello per piadezo o per sentenza delli affini o del fratello Balangerio, o per altri di Marengo o per quelli di Salmor o per quelli di Montefalcone, e che aveſſe ſpeſo qualche coſa nel piadezo; ovvero che foſſe aſtretto a far guerra per riſpetto di detto caſtello di Dogliani, che in l'hora il Marcheſe di Buſca ſia ſolo obbligato di reſtituire al Marcheſe Manfredo di Saluzzo il capitale ſopranominato: del reſto chi avrà ſpeſo, habbia ſpeſo; et queſto fu fatto in Vercelli.

Confirmatio donationum Monaſterio de Locedio facta a Bonifacio Marchione Montisferrati ex Irico diſſ. de S. Ogier pag. 13.

93 MCLXXXIII.

Anno ab incarnatione Domini MCLXXXIII. die XXV. novembris indict. I. præſentia illorum hominum, quorum nomine contractus (*Lege* inferius) leguntur, cum carta quam ſua tenebat manu Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati inveſturam datam & confirmationem manibus . . . procuratorum Eccleſiæ & Monaſterii S. M. de Locedio . . fecit . . de omnibus terris & rebus, quas prædicta Eccleſia habere . . . videtur tam dato ipſius D. Bonifacii Marchionis, quam data, D. Guilielmi ſui genitoris, D. Reinerii ſui avi, & omnium prædeceſſorum ſuorum, & aliorum hominum in Locedio, in Montarolo, Ripa mezana, in Pobleto, in Moncalvo, & in Montegagliano ec. . . . . inſuper . . . conſtituimus . . . prædictum Monaſterium . . . . immune . . . . a quibuſcumque oneribus . . inſuper donamus curadiam, & pedagium . . . per totam terram noſtram . . . interfuerunt teſtes Antonius de Tilio, D. Henricus de Chiſalbertis ec. Actum in caſtro Montiſcalvi . . Ego Anton. Carolus S. P. N. ec.

Donatio D. Piſcis facta Bonifacio Marchioni Montisferrati de caſtro Montis Berzarii ex Rouſſet ſuppl. au Corps dipl. Tom. II. pag. 65.

94 MCLXXXVI.

In. H. T. Anno Domini MCXXXVI. in medio octobris indictione IV. placuit mihi Domine Piſci bona voluntate, & non coacte donare, & tradere tibi Domino Bonifacio Marchioni Montisferrati omne jus, & rationem quam habeo, vel habere viſa ſum in caſtro Montis Berzarii, & in tota ejus curte, & in omnibus ejus pertinentiis ſcilicet in caſis, & ſideminibus, & in omnibus hominibus ejuſdem caſtri, & ſuæ curtis, & in omnibus reditibus annualibus ad me pertinentibus, & in omnibus ſervitiis annualibus hominum, quæ ad me pertinere videntur, ſcilicet in vvatis, & ſcarvvatis in ſodero, & bannis, in albergariis, in roſis, & carrigiis, & in annualibus fictis, in angariis, & perangariis, in curadia, in pedagjis, & in omnino omnibus ſervitiis quæ uſque nunc ſum ſolita, & viſa habere in toto caſtro prænominato, & in tota ejus parte, & iterum dono omne jus quod habere viſa ſum ego Domina Piſcis in terris arrabilibus prænominati caſtris, & curtis in pratis, in gerbis, in nemoribus, in paſculis, in viis, in molendinis, & in locis molendinorum, in aquis, & in aquarum ductibus, in fluminibus, in ripis, & ſub ripis, & in omnibus venationibus nemorum, ſive aquarum, & in omnibus aliis, ſi quæ inveniuntur ſervitia prænominatorum mei juris, ut amodo in antea prænominatus Marchio Bonifacius, & veſtri hæredes habeatis omne jus, & rationem ſecundum quod ſupra memoratur, quod habere viſa ſum in Monte Berzario, & in toto ejus curte proprietario nomine, & teneatis, & uſufructuatis ſine omni mea contradictione, & lite, & in pace. & quiete, & ſine requiſitione mea, vel alterius ſubmiſſæ perſonæ. Et promitto ego Domina Piſcis tibi Marchioni Bonifacio, & tuis hæredibus præfatam donationem pro poſſe ab omni homine defendere, & neque per me, neque per ſubmiſſam perſonam ullo tempore inquietare, ſed ſemper tacita, & quieta me permanere. Et juravi ego Piſcis tactis ſacroſanctis evangeliis omnia ſuperius nominata ſemper firma tenere.

Facta eſt hæc carta donationis juxta domum B. Mariæ de Rocca coram Henrico Marchione Inciſæ, & Ferrario Valentiæ, & Tarano, & Guiella Villico de Rocca, & Behellchem teſtibus rogatis.

Notitia venditionis vallis Sturanæ facta a Manfredo Marchione Saluttiarum Henrico Imperatore ſub quibuſdam conditionibus coram Bonif., & Conrado MM. de Monteſ. ex Joſr. ab Eccleſia pag. mihi 133.

MCLXXXIII. 95

Nel 1183. Arrigo Re de Romani figliuolo di Friderico Barbaroſſa venne in Italia, e . . . e ritrovandoſi (1) in Aſti il Marcheſe di Saluzzo Manfredo li fece vendita della valle Sturana per marche 1150 d'argento, e marche 200 d'oro con li infraſcritti patti, che al preſente li dona 300. marche d'argento e 20 e mezza d'oro, il reſto promette di pagare infra S. Michele la metà, l'altra metà a Natale. Ancora promette eſſo Re Arrigo al Marcheſe di non fare acquiſto alcuno nel luogo di Centallo ſenza conſentimento di detto Marcheſe. Promette anco che non ricetterà alcuno delli militi e ſoldati del Marcheſe, che ſiano del ſuo paeſe, maſſime di Quaranta, il qual luogo il Marcheſe ha ritenuto in ſe con ogni carico, nè anco di Centallo nè di Racconiſio, di Villa, di Coſtigliole, di Saluzzo di Revello, e Romaniſio. E queſta convenſione fu fatta in Aſti alla preſenza di Conrado di Monferrato, di Bonifacio ſuo fratello d'un Gulielmo di Parod, un Pier Coſtanzo d'Alba e molti altri.

(1) Ritrovandoſi.

Venditio nemoris facta ab Odone Marchione Saonæ hominibus de Nauli ex Cyr. Raph. a Tur. pag. 37.

MCLXXXVI. 96

Anno MCLXXXVI. Indict. IV. menſe novembris in loco, qui dicitur Voze apud domum de

Grana. Ex inſtrumento ſubſcripto. Ego Girardus Notarius præcepto, & voluntate amborum partium rogatus ſcripſi. Ex tranſactione inita inter D. Odonem Marchionem Saonæ, & homines Nauli de diſcordia, quæ erat inter eos de toto nemore, & illixeta, quod nemus capit fines a rivo Marcellino uſque ad mare, quod D. Odo dat eis prædictum nemus, & Ilixetam a rivo Marcellino, ſicuti ſtrata vadit uſque ad curiam Orchi, & uſque ad curiam Mellarum, & uſque in Jugum, & uſque ad Scaletas verſus curiam Signi uſque in mare cauſa boſcandi, exceptis villis, & campis, atque pratis, quæ ſunt intra prædictos confines. Pro iſta diſcordia dederunt homines Nauli pro prædicto nemore Domini Odoni ducentas libras Januæ monetæ nomine tranſactionis. D. Odo juravit per ſe, & ſuos filios, & per ſuos hæredes attendere. Teſtes rogati Anſelmus de Quiliano, Obertus Lucenſis, & alii ec.

Donatio Marchionis Gulielmi de Ceva, quondam Anſelmi Marchionis, Eccleſiæ B. M. Caſularum. apud cl. G. Sclav.

97 MCLXXXVIII.

Charta donationis factæ ad memoriam retinendam pro futuris temporibus in præſentia bonorum hominum ad hoc ſpecialiter vocatorum, quorum nomina ſupter ſcribuntur, in qua continetur, quod ego Gulielmus de Ceva filius quondam Anſelmi Marchionis confiteor tibi Eccleſiæ B. M. Caſularum, & fratribus ſucceſſoribus ejuſdem Monaſterii dediſſe pro anima mea totam vineam, quæ quondam fuerat Præsbiteri Renandi; & totum hoc, quod adquirere poteritis, ulterius dono, ſive præcio (1) videlicet tantum, quantum eſt, & fuit donum vineæ præſbiteri Renandi præfati, quod vobis Monachis fratribus Caſularum dederimus, ut definitum eſt pro anima mea, ita ut donum, quod confeſſus ſum, & adquiſitiones juxta vineam ad quantitatem doni priſtini diſtinctas in pace, & quiete, & liberaliter per helemoſinam (2) ſine reſpectu fructuum alicujus (3) teneatis, habeatis, & poſſideatis in perpetuum jure proprietario. Et deinde a præſenti die liceat vobis facere quiquid de ea volueritis & (4) abſque mea, hæredumque meorum contradictione; & ſic tranſeat amodo in veſtrum uſum, jus, dominium, & poteſtatem. Hujus autem donationis, & inveſtituræ, & (5) vobis prænominatis fratribus cartam Palatinam, & ſcriptum imperiale fieri præcepi: ita ut nullo tempore mihi, nec hæredibus meis liceat deſtituere quod multum volui, nec infringere auſu temerario quod ſpontaneus, & bene conſultus ſtudenter ordinavi (6). Et ut majorem obtineat vigorem, robur, & firmitatem præſens cartula per manum Joannis Notary, & tabellionis imperialis inſcribitur, quam ſubter confirmamus, teſtibuſque obtuli roborandam, & atteſtandam, ut poſſit memoria omnium hominum tam futurorum quam præſentium, ſi veritatem negare voluero per aliquod tempus, & donum ſubtrahere in teſtimonium contra me, & heredes meos repræſentari, ſicuti per præſentem cartulam vobis vineam, & apenditia aquiſitionis defendere ab omni homine promiſi ſub quantitate vineæ prætaxatæ tamquam (7) adaucta, & adjuncta. Signum manuum teſtium, qui huic dono, & ordinationi perſonaliter (8) apellati fuerunt, & in charta ſubſcribi ſe negaverunt (9), Teſtes Amalbertus Archipræsbiter Cevæ. Henricus de Nuceto. Henricus Curialis. Torchius. Nicolaus Agnetis Cumis. Arnaud de Battifol. Actum eſt in lobia Caminatæ caſtri Cevæ ſuper Tanagrum, die lunæ, menſe july, IV nonas ejuſdem menſis. Anno Dominicæ incarnationis MCLXXXVIII. indict. VI. Et ego Joannes Notarius ſacri palatii huic dono, & confeſſioni, & conceſſioni cum ſubſcriptis idoneis teſtibus ſpecialiter advocatis interfui, & hoc inſtrumentum ordinavi, & rogatus ex utraque parte ſcripſi, tradidi, & dedi.

(1) *Corrige* ſine precio. (2) *In alio exemplari Equitis Can. Graſſi ex autographo deſumto* pro elemoſina. (3) Redditum ſervitii alicujus *Graſſi id.* (4) *Deeſt & Graſ. Ibi.* (5) *Iterum deeſt &.* (6) *Ibi additur S.* (*ſcilicet*) quod a me ſemel ſollempniter factum eſt inviolabiliter volo conſervari. (7) Tam (8) Præſentialiter. (9) Rogaverunt.

Venditio ſodri ab Henrico fil. Henrici Guercii Marchionis Naulenſibus facta ex Cyr. Raph. e Tur. pag. 37.

MCLXXXVIII. 98

Anno Domini MCLXXXVIII. Indict. IV. (1) Kal. auguſti inter Caminatam Marchionis Fiarii ex inſtrumento ſubſcripto. Ego Gerardus Notarius ſcripſi. Dominus Henricus Marchio filius quondam Marchionis Henrici Guercii vendit ec. Conſulibus de Naulo M. Bonvaſſallo Raſpacane, & Baldo Pignolo, & Villano Marucco, & Nolaſco Game ementibus pro communi de Naulo ſodrum, quod homines Naulenſes, & habitatores Nauli univerſaliter dabant dicto Domino Marchioni, & ſuis præceſſoribus pretio librarum ducentarum duarum Januæ monetæ, de quibus ſe quietum ec. Dominium, & poſſeſſionem ec., & dictam donationem defendere in perpetuum ec., & ſi plus ec. donavit ec. Teſtes rogati Guido Matia, Pelegrinus Gaſtaudus, Pellerius de Monticello, Oddo ejus frater, Vacca filius Pelegrini, Embronus de Monticello, Gullielmus Fortis. (1) *Corrige* VI.

Refutatio juris in Montealto facta a Bonifacio M. Montisferrati Conſulibus Aſten. Ex collec. DD. in cauſ. Rochettæ Tan.

MCLXXXVIII. 99

Anno Domini MCLXXXVIII. Indictione VI die veneris VII. Kal. ſeptembris finem, & refutationem fecit Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati Conſulibus Aſt, quorum nomina ſunt Rolandus, Balbus, Rodulphus, Vaidalos, Jacobus de Curia, Amedeus Delus, Gribaldus de Porta, Opicò Calcagnus vice, & nomine totius communis Aſt de omni eo dato, & acquiſito, de omni eo jure, quod habebat, & fecerat in Montealto, & in pertinentiis pro dono, & inveſtitura, quæ, & quam Dominus Albertinus Marchio Inciſæ inde ſuprafecerat, & pro confirmatione a Rege Henrico in ſuprafacta

Digitized by Google

eo modo, quod ipse Marchio Bonifacius non vult eum castrum Montaldi tenere, nec possidere, nec ex eo ulterius posse, & adjuvare contra comune Ast, nec contra alios homines, nec illud castrum Montaldi deinceps aquassabit in alio tempore, nec pro carta, nec pro confirmatione, inde supra facta a dicto Rege, vel ab alio de cætero possit & adpellare. Actum urbe Ast in publica concione Testes Petrus Cicia, Girardus Gimorins, Jacobus Carigarius, Jacobus de Sterda, Gandulfus de Porta, Jacobus de Borloris, & multi alii, qui erant in concione illa: & ego Jacobus Bonvicinus Notarius Palatinus interfui, & jussu prædictorum Consulum scripsi, & est in veteri libro in fol. XL.

Cessio dimidiæ partis Comitatus Laureti facta Astensibus a M. Bonifacio de Curtemilia
Ex Dur. P. C. pag. 203.

100 MCLXXXVIII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi ad honorem Dei, & B. M. V., & B.ⁱ Secundi M. & omnium Sanctorum Dei, & ad honorem, & servicium Imperatoris Friderici, & filii ejus Regis Henrici Dominus Bonifacius Marchio de Curtemilia veniens urbe Aste in communi credencia, præsentia Consulum Astensium, quorum nomina sunt Rolandus Sodalius, Homodeus Trosellus, Iacobus de Curia, Opizo Judex, Girardus de Porta, & Opizo Calcaneus in presencia credendariorum, quorum nomina supter leguntur, confessus fuit quod Otto Marchio qui frater ejus, dederat Consulibus Astensibus nomine, & vice totius communis Astensis suam partem, quæ est medietas castri villæ, & totius curtis, & Comitatus Laureti cum omnibus ipsius castri pertinentibus, & quod Astenses Consules eidem Othoni Marchioni fratri suo eandem medietatem castri Laureti, & Curtis, & Comitatus cum omnibus pertinentiis reddiderunt quæ tenet, & possidet, ita ut Otho Marchio ejus frater olim faciebat ec. Anno Domini MCLXXXVIII, indictione VIII. die martis nona in credencia ec. Interfuerunt Credendarii quorum nomina sunt hæc, Ubertus Judex de Platea. Gulielmus Silvaticus ec.

101 MCLXXXIX.

Donatio pedagii a Bonifacio Marchione Montisferrati facta Ecclesiæ S. Ægidii de Varezo Augustani ducatus par. I. doc. 75. col. 91.

Donatio Thomæ Com. & March. Italiæ Eccl. Maurian. Ex Guich. hist. geneal. ec. Tom. IV. pag. 44.

102 MCLXXXIX.

Sicut olim gesta didicimus per scripturam .... sciant ergo ... quod ego Thomas Dei gratia Comes Maurian., & Marchio Italiæ per manum D. Lamberti Ven. Maurian. Episc., & consilio b. m. matris meæ, & quam plurium Baronum meorum præsente tutore meo Bonifacio, Marchionis Montisferrati filio, & auctoritatem suam tutorio more præstante .. dotto Canonicis S. Johannis pro anima patris mei quidquid ipse pater meus in monte Berengier possidebat ec. ..... & ut charta ista vires habeat perpetuas sigilli mei impressione eas munio, & B. mater mea, & Bonifacius Marchionis Montisferrati filius tutor meus ... hanc chartam roboravit Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCLXXXIX pridie id. junii. Ego Bonifacius tutor subscribo, & ex officio tutelæ dona (*scilicet* donationem) confirmo.

Hujus confirmationis a Marchione Bonifacio tutore præstitæ mentio etiam fit in alia charta apud eundem Guich. ibi pag. 25.

Commutatio inter Ottonem M. Saonæ, & Præpositum Ecclesiæ Furnelli. Ex Coll. DD. in caus. Ferraniæ.

MCXC 103

Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractus, ut jure emptionis obtineat firmitatem, eodemque nexu obliget contrahentes. Placuit itaque, atque bona voluntate convenit inter Dominum Bertramum Archipresbyterum Millesimi, & Præpositum Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Furnellis, nec non & inter Dominum Ottonem de Carretto Marchionem Savonæ, ita ut in Dei nomine debeant dare, sicut ad præsenti sibi dederunt in commutationis causam. Nam prædictus Bertramus Præpositus Furnelli dedit prædicto Domino Ottoni omnia jura sua, quæcumque Ecclesia Furnelli habebat in molendinis Lavagnolæ, scilicet Malberto, Andrea, & Laurentio, & in toto eo, quod pertinet ipsis molendinis. E contra Dominus Otto dedit prædicto Bertramo in causa commutationis ad partem, & utilitatem Ecclesiæ Furnelli molendinum suum de Cario, & totum ripaticum curiæ Carii, ita quod Ecclesia Furnelli deinc in antea habeat, & teneat ad perpetuum prædictum molendinum, & totum ripaticum curiæ Carii, & quod possit in ipsa aqua facere quotquot molendina voluerit de novo, & vetera mutare, & quidquid Ecclesiæ placuerit exinde facere sine omni contradictione prædicti Marchionis, & hæredum ejus, & nunciorum suorum, & ita quod nulla persona habeat potestatem faciendi aliquod molendinum in toto ripatico curiæ Carii, nec contradicendi Ecclesiæ Furnelli, quod non faciat in ipso ripatico quotquot molendina voluerit, & ubi voluerit, ita tamen quod Ecclesia non capiat molturam de grano Dominico curiæ Marchionis, & salvo jure Ecclesiæ sancti Laurentii de Cario, qui Dominus Otto per se, & suos hæredes, & Dominus Præpositus Bertramus per se, & per suos successores promiserunt sibi invicem prædictas commutationes sibi invicem sub pœna duplici ab omni homine defendere, prosorte quorum, & pœna prædictus Bertramus Præpositus obligavit Domino Ottoni jure pignoris omnia bona Ecclesiæ Furnelli: & e converso Dominus Otto obligavit omnia sua bona prædicto Bertramo ad partem prædictæ Ecclesiæ jure pignoris, possessionem quoque, & dominium sibi invicem dedisse confessi sunt. Actum in Savona in domo Boni Joannis Panacia, anno Dominicæ nativitatis mille centum

nonagesimo, indictionis octavæ, quarto die madii, præsentibus testibus Arnaldo Rotha, Bono Joanne filio ejus, Salvo Papa-lardo, Oberto Pillipario, Ansaldo Ferralasino, Oberto Caracappa, Bonifacio Monaco fratre ejusdem Domini Ottonis Marchionis.

Donatio MM. Incisæ de Rupecula, & Montealto Consulibus Astensibus ex Collec. DD. in causs. Rochetæ Tan.

106 M C X C

In nomine Domini ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Matris ejus, & Beati Secundi Martiris, & ad honorem, & servitium Imperatoris Federici, & filii ejus Henrici, anno Dominicæ Incarnationis MCXC. die Jovis XIII. die intrantis mensis decembris Indictione VIII. Carta donationis inter vivos fecerunt Damicella quondam uxor Alberti Marchionis Incisæ, tutrix Jacobi, & Pagani, & Margaritæ filiorum suorum nomine eorum, & Albertus, & Guilielmus, & Manfredus, & Raymondus, nec non Damicella, & Berta filii, & filiæ quondam Alberti Marchionis Incisæ, in manibus Asten. Consulum, quorum nomina sunt Guilielmus de Aste, Raymondus de Careociis (1) de comuni, & Petrus Cicia (2) de justitia, & in manibus Rolli Cavelli (3) Consulis de Comuni, & Henrici Soldani (4) Consulis de justitia, qui noviter facti fuerunt Consules nomine, & vice totius Comunis Asten. nominati (5) de Castro, & de Villa, & de posse Rupeculæ, & de castro, & de Villa, & de posse Montaldi, & de hominibus suis, quæ habent, & tenent, & possident per se, vel per alium, vel per alios in prædictis castris, & villis, & in eorum posse, juste, vel injuste, scilicet in militibus, in rusticis, & hominibus feudatis, & infeudatis in Ecclesiis, & in capellis, & in terris cultis & incultis, in pratis, & nemoribus, in gerbis, & in pascuis, in silvis, & in rivis, in rupibus, & in ruinis, in molendinis, & in fluminibus, in venationibus, & in piscationibus, & in omnibus aliis rebus, & usibus, quas, & quos habent, tenent, & possident in prædictis locis aliquo modo cum honore omni, & communitati, (6) & jurisdictione, quod (7) habent, & tenent in his locis, eo modo, ut ipsi Consules, & successores eorum pro communi teneant, & possideant prædicta loca, & faciant ex his guerram, & pacem cuicumque voluerint, & faciant inde quidquid voluerint sine contradictione (8) Marchionum, & sororum eorum, & hæredum eorum. Insuper prædicti Albertus, Gulielmus, Manfredus, Raymondus, Damicella, & Berta pro se, & pro eorum hæredibus, & Damicella (9) mater eorum nomine prædictorum filiorum suorum scilicet Jacobi, Pagani, & Margaritæ, quorum tutrix est, promiserunt prædictis Consulibus nomine, & vice totius Comunis Ast, & successoribus eorum hanc donationem qualiter supra legi integram ab omni homine sub dupli pœna defendere super omnes res suas, & si defendere non potuerint, aut quod jus (10) ingenium per se se, vel per aliam personam sublimem (11) quæsierint, & contingeret quod ipsi, vel Comune Ast aliquid de tota prædicta donatione aliquo modo, vel aliqua occasione ab aliqua persona ab (12) aliquibus amiserint jure, vel consuetudine faciunt (13) finem, & refutationem de omni eo, quod tenent, & habent aliquo modo a Comuni Ast in his prædictis locis Consulibus Ast nomine, & vice Communis Ast, eo modo ut liceat Ast Consulibus pro comuni eorum auctoritate prædicta loca capere, & tenere, & possidere in totum, & facere inde quidquid voluerint sine eorum contradictione, & hæredum eorum. Insuper dicta Damicella mater eorum, & tutrix prædictorum Jacobi, Pagani, & Margaritæ, & Albertus, & Gulielmus, & Manfredus, & Raymondus promiserunt prædictis Consulibus, quod facient jurare prædictos Jacobum, Paganum, & Margaritam hanc donationem firmam habere, seu tenere, & non removere cum fuerint illius ætatis, quod de jure jurare possint: & si contingeret quod ipsi, vel aliquis eorum jurare nollet, aut ipsi, vel aliquis eorum ipsos, vel Comune Ast inde convenirent, & ipsi, vel Comune Ast propter hoc de tota prædicta donatione aliquid aliquo modo amitterent jure, vel consuetudine, prædicti Albertus, Gulielmus, & Manfredus, & Raymondus, & Damicella, & Berta facient finem, & refutationem de omni eo, quod tenerent, vel tenent in prædictis locis aliquo modo a Comune Ast, eo modo ut licent Ast Consulibus eorum auctoritate, & sine contradictione eorum, vel hæredum eorum prædicta loca capere, & tenere, & possidere in totum, & facere inde quidquid voluerint, & Damicella mater, & tutrix eorum facit donum Consulibus pro Comunitate Ast de eo jure, quod habet in Rupecula, vel in Montealto pro dote sua, quæ est hb. D. C. C. Januense (14) sic (15) ipsa, & prædicti filii ejus testati fuerunt (16) eo modo, si prædicti Jacobus, Paganus, & Margarita non jurarent prædictam donationem, ut supra legi, aut ipsi, vel aliqua persona, vel aliqui fratres eorum, vel Comune Ast de tota prædicta donatione convenerunt (17) propter quod aliquid amitterent, quod Consules pro communi eorum auctoritate illud capiant, & teneant, & possideant, & faciant, inde quidquid voluerint sine contradictione ipsius Damicellæ, & ejus hæredum. Insuper ipsa Damicella mater eorum refutavit omne jus, quod habet, vel exigere posset in his locis hipotecario jure, vel alio modo, & Senatusconsulto Velleiano, ac omni legitimo auxilio, & juri (18) hanc donationem prædictorum locorum, & donum quod fecit pro filiis suis si non jurarent, aut ipsi, vel alia persona, vel aliqui fratres eorum, vel Comune Ast inde convenirent propter quod ipsi, vel Comune Ast aliquod admitterent, (19) & hanc refutationem, quam fecit, & omnia supradicta, quæ in hac carta continentur, firma tenere nec per se, nec per aliam personam aliquo tempore removere.

Præterea prædicti Albertus, Gulielmus, Manfredus, Raymondus, Damicella, & Berta sorores eorum juraverunt super Dei Evangelia hanc donationem, & omnia suprascripta, sicut in hac carta continetur, firma tenere, nec per se, nec per aliquam personam in aliquo tempore removere. Ad hæc Alaxia uxor Gulielmi Marchionis refutavit omni juri

hipotecario, & Senat. Consult. Vellei. omni alio legitimo auxilio, & juravit super Evangelia Dei hanc donationem, & omnia, quæ suprascripta sunt firma tenere nec per se, nec per aliam personam in aliquo tempore removere. Insuper prædicti Albertus, & Gulielmus, Manfredus, Raymondus, Damicella, & Berta, & D. Damicella mater eorum, & mater, & tutrix prædictorum Jacobi, & Pagani, & Margaritæ confessi fuerunt, quod ipsi posuerant Ast. Consules vice totius Communis, in possessionem prædictorum locorum.

Actum est hoc in Palatio Castri Rupeculæ feliciter; testes fuerunt vocati Mandrogius, Gulielmus Scalia, Salomon, Petrus Asinus, Ogerius, Henricus filius quondam Manfredi Præconis, Albertus de Canelio, Rolandus Vasolius (20). Ego Gulielmus Moralia Notarius Palatinus interfui, & scripsi, & est in veteri folio 41.

De fidelitate hominum, de Rupecula, & fol. LXXI. Item præsentia Gulielmi Scaliæ, & Mandrogii, & Ogerii, & Henrici Ballatoris, & Henrici filii Manfredi Præconis, isti de Rupecula, Henricus Buca, Gulielmus Vanasorius, Manfredus Aspia, natus Ubertus Berrarius, Fulcius Milium, Valfredus de Valle, Petrus Rubeus, Valfredus Somnus, Incole, Lanfrancus Branconus, Gulielmus Columbus, & Domina Damicella pro illis, quorum tutrix est, & cæteri March. Berta, & Damicella refutaverunt fidelitatem prædictis hominibus. Ego Gulielmus Moralia Notarius Palatinus interfui, & scripsi.

Actum est hoc eodem die, & eodem loco, & est in veteri libro in folio XLI., & fol. LXXI.

De fidelitate hominum de Montealto. item XIV. die decembri die Veneris isti de Montealto fecerunt fidelitates Rolandus Vairolius, Marchisus, Gulielmus Balbus, Guida Aldi, Petrus de Cari, Anselmus Garbach, Aco Mascarus. Petrus Ferraudus Rub., & D. Albertus pro se, & pro matre, & fratribus suis refutavit fidelitatem, & est in veteri libro in fol. XLI., & fol. LXXI.

De donatione Opicenis, qui dicitur Paganus, & Jacobi quondam Alberti de Incisa de Rupecula, & de Montaldo, sicuti fratres eorum fecerunt.

Tribus vicibus hoc editum documentum fuit: bis in hac eadem causa, iterum a Cl. Durando in suo Pedem. Cisp. pag. 289. ex descript. MS. Pedem. Aug. ab Eccl. At non solum mutilo & imperfecto usus est exemplari, sed etiam mendosissimo, ut patet ex epocha si præfixa anno Domin. Incarnationis MCXC. Indic. IX die jovis XXX intrantis mens. decembr. Verum qui callet methodum supputandi illorum temporum, facile advertit XXX dicm mensis nunquam posse intrantis dici, quod satis superque demonstrat charte qua usus est maximam deformitatem. Hac itaque dimissa apponam variantes alterius multo meliaris note.

(1) Carcosio. (2) Arina. (3) Crivelli. (4) Henricus Soldanus (5) Nominatim. (6) Comitatu (7) Quam. (8) Predictorum. (9) *Verba intermedia inter duo vocabula Damicelle duplicata desunt in alio exemplari in eadem causa ex Arch. R. Cam. prolato.* (10) Per quodvis. (11) Subtrahere. (12) Vel. (13) Facient. (14) MCC Januæ. (15) Sive. (16) Fuerint. (17) Convenirent. (18) Jurari. (19) Amittererent. (20) Vayrolius.

Donatio partis hæreditatis q. D. Bonifacii M. de Curtemilia facta a Gulielmo M. de Ceva civitati Astensi cum subsequenti hujus Reipublicæ investitura. Ex charta penes C. V. Gasp. Sclavum.

M C X C. 107

In Christi nomine ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & sancti Secundi martyris, & omnium Sanctorum, & ad honorem, & servitium Frederici Romanorum Imperatoris, & semper augusti, & filii ejus regis Henrici Dominus Gulielmus Marchio de Ceva fecit donum in manibus Raymundi Layoli, Marchisii Caniculæ, & Rodulfi Durnasii Astensium consulum de communi, & in manibus Petri Cicie, Guilielmi Silvatici, & Guilielmi Cavalerii Astensium consulum de justitia nomine, & vice totius communis Astensis de tota ea terra, quæ sibi evenit, aut eveniet pro successione, & hæreditate Domini Bonifacii Marchionis de Curtemilia, quam ipse Bonifacius olim tenuit, & possedit, & de omni eo, quod ipse Gulielmus Marchio habet, tenet, & possidet in prædicta terra juste, vel injuste, videlicet in militibus & rusticis, & incertis hominibus feudatis, & infeudatis, & in terris cultis, & incultis, in ecclesiis, in capellis, in gerbis, & in pascuis, in pratis, in vineis, in silvis, & in boschis, in rupibus, & in ruinis, & in nemoribus, & in piscationibus, & in molendinis, & in omnibus aliis rebus, quas tenet, & possidet in prædicta terra aliquo modo cum omni honore, & comitatu prædictæ hæreditatis, & successionis jam dicti Marchionis Bonefacii. Eo modo ut ipsi consules, & successores eorum nomine, & vice communis Astensis totam prædictam terram de cetero teneant, & possideant, & faciant inde, quicquid facere voluerint, & pacem, & guerram cuicumque voluerint absque ulla ipsius Marchionis de Ceva, & ejus hæredum, & aliarum omnium pro eis personarum contradictione. Insuper idem Marchio Guilielmus de Ceva pro se, & pro suis hæredibus prædictis, consulibus Astensibus, eorumque successoribus nomine, & vice totius Astensis communis hanc donationem qualiter supra legitur integram ab omni homine sub dupli pœna defendere promisit per stipulationem; & sic suprascriptos consules Astenses nomine, & vice communis Astensis per quodam lignum investivit. Actum in urbe Aste in publica concione anno Domini millesimo centesimo nonagesimo, indictione VIII. VI. Kal. junii. Interfuerunt testes Ubertus de Platea, Scarampus Opicio de Uivariis, Jacobus de Roath, & plures alii. Et ego Jacobus Boviculus nomine hanc cartam scripsi.

Donatio Montisregnuli facta a D. Gulielmo Marchione de Ceva Coss. Asten. Ex eodem D. Gasp. Sclav.

M C X C. 108

In Christi nomine ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & sancti Secundi martyris, &

omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & ad honorem, & servitium Frederici Romanorum Imperatoris augusti, & filii ejus regis Henrici Dominus Guillelmus Marchio de Ceva fecit donum in manus Astensium consulum, quorum nomina subter leguntur, nomine, & vice totius communis Astensis nominatim de castro, & villa, & posse Montiszemuli, & de tota ea terra, quæ sibi evenit, aut eveniet pro successione, & hæreditate Domini Bonefacii Marchionis de Curtemilia, quam ipse Bonefacius olim tenuit, & possedit, & de omni eo quod ipse Guilliermus Marchio tenet, & possidet in prædictis locis juste, vel injuste, videlicet in militibus, in rusticis, & incertis hominibus, feudatis, & infeudatis intrinsecus (1) cultis, & incultis, in ecclesiis, & in capellis, in gerbis, & in pasquis, in pratis, in vineis, in silvis, & in boschis, in rupibus, & in ruinis, in venationibus, & in piscationibus, in molendinis, & in omnibus aliis rebus, quas habet, tenet, & possidet in prædictis locis aliquo modo cum omni honore, & comitatu prædictorum locorum, & prædictæ hæreditatis, & successionis jam dicti Marchionis Bonefacii; eo modo ut ipsi Astenses consules, & successores eorum nomine, & vice communis Astensis totam prædictam terram, & prædicta castella de cetero teneant, & possideant, & faciant inde guerram, & pacem cuicumque voluerint absque ulla ipsius Marchionis Guillelmi de Ceva, & ejus hæredum, & omnium aliarum pro eis personarum contradictione. Et insuper idem Marchio Guillelmus de Ceva pro se, & pro suis hæredibus prædictis consulibus Astensibus, eorumque successoribus nomine, & vice totius communis Astensis qualiter supra legitur integrum (2) ab omni homine defendere sub dupli pœna promisit per stipulationem subnixam. Et sic ipsos consules Astenses nomine, & vice totius communis Astensis per quoddam lignum investivit. Et hæc sunt nomina Astensium consulum, in quorum manibus ipse Marchio Guillelmus de Ceva hoc donum fecit nomine, & vice totius communis Astensis ut supra legitur, scilicet Bayamundus Careocius, Raymondus Layolius, Marchisius Canicula, & Rodulfus Durnasius consules de communi; item Petrus Cicia, Guillelmus Silvaticus, & Guillelmus miles consules de justitia. Anno millesimo centesimo nonagesimo, indictione VIII. VI. Kal. junii. Actum urbe Aste in publica concione interfuerunt testes Ubertus Judex de Platea, Scarampus Opicio de Uivario, Jacobus Roath. Anercalnus, Maynfredus de Solario, Raynerius Roats, Cuchus Martinus de Tenello, & multi alii. Et ego Jacobus Boviculus hanc cartam scripsi.

(1) *Corrige* in terris. (2) *Adde* in integrum.

De investitura prædictarum rerum facta a Coss. Asten. Gulielmo M. de Ceva. Ex charta apud C. V. Gasp. Sclav.

109 M C X C.

Eodem die, & eodem loco, & præsentia eorundem testium prædicti consules de Aste fecerunt donum, & investituram in manibus Marchionis Guillielmi de Ceva nomine recti feudi pro filiis, & filiabus, nominatim de Montezemulo, & de Miroaldo, & de tota alia terra, quam idem Guillelmus Marchio donavit communi Astensi ad proprium, ut in superiori carta continetur; eodem modo ut ipse Marchio Guillelmus, & heredes ejus masculi, & feminæ hoc totum, quod supra legitur, teneant, & possideant pro communi Astensi nomine recti feudi concessione prædictorum consulum, salvo eo quod non debet vetare prædicta castra, nec prædictam terram consulibus Astensibus, nec communi Astensi guarnita, nec scarita, quin faciunt inde guerram, & pacem cuicumque voluerint, & salvis omnibus contentis, quæ proinde habuit cum consulibus Astensibus, & quod debet refutare fidelitates militum, & omnium hominum prædictorum locorum, & prædictæ terræ, quæ sibi evenit, & eveniet pro successione Bonifacii Marchionis quondam Curtismiliæ, & ipsi omnes debent facere fidelitatem consulibus Astensibus, & communi Astensi, & salva fidelitate eorum debent postea facere fidelitatem supradicto Guillelmo Marchioni de Ceva; & ibidem ipse Marchio Guillelmus de Ceva juravit, & fecit fidelitatem consulibus Astensibus, & communi Astensi talem, qualem vassallus facit domino suo. Ego Jacobus Boviculus nostram hanc cartam scripsi.

Pacta inter Guillelmum M. de Ceva, & Coss. Astenses post cessionem hereditatis M. Bonifacii eis factam ex eod. Gasp. Sclavo.

M C X C. 110

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Hæc sunt conventa habita inter Consules, Astenses; quorum nomina sunt, Rayamundus Careocius, Marchisius Cunicula, Raymondus Cayolius, & Rodulfus Durnasius consules de communi, & Petrus Cica, Guillelmus Silvaticus, & Guillelmus miles consules de justitia ex una parte pro communi Astensi, & Dominus Guillelmus Marchio de Ceva ex altera parte. Quando ipse Guillelmus Marchio dedit communi Astensi Montezemulum, & Miroaldum, & terram, & quæ sibi venerat, & evenire poterat pro successione, & hereditate D. Bonifacii Marchionis quondam Curtismiliæ, ... videlicet quod ipse Guillelmus Marchio debet refutare fidelitatem militum, & hominum omnium prædictorum locorum, & prædictæ terræ, quæ sibi venerat, & evenire poterat pro successione, & hereditate præfati Marchionis Bonefacii, & facere eas fieri consulibus Astensibus pro communi, & ipsi homines debent postea ipsi Marchioni Guillelmo fidelitatem facere salva fidelitate Astensium. Ipse Guillelmus Marchio debet eis facere fidelitatem sicut vassallus facit domino suo; & debet salvare, & custodire personas Astenses, & de eorum posse per totam suam terram, & per totum suum posse bona fide, & sine fraude, nec capi permittere pedaggium, nec guidonaggium, nec coradiam ab aliquo cive Astensi, nec ab aliquo de virtute Astensi in Miroaldo, nec in Montezemulo, nec in eorum posse, neque in prædicta terra, quæ sibi venerat, aut evenire poterat pro successione, & hereditate supradicti Marchionis Bonefacii, nec in tota sua terra bona fide,

& debet dare forciam, & virtutem, ut ejus consanguinei non capiant pedaggium, nec guidonaggium, nec curadiam ab aliquo cive Astensi, nec de virtute Astensium in tota eorum terra, & in eorum posse, salvo eo si contingeret quod sui consanguinei concordarent secum Astensibus, quod si transiret per eorum terram, quod ipse Guillelmus Marchio debet habere illam partem, quæ sibi eveniet de pedaggio, sicut & illi sui consanguinei haberent. Item de terra illa, quæ sibi evenit ipsi Guillelmo Marchioni, aut eveniet pro successione, & hereditate jam dicti Marchionis Bonefacii, non faciet divisam, nec pactum, nec conventum cum suis consanguineis, nec eam vendet, nec obligabit, nec infeudabit, neque alienabit, sine consilio consulum Astensium communis, & justitiæ omnium, vel majoris partis eorum, & credentiæ coadunatæ per campanam. Item siquis civis Astensis in sua terra, & in suo posse suum inimicum, vel suum debitorem, vel rectum fidejussorem invenerit, cui inimico, vel debitori, vel fidejussori ipse Guillelmus Marchio in hoc tempore sacramento non teneatur, liceat ei ibi illum capere si voluerit, & ipse Marchio debet civi Astensi dare fortiam, & virtutem, ut illum capiant, & teneant, & ducant quo voluerit. Item ipse Guillelmus Marchio debet emere usque ad proximum festum Epiphaniæ domum librarum C. Asten. in Aste, nisi absolto consulum communis, & justitiæ remanserit, nec hanc domum postea vendere, nec dare, nec obligare, nec infeudare, nec alio modo alienare in aliquo tempore sine absolto consulum communis, & justitiæ, & credentiæ per campanam coadunatæ, & esse debet civis Astensis in perpetuum dando fodrum de libris C.C.C. Astens. quotiescumque Astensis civitas ad fodrum venerit. In tempore pacis debet ipse Marchio stare in Aste cum duobus sociis per duos menses, nisi parabola consulum Astensis communis justitiæ omnium, vel majoris partis eorum remanserit. Tempore autem guerræ debet stare in Aste assidue cum decem militibus suis costis, & suis expensis, nisi parabola prædictorum consulum communis justitiæ, & omnium, vel majoris partis eorum remanserit. Item si contigerit, quod Astenses faciant exercitum, ipse Marchio debet esse cum eis semel in anno cum decem militibus, & cum ducentis clientibus suis periculis, & suis expensis per unum mensem integrum, & si in obsidione alicujus castri fuerint, similiter debet esse cum eis cum decem militibus, & cum ducentis clientibus semel in anno per unum mensem integrum, nec in obsidione castri, nec in campo eos dimittere debet, & ab uno mense in antea debet stare cum eis cum decem militibus in obsidione castri, tantum quantum Astenses voluerint, & clientes, si voluerint, recedatur. Et hoc totum facere debet suis expensis, & suis periculis, & hoc faciet, nisi parabola consulum communis, & justitiæ remanserit. Item debet venire in eorum succursu cum suo posse honorifice, quotiescumque Astenses sibi mandaverint, & ex quo terra eorum intraverit a primo die, & a prima nocte in antea debet esse ad expensas Astensium, & semper in capite annorum decem debet facere fieri fidelitatem communi Astensi, ab hominibus prædictorum locorum, qui eam non fecerint, si a consulibus Astensibus sibi requisitum fuerit, & debet facere jurare quatuor milites de Ceva, & XX. de melioribus hominibus illius loci de Ceva hoc totum firmum tenere. Et si hoc totum, quod supra legitur; ipse Marchio Guillelmus de Ceva juravit propria manu supra Dei Evangelia observare (1): Similiter Astenses consules teneatur ipsi Marchioni reddere ei totam terram, quod eis dederat, ut supra legitur pro recto feudo scilicet pro filiis, & filiabus, & adjuvare eum tenere hanc terram contra omnes homines bona fide, & si eam perdiderit, eum adjuvare eum ad recuperandam eam bona fide. Et si contingeret, quod ejus inimici, quibus Astenses modo sacramento non teneantur, intrare (2) ejus terram pro vvasto ibi faciendo, vel pro castro obsidendo, debent eum succurrere cum communi Astensi bona fide. Et debent esse cum ipso Marchione (3) in exercitu semel in anno per unum mensem integrum cum XX. militibus, & cum ducentis peditibus si voluerint (4) eorum expensis, & eorum periculis, & succursum ei facere quotiescumque sibi necesse fuerit, & eis mandaverit cum illis militibus, quos ibi tunc habuerint, & ex quo terram ipsius Marchionis intraverint prima die, & prima nocte erunt suis expensis; & ab illo die in antea erunt ad expensas ipsius Marchionis. Et hoc idem debet facere jurare sequentes prius consules; & quod facient jurare eorum credendarios, & quod teneantur hoc idem facere jurare sequentes post eos consules, & eorum credendarios, & sic omni anno usque in perpetuum, nisi pro ipso Marchione remanserit. Salvo quod illi qui amodo juraverint, non teneantur jurare de cetero. Et hoc totum Astenses consules communis, & justitiæ: quorum nomina sunt: Rayamundus Careocius, Marchisius Cavicula, Raymondus Cayolius, & Rodulfus Durnasius, Petrus Cicia, Guitts Silvaticus, Guillelmus miles supra Dei Evangelia bona fide observare juraverunt, salva fidelitate Imperatoris, & Regis, & hos credendarios eorum hoc idem observare jurare fecerunt Rolandus Balbus, Rolandus Crivelus, Girbaldus de Porta, Ubertus Layolius, Bonus Joh., Joannes Silvaticus, Rogerius de Curia, Emblanatus, Homodeus, Trosellus, Ubertus de Platea, Opicio de Vivario, Girardus Gujorius, Gandulfus Cinzellarius, Bayalardus, Berardengus, Jacobus Rastellus, Ypolitus Cambiator, Rollandus Culorius, Gulielmus Rotarius, Jacobus Cerigiarius, Berardus Bertramus, Maynfredus de Solario, Jacobus de Roath, Jacobus Palidus, Guillelmus Laurentius Cepula, Arditio, Ottinus, Apellonius filius quodam Petri Villani, Rollandus Berardensis, Jacobus Belserius, Jacobus Iudex, Gandulfus Bucanigra, Jacobus de Donamandra, Jacobus filius Rotti Boveti, & Otto Vola. Actum in domo Consulum in communi credentia. Anno Dominii milesimo centesimo nonagesimo, indictione VIII. a die Dominico. VI kal. junii. Testes Otto de Canellio, Raymundus de Caraxono, & multi alii. Et ego Jacobus Boviculus noster hanc cartam scripsi.

(1) *Hic aliquid videtur deesse.* (2) Intrarent.
(3) Marchione. (4) Voluerit.

111 MCXC.

Diploma Henrici VI. Imp. Bonifacio M. Montisferrati par. 1. n. 76. col. 91.

112 MCXCI.

Sententia Henrici VI. in Albertum, & fratres MM. de Inciſa par. 1. doc. 79. col. 94.

Fragmentum fœderis pacis initæ inter Manfredum Marchionem de Salutio, & Civitatem Aſtenſem repertum in foliis quibuſdam libri Viridis olim. Civ. Aſt.

113 MCXCI.

Faciunt pacem, & finem ipſi domino Mainfredo Marchioni de Salutio de omnibus damnis, maleficiis, & malefactis, quæ ipſe dominus Mainfredus per ſe, & per ſuos homines homininibus de Aſte olim fecerat in avere, vel in perſonis pro hac guerra: item debent eum inveſtire de ſuo recto feudo in filios, & filias, videlicet de Salutio, de Romaniſco, & de Caſtellione, vel de aliquo loco in locum Caſtellionis, ſecundum hoc quod Aſtenſis Curia dixerit .... & cetera require in titulo Marchionis Salutiarum, & eſt in libro veteri fol. 16.

De inveſtitura quam fecit dictum Commune de Aſte de Caſtellione domino Mainfredo Marchioni de Saluciis, & pariter de Romaniſco, & de Saluciis.

Eodem anno, & eodem die, & eodem loco, & præſentibus iſdem teſtibus dominus Lantelmus de Landriano Poteſtas Aſtenſis nomine Communis de Aſte inveſtivit per quoddam lignum dominum Mainfredum de Salucio in rectum feudum in filios, & in filias de Romaniſco, de Salutio, & de Caſtellione &c., & cetera require in titulo Marchionis Saluciarum in fol., & eſt in lib. vet. fol. 17.

In fidelitate domini Mainfredi Marchionis de Saluciis, quam fecit Communi de Aſte.

Eodem die, & eodem loco, & in præſentia eorumdem teſtium dominus Mainfredus Marchio de Salutio fecit fidelitatem Communi, & hominibus de Aſte in hunc modum. Juro quod amodo ero fidelis hominibus, & Communi Aſtenſi, de Salutio, de Romaniſio, & de Caſtellione contra homines omnes ſalvo Imperatore. Item non vetabo Salutium, nec Romaniſcum, neque Caſtellionum hominibus de Aſte, nec pro communi, nec pro diviſo, quin faciant inde pacem, & guerram cuicumque voluerint, & ex eis guerram, & pacem faciam, ſi mihi præceperint. Item adjuvabo homines de Aſte tenere Salucium, & Romaniſcum, & Caſtellionum, & totam terram, de qua fumus ſaxiti, & inveſtiti contra omnes homines, & ſi eam perdiderint adjuvabo eos ad illam recuperandam, & recuperata adjuvabo eos ad recuperatam tenere. Item totam aliam terram, quam adquiſierint, & de qua ſaxiti fuerint, & inveſtiti cum ratione, adjuvabo eos tenere contra omnes homines, & ſi eam perdiderint, ad recuperandam, & cetera require in titulo Marchionis Salutiarum in fol., & eſt in lib. vet. in fol. 47.

Fœdus Novarum cum Terdona ubi nonnulla de M. Montiſf. Ex Chart. Terdon. R. Bibl.

MCXCII. 114

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCII. tertio die exeunte madio, indict. X. Conſules de Novo ſcil. Manfredus Scaciga, & Mareſcotus, & Jacobus de Gonella, & Belengerius de Cavana, & Obertus Blancus ſponte, & ſine aliquo diſtrictu per ſe, & per omnes homines ejuſdem loci, quorum regimen habebant, & per voluntatem totius credentiæ ipſius loci fuerunt, & venerunt in concordiam cum domino Thoma Poteſtate Terdonæ, & Coſſ. ejuſdem civitatis Manfredus Scaciga ſcil., & ſocii, & tota credentia de Novo, & alii homines a 15. an. inſuper uſque ad 70. juraverunt ad S. Dei Evangelia, quod b. f. & ſine fraude ab hinc in antea in perpetuum habent ſalvare, & cuſtodire omnes homines civitatis Terdonæ, & ejus diſtrictus in rebus, & perſonis per totum ſuum poderium. Et ſi Terdona habuerit guerram in aliquo tempore cum aliqua civitate, vel loco, ſive cum Marchione, vel alio homine habent, & debent facere pro Communi vivam guerram ad propias expenſas, & perditas de caſtro, & villa Novi omnibus illis, qui facerent guerram Terdonæ, aut hominibus ejus diſtrictus; pacem vero, nec guerram recredutam non habent facere cum inimicis Terdonæ ſine parabola totius communis conſilii ad campanam ſonatam, aut omnium Conſulum, vel unius datam ſibi ab omnibus aliis; item juraverunt, quod habent facere hoſtem, & cavalcatam, & iter per Commune ſecundum voluntatem Poteſtatis, & Conſulum Terdonæ, qui pro tempore fuerint quandocumque Civitas, & ubicumque facere voluerint ſalvo tamen quod non teneantur ire in expeditione, aut in cavalcata ſuper terram M. Montisferrati. Item juraverunt, quod non habent permittere M. Montisferrati, neque filiis facere guerram de loco Novi Terdonæ: & ſi jam dictus Marchio, aut filii facerent inſultum ſuper terram Terdonæ, & inſecuti fugerent in loco Novi perſonæ debent eſſe ſalvæ, & prædam debent reddere totam. Et ſi milites Marchionum abſque perſonis Marchionum facerent inſultum ſuper Terdonæ terram, aut ejus diſtrictus homines de Novo habent eos perſequi, & capere homines ſi potuerint, & recuperare prædam, & conſignare eam Conſulibus Terdonæ. Item juraverunt, quod quando civitas Terdonæ fodraverit ſe intus habent dare Communi Terdonæ XXIV. lib. pap. nomine fodri, & quandocumque Civitas laboraverit ad foſſata habent dare XXVI. homines omni die ad laborem foſſati quouſque laboraverint per Commune. Item juraverunt quod habent ſe incavalcare ſemper quando Civitas incavalcaverit ſe intus. Item fecerunt finem Henrico Peculio, & nepotibus de omnibus maleficiis quocumque Henricus, aut frater, aut nepotes fecerint adverſus homines de Novo ab hinc retro, & inde juraverunt tenere pacem in perpetuum prædicto Henrico, & nepotibus, & quod ab hinc antea habent permittere Henrico Peculio, & nepotibus tenere, & poſſidere ſuum podere quiete. Item juraverunt quod nullam concordiam, nec ſacramentum facient cum aliqua Civitate, vel Marchione, vel loco, vel Caſtellano ſine

parabola totius communis consilii Terdonæ ad campanam sonatam. Item juraverunt quod semper renovabunt sacramenta quandocumque Consules Terdonæ, qui pro tempore fuerint, voluerint, & propter hæc servitia, quæ homines de Novo promiserunt, & juraverunt facere hominibus Terdonæ prædictus Thomas Potestas Terdonæ, & Coss. per consilium totius credentiæ Civitatis in communi concione remiserunt militibus, & nobilibus de loco Novi habitaculum Civitatis, de quo tenebantur per sacramentum in carta facta alterius concordiæ, & insuper fecerunt finem, & refutationem Communi de Novo de fodro, & de fossatis præter ex eo quod superius dictum est. Præterea dicti Coss. reddiderunt cartam antiquam Communi de Novo, & fecerunt jurare in anima sua Bavoso Saltario Communis Nuncio, quod habent salvare, & custodire omnes homines de loco Novi in rebus, & personis, & adjuvare illos ab omni homine sicut alii cives Terdonæ, & semper omni anno Coss. Terdonæ, & Coss. de Novo debent jurare infrascriptam concordiam tenere ratam, & inviolatam. Actum in Terdona feliciter. Interfuerunt testes Ydo Suavis, Bucus Judex, Ogerius Falavel, VValterius Falavel, Bernardus Pelatus, & multi alii. Ego Georgius Not. &c.

115

MCXCII. XI. julii (*cor.* ind. X.) *Fundatio Ecclesiæ B. M. V., & S. Laurentii Salut. facta ab Alasia C. Salut. ex MS. C. Pacsanæ & Chart. Ulcien. p.* 173.

Investitura de Costiglolis facta a Manfredo M. Salut. uxore, & nepote. Ex schedis Terranei.

116 MCXCII.

Anno a Nativitate Christi ..... X. Kal. maii in præsentia testium infrascriptorum dominus Manfredus Marchio Salutiarum, & domina Alaxia ejus uxor investivit VVilielmum Constantiam, & Manfredus nepos eorum filius quondam Bonifacii similiter investivit VVilielmum Constantiam, & dono dederunt, & per rectum, & liberum feudum in filios, & filias castellum de Costiglolis cum villa toto poderio &c., & omnibus ad prædictum locum spectantibus, & omni jure, quod in eo loco habebant, & videbantur habere de his omnibus sicut supra legitur eos investiverunt prædictus dominus Manfredus Marchio, & domina Alaxia Comitissa, & Manfredus nepos eorum jam dictum VVilelmum Constantiam nomine recti, & liberi feudi per se, suosque hæredes filios, & filias, & eorum hæredes legitimos ut teneant, & possideant in perpetuum sicut supra legitur sine contradictione prædictorum donatorum, & eorum hæredum. Actum est hoc in Castello Salutiarum salvis pactis Comitis Maurianæ.

Venditio medietatis Signi facta ab Henrico F.M. Guercii ex Cyr. Raph. a Tur. pag. 38.

117 MCXCII.

Anno Domini MCXCII., indict. IX. IV. idus aug. in Ecclesia S. Paragorii de Naulo. Ex instrumento subscripto ego Girardus Notarius sacri Palatii rogatus scripsi. Marchio Henricus filius quondam Maschionis Henrici Guercii vendit &c. Consulibus de Naulo scilicet Gandulfo de Guasco, Baldo Pignolo, & Ottoni Clareto ementibus pro Communi de Naulo medietatem castri de Spigno pro indiviso, & ejus Curiæ, & totius districtus ejus jurisdictionis, & fodri, & fidelitatem, & medietatem omnium terrarum, quæ sunt in Curia Signi, & in districtu ejus, sive sint allodia, sive libellariæ, sive plenæ, sive vacuæ, sive salvaticæ, sive domesticæ, quæ ad ipsum pertinent, vel ad Curiam Signi excepto de Argentaria, de qua ipsis solummodo quartam partem vendit; item vendit quartam partem totius pedagii de porta Nauli, & quartam partem illius juris, quod apud Naulenses colligitur pro sexto boschi, sive pro dricto lignaminis, quod ibi de bosco ad vendendum portatur pro libris mille quadringentis decemseptem, & dimidia Januæ mon., quas accepisse confessus fuit, & quitavit &c. testes rogati dominus Guarnerius Judex de Mediolano, Bonifacius de Arguello, Raimundus Judex Albensis, & Notarius Jacobus Cangisel, Bonvassallus de Castello, Guastavinus ejus filius, Bellus Bruns de Cassitio, Conradus Cornabarla, Gulielmus Bidellus, Nolasens Gama, Nolasens Magnonus, Robaldus Corsus, Peregrinus Berutius.

MCXCII. 118

Pacta inter MM. de Ponzone, & Civit. Aquar. par. 1. *c.* 99. *N.* 84.

MCXCIII. 119

Particula reconciliationis Henr. VI. cum civitate Terdonæ, in qua nonnulla de M. Montisferrati, & Alexandriæ. Ex Ann. Ghil. pag. 15.

In N. D. N. J. C. Hæc est forma reconciliationis &c. faciet Marchionem de Monteferrato quiescere de oppido Stariani, ne Episcopus de cetero inquietetur a Marchione occasione datæ pecuniæ. In hac autem conventione comprehendit dominus Imperator, quod civitas Derthona, & ejus districtus non recipiat aliquem, vel aliquos homines, qui de octo villis infrascriptis apud Paleam collecti sunt. Si vero recepti fuerint infra octo dies ab eo die, quo ab Imperatore Henrico, vel a Marchione de Monteferrato, vel eorum certo nuncio requisitus fuerit, vel a rege, vel a suo nuncio certo eos dimittant, vel restituant. Sunt autem hæ villæ: Marenge, Gamondi, Oville, Four, Bergul, Solere, Vangent, Rovere. Actum anno Domini MCXCIII., indictione XI. regnante domino Henrico VI. Romanorum Imperatore invictissimo regni ejus XXIII. Imperii II. pridie nonas februarii.

Fragmentum pacis inter Bonifacium M. Montisferrati, & Astenses, quo istis renunciat Rupeculam. Ex Aug. ab Eccl. defer. Piem. MS.T.I.

MCXCIII. 120

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, anno Domini millesimo centesimo nonagesimotertio, indictione undecima, die Dominico XI. intrante mensis aprilis, pax, & concordia inter Bonifacium

Marchionem Montisferrati, & homines de Aſte firmata eſt, cujus tenor talis eſt &c.

Inſuper prædictus Marchio Bonifacius Rochetam quam ipſe Bonifacius Marchio dicebat ſuam eſſe, & in ea jus habere &c. domino Jacobo Stricto Poteſtati Aſt nomine Communis remiſit, & inſuper illi ſtipulanti promiſit quod deinceps (nec) Aſtenſes, nec ſuos inde appellabit, nec conveniet, nec inquietabit, nec per ſe, nec per hæredes ſuos, nec per ſubmiſſam perſonam, & quod a tempore hujus guerræ inceptæ infra (*forte* antea) non fecit, nec deinceps illud faciet, propter quod Rocheta eis impediatur, aut eam amittat. Actum juxta Tongum, & Frincum in pratis prope Ripam Verſæ. Interfuerunt teſtes ad hoc vocati, & rogati dominus Robba Poteſtas Alexandriæ, Rolandus Balbus, Mandraglius, & Jacobus de Roatis, Guala Rotarius, Manfredus de Solario, Jacobus Berarengis, Bertola de Taurino, Beltramus de Montilio, Odo de Grafagno, Fulchinus de Placentia, & multi alii, & Toma Notarius interfuit rogatus, juſſus a domino Ulmirio civi Aſt, Præpoſiti, & Gulielmi Doneti. Hujus pacis, & concordiæ duas cartas per alphabeturam (*legerem* alphabetum) diviſas compoſui, & ſic ſcripſi, & eſt carta tota quærenti in veteri libro in fol. CX., & in libro de ultima Verſa in Rotula Marchionum Montisferrati in folio 8.

Venditio aliquorum jurium in Naulo facta ejus loci Conſulibus ab Henrico M. ex Cyr. Raph. a Tur. p. 38.

121 MCXCIII.

Anno Domini MCXCIII, indictione decima decimo Kal. junii in Eccleſia S. Paragocii de Naulo. Ego Girardus Notarius ſacri Palatii rogatus ſcripſi. Marchio Henricus prædictus ex inſtrumento ſubſcript. vendit &c. Conſulibus de Naulo ſcilicet Bonvaſſallo de Caſtello, & Baldo Blanco, & Oddo Coxiæ, & Ferlando ementibus pro Communi de Naulo omne jus, quod ſolitus erat habere in mercato Nauli pro grano, quod appellatur lexea grani. Item vendit ut ſupra quartam partem totius pedagii de porta Nauli, & quartam partem totius juris, quod apud Naulum colligitur pro ſexto boſchi, ſive pro dricto lignaminis, quod ibi de boſco ad vendendum portatur cum introitu, & exitu; & hæc omnia pretio lib. 708. denariorum Januæ monetæ, per quibus quitavit &c., & promiſit defendere &c. teſtes rogati Conradus Cornabarla, Guaſtavinus de Montanajo, Jacobus Cagiſal, Rubaldus Pelleria, Bonifacius de Arguel, Pignolus Poatius de Caſtello, Baalardus.

Venditio multorum jurium in Naulo facta ab Henrico Marchione filio q. Henrici Guercii conſulibus ejuſdem loci ex Cyrol. Raph. a Tur. p. 38.

MCXCIII. 122

Anno Domini MCXCIII. VII. id. aug. In loco Nauli apud Canonicam S. Paragocii ex inſtrumento ſubſcripto: ego Girardus Notarius ſacri Palatii rogatus ſcripſi. Marchio Henricus filius quondam Marchionis Henrici Guercii vendit &c Conſulibus de Naulo, ſcilicet Gandulfo de Guaſco, & Baldo Pignolo, & Octoni Curleto nomine ipſius Communis omne jus, quod habebat in ripa de Naulo, & in piſcaria, & in piſcatores Nauli, hoc eſt jus ripæ, & piſcariæ. Item vendit, ut ſupra jus tenendi placita adulterii, & perjurii, & homicidii, & jus faciendi vindictas, & generaliter omnium placitorum, & pœnarum, & bandorum; item vendit, ut ſupra omne jus, quod habebat in fictis, ſeu penſionibus domorum, quæ ſunt in burgo Nauli, ut de cetero prædicta ficta, ſeu penſiones, & domos habeant libere nomine ipſius Communis, ſine contradictione ipſius Marchionis Henrici, vel ſuorum hæredum &c., & generaliter remiſit Communi de Naulo, & hominibus Nauli omne jus, quod habebat in hominibus de Naulo, & in rebus eorum in burgo, vel in caſtro, vel in eorum pertinentiis, ut de cetero liberi ſint ab omni jure, & dricto, quod ibi habebat exceptis fidelitatibus, quas jure remiſit, excepto jure pedagii, quod ſolitus erat habere in porta pro beſtiis ipſe, & frater ſuus, & excepto jure, quod ſolitus erat habere in mercato pro grano, quod appellatur lexea grani, & excepto jure, quod ſolitus erat habere de boſco ipſe, & frater ſuus. His rebus exceptis omnia alia jura, & omne dricum, quod habebat in Naulo, & ripa Nauli, & homines Nauli, & pertinentiis ejus nihil in ſe retento, præter quod ſupra dictum eſt, vendit prædictis pro Communi de Naulo. Et hæc omnia fecit pretio lib. 1440. denariorum Januæ monetæ, pro quibus quitavit &c. exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciando &c., & promittit defendere &c., & juravit &c. teſtes rogati Obertus Lucenſis, Januenſis Vivaldus de Arbiſola, Guarnerius Judex, & alii &c.

Pacta inter Manfredum Marchionem Salutiarum, & Berengarium Marchionem Buſchæ ex MS. C. Car. Salutii n. 51. collato cum edito a Lud. ab Eccleſia de vita, ac geſtis Marchionum Salutiarum *p.* 45.

MCXCIII. 123

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimotertio, indictione undecima, quinto idus ſeptembris. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus, quam futuris, quod dominus Manfredus Marchio de Salutiis, & dominus Berengarius Marchio d-

Digitized by Google

Busca inter se juraverunt ad sancta Dei Evangelia, se, & uxores, & filios, quos nunc habent, & quos habituri sunt defendere, & adjuvare contra omnes homines toto tempore vitæ eorum salva fidelitate dominorum suorum, tali videlicet pacto, quod si alter eorum decederet, alter qui supravixerit teneatur filios alterius tamquam suos defendere, & adjuvare, & custodire bona fide, & terram, quam habent, de qua investiti sunt, & possident, & jure possent investiri, & de qua sunt in saximento, tenentur alter alteri ab omni homine defendere, & amissam recuperare, & infirmissimam (*l.* firmissimam) guerram de propria domo, & alterius facere ad recuperandum usque in finem, & si unus eorum terram lucratus fuerit, quæ de feudo eorum non sit, frat es esse tenentur, & socii. Si vero terram emptione acquirerent, reliquus si partem vellet inde habere, medietatem persolvat emtionis. Quocumque vero modo guerram alteri eorum supervenerit, reliquus pacem, vel pactum aliquod non debeat facere absque altero; imo tam de sua, quam de domo reliqui firmissimam guerram debeat facere tamquam pro se ipso, donec firmam haberent pacem, & si per guerram alicujus eorum alter fecerit insultum sine altero, & miles captus fuerit, quamvis reliquus non fuerit in illo insultu; tamen mediotatem debet habere militis, & si ambo adfuerint, vel gens utriusque; cum uno partiri debent quicquid lucrati fuerint; item uterque tenetur alteri, quod hominem alterius, qui terram ab eo teneat, non debet eum intra suam recipere, vel collocare, si vero filium habuerint unum, vel plures potest in terram alterius domini uxorem ducere, ita quod terra sui domini non detur ei, & in ea cum rebus mobilibus habitare, & si dominus Manfredus cum aliquo vassallo domini Berengarii discordiam habuerit, de iis, quæ non pertineant ad feudum ipsius, usque in finem debet eum fideliter adjuvare, si vero illud, de quo est discordia ad feudum domini Berengarii pertineret, & per ipsum dominus Manfredus potest habere justitiam, debet acquiescere vassallo, si vero non posset per ipsum habere justitiam, debet ipsum plenarie adjuvare. Illud idem intelligitur de vassallis domini Manfredi erga dominum Berengarium, & omne pactum supradictum tenentur facere jurare universos suos homines inter se tam citra Tanagrum, quam ultra, refutando (1) fidelitatem suo domino, si ipse dominus prædictum pactum nollet attendere; item universa secreta, quæ inter se dicerent, tenetur fideliter occultare, nec alicui revelare: & si inter eos discordia orta fuerit, & infra viginti dies concordati non fuerint, in utriusque consilio . . . . . producerent sicut potestates, quas inter se eligerent, dicerent, vel ordinarent; pœnam inter se alteri imposuerunt, tricentas marcas argenti, super omnia quæ habent jure stipulationis firmata. Acta in Raconixio in domo Marchionis &c. interfuerunt testes Anselmus de Calezio, Ogerius de Nevie, Arduinonus de Reviliasco, Henricus Rolandus, Petrus Ribotta, Bonus Joannes de Ceva, Calvus frater, Magister Semorinus, (Seniorinus) Martinus Barberius, Albertus de Laneriis (Lanerio). Ego Andreas Notarius sacri Palatii hanc cartam scripsi, & tradidi feliciter.

(1) *Scilicet* & isti subditi refutabunt.

Donatio decimæ pedagiorum Monasterio B. M. de Pullolis facta a Mainfredo M. Buschæ, & Comite Laureti. Ex T. I. pag. 148. Mem. Stor. di Monteregale del S. Cav. Can. Grassi.

MCLXXXXV. 124

Anno Domini MCLXXXXV. mense septembris vigilia beati Mathei, indictione XIII. præsentibus, & futuris notificari cupio, quod ego Mainfredus Marchio de Busca Comes Laureti donavi Domino, & Beatæ Mariæ de Pullolis, & investituram super altare commemoratæ Virginis imposui de decima meorum pedagiorum, quæ visus sum habere, & possidere in potentia mei ospicii de Vasco, & decima meorum pedagiorum, quam adquirere possem in omni potentatu meo, tali modo ut ipsa Ecclesia hanc prænominatam decimam mea concessione, & defensione habeat, teneat, & in perpetuum possideat sine omni mea, hæredumque meorum contradictione pro mercede animæ meæ, & quod a me semel factum est, vel conscriptum inviolabiliter omni tempore observare promisi. Actum hoc in palacio Doliani feliciter.

Signa manuum domini Mainfredi Marchionis, qui hanc cartam fieri præcepit. Interfuerunt testes domini Aicardus de Bucignano Magistrorum Magister, atque Sacerdos, Anselmus de Quiliano, & frater ejus Raimundus, Carolus, Obertus, & Arnaudus fratres ejus, Lupus de Romanisio, Obertus de Gorzano, Gandulphus de Quargnento, & alii complures. Et ego Arnaudus sacri Palacii Notarius interfui, & scripsi.

MCXCIII. 125

Investitura, quam Ecclesia Astensis fecit Bonifacio Marchioni Montisferrati U. S. p. 1. doc. 85. col. 100.

126

MCXCV. XXV. decembris in castro Montis Calvi. *Privilegium domini Bonifacii Marchionis Montisferrati, quo confirmat Monasterio de Lucedio res antea donatas, ac diplomata* Gulielmi sui genitoris, & domini Rainerii sui avi, & omnium prædecessorum. *Ex Tabulario Regii Œconomatus.*

Donatio Opizonis, & Jacobi fil. Alberti M. de Incisa de Rupecula, & Montealto Consulibus Ast. ex Collect. DD. in cau. de Roch. meminit ex chronico Alpherii Aug. ab Eccl. descriz. Piem. V. 1. C. 39.

MCXCVI. 127

Anno Domini MCLXXXXV., indictione decima quarta, die Veneris, quinto die intrante aprilis in domo Communis de Aste testes Jacobus Corbellarius, Gullielmus Gardinus, Otto Cappa, alii in credentia simul missa per campanam Opico, & Ja-

cobus filii quondam Alberti de Inciſa fecerunt donationem inter vivos in manibus Nicolæ Gardini nomine ſuo, & ſociorum ejus Jacobi de Roath, Rolandi Borgognini, Conſulum communis, & Raymondi de Platea, & Ardicionis Beltrami Conſulum juſtitiæ de Rupecula, & de Montealto nomine totius communis Aſt, ſicuti fratres illorum fecerunt, juraverunt fidelitatem communis Aſt, & donationem tenere firmam, & non removere ullo tempore per ſe, nec per alium, & eſt in veteri in fol. LXI. & in fol. LXXI.

128 MCXCVII.

Notitia donationis Bonifacii Marchionis de Monteferrato Vallis Sturanæ factæ Bonifacio filio Manfredi Marchionis Salutiarum ex Joffr. ab Eccl. pag. 142.

Nel 1197. (*addì 6. dicembre*) troviamo, che Bonifacio Marcheſe di Monferrato diede la valle Sturana a Bonifacio figliuolo di Manfredo ſopradetto Marcheſe di Saluzzo, e d'Alaſia di Monferrato, e dice la donatione in queſta forma.

Io Bonifacio Marcheſe di Monferrato a te Bonifacio mio nipote figliuolo di Manfredo Marcheſe di Saluzzo per avere la tua amicizia, e per potermi valere, e ſervire de fatti tuoi più fedelmente ti dono certa terra della giuriſdizione noſtra, la quale ſi chiama valle Sturana in nobile, e paternale feudo dall' introito della valle perfin all' eſito, cioè Rocha Spravera con tutte le ſue pertinenze, Gagliola, Mogliola, Rittana, Valloria, S. Benedetto con le ſue pertinenze, Vinaj, Pombernard, Peraporch, Sambuch, Breſes con le pertinenze. Ancora ti dono il caſtel con la villa di Caraglio, et il caſtel di Vignal, Roccavione, ed il mio allodio di Marzenaſco, et ſimilmente di Dogliani. Et tutte le ſopradette coſe Gulielmo figliuolo del ſopradetto Bonifazio volontariamente giurò di attendere, et oſſervare a ſuo cugino (*potius* nipote) Bonifacio di Saluzzo.

De hac donatione ſummatim quoque mentionem facit Benven. a S. Georg. p. 44. ad h. a. excepta nonnulla quoad terrarum nomina diverſitate: ſic, quæ a Joſredo in meo codice dicitur Valloria a Benv. Valle dorata appellatur. Vide Dur. Piem. Ciſp. pag. 106., qui in ſuo codice Joſredi aliter fortaſſe legerat.

129 MCXCVII.

Taxa Curadiæ ab Epiſcopo Aquenſi, & Henrico, & Pontio MM. de Ponzono imminuta p. 1. doc. 92. col. 107.

130 MCLXXXXVIII.

Notitia deputationis D. Sandrii de Demonte ad cuſtodiam vallis Sturanæ factæ a Manfredo M. Salut. ex Joſr. ab Eccl. pag. mihi 143.

Queſta valle l'anno appreſſo di marzo (a maggio) il Marcheſe Manfredo di Saluzzo la riccomandò, e ne fece governatore per la maggior parte uno ſer Sander di Demont per li ſervitii da lui ricevuti. Queſto fu fatto nella terra di Quaranta preſſo Cuneo, in preſenza del Marcheſe, e la corte ſua nella ſala. Fra gli altri teſtimonj v'era uno Manfredo di Saluzzo Caſtellano di Bargie.

MCXCVIII. 131

Notitia pactorum inter Manfredum Marchionem Salutiarum, & Communitatem Albæ initorum ex Joffr. ab Eccl. p. m. 144.

Nel 1198. a 13. aprile fu fatta una certa liga e convenzione tra il Marcheſe Manfredo di Saluzzo, e meſſer Leonardo della Croce, Podeſtà d'Alba a nome della Comunità in queſto modo: che detto Marcheſe giura d'eſſere cittadino d'Alba, e che di mò innanti havrebbe una caſa in detta Città fin a quella Paſcha proſſima di valore di lire 400., e ne faria nè più, nè manco quanto un cittadino d'Alba; pagherebbe il fodro, e ſe per avventura nol pagaſſe, che ſia lecito alli cittadini di eſſo luogo eſiggere detto fodro, dove che meglio le parerà o ſopra gli uomini di Farigliano, o di Marcenaſco ſenza contradizione d' eſſo Manfredo Marcheſe, et ſuoi heredi. Item che non ſiano obbligati gli Albeſani di dar ajuto contro il dovere di giuſtizia ad eſſo Marcheſe, maſſime contra il Marcheſe di Monferrato, et la città d'Aſti. Il Marcheſe ſimilmente ſi riſerva la fedeltà fatta all'imperio.

Particula pactorum inter commune Aſtenſe, & DD. de Manzano, de Sarmatorio, & de Montefalcono reſpiciens Marchiones de Saluciis, & de Monteferrato ex fragm. Lib. Virid.

MCXCVIII. 132

Anno Domini MCXCVIII., indictione I., die mercurii X. Kal. maii in nomine Domini. Hæc eſt forma concordiæ, quam Domini de Manzano, & de Sarmatorio, & de Montefalcono fecerunt cum hominibus de Aſte . . . . Item debent . . . . defendere . . . . ipſos homines de Aſte . . . . & eorum terram . . . . . contra omnes homines, & ſpecialiter de guerra contra Marchiones Montiſerrati, & contra Comites Blandrati . . . . . & hoc totum . . . . . juraverunt . . . . . attendere . . . . . ſalvo Imperatore . . . . & ſalvo ſacramento quod fecerunt hominibus de Romaniſio, & Domino Berengerio de Buſca, ita quod de hoc ſacramento, quod ei fecerunt ipſi Belengerio non teneantur, ſi ſe cum Marchione de Saluzio viraret, vel aſſociaret, ita tamen quod ſemper teneantur adjuvare homines de Aſte de guerta contra Marchiones Montiſerrati, & contra Comites Blandrati, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint; illis tamen ex eis exceptis, qui modo ſunt homines Marchionis Montiſerrati, qui non teneantur ei facere guerram pro Aſtenſibus per eorum perſonam . . . . .

Digitized by Google

Venditio S. Michaelis facta a Bonifacio Ep. Aſt. M. Vilelmo de Ceva. Ex charta apud G. Sclav.

133 MC XCVIII.

In nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo octavo menſe octobris die Martis quinta exeunte in vigilia duorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ, indictione I. Dominus Bonefacius Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopus confirmavit, & dedit feudum S. Michaelis Wiermo de Ceva ſicut in charta ſua, quam fecit ei apud Morocium, continetur, ſcilicet confirmavit, & dedit ei in feudum quicquid habebat, & aquirere poſſet ipſe Epiſcopus &c. Wiermus de Ceva in Caſtello, & Villa S. Michaelis, & in omnibus pertinentiis ejuſdem loci, & in omni ejus territorio, videlicet dominium caſtri, & hominum, & rivaria in molendinis, in batenderiis, in fullonibus, in piſcationibus, & quicquid habebat in aquis, & montes, & planities, & nemora, & prata, & terras arabiles, & inarabiles, & omnia ſua donnealia, & omne illud, quod Aſtenſis Eccleſia a Domino Rodulpho de Monteacuto, vel ab alio in ſupradicto loco acquiſivit, & de comitatu, quem in ſancto Michaeli habebat dedit ei pro feudo, & de his omnibus ſupradictis inveſtivit eum, & miſit in poſſeſſionem, ne deinceps Wiermus de Ceva habeat, teneat, poſſideat omnia ſupradicta, & ſui heredes, quos habuerit ex Domina Sophia ita gentiliter, & libere ſicuti Dominus Rodulphus de Monteacuto tenuit, & poſſedit ſuam partem in ſancto Michaele, & in ejus pertinentiis ab Epiſcopo, & ab Eccleſia Aſtenſi, & hæc omnia ſupradicta Dominus Bonefacius Epiſcopus Aſtenſis fecit auctoritate, & voluntate, & conſilio multorum ſuæ Curiæ Vaſſallorum, quorum magna pars interfuit inveſtituræ ſupradicti loci, ſcilicet Bajalardus Archidiaconus, & Jacobus Vicedominus, & Guido de Caſtello Ainald, & Otho de Caraxonio, & Fredericus, & Sybaldus. Et propter ſupradictum feudum Wiermus de Ceva dedit caſtrum, & villam Liſigni, cum omnibus pertinentiis ejuſdem loci in allodium Domino Bonefacio Aſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & libras mille, & treſcentum Januenſis monetæ ſolvit ei. Poſtea Dominus Bonefacius Epiſcopus dedit in feudum Liſignum VViermo de Ceva, & ipſe VViermus de Ceva propter prædicta feuda fecit fidelitatem Aſtenſi Eccleſiæ, & Domino Bonefacio ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo ut Vaſſallus Domino ſuo, & ſciendum eſt, quod heredes VViermi de Ceva, ad quos feudum ſancti Michaelis pervenerit, quando ex novo inveſtiti fuerint, debent dare equum, & loricam Aſtenſi Epiſcopo pro conſuetudine feudorum Aſtenſis Eccleſiæ. Actum eſt hoc apud plebem de Caraſeu in domo ſuper ſolarium juxta ignem præſentia teſtium, qui ſpecialiter ad hoc fuerunt advocati, quorum nomina ſunt hæc Bajalardus Archidiaconus, & Jacobus Vicedominus, & Guido de Caſtellainaldo, & Otho de Caraxu, & Fredericus, & Sybaldus, & Mainfredus de Solario, & Petrus Judex de Vico. Et ego Leo Notarius ſacri Palatii rogatus ab utraque parte interfui, & hanc cartam ſcripſi.

Conventiones inter D. Bonifacium Ep. Aſt., & Wiermum Marchionem de Ceva. Ex Charta apud G. Sclav.

MCXCVIII. 134

In nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo octavo, menſe octobris, die martis quinta exeunte in vigilia duorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ, indictione I. Dominus Bonefacius Aſtenſium Epiſcopus dedit, & confirmavit feudum ſancti Michaelis VViermo de Ceva cum conſilio, & voluntate ſua Curiæ, & propter illud VViermus de Ceva convenit, & promiſit Domino Bonefacio Epiſcopo, & juravit, quod faciet guerram hominibus habitantibus in Monte per ſe, & per ſuos homines, & de omnibus ſuis locis, & de ſancto Michaeli, ex quo Epiſcopus præcepit ei, & poſtquam incœpit guerram facere, & non debet facere trevuam, neque pacem, neque guerram, recrevam ſine conſilio Domini Epiſcopi, & voluntate, & verſa vice ipſe Epiſcopus convenit, & promiſit, & juravit quod faceret guerram de omnibus ſuis locis, quod neque trevuam, neque pacem, neque guerram, recrevam facere debet cum hominibus de Monte ſine conſilio, & voluntate VViermi de Ceva Domini, & tandiu debent guerram facere, uſque dum illi de Monte ſatisfecerint, & concordati fuerint mandato, & voluntate Domini Bonefacii Aſtenſis Epiſcopi. Item Dominus VViermus promiſit, quod daret omnes ſecuritates, quas poſſet Domino Epiſcopo, quod ipſe attenderet firmiter omnia, quæ promiſit, ſcilicet Dominum Bonefacium fratrem, & nepotes ſuos, & Dominum Othonem, & Henricum de Carreto, & ſuos homines, quos Dominus Epiſcopus vellet. Item promiſit, & laudavit, & collocavit Nigellam loco pœnæ, ut eſſet Epiſcopi, ſi non attenderet ea, quæ promiſit, & verſa vice Dominus Bonefacius Epiſcopus promiſit VViermo de Ceva, quod daret ei omnes ſecuritates, quas poſſet, quod ipſe attenderet ea, quæ promiſit, & ſi non attenderet promiſit, & laudavit bona fide Plotium nomine pœnæ, ut eſſet VViermi de Ceva. Actum eſt hoc juxta plebem de Caraſſu in domo in ſolario juxta ignem, præſentia teſtium, quorum nomina ſunt hæc, Dominus Bajalardus Archidiaconus, Jacobus Vicedominus, Guido de Caſtelainald, Otho, & Fredericus, & Sybaldus de Caraſſu, & Mainfredus de Solario, Petrus Judex. Vico. Ego Leo Notarius ſacri Palatii rogatus juſſu Domini Epiſcopi, & Domini VViermi interfui, & hanc cartam ſcripſi.

Inveſtitura feudi S. Michaelis facta a Bonifacio Epiſcopo Aſtenſi VVilelmo Marchione de Ceva. Ex autogr. Archiv. March. S. Mich. de Ceva.

MC XCVIII. 135

In nomine Domini anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXXVIII. menſe octobris die mercurii quarto exeunte in feſtivitate duorum Apoſtolorum Simonis, & Judæ, indictione prima. Dominus Bonifacius Aſtenſis Epiſcopus Catholicus dedit ſine omni tenore in feudum VVilelmo de Ceva quic-

by Google

quid ipſe, & Eccleſia Aſtenſis habebat in caſtello, & villa, & in toto pertinenti ſancti Michaelis, & eum inveſtivit, & miſit in poſſeſſionem, & cartam, quam Dominus VVilelmus de Ceva fecerat Domino Bonefacio Epiſcopo, quod redderet ei ſanctum Michaelem, ſi ipſe Bonifacius Epiſcopus a feſto proximo Nativitatis Domini uſque ad quinque annos ſolviſſet ei M., & tres centum libras, quas libras recepit a Domino VVilelmo de Ceva pro ſancto Michaeli Januenſis monetæ, refutavit ei, & omnibus pactis, & conventis ſcriptis in carta illa ſpecialiter Dominus Bonefacius Epiſcopus Aſtenſis renunciavit ex tactis ſacroſanctis evangelicis ſua propria manu juravit illud feudum ſancti Michaelis, quod ei dedit, & fecit ſe firmum tenere, & nec deinceps aliam controverſiam, nec querimoniam, nec moleſtiam facere nec per ſe, nec per aliquam appoſitam perſonam, nec per ſuos ſucceſſores VVilelmo de Ceva, nec heredibus ſuis, nec nummos, quos ei promiſerat dare pro redemptione ſancti Michaelis juravit Epiſcopus Bonifacius ſe numquam dare, nec VVilelmo de Ceva, nec ſuis heredibus, nec ipſe VVilelmus de Ceva recipere eos. Item juravit Dominus Bonifacius Aſtenſis Epiſcopus, quod nec per ſe, nec per ſuos ſucceſſores, nec per aliquam perſonam unquam appellaret VVilelmo de Ceva, nec ſuos heredes de caſtello, & villa, & de pertinentiis de ſancto Michaeli. Actum eſt hoc in Eccleſia S. Mariæ de plebe de Caraxu ante altare in cantello preſencia teſtium, qui ſpecialiter ad hoc fuerunt advocati, quorum nomina ſunt hæc: Jacobus Archipresbiter Cevæ, Raimundus ſacerdos de Caſtelli, Rubaldus ſacerdos de Liſigno, Mainfredus Solario, Otho Rubeus de Ceva. Et ego Leo notarius ſacri Palatii rogatus juſſu Domini Bonefacii Aſtenſibus Epiſcopis interfui, & ſcripſi.

Notitia ceſſionis bonorum, ac jurium, quæ in Moncalvo Ardicio Marchio donavit Eccl. Aſt. facta Bonifacio M. Montisferrati. Ex Ughello T. IV. in Epiſc. Aſt. n. XXX.

136 MCXCVIII.

Anno MCLXXXXVIII. Almoſna Præpoſitus Eccleſiæ cathedralis Aſtenſis cum ceteris canonicis Bonifacio Marchioni Montisferrati omnes terras, & rationes, quas habebat Aſtenſis Eccleſia in Montecalvo, ejuſque territorio ex parte Marchionis Ardicionis, pro libris centum ceſſit, pacto appoſito, quod quandocumque Eccleſia illas reſtitueret, teneretur Marchio ipſa bona, & jura reſtituere.

137 MCXCVIII.

Fœdus Bonifacii Marchionis cum civitate Aquenſi p. 1. doc. 99. col. 113.

138 MCXCVIII.

Deditio Marchionum de Occimiano civitati Alexandriæ p. 1. doc. 100. col. 114.

Inveſtitura Sindici Canonicæ S. Martini Turonenſis de Curte Solaria Bonifacio Marchioni Montisferrati ex Mabill. append. ad T. IV. Annal. Ord. S. Bened. pag. 691.

MCXCIX. 139

Die ſecundo intrante martio in loco Papiæ ſub porticu domus Eccleſiæ ſancti Martini in Terraria in preſentia domini Dalphini advocati Piſcariæ, Oppigonii (Oppizonis) clerici de Soleria Rufini Iſembardi ecc., ibique in eorum preſentia dominus Robertus de Januario Canonicus Turonenſis Eccleſiæ Beati Martini rector, & gubernator, atque ſindicus omnium rerum ad ipſam Eccleſiam in Italia pertinentium cum bereta, quam in ſua tenebat manu, inveſtivit domnum Bonifacium Marchionem Montisferrati de ſuo recto feudo, quod idem Marchio invenerat (1) a Domino VVilelmo quondam de Palotto (2) ejus cognato in Solaria, & ejus curte, atque diſtricto. Hoc facto idem Marchio juravit fidelitatem Beato Martino, & commoni Capitulo Eccleſiæ Beati Martini Turonenſis, atque ſuprascripto Domino Roberto, ut Vaſſallus Domino, ſeu Dominis, & in eodem ſacramento juravit, quod attendet, & obſervabit quoddam pactum, & conventionem factum, & factam de prædicto feudo inter q. dominum Brunonem Præpoſitum ſancti Martini, atque dominum Obertum Marchionem cognomine Brotoporrata, ut in quodam inſtrumento ibi lectum factum per manum Radulfi judicis continebatur, tenor cujus inſtrumenti talis erat. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MCXXI., III. Kal. decembris, indict. VII. ecc. Actum eſt hoc in ſuprascripto loco terræ arſæ MCXCIX., indictione II. Ebo presbiter domni F. ..... Imperatoris notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

(1) *Forte* emerat. (2) Palodo.

Vid. Conc. incerti loci in Italia anni DCCCVII., indictione V., ubi de Solaria in comitatu Aſtenſi, quo in loco erat Collegium Canonicorum ſub juriſdictione ſancti Martini Turonenſis. Ibi loco Canonicorum ſecularium poſiti ſunt Canonici regulares circa an. MC. a Canonicis ſancti Martini educti e monaſterio ſancti Coſmæ prope Turonos. Mabill.

Juramentum Bonifacii, & Gulielmi ejus filii pavendi ſententiæ Rectorum Mediol. & Placen. ex Irico Hiſt. Trid. l. c. pag. 54.

MCXCIX. 140.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCIX., die Dominico XIV. die menſis martii, indict. II. in præſentia iſtorum (*lege* infraſcr.) teſtium Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati, & Gulielmus Marchio ejus filius .... juraverunt ad ſancta Evangelia pro ſe, & pro tota eorum parte obedire, & attendere ..... præcepta, quæ commune Mediolani, & commune Placentiæ per Rectores earum civitatum, & Lantelmus de Modoetia eis facient ..... de omnibus diſcordiis ..... quæ habent cum Alexandrinis, & Aſtenſibus, & Vercellenſibus, atque partibus ipſarum civitatum .... præſentibus

Gotecino Incanerio (*lege* Maynerio) & Guifredoto Graffello communis Mediolanenſibus ambaxatoribus ..... & Antonio de Fontana, & Joanne de Bonamena communis Placentiæ ambaxatoribus ..... & præfato Lantelmo præſente. Actum eſt hoc in prato uno prope Placentiam. Interfuerant comes Ubertus de Blandrate, & Rainerius, & Ferrarius, & Ogerius de Capitaneis de Valentia, & Alexius de Valentia, & Fulcus de Iniquitate de Placentia teſtes. Ego Uldricus qui dicor Cuminus Mediolan. not. S. P. rog. ſcripſi.

Juramentum plurium Vaſſallorum Bonifacii, & Gullielmi Marchionum Montisferrati ſervandi ſententiam pacis ab arbitris Rectoribus proferendam ex Irico loc. cit.

141 MCXCIX.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCIX., die Dominico, IV. (*lege* V.) Kal. aprilis, indictione II. in ripa Padi juxta pontem de Stura. D. Otto de Leareto (*forte* Laureto) & Gullielmus de Buſſo, comes Raynerius de Blandrate, Ferrarius de Valentia, Capitaneus de Valentia, Alexius de Valentia, Xeuplus (*lege* ſimplex) de Canello, Baſtardus de Curtemilia, Otto de Canellis, Andreas de Aquis, Benzus de Aquis, Nicolaus Boracius (*lege* Boccaccius) de Aqui, Gulielmus Paſtor, Anſelmus Paſtor, Rodulfus Paſtor, Paſtorinus, & Mayntredus Paſtores, Bonifacius de Alizano, Henricus de Caliano, Aſſalitus de Tridino, Anſaldus de Valentia, Gregorius de Montebello, Ubertus de Ponte, atque Rainerius de Grana omnes iſti juraverunt ad ſancta Dei Evangelia, quod bona fide, & ſine fraude dabunt operam, & facient, ut Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati, & Gulielmus ejus filius debeant attendere ..... mandata, atque præcepta communis Mediolani, & de illo Placentiæ, & earum civitatum nunciorum, ſicut juraverunt ipſi pater, & filius pro ſe, & pro tota eorum parte pro diſcordia, & diſcordiis, quam & quæ habent cum Alexandrinis, & Aſtenſibus, & Vercellenſibus, & eorum partibus, & quod ipſi omnes per ſe attendent, & obſervabunt, & hoc volentibus, & præſentibus ambaxatoribus Mediolani, & Placentiæ, quorum nomina ſunt: Goteçinus Mainerius, Guifred. Graſſellus Ant. de Fontana, atque Johan. de Bonamena: Interfuerunt Jacobus de Hoſpitale, Girardus de Iona, de Ponte Azo Attaſtaguado Petruccius, Corcent. Nicolaus de Trino (*forte* de Foro) Ugutionus de Puteo, atque Naxantus de Naxantis. Ego Uldricus ec.

142 MCXCIX.

Notitia compromiſſi in commune Mediolani, & Placentiæ initi inter Bonifacium Marchionem, & Aſtenſes de omnibus eorum litibus. Petebat ſiquidem Marchio ab Aſtenſibus feuda S. Mariæ prope flumen Verſæ una cum caſtris Rochettæ, Montaldi, Viglani, Cortecomariæ, & Malamorte; item damna ob fractum pacis fœdus. Contra Aſtenſes ab eo poſtulabant partem Montiſperſarii, caſtri Laureti, & comitatus, & illam pecuniæ vim, quam creditoribus Aſtenſibus Marchio debebat, item captivorum redemtionem. Factum autem fuit an. MCXCVII. die Dominico IV. V. Kal. aprilis, indictione II. Benvenutus, qui hæc ex charta compromiſſi, quam forte præ oculis habebat, ſummatim in ſuo Cronico contraxit pag. 44., deceptus eſt in anni ſupputatione. Indictio enim, ac reliquæ temporis nota indicant pertinere ad annum MCXCIX., ad quem aliæ quoque ſimiles chartæ ad hanc cauſam ſpectantes, quas ego in hac collectione exhibeo, referuntur, & quo animi jam diuturnis bellis defatigati ad pacem inclinare videbantur, ut Alferius teſtatur his verbis: illi de Monteterrato erant gravati de dicta guerra, ita quod non poterant ſuſtinere ecc.

MCXCIX. 143

Præceptum legatorum Mediolani, & Placentiæ de tregua ſervanda a Bonifacio Marchione Montisferrati Alexandrinis, & Aſtenſibus p. 1. doc. 101. col. 116.

MCXCIX. 144

Petitiones civitatis Alexandriæ adverſus Marchionem Montisferrati p. 1. doc. 102. col. 117. Aliæ Bonifacii Marchionis adverſus Alexandrichionis ibi doc. 103. col. 118.

MCXCIX. 145

Conventiones inter Bonifacium Marchionem, & Alexandrinos, & Aſtenſes, & Vercellenſes p. 1. doc. 104. col. 122.

Tabulæ pacis inter Bonifacium Marchionem, Mediolan., Placen., & Vercellenſes initæ Salugiæ ex tabulario Vercellarum opera Eq. Alciati Canonici Cathed. extractæ, mihique dono datæ.

MCC. 146

In nomine Domini. Cum Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati, & Guilielmus ejus filius conſenſu, & parabola ejus juraſſent per ſe, & per tota eorum parte obedire, & obſervare, & attendere omne præceptum, & omnia præcepta, quod, & quæ commune Mediolani, & commune Placentiæ per Rectores earum Civitatum, vel per Ambaxiatores, ſive Nuntios earum, & Lantelmus de Modoetia eis facerent de omni diſcordia, & de omnibus diſcordiis, ſive occaſione earum, quam, vel quas habebant cum Vercellenſibus, & parte eorum ſicut per publicum inſtrumentum apparebat, & pro Vercellenſibus juraſſet Brudus Marcellinus tunc Poteſtas Vercellenſium, & pro tota ſua parte ſimiliter obedire, attendere, & obſervare omne præceptum, & omnia præcepta, quod, & quæ commune Mediolani, & commune Placentiæ per Rectores ſuos, vel per Ambaxiatores, ſive alios Nuntios ipſarum Civitatum ei facerent, & quamplures alii ſapientes ejuſdem Civitatis, qui erant in conſilio ipſius Civitatis ſimiliter juraſſent, ſecundum quod continetur

in quadam alia carta publica de omni discordia, & omnibus discordiis, sive occasione earum, quam, & quas commune ipsius civitatis, & ejus pars habebat, vel habebant cum prædicto Marchione Montisferrati, & ejus patre, & cum causæ, sive discordiæ diu forent ventilatæ, & trutinatæ, & dilationes plures datæ fuissent, & cum utraque pars multum institisset, ut præceptum, sive præcepta super his fierent, & plures termini perentorii statuissent, & Lantelmus de Modoetia præsentibus etiam Vercellensibus in civitate Mediolani, ibi concorditer terminus perentorius statutus fuit apud Vercellas in concordia fuisset cum Placentinis, & Mediolanensibus præcipiendi ad ipsum terminum inter ipsos Marchiones, & jam dictos Vercellenses, secundum quod scriptum erat, sive ipsi Marchiones, vel alter eorum absentes essent sive non, sicut in alio publico instrumento continetur. Et his ita gestis cum legati communis Mediolani, scilicet Jacobus de Oldanis consul Mediolani, & Bonno Curtus, & Guertius de Ostiolo directi fuissent ad pronuntiandum, sive præcipiendum, qui etiam legati fungebantur vice communis Placentiæ, in locum cujus communis Placentiæ erant ad pronuntiandum, sive præcipiendum, sicut in alio publico instrumento continetur. Et cum ipsi apud Salugiam ultra pontem essent cum Vercellensibus, & prædicto Domino Bonifacio Marchione parati pronuntiare, seu præcipere, & cum præcepissent pluries Marchioni ut staret, & audiret ea, quæ præcipere volebant, & non recederet ipso tamen Marchione recedere volente, & prædicto Lantelmo de Modoetia contradicente eis, ut non pronuntiarent, seu præciperent, tunc prædicti Jacobus, & Benno, & Guertius concorditer præceperunt utrique parti ut ita observarent, & attenderent sicut in imbriviatura quadam, quæ inferius legitur continebatur, & cum prædictus Jacobus ipsam imbreviaturam legere cœpisset, præfatus Marchio recessit; ipse tamen Jacobus totam imbreviaturam perlegit, cujus imbreviaturæ tenor talis est.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi super facto pacis, & concordiæ Domini Bonifatii Marchionis Montisferrati, & Guhielmi filii ejus, & suæ partis, & ex altera parte communis Vercellarum, & suæ partis, & ex altera parte communis Vercellarum, & suæ partis. Nos Jacobus de Oldanis consul Mediolani, & Bono Curtus, & Guertius de Ostiolo Ambaxiatores, & Legati communis Mediolani nomine communis Mediolani, & nomine, & ex parte communis Placentiæ, cujus vicem mandato communis Placentiæ in hoc negotio gerimus, & in cujus locum per publicum instrumentum sumus, dicimus, & pronuntiamus, & præcipimus ut finis fiat, & sit hinc inde vicissim de omnibus malefitiis, & dampnis datis, & injuriis illatis, & de omnibus redemptionibus habitis, seu datis, præterquam de redemptione Nuxanti, de qua dicimus, ut Marchio eum absolvat, & absolvi faciat ab omni eo, quod dare debet pro sua redemptione, & ut Marchio ei restituat, & det usque ad sanctum Ambrosium libras quinquaginta papienses, quas jam dederat pro sua redemptione. Item dicimus, ut omnes captivi, & eorum interessores sint liberi ab omni vinculo carceris, & ab omni obligatione, qua tenebantur de aliqua pecunia, vel aliqua reparanda pro sua redemptione Marchioni, vel alicui de sua parte. Quæstionem vero pecuniarum creditarum ab ipsis captivis Marchioni in nobis reservamus. Super castro vero Visterni dicimus, ut Marchio, vel ejus Nuntius de ipso castro se non intromittat, nec Vercellensibus, & Gualæ Alzato, & Guilielmo fratri ejus, qui illud castrum tenent, de cetero impediat, & de eo quod Vercellenses petebant Marchioni pro dampno dato ipsius castri, & fructibus habitis, finem eidem Marchioni faciant, & ipse Marchio det eis libras centum, & quinquaginta papienses usque ad sanctum Ambrosium, qui remanserant de libris trecentis papiensium, quas ei dare convenerat, civitate vero Ipporegiæ dicimus, ut habeat finem de omnibus malefitiis factis, ex injuriis, & dampnis datis tempore guerræ, & commune Vercellarum habeat omnia jura, & justitias, & rationes, & usantias, quas habebat ante guerram, ex tempore inchoatæ guerræ in commune ipsius civitatis, vel in singularibus personis ejusdem civitatis, & ea jura, & rationes non impediat prædictus Marchio, vel ejus Nuntius Vercellensibus de cetero quiete habere, & uti, & nullo modo prohibeat de his, & de his se non intromittat contra Vercellenses, nec occasione prædictæ guerræ ullam offensam faciant Vercellenses Ipporiensibus. Idem dicimus de illis de castro Montisgrandis, & de castro Magniani, ut habeat finem a Vercellensibus de omnibus malefitiis, dampnis datis, & injuriis illatis tempore guerræ, & ut occasione illius guerræ, quia fuerunt cum Marchione, de cetero non offendant eos Vercellenses. Et Vercellenses de cetero omnia jura, & justitias, & rationes, & usantias, quæ in ipsis castris ante guerram habebant, habeant, & ea jura, & rationes non impediat prædictus Marchio, vel ejus Nuntius Vercellensibus, de cetero quiete habere, & uti, & nullo modo prohibeat. Item dicimus ut prædictus Marchio de cetero se non intromittat de castro Burolii, & de castro Netri, & de castro Bonati aliqua ratione, nec de Castellanis eorum, sed dimittat Vercellenses quiete habere jura sua, & usantias suas, quæ in ipsis castris habere consueverunt. Quæstionem vero petitionis Martini Bigierii, quam faciebat Marchioni, & ceteras quæstiones, quas faciebat commune Vercellarum, vel singulares personæ contra Marchionem, vel singulares personas in nobis reservamus. Pedagium vero novum, quod costituerunt Vercellenses aput Salugiam ita volumus temperare, ut nullum pedagium tollant Vercellenses Novariensibus, nec Mediolanensibus, nec Placentinis, nec Cumanis, nec Laudensibus, nec Brissianensibus, nec earum jurisdictionum, nec Cremensibus, & si de prædictis, vel pro prædictis aliqua fuerit orta quæstio, interpretationem, & cognitionem ejus in nobis reservamus. Et hoc totum dicimus salva societate generali Lombardiæ, & speciali, quam Vercellenses habent cum Novariensibus, & Alexandrinis, & Astensibus, & salvis ab utraque parte illis exceptionibus, quæ continentur in instrumento concordiæ, & societatis factæ, & juratæ in palatio Mediolani inter commune Mediolani, &

Placentiæ, & Vercellarum, & Alexandriæ, & Asti ex una parte, & ex altera parte Dominum Bonifacium Marchionem Montisferrati, & Gulielmum filium ejus.

Qua imbreviatura perlecta prædicti Jacobus, & Benno, & Guertius pronuntiaverunt, & præceperunt, & statuerunt, ut ab utraque parte ita observetur, & adimpleatur ut supra legitur, & ita liberaverunt captivos. Actum est hoc aput Salugiam ultra pontem anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo die Veneris quinto die ante calendas novembris, indictione quarta, unde plures cartæ uno tenore ab ipsis legatis fieri rogatæ sunt. Interfuerunt Gulielmus Alzatus, & Petrus de Boadouno, & Joannes de Puteo consules Vercellarum, & Jacobus Vicecomes, & Albertus Advocatus, & Petrus Papia, & Johannes de Oliva, & Guido de Bonivolio, & Gilibertus Carosus, & Bertholdus de Toleo, & Otto presbiter Ambaxatores Vercellarum, & Dominus Arditio Abbas sancti Januarii, & Guielmus de Struria Monachus ejus, & Ugutionus de Puteo, & Amus de Bondouno, & Hostachius de Guarnerio, & Johannes Bicherius, & Matteus de Salasco, & Rufinus de Ferrario, Nicolaus Pipia, & Guielmus Guertius, Bertholinus de Costanzana, & Guido de Manardo, & Nicolaus Carolus, & Milonus omnes de Vercellis, & item Johannes de Mesterano, Milo de Batino, Johannes de Sancta Agatha, Filippinus de Saluglis, Vercellinus Pipia, Girardus de Olzano, Prevotus de Liburno, Albertus de Saluglis, Guielmus de Castello Salugiarum, Jacobus, filius ejus, Sienbaldus ejusdem loci, Guielmus Pipia, & multi alii de Mediolano, Gilbertus Bonbarete, Coradinus de Oldanis, Musa Scaccabarozius, Albertus de Sommovico, Beccus de Galbentis de Canturio.

Ego Jacobus de Oldanis Judex, & Consul Mediolani, & ad hanc discordiam definiendam, & præceptum, sive præcepta facienda missus, sive directus, & vicem communis Placentiæ in hoc negotio gerens, ut supra pronuntiavi, scripsi, & præcepi. Ego Guertius secundus, & Judex de Ostiollo, & ad hanc discordiam difiniendam, & præceptum, sive præcepta facienda missus, & directus pro communi Mediolani, & vice communis Placentiæ in hoc gerens, & in locum cujus eram, præcepi, ut supra, & scripsi. Ego Ugo, qui dicor de Castegnianega Judex, ac Missus Domini Francisci Imperatoris interfui, & rogatus scripsi ut supra. Ego Paxius Ansisus notarius autenticum hujus exempli vidi, & legi, ecc. Ego Petrus notarius filius Ottoboni Formaglarii autenticum hujus exempli, & legi ecc. Ego Ambrosius Ansisus notarius hoc exemplum ex autentico exemplavi ecc.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo die Veneris, tertio die mensis novembris, indictione quarta, in palatio communis Mediolani. Dominus Petrus qui dicitur de Villana Judex, & Assessor Domini Goizonis de Gambara Potestatis Mediolani præcepto, & parabola ipsius Domini Goizonis ibi præsentis, præsentibus quoque, & laudantibus Guidone de Vicomercato, & Sacco de la piscina, & Gotecino Mainerio, & Guidone Burro, & Jacobo de Mundoctia Consulibus Mediolani, & præsentibus multis militibus Mediolani ad consilium propter hoc convocatis, inter quos erant Auricus Grassus, Ubertarius de Pustrena, Guiggetus de Mariola, & Cerrionus de Hermenulfis, & Petrus de Petra sancta, Obizo Antizonus, Guido de Carrate, Moriacus de Villa, Lanterius Crivellus, Buxinardus Egoardus, & multi alii ad consilium convocati, firmavit, & corroboravit in publico consilio nomine, & ex parte communis Mediolani, & voluntate prædicti consilii illam pacem, & concordiam, quam Jacobus de Oldanis Consul Mediolani, & Benno Cortus, & Guertius de Ostiolo Legati communis Mediolani ad ipsam pacem, & concordiam percipiendam pronuntiaverant, & dixerant, seu præceperant apud Salugiam nomine, & ex parte communis Mediolani, & Placentiæ inter Dominum Bonifatium Marchionem Montisferrati, & Guilielmum filium ejus, & suam partem ex una parte. Et ex altera parte commune Vercellarum, & suam partem sicut in quodam instrumento publico inde facto per Ugonem de Castenianega continetur, & liberavit captivos sicut in ipso instrumento continetur, & per omnia sicut prædicto instrumento continetur, firmavit, & firmum esse præcipit. Et sic firmavit prædictus Dominus Goizo Potestas Mediolani, & prædicti Consules Mediolani voluntate istius consilii, & de hoc plures cartæ uno tenore scribi rogatæ sunt, interfuerunt Jacobus Vicecomes, Johannes de Puteo, & Aichinus de Centorio de Vercellis, & Brunasius Porca, & Otto Cavallacius, & Ubertus Testa, & Lafrancus de Buniperto de Novaria.

Ego Ugo qui dicor de Castegnianega Judex, ac Missus Domini Francisci (Friderici) Imperatoris interfui, & rogatus scripsi.

Ego Ugo, qui dicor de Castegnianega Judex, ac Missus D. Francisci Imperatoris (Friderici) interfui, & rogatus scripsi. Ego Paxius Ansisus notarius autenticum hujus exempli vidi, & legi ecc. Ego Petrus notarius filius Ottoboni Formaglarii autenticum hujus exempli vidi, & legi ecc. Ego Ambrosius Ansisus notarius hoc exemplum ex autentico exemplavi ecc.

Notitia cujusdam fœderis inter Manfredum, & Thomam Sabaudiæ Comitem ex Joffredo ab Eccl. p. mihi 145.

M C C. 147

Il 1200., essendo stata guerra tra il Marchese, et il Conte di Savoja, per la quale il detto Conte haveva tolto qualche cosa al detto Marchese si condussero a far pace in questa forma: che gli uomini di Quaranta debbano far la fedeltà al Marchese, come erano soliti di fare per innanti ad esso proprio come a suo padre. Fu anche fatto il simile di Brusaporcello, il qual luogo il Marchese haveva acquistato in quell' anno medemo da messer Manfredo, Arigo, et Anselmo signori di Busca.

Hujus fœderis notitia Guichenonem latuit, qui ab anno MCXCVII. ad MCCIV. nullas præ manibus habuit chartas, quæ Thomæ Comitis Sabaudiæ mentionem facerent. Haud dubie enim illius meminisset, ut dirimeret quæstionem de profectione hujus Principis cum cruce signatis ad terram sanctam. Opportuna enim

fuiſſet ad demonſtrandum, quæ ejus ſententia eſt, haud ipſum iviſſe.

Poſt adductam fœderis illius notitiam plurium poſſeſſionum, jurium, ac caſtrorum acquiſitiones a Manfredo factas memorat Jofredus, quæ adeo parce, ac jejune ab eo perſtricta ſunt, ut dubitare quis merito poſſit, utrum ipſe ante oculos diplomata habuerit, an vetera ſolum Chronica perſecutus fuerit. Ac ne haec prorſus videar amiſiſſe, hic breviter adjungam. Refert autem Alaſiam uxorem quamdam partem Raconixii acquiſiviſſe ab Henrico de Braida ex DD. Bagnolii; Manfredum vero, furnos, malendina, & paſcua Carmagnoliæ a DD. de Correto; portionem juriſdictionis in eo loco a Marchionibus de Romagnano, caſtrum, ac villam Polingariæ, & Caballaris majoris a DD. de Roſſana; Valſeneriam, & Caramaniam a civitate Aſtenſi; medietatem Baldiſſerii a Gulielmo de Summaripa; Mantam, Broſſaſcum ab ejus dominis; Lagnaſcum, Dragonerium cum valle Mairæ a DD. Ruſchæ, Piaſchi, Montemali; Mulaſanum, & Fariſianum ab Othone Imperatore IV.

148 MCCII.

Notitia contractus venditionis, quo anno MCCII., die XXII. julii Bonifacius Marchio vendidit Johanni de Oliva, Aimoni de Bondono, Philippo de Bevario, & Bonvicino Scutario conſulibus civitatis Vercellarum caſtrum, & villam Tridini, & Burgi novi pretio librarum 7000. argenti, cujus venditionis tabulæ fuerunt confectæ a Ruffino notario Vercellen. in clauſtris S. Mariæ coram tocius civitatis conſilio, ac Jacobo de Cerridonio (1), & Vercellino Scutario Canonico ejuſdem Eccleſiæ. Eodem autem die, ac iiſdem teſtibus præſentibus iidem Conſules promiſerunt Marchioni idem caſtrum, ac villam retrovendere eodem, quo acceperunt pretio, ei ipſi, vel filio, atque hoc nolente uxori Alberti Malaſpinæ, vel D. Alaſiæ uxori Manfredi de Saluzio filiæ ſuæ, vel D. Agneti ſorori. Ex Benven. a S. Georg. p. 45.

(1) Cerrione, non Corridonio, *ut Beny.*

149 MCCII.

Tabulæ fœderis inter civitatem Alexandriæ, & M. Ottonem de Carreto p. 1. doc. 109. col. 126. Confirmatio ejuſdem D. Wilelmi M. de Ceva ibi doc. 110. col. 128.

Alia confirmatio DD. Puncii, & Henrici fratrum, & Petri conſanguinei MM. de Ponzono ib. doc. 134. col. 130.

Diviſio caſtrorum DD. Inciſæ, Rupeculæ, & Montisalti ex Collect. DD. in cauſ. Rocheta Tan. &c.

150 MCCIII.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo tertio, indictione ſexta, die ſabbati (1) exeunte decembri in caſtro Inciſæ in camera clava præſentia infraſcriptorum, quorum nomina ſubtus leguntur. In Chriſti nomine diviſionem non fecerunt inter ſe Dominus Gullielmus Marchio Inciſiæ, D. Manfredus, Raymundus, Paganus, & Jacobus fratres ejus videlicet tali modo, quod D. Gulielmus, & Raymondus, & Jacobus cum Henrico ſimul Nepote ſuo debet habere pro parte ſua caſtrum Inciſiæ cum omni honore, & juriſdictione, & pertinentiis cum Caſtronovo, & Bergamaſco, & Carentino, & Ceredo, & Vallibus cum toto eo, quod habent in Malamorte, & cum cambio, quod habent de Secardina. Ad invicem D. Manfredus, & D. Paganus debent habere pro parte caſtrum Rupeculæ cum honore omni, & juriſdictione, & pertinentiis: item caſtrum Montaldi cum omni honore, & vindicatione, & pertinentiis cum omnibus rebus mobilibus, quas ibi habent. Item prædicti Manfredus, & Paganus debent ſolvere de debitis communibus domus Ribaldo Gallelo libras quadraginta, & octo Aſt Cuniberto de Platea ſexaginta Aſt, & Jacobo Caſſeno (2) libras octo Aſt, & Opiconi de Alberico ſolidos quinquaginta Aſt, & ſex, & Draco de Alba libras quadraginta de Aſt, Odoni Burlotto (3) de Aſte alias centum quadraginta libras Papiæ, & Guaſchis de Alexandria libras XLVIII. Papiæ, Bernardacio lib. XIII. Papiæ, Rayneric Nano libras VII. Papiæ, Berlendæ ſolidos XLI. (4) Papiæ, & virilem portionem uxorum dotium Gulielmi, & Jacobi Scuo (5), qui Enciſiam habent pagabunt ſuam partem dotium uxorum Gulielmi, & Jacobi, & hoc, quod habuerint ab Henrico eorum Nepote pro parte debitorum prædictorum ipſorum erit, & non illorum de Rupecula, & ſi Aſtenſes vellent prædictis Manfredo, & Pagano reddere caſtrum Montisalti, vel Rupeculæ, vel auferent ſcilicet terras ſuas, vel homines ſuos, vel diruerent aliquod prædictorum caſtrorum, vel ambo, vel caperent ſodrum ab hominibus eorum, licentiam habeant iſti Manfredus, & Paganus reddendi (redeundi) ad communionem cum aliis fratribus, & Nepote, & habere portionem in Enciſa, & Caſtronovo, & Carentino, & Bergamaſco, & Cerreto, & Vallibus, & cambio, quod habuerint in Scardia, & de eo, quod habent in Malamorte, & omnium rerum mobilium, exceptis his, quæ poſſent oſtendere ſuo ſacramento non eſſe de communi domus. Item dicti Gulielmus, Raymondus, & Jacobus cum eorum Nepote faciunt finem dotium (6) matris ſuæ Damicellæ prædicto Manfredo, & Pagano, & non capient iſti Dominus Gulielmus, & Raymondus, & Jacobus per legatum, per donationem, vel quolibet alio modo a matre ſua aliquid de dicta dote ſua, & hæc omnia ſupſaſcripta iſti Marchiones juraverunt, & promiſerunt attendere, & obſervare in perpetuum bona fide, & quod bona fide facient jurare Henricum Neporem ſuum ratam, & firmam tenere iſtam donationem, iſti ut ſupra hanc cartam fieri rogaverunt ut ſupra legitur. Interfuerunt teſtes rogati Gulielmus Scalſus (7) de Alliano, Damicelins (8) de Canellis, Jacobus Beſurius de Aquis, & Petrus Fantinus, Bernardaccius de Uviliis. Ego Stephanus facri Palatii notarius hanc cartam tradidi, ſcripſi, & interfui. Ego Bonus Infans de Valſenaria notarius Palatinus autenticum hujus exemplum vidi, & legi, & ad confirmandum ſubſcripſi. Ego Lan-

francus Domini Henrici Imperatoris notarius autenticum hujus exempl. vidi, & legi, & ſicut in eo continebatur per litteram, vel ſillabam, quæ non mutant ſenſum ſic & in iſtis ſcripſi.

Ego Philippus notarius ſacri Palatii autenticum hujus exempl. vidi, & legi, & ſicut in eo continebatur, ita & in novo continetur exemplo, & ſic ſcripſi. Ego Jacobus de Foſſaſco notarius Palatinus autenticum hujus novi exempli vidi, & legi, & ad confirmandum ſubſcripſi. Ego Gulielmus notarius autenticum hujus novi exempli vidi, legi, & inquiſivi, & ſicuti in eo continebatur, ſic & in iſto novo legitur exemplo, & ſubſcripſi, & in libro veteri fol. LXXI.

(1) *Ex charta* MCCX. *ejuſdem Collectionis.*
(2) Caſeiro. (3) Barilotto. (4) LX. (5) Sino. (6) Dotis. (7) Selaſſus. (8) Daniellus.

Venditio poſſeſſionum in loco Cerreti Domino Raymundo Marchione Inciſæ ex Collect. DD. in cauſ. Rochettæ Tanari.

151 MCCIV.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCIV., die nono martii præſentia teſtium, quorum nomina ſubtus leguntur, vobis Domino Raymundo Marchioni Inciſæ Belengerius de Siulfis, & Matilda filia quondam Uberti Carenæ de Briduno ejus jugales, quiſque in ſolidum renunciando novæ Conſtitutioni, vendunt univerſam poſſeſſionem, & poderium, quam, quodve iſte Ubertus Carena quondam habebat, & poſſidebat in fundo, & territorio, atque diſtrictu Cerreti, in caſtro, & villa, ſive extra villam, in campis cultis, & incultis, in vineis, in pratis, in zerbis, in paſcuis, in nemoribus, in aquis, in ripis, & ripaticis, atque in paludibus, (item) omne contile, atque dominium, cunctaque jura, & rationes, quas, & quæ quiſque prædictus Ubertus quondam habebat in jam dicto caſtro, & villa, atque diſtrictu Cerreti, & per hanc cartam venditionis vobis tradunt in allodium finito pretio denariorum bonorum Papienſium librarum quadraginta, & unius, & ſolidorum ſex, quod quidem pretium totum, qualiter ſupra legitur, in integrum iſti jugales Belengerius, & Matilda venditores ſe complete recepiſſe a vobis ſupraſcripto Domino Raymundo emptore coram teſtibus confeſſi ſunt. Propterea promittunt vobis omnia ſupraſcripta cum omnibus ſuis acceſſionibus per ſe, & hæredes ſuos vobis, veſtriſque hæredibus, ſeu cui dederitis omni tempore, & ab omni homine ſub dupla defendere cum ſtipulatione ſubnixa. Inſuper ſupraſcripta Matilda venditrix univerſam iſtam venditionem ratam, & firmam omni tempore tenere, tacitam, & contentam omni tempore ſtare, & nullam controverſiam de cetero movere, nec repetitionem intendere promiſit, & ſuper ſancta Dei Evangelia propria manu juravit omni ſuo juri, ſcilicet hipothecario, & Senat. Conſult. Vellejan., nec non leg Juliæ, legiſque Juſtiniani rerum dotalium alienationem inhibentium, omnive legis obſervationi, quæ ſe tueri poſſit renunciando.

Actum fuit hoc in ſupraſcripto loco Caſtrinovi in Curia Oberti Gardini feliciter. Supraſcripti jugales Belengerius, & Matilda venditores inde hanc cartam fieri rogaverunt, ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Amedeus de Cerreto, Jacobus Corbellarius, Obertus Gardinus, Bridunus Panſa, Gua Brignolus.

Ego Jacobus ſacri Palatii notarius juſſu Vulielmi notarii, qui eam tradidit, hanc cartam ſcripſi.

Et ego Vullielmus notarius Palatinus interfui, & hanc cartam tradidi, ſcribi juſſi, & ſubſcripſi.

Poſtea ſequitur teſtificatio Joannis de Judice de Inciſa, qua poſt factam ex commiſſione, & mandato, atque præcepto facto per Dominum Manfredinum de Rocchetta Poteſtatem Inciſiæ, accuratam collationem cum autographo exemplaria illorum notariorum vera, ac ſincera eſſe ſolemniter affirmat.

Donatio Eccleſiæ S. Syri facta a Manfredo M. Salut. Guigoni Præpoſito Ulcienſi Ex ms. C. Car. Salut. n. 59.

MCCIII. 152

Anno ab Incarnatione Domini MCCIII. ſexto nonas junii indictione ſexta donum, & inveſtituram ſua bona, & ſpontanea voluntate fecit Dominus Manfredus Marchio Salutiarum Domino Hugoni præpoſito Ulcienſi nominatim de quadam capella S. Siri, quæ eſt conſtructa, & ædificata juxta caſtellum Salutiarum cum omnibus vineis, & nemoribus caſtanearum &c. Actum fuit hoc feliciter in caſtro Salutiarum juxta eamdem Eccleſiam S. Sirii. Interfuerunt teſtes rogati Deſiderius Canonicus Revelli, Prior Gerardus, Prior Vernet, Guido Canonicus, Petrus Gafer, Ubertus de Valle, Doglierius (1), Robertus (2) de Revello, Willielmus Caidet (3), Willielmus de Drua. Et ego Jacobus Notarius juſſu Domini Manfredi Marchionis, & precibus Domini Hugonis præpoſiti Ulcienſis hanc cartam ſcripſi, & tradidi.

(1) *In chart. Ulcien. pag.* 175. *n. CCVII.* Bolgerius.
(2) *Ibi* Ubertus. (3) *Ibi* Laidet.

Donatio facta a Johanne de Caraſſonio Wilelmo M. de Ceva, & ſubſequens hujus inveſtitura ex autogr. in archiv. March. S. Michaelis de Ceva.

MCCIII. 153

Anno Domini incarnationis MCCIII. indictione VI, die lunæ II. exeunte ſeptembri. Johannes de Caraſſonio quondam Amedei filius mera ductus liberalitate donavit pro ſe, & pro ſuis hæredibus Domino Willelmo de Ceva, & ſuis hæredibus, quicquid habebat in caſtro Sancti Michaelis, & in villa, & in pertinenciis, & eum inveſtivit, & in poſſeſſionem miſit. E converſo Dominus Willelmus de Ceva donavit prædicto Johanni, quicquid ei dederat, & ſuis hæredibus pro recto feudo, & eum inveſtivit, & in poſſeſſionem miſit. Johannes, & ſui homines facere debent fidelitatem D. Willelmo de Ceva, & facere pacem, & guerram de caſtro S. Michaelis, quando Dominus Willelmus voluerit. De prædicto feudo habere debet ſervicium

persona Johannis, & suorum hominum, quando necesse erit, & habere paleam, & rostam in hominibus Johannis. Actum est in pallacio Domini Willelmi de Ceva. Interfuerunt testes, & hæc sunt nomina, Petrus Judex, & Arbaudus de Bagnasco coquinarius, Bonardus de Carassono, Willelmus Sevencus, & ego Johannes sacri palacii Notarius interfui, & scripsi, dedi prædictam donationem juravit Johannes firmam tenere in perpetuum.

Venditio omnium jurium in Imperio Constantinopolitano facta a Bonifacio M. Montisferrati Duci Venetiarum ex Benv. a Sancto Georg. pag. 47.

154 MCCIV.

Anno D. N. J. C. ab Incarn. MCCIV. tempore Innocen. PP.,. Romanorum Imperatore non existente, die XII. intrante mensis augusti, actum in suburbio Adrianopolitanæ civitatis, Ind. VII. manifestum facio ego quidem Bonifacius Montisferrati Marchio quod .... refutationem facio .... D. Henrico Dandulo d. g. Venetiarum Dalmatiæ, & Croatiæ Duce de toto quod habui, vel habeo... in Imperio Constantinop olitano ... Verum ...vos ad præsens mihi dare debetis mille marcas argenti, & tantas possessiones a parte occidentis, quarum reditus X. millia perpera auri .... annuatim capiam ... & insuper prædictus D. Bonifacius M. iscribere præcepit, omnique superius ec. Testes &c. *Subsequitur aliud instrumentum eodem die, & coram iisdem testibus confectum, quo confitetur se ab Henrico Dandulo mille marchas argenti recepisse.*

Renunciatio omnis juris in possessionibus permutatis inter Abbatissam S. Martini Castini, & Ottonem de Carretto Marchionem ex charta auten. March. Ceva de Bosia.

155 MCCV.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCV. Indictione octava, quod fuit undecimo Kalendas augusti. Soldanus de Ponte fecit finem, & renunciationem, & pactum de non petendo Domino Ottoni de Carretto Marchioni nominatim de toto eo, quod ipse habebat in Albaretto, & Trefio, videlicet in ea parte, quæ fuerat Dominæ Matildæ Abbatissæ Sancti Martini de Castino, quam partem dicta Matelda Abbatissa permutaverat cum Domino Ottone de Carretto, qui ipsam Soldano dederat. Qui Soldanus de Ponte promisit dicto Domino Ottoni, quod nullo tempore ipsum inde inquietaret, vel aliam personam, cui id tribueret, ut dicta Abbatissa, vel alii sit omni tempore tacitus, & contentus, unde extabit, & quod nullo modo per se, vel per interpositam personam contra ea, quæ dicta sunt, faciet. Et si quid dictus Soldanus in his locis habebat, id totum Domino Ottoni de Carretto donavit, tali modo quod ita ex jure possit facere, sicut Soldanus poterat. Actum est hoc in civitate Albæ in buttea Cerratorum *replebux feliciter.* Ibi fuerunt rogati testes Otto Utterz de Diano, Anselmus Cerratus, Otto de *Plobisa*, Oggeri Cuneradengus, Gullielmus Lanciavetula, Henricus Argeta, Ottellus de Ponto, & ego Nicolaus Notarius his interfui, & rogatus scripsi.

Cessio juris in comitatu Laureti Astensibus facta a Gullielmo M. Montisferrati ex Durando Piem. Cis. pag. 203.

MCCVI. 156

Anno Domini MCCVI. Indictione nona die veneris quinto intrante madio. In nomine Domini, Dominus Gullielmus Marchio Montisferrati nomine suo, & nomine Patris sui Domini Bonifacii propter pacem, & concordiam, quam fecerunt homines de Aste cum prædicto Domino Gullielmo Marchione Montisferrati de guerra, quam habebant ad invicem, fecit donationem, nihil in se retinendo ob causam prædictam Domino Laurentio de Landriano Potestati Astensi nomine communis de Aste, de Castagnolis, de Laureto, & de comitatu Laureti, & de omnibus villis pertinentibus ad dictum comitatum, & ad Castagnolas, vel quæ visæ fuerint pertinere, & de omni jure, quod habebat, vel habere videbatur in aliquo tempore ipse Dominus Gullielmus Marchio, vel Dominus Bonifacius pater ejus in Castagnolis ultra Tanagrum, & in Laureto, & in comitatu Laureti tam in militibus, quam in rebus feudatis, vel infeudatis, in Ecclesiis, Cappellis, pasquis, piscationibus ec. Præterea si contingeret, quod Dominus Bonifacius pater ipsius Gullielmi aliquo tempore veniret, promisit ipse D. Gullielmus Marchio Domino Lantelmo de Landriano Potestati Astensi nomine communis Astensis stipulanti facere, quod pater ejus D. Bonifacius dictam donationem, ut super legitur, ex parte sua de novo tunc temporis, quando venerit, confirmabit, & auctoritatem dictæ donationi ex sua parte præstabit, & hanc confirmationem fieri faciet intra unum mensem, ex quo pater ejus D. Bonifacius venerit in Monteferrato &c. Actum hoc est in Ecclesia S. Johannis de Domate in credenciam per nuncios, & campanam congregatam. Testes fuerunt ibi Albertus Trussus, Comes Grassus, Comes Gottofredus, Assalitus de S. Nazario &c. Et Otto Bassus Notarius scripsit.

MCCVI. 157

Notitia cujusdam præcepti Manfredi M. Saluciarum ex Jofred. ab Eccl. pag. m. 148.

L'anno precedente MCCVI. alli quindici luglio il Marchese in presenza del Podestà d'Asti Lantermino de Landriano fece fare una carta di confiscazione sopra le possessioni di tutti li suoi uomini di Romanisio, di Centallo, di Villa, di Costigliole, che senza sua licenza andarebbero ad abitare a Cuneo: e questo fu in Romanisio proprio.

Remiſſio tributi pro paſcuis facta ab Adalaſia Comitiſſa, & Manfredo M. de Saluciis ejus nepote Canonicæ Ulcienſi ex chart. Ulcien. n. CCVII. pag. 174.

158 MCCVII.

Anno D. Inc. MCCXXVII. Indic. XV. die VII. intrante menſe januarii. In caſtro Revelli. D. Alaſia Saluciarum Comitiſſa, atque D. Manfredus Marchio ejus nepos pro redemtione animarum ſuarum . . inveſtierunt D. Gigonem de Herbeſio Plebanum S. Joannis de Revello . . nomine S. Laurentii Ulcienſis Eccleſiæ in perpetuum, & ſub eorum cuſtodia receperunt omnes beſtias illius Canonicæ . . quæ poſſint ire, & redire per totam ſuam terram . . . remittendo eis paſcharyum, & omnem aliam exactionem, quam pro prædictis beſtiis dictæ Eccleſiæ D. Alaſia Saluciarum Comitiſſa, & D. Manfredus Marchio per ſe, ſuoſque hæredes poſſent petere . . . . . Nomina teſtium ſunt hæc. D. Gigo de Herbeſii Plebanus de Revello, & D. Willelmus Marchio de Buſca, D. Bonifacius de Ploſaſco &c. Ego Thomas S. P. Not. &c.

Inveſtitura D.D. Manfredi, & Opicionis M.M. Inciſæ de Rupecula, & Montealto facta a Poteſtate Aſtenſi ex collec. D.D. in cauſ. Rochettæ Tanagri.

159 MCCX.

Anno Domini MCCX. Indic. XIV. (1) die (2) XII. intrante ſeptembris in urbe Aſtæ in domo communis D. Gullielmus Rabia Poteſtas Aſt nomine communis de Aſte cum conſilio, & conſenſu credendariorum ſuorum per campanam, & per miſſum congregatorum, & in eorum præſentia, inveſtivit D. Manfredum Marchionem de Inciſæ, & D. Opicionem fratrem ejus, qui Paganus vocatur nomine recti feudi in filios, & filias tali tenore dati, ut filius, & filia, pater, & frater, & fratres fratri, & fratribus fratres, quodque fratribus, & nepos, & nepotes patruo ſuccedunt in feudum, faciendo fidelitatem communi de Aſt, ſicut Vaſſallus facit Domino ſuo, nomina (3) de caſtro, & de villa Rupeculæ, & de omni eo, quod commune de Aſt ibi habet, cum omni honore, & diſtrictu, quem commune de Aſt ibi habet, tali modo, ut ipſi, & eorum hæredes maſculi, & feminæ prædicta duo caſtra cum villis, poſſe, & diſtrictu eorum teneant, & poſſideant jure, & nomine recti feudi a commune de Aſt in filios, & in filiam, in maſculum, & in feminam, ſalva fidelitate, quam ipſi fecerunt, & facient communi de Aſte, & de hoc feudo, ita ut filius, & filia, patri frater, & fratres, fratribus, & fratri frater, quoque fratribus, & nepos, & nepotes patruo ſuccedant in feudum commune de Aſt, ſicut Vaſſallus facit ſuo Domino. Qua inveſtitura eis facta prælibati Manfredus, & Opicio, qui Paganus vocatur, fecerunt, & juraverunt fidelitatem quiſque propria manu poteſtati, & communi de Aſt talem, qualem facit Vaſſallus ſuo Domino. Interfuerunt teſtes Ubertus de Platea, Girardus Josbertus, Gullielmus Vairolius, Anſelmus Silvaticus, Petrus de Ayracio, Nicolaus Gardinus, Ubertacius Culorius, Scarampus, & Ubertus Palvis, Opito Falletus, Siribonus de Porta, Henricus de Montebertario, Albertus de Porta, Boſus de Scripſolengo, Daneſius de Canelio, Draco de Inciſa, & multi alii. Ego Jacobus Boviculus Notarius interfui, & juſſu prædicti Poteſtatis, & jam dictorum Marchionum ſcripſi, & eſt in veteri folio XLI.

(1) *Corrige* XIII. (2) *Adde* dominica.
(3) Nominatim.

Confirmatio diviſionis caſtrorum inter fratres MM. Inciſæ antea initæ. Ex collec. DD. in cauſ. Rochettæ Tanag.

160 MCCX.

Anno Domini MCCX. Indic. XIII. (1) die martis intrante octobri, in ſolario Jacobi Curialis præſentibus infraſcriptis confeſſus fuit Dominus Henricus de Luciſa, quod diviſiones caſtrorum, & aliarum rerum olim factæ fuerunt inter ſeſe, & Dominum Gullielmum, Manfredum, Raymondum, Paganum, & Jacobum fratres, ipſi Gullielmus Marchionis Inciſæ patruos ſuos, ſecundum quod in charta facta a Stephano Notario in anno MCCIII. Indictione ſexta die ſabbati V. exeunte decembri continetur, & quod propterea non fecit inde cum eis aliquam pactionem, vel colluſionem, qua hæc diviſiones irritarentur; & ſi fecit, dixit, quod a modo ſit caſſa, & irrita, & nullius momenti, ita ut in aliquo tempore huic diviſioni, vel communitati de Aſte non poſſit nocere, nec contravenire, ullo modo; & inſuper promiſit Domino Reſonato Caccio Judici Dominus Gullielmus Rabia Poteſtatis (2) Aſt, & modo loco ejus exiſtentis prædictas diviſiones firmas tenere, nec removere, nec contravenire ullo modo per ſe, nec per aliam perſonam in aliquo tempore, & confeſſus . . . . . & eſſe majorem XXV. annis. Interfuerunt teſtes Ubertus de Platea, Raymondus de Platea, Jacobus ejus filius, Miſſus, Troſellus, Jacobus Poreta, Joannes Aſinarius, Bailardus, Balbus, Henriacius, de Telolis, Barachinus Guido, ſcilicet Paccius Fulgarius, & plures alii. Ego Jacobus Bonavicinus Notarius Palatinus interfui, & juſſu dictorum D.D. Reſati, & Domini Henrici ſcripſi, & eſt in veteri fol. XLI.

(1) *In prædicta collectione erat editum* MCC. *errore prorſus, ut & indictio, & charta altera hic prolata convincit.* (2) *Lege* D. Gullielmo Rabie Poteſtati.

Fidelitas D.D. Manfredi, & Opizonis fratrum M.M. de Inciſa Poteſtati Aſtenſi de Rupecula, & Montealto. Ex charta prolata in cauſa Rochettæ.

161 MCCX.

Anno Domini MCCX. Indic. XIII. die Dominica duodecima intrante ſeptembri in urbe

Digitized by Google

Aſte in domo comunis coram credentia per campanam, & per miſſum congregata. Dominus Manfredus, & Opizo frater ejus, qui Paganus vocatur Marchiones Inciſæ quiſque eorum propria manu talem fidelitatem fecerunt communi de Aſte de Rupecula, & de Montealto. Juro ego ſupra Sancta Dei Evangelia, quod amodo ero fidelis Domino Gullielmo Rabiæ Poteſtati Aſt, & Poteſtatibus, & Conſulibus in Aſte per tempora exiſtentibus, & hominibus de Aſt pro comuni, & pro diviſo, & non ero in conſilio, nec in facto, ut Poteſtas, vel Conſules, vel homines de Aſte perdant vitam, vel membrum, mentem, vel ſenſum, nec quod capiantur contra eorum voluntatem. Caſtrum Rupeculæ, & Montaldi, & totam aliam terram, de qua ſunt fanciti, & inveſtiti adjuvabo eos tenere, & defendere contra omnes homines, & ſi eam perdiderint, adjuvabo eos illam recuperare, & recuperatam tenere contra homines. Item totam aliam terram, de qua de cætero cum ratione fanciti, & inveſtiti fuerunt, adjuvabo eos recuperare illa, & recuperatam tenere contra caſtrum Montaldi, & caſtrum Rupeculæ non vetabo per me, nec per alium Poteſtati, nec Conſulibus de Aſte, nec communibus de Aſte guaritis, & ſcaritis pro communi, nec pro diviſo, quin faciant ex eis guerram, & pacem, cujuſcumque voluerint, & ego cum eis, & ſine eis faciam ex illis caſtris, & locis guerram, & pacem cuicumque homini de Aſt voluerint, quoties, & Poteſtates, vel Conſules de Aſt per ſe, vel per eorum miſſum mihi dixerint, vel mandaverint. Et inde non faciam pacem, nec treguam, recrutam ſine conſilio Poteſtatum, vel Conſulum in Aſt per tempora exiſtentium. Item ſi ſciero malum Aſtenſium ſeſiſtam, ne fiat, & ſi illud non potero facere removere per me, vel per alium, quam citius potero eis denunciabo. Item ſi Poteſtates, vel Conſules de Aſt a me conſilium petierint dabo eis bona fide, & ſine fraude, ſecundum quod mihi melius videbitur pro illa re, de qua mihi conſilium petierit, credentia, ſi mihi dixerint, privata tenebo, nec manifeſtabo ſine eorum voluntate, & parabola, donec palam fuerit. Et ſi quid mihi dixerint, quod mihi videatur privatum tenere, privatum tenebo, licet mihi non præceperint, & ſi quid aliud continetur in fidelitate, quam Vaſſallus facit Domino, jure illud attendere, & obſervare bona fide. Interfuerunt teſtes Ubertus de Platea, Gillardus de Isbertis (1), Gullielmus Vayrolius, Gullielmus Silvaticus, Petrus de Ayracio (2), Nicolaus Gardinus, Ubertacus Culorius (3), Scarampus, Ubertus Palvis (4), Opico Fallettus, Siribonus de Corte (5), Henricus de Montebersario, Albertus de Porta, Boſius de Sirio (6), Lengo Dameſius de Camelio (7), Draco de Inciſa, & multi alii. Ego Jacobus Boiriculus (8) Notarius Palatinus interfui, & juſſu Domini Gullielmi Rabiæ Poteſtatis Aſt ſcripſi, & eſt in veteri fol. XLI.

(1) Iosbertis *ita in alio exemplari* (2) Dognicio. (3) Calorius. (4) Palius. (5) De porta. (6) Boſius de Scucolengo. (7) Daneſius de Canello. (8) Boniculus, Boviculus.

Littera Innoc. III. Abati Locedienſ. pro reſtitutione Canobii de Curiath. (a Marchione Montisferrati ſubjecti olim Monaſterio de Locedio) monachis expulſis, & ejusdem juriſdictioni ex Registr. Innoc. III. l. XV. ep. 70.

MCCXII. 162

Innocentius ec. Abati & fratribus de Lucedio ec. Dilectus filius nobilis vir Willielmus Marchio Montisterrati ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod claræ memoriæ pater ejus, dum adhuc viveret, monaſterio veſtro cœnobium de Curiath, quod erat in regno ſuo prope Theſſalonicum conſtitutum, cum aſſenſu B. M. Ioffridi tituli S. Praxedis Presbyteri Cardinalis tunc Apoſtolicæ Sedis Legati, quantum in eo fuit pro ſuorum conceſſit remedio peccatorum, quod etiam idem Cardinalis, pro ut potuit confirmavit. Poſtmodum autem dilecto filio fratri Rogerio monacho veſtro cum quibuſdam aliis fratribus ſuis illud vice Locedienſis monaſterii poſſidente ... Cariſſimus in Chriſto filius noſter Conſtantinopolitanus Imperator, Marchionis prædicti fratres de monaſterio ipſo violenter ejecit &c. *propterea eos certiores reddit non ſolum ſe literas miſiſſe ad Archiepiſcopos Philippis, & Serræ, ut illos in ejus poſſeſſionem iterum inducat, verum etiam, ut facilius eam poſſint executioni mandare, ſcripſiſſe ad Imperatorem Conſtantinopolitanum ut pro pietate, ac religione ſua revocet juſſa, ac illos ſinat iterum in ſuum ingredi monaſterium, ac ſecure poſſidere.* Dat. Laterani VIII. Kal. junii. Pontificatus noſtri Anno XV.

MCCXII. 163

Notitia emtionis quorundam jurium in caſtro, ac villa Salutiarum a M.M. de Buſca ex Joſr. ab Eccl. pag. m. 150.

Nel MCCXII. il Marcheſe Manfredo comprò da meſſer Gullielmo, Otto Bovario, e Raimondo Marcheſi di Buſca alcune ragioni, che avevano ancora nella villa, e caſtello di Saluzzo, in Brondello, e Cervignaſco.

In margine autem annotavit Terraneus hoc anno ipſum eidem diplomati Ottonis IV. Mediolani edito teſtem ſubſcripſiſſe.

In febbraro del MCCXII. Manfredo Marcheſe di Saluzzo ſi trovava in Milano a corteggiare il vero ſuo Signore, cioè l'Imperatore Ottone IV., ed intervenne ad un diploma di queſto, ov'è detto Manfredus Marchio dictus Punaſius de Salut. Tale era il ſopranome di queſto Manfredo II., che da qualche ſtorico di quel tempo fu ſemplicemente detto Marchio Punaz.

MCCXIII. 164

Notitia cujuſdam conventionis inter Thomam Morienne Comitem, & Manfredum M. de Saluciis, & ſpecialiter donationis cauſa nuptiarum Agnetis ſuæ neptis cum Amedeo Thomæ primogenito: quæ tamen nuptiæ ſuum numquam ſortitæ effectum fuerunt. Ex Joſr. cit. pag. 150.

Nel MCCXIII. IV. (1) marzo fu fatta certa convenzione, e patti tra il Conte di Moriana Tho-

mas, et il Marcheſe Manfredo di Saluzzo; e tra gli altri capitoli ſi è, che il detto Marcheſe debba dare in matrimonio Agneſe ſua nipote, figlia del quondam Bonifacio ſuo figliuolo mancato quell'anno, ad Amedeo primo figliuolo d'eſſo Conte; et ſe accadeſſe, che il detto Amedeo veneſſe a mancare ſenza figliuoli inanti che conſumare il matrimonio, che Umberto II. figliuolo d'eſſo Conte, e fratello del predetto Amedeo, la debba avere per moglie: et ſe Umberto mancaſſe ſimilmente, che ſempre quel fratello, ch'avrebbe a rimanere Conte, ſe l'abbia per moglie, pure che non le ſia ancora conſumazione di matrimonio con neſſuno di eſſi. Et il detto Marcheſe promette dopo la ſua morte di dargli in dote la metà delle coſe ſue, la quale è ſpecificata ut infra: la Roncaglia, li Fontanili, la metà di Bargie con il Contado, la val di Pò tutta eccetto Envie, di qual luogo il Marcheſe dice, che meſſer Guido di Pioſſaſco le tiene in feudo da eſſo. Eli dona ancora Saluzzo, Brondello, con tutto il Contado, Verzolo, Salieeto, et la quarta parte della valle di Uraita, con più Coſtigliole, Villa, Centallo, et Romaniſio con tutt'il Contado, et poderio, et le fidelità di Ruffino di Salmor (2), et ſuoi fratelli; et le altre coſe, che eſſo Marcheſe poſſiede cioè le terre di là del Tanaro, e di quà del Tanaro, et di quà, et di là da Stura, che Manfredo, ſuo nepote, lo abbia appreſſo ſua morte, con queſta conditione, che, ſe accadeſſe a detto ſuo nepote mancare ſenza heredi maſchj, che tutto rimanga d'Agneſe ſua nipote, et al Conte a nome d'eſſa, et così per contro, ſe la detta Agneſe moriſſe ſenza figliuoli, ch' ogni coſa ritorni al fratello d'eſſo Manfredo. Et ſe a caſo mancaſſero tutti due ſenza figlj, che il tutto ritorni alla caſa di Saluzzo. Ancora ordina, che ſe viene a mancare innanti, che 'l nepote di Manfredo pervenga all'età d'anni vinti, che il Conte abbia la tutela cura, & cuſtodia d'eſſo Manfredo ſuo nepote, et delle coſe ſue. Et furono fatti queſti ſopradetti patti nel caſtel di Saluzzo.

(1) Al. 24. (2) *Rufinus de Salmorio in inveſtitura ann.* 1236. *profitetur ſe, & ſuos majores feudum ſemper acceptum tuliſſe ab Eccleſia Aſtenſi. Vide lib. Virid. Aſtenſ. Ita in margine hujus Codicis annotatum legi.*

Apocha ſolutionis factæ a Priore Caſotuli D. Willelmo M. de Ceva ex charta penes Eq. Can. Graſſi, qui ex autographo Chartuſ. Caſotuli eam exſcripſit.

165 MCCXIII.

Anno Domini MCCXIII. Indic. prima, die ſabati IV., exeunte aprili in præſentia teſtium nomina, quorum inferius ſcripta reperiuntur. Dominus Willelmus de Ceva quietum ſe tenuit ex integro, & ſolutum renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ de centum libris denariorum bonorum januenſium, quas Dominus Armanus Prior Eccleſiæ Caſotoli vice, & nomine ejuſdem Eccleſiæ & ejus fratrum ei dare debebat uſque ad præſentem diem. Unde dictus Dominus Willelmus abſolvit dictum Armanum, & ejus fratres, & bona Eccleſiæ Caſotoli, quantum ad dictas centum libras tali modo, quod dictus Armanus, & ejus fratres, & bona Eccleſiæ Caſotoli ab eodem Domino Willelmo, vel ab alio pro eo, inde ad modo quantum ad dictas centum libras, non poſſint conveniri, nec moleſtari, & omnia inſtrumenta, quæ ipſe Dominus Willelmus habebat, vel quæ invenirentur de dictis C. libris, quas Dominus Armanus vice, & nomine Eccleſiæ Caſotoli, & ejus fratrum ei dare deberet uſque ad præſentem diem, ipſe Dominus Willelmus voluit caſſari, & in irritum deduci, ita quod eidem Armanno, vel ejus fratribus, aut bonis Eccleſiæ Caſotoli non poſſint ad modo quantum addictas centum libras irrogare, ſeu nullius utilitatis eſſe de cetero, & momenti. Actum eſt hoc in palacio Cevæ, in lobia nova. Interfuerunt teſtes ſpecialiter vocati, & rogati Willelmus Baſtardus de Monteberſerio, Bertolotus de Sale, Frater Johannes Hoſpitalis Sancti Joannis, & ego Bonus Joannes Tonſus Notarius juſſu, & voluntate Domini Willelmi de Ceva hanc chartam tradidi, & ſcripſi.

Inveſtitura D. Guidotti Ep. Aſtenſ., & Manfredi Lancea M. de Buſca, Willelmo M. de Ceva de Boviſio ex collect. DD. in cauſ. Piſcationis Pamparati &c.

MCCXIV. 166

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXIV. Indic. ſecunda, die lunæ quinto intrante madio, in caſtro de Narſolis in Lobietto Guglielmi de Carucho Dominus Manfredus Lancea Marchio de Buſca præſente, & conſentiente Domino Guidotto Dei gratia Aſtenſi Epiſcopo inveſtivit Dominum Guglielmum de Ceva in rectum, & gentile feudum nominative de toto Boviſio, de caſtro, & villa, hominibus, & feminis (1), & fidelitate hominum de fodro, banno, exercitu, & cavalcata de fictis, dictis, & reditibus, & juriſdictione ipſius caſtri, & villæ, & de ejuſdem caſtri, & villæ contitu, & de iis, quæ ſunt in territorio, & pertinentis ipſius caſtri, & villæ, rivis, paſcuis, venationibus, piſcationibus, ripis, & nemoribus, vineis, pratis, gerbidis, terris cultis, & incultis, aquaticis, & pedagiis, poſtremo de omnibus aliis rebus, & rationibus, quæcumque præfatus Dominus habebat, & habere, & detinere in præfato caſtro, & villa, & eorum pertinentis videbatur. Eo modo ut de cetero prædictus Willelmus Marchio, ſuique heredes legiptimi maſculi, & feminæ rectam lineam deſcendentes habeant, teneant, & poſſideant præfatum caſtrum, & villam cum omnibus ſuis prædictis pertinentis in recto, & gentili feudo ſine omni contradictione ſupraſcripti Manfredi Marchionis, ſuorumque heredum, ita quod teneant prædicta omnia principaliter in feudum ab Aſtenſi Epiſcopo nomine Aſtenſis Eccleſiæ, & ſecundario a prædicto Domino Manfredo, quouſque vixerit. Poſt mortem autem ipſius Manfredi non teneatur

dictus Dominus Willelmus nec sui heredes respondere pro eodem feudo de fidelitate, vel de alio, nisi Astensi Episcopo; praeterea saepedictus Dominus Manfredus dicens se nolle teneri de evictione pro praedicto feudo ipsi Domino Gullielmo hoc consentiente promisit ei, quod juvaret ipsis (2) modis omnibus, quibus posset ad defendendum praedictum feudum, & pro hac investitura dictus Dominus Manfredus fuit confessus se recepisse a praedicto Domino Gullielmo dictorum (3) bonorum Januensium lib. duo millia & quinquaginta renuntiando exceptioni non numeratae pecuniae. Insuper quoque Dominus Guidotus Astensis Episcopus investivit praefatum Dominum Gullielmum de praedicto feudo recte, & gentiliter retentis sibi principalibus hominum (4) ipsius loci, & quod ex dicto castro possit facere guerram, & pacem inimicis Astensis Ecclesiae, si voluerit, & quod possit ex eo castro habere exercitum, & cavalcatam, & iter si voluerit, & retento sibi uno recepto in Bovisio annuatim ad totam familiam suam, quae secum iret, & insuper ad decem milites, quod receptum praefatus Dominus Willelmus consensu, & voluntate praedicti Domini Manfredi ipsi Domino Episcopo stipulanti dare annuatim in praedicto Bovisio promisit, & ipse Gullielmus, suique heredes legiptimi masculi, & feminae descendentes habeant, & teneant praedictum feudum eo modo, quo superius dictum est sine omni contradictione praefati Episcopi, suorumque successorum, & insuper saepedictus Gullielmus promisit Episcopo, quod non daret Sanctum Michaelem, & Bovisium uni filio suo tantum sed pluribus filiis, ita quod Astensis Ecclesia de praedictis feudis plures haberet semper Vassallos. A pro praefata investitura, quam fecit dictus Episcopus, ipse Gullielmus Marchio dedit eidem Episcopo totum illud, quod habebat in Panparato, & castro, & villa, & in omni districtu, & territorio, & curte ipsius castri, & in hominibus, & feminis (5), & fidelitatibus hominum ex fodro, & banno, & itinere, & exercitu, & advocationibus Ecclesiarum, in furnis, & molendinis in terris cultis, & incultis, vineis, pratis, silvis, & nemoribus, & venationibus, piscationibus, & aquis, pascuis, ripis, & pedagiis, postremo in omnibus aliis, quae dici, aut nominari possunt, quae dictus Marchio Gullelmus habebat, vel possidebat sive videbatur habere, & possidere in praedicto castro Pamparati, & villa, & eorum pertinentiis eo modo, ut de cetero praedictus Episcopus, suique successores catholici nomine Astensis Ecclesiae habeant, teneant, & possideant praenominata omnia integre, ut dictum est, & faciant exhinde quidquid voluerint sine contradictione dicti Marchionis, suorumque heredum omnino cum eorum defensione ab omni homine cum ratione in pena dupli, & ibidem & converso praedictus Episcopus nomine Astensis Ecclesiae investivit saepedictum Marchionem Willelmum in rectum, & gentile feudum omnibus praenominatis in Pamparato in castro, villa, & omnibus eorum pertinentiis, sicut superius continetur tali modo, ut ipse Willelmus ejusque legitimi heredes masculi, & feminae rectam lineam descendentes habeant, & teneant praedicta omnia in rectum, & gentile feudum ab Astensi Episcopo nomine Astensis Ecclesiae sine omni contradictione praedicti Episcopi, suorumque successorum. Et ibidem Dominus Gullelmus filius praedicti Domini Villelmi per se, & per eumdem patrem suum juravit fidelitatem praefato Astensi Episcopo pro praedicto feudo Bovisi, & pro praedicto feudo Bovisi juravit fidelitatem principaliter eidem Episcopo, & secundario praedicto Domino Manfredo salva fidelitate ipsius Episcopi. Praefati Episcopus, & Dominus Manfredus, & Dominus Gullelmus de Carrucho, Dominus Manfredus Pamparatus x. de Legno, Anricus de Plocio, Oddo de Goretta, Jacobus Bricius x. de Turre Bastardus (6) omnes rogati, & ego Bonus Joannes Judex Notarius sacri palatii interfui, tradidi, & scripsi.

(1) *Forte* Servis. (2) Ipsi *ideſt Villelmo.* (3) Denariorum. (4) *Forte* retento sibi principaliter homino. (5) Servis. (6) *Forte* Testes.

Donatio Othonis M. de Carretto, & Ugonis filii Communi Januae de Cairo, & Dego, & eorum Castellania ex Raph. a Turr. pag. 32. — 3.

MCCXIV. 167

Nos Otho Marchio de Carretto, & Civis Januae, & Ugo filius, mera, & pura donatione inter vivos dono, & cedo, & transfero tibi Paschali Caxicio Sindico, sive Actori constituto pro communi Januae auctoritate Consulum communis Januae, Joannis Rubei, Vvillelmi Tornelli, Enrici Guercii, Ansaldi de Mari, Oberti Spinulae, & Oglerii Piperis, & eorum insinuatione, castrum Cari, cum tota castellania sua, & omnibus pertinentiis, videlicet Carretto, Vignarolio, & medietatem de Carcaris, & medietatem Runchi de Mallo, & medietatem Montis Cavilionis, & medietatem Buzili cum omnibus pertinentiis, & Castrum, quod vocatur Deus, cum tota castellania sua, & cum omnibus pertinentiis suis, & pedagium, quod in terris ipsis colligitur, vel colligetur, & omnia jura, rationes, & actiones, quas habemus in locis illis, & in eorum territorio, in terris omnibus domesticis, & salvaticis, cultis, & incultis, & omnibus regaliis, in fodro, in osle, & cavalcata, in bannis, in fidelitatibus, in hominibus, & habitationibus ipsorum locorum, & in aquaritiis, & in omni jurisdictione, & imperio, quod habemus in praedictis locis similiter, & in praedictis omnibus, nihil in nobis retento, ad faciendum exinde quidquid voluerit commune Januae, vel habere statuerit, sine omni nostra, & haeredum nostrorum, ac omnium personarum pro nobis contradictione. Insuper promittimus tibi, quod quandocumque, & quotiescumque fuerit requisitum a communi Januae, vel ab iis, qui pro tempore fuerint in regimine civitatis Januae, faciemus homines praedictorum locorum, videlicet ab annis quindecim usque in septuaginta jurare fidelitatem communi Januae contra omnes personas in ordinamento communis Januae,

vel eorum, qui pro tempore fuerint in regimine civitatis communis Januæ. Quam donationem, & prædicta omnia firma habere omni tempore, & non contravenire, sed ab omni persona legitime defendere, & auctorizzare per me, & hæredes meos promitto. Et si contrafaciendo foret (1), pœnam dupli de quanto requisitio foret, tibi prædicto Paschali pro communi Januæ stipulanti promitto. Pro pœna vero, & ad sic observandum omnia bona mea habita, & habenda tibi pignori obligo, dominium quarum, & possessionem, vel quasi possessionem de prædictis omnibus nomine communis Januæ possidere, ut supradictum est. Confitemur juratis tactis sacrosanctis Evangeliis, bona fide, sine fraude attendere, observare, & non contravenire; & quod de prædictis donationem, vel transactionem alteri personæ non faciemus. Hæc autem facimus, salvis existentibus conventionibus factis inter nos, & commune Januæ. Nos Consules communis Januæ Joannes Rubeus, Vvillelmus Tornellus, & Ansaldus de Mari, Obertus Spinola, & Oglerius Piper prædictam donationem insinuamus, & confirmamus. Laudantes, ut eam vim habeat, eamque per omnia obtineat firmitatem, ac si coram Magistratu census facta foret, & insinuata. Actum Januæ in capitulo. Testis Nicolaus Auriæ, Vvilielmus, Embriacus, Vvillelmus de Nigro, Lanfrancus Rubeus, Obertus de Rolta, Ubertus de Novaria, & Ugo Cancellarius. Anno Dominicæ Nativ. MCCXIV. Indic. I. quinto die julii post vesperas. Ego Marchisius q. Oberti de domo Not. S. Imperii, & Judex ordinarius rog. &c. scripsi.

(1) f. Contrafacerem tunc.

Investitura Januensium Coss. Ottoni M. de Carretto, & ejus filio de feudis prædictis. Ex Cyrol. Raph. a Tur. pag. 33.

168 MCCXIV.

Nos Januenses Consules de communi Joannes Rubeus, Vvillelmus Tornellus, Ansaldus de Mari, Obertus Spinola, & Ogerius Piper nomine communis Januæ damus, & concedimus vobis Ottoni de Carretto, Marchioni, & civi Januæ, & Ugoni filio vestro pro vobis, & filiis vestris masculis, & fœminis, & descendentibus ex vobis, & ipsis nomine recti, & gentilis feudi castrum Carii cum tota castellania sua, & omnibus pertinentiis suis, videlicet Carretto, Vignarolio, & medietatem de Carcaris, & medietatem Runchi de Mallo, & medietatem montis Cavilionis, & medietatem Buzilis cum omnibus pertinentiis suis, & castrum, quod vocatur Deus cum tota castellania sua cum omnibus pertinentiis suis, & pedagium, quod colligitur in terris illis, vel colligeretur, & omnia jura, rationes, & actiones, quas habemus in locis illis, & in eorum territorio, in terris omnibus domesticis, & salvaticis, & cultis, & incultis, & in omnibus regaliis, in fodro, in ost, & cavalcata in bannis, in fidelitatibus, in hominibus, & habitatoribus ipsorum locorum, et in pertinentiis, et cum omni jurisdictione, et imperio, quod habet commune Januæ habet in ipsis locis, et in prædictis omnibus, de quibus donationem fecistis communi Januæ, prout continetur in instrumento inde facto per manum Marchisii scribæ, et vos de prædictis omnibus per crozolam communis Januæ investimus ad habendum, tenendum, et possidendum per vos, vestrosque hæredes masculos, et fœminas descendentes ex vobis nomine recti, et gentilis feudi, sine omni nostra, nostrorumque successorum contradictione, et confitemur vos jam de prædictis omnibus in concione publica investisse, sic quod occasione istius feudi a vobis aliqua alia exigere non possimus, nisi ea, quæ Dominus exigere potest a gentili Vassallo.

Insuper promittimus vobis annuatim dare vobis, et filiis vestris masculis, et descendentibus ex vobis, et ipsis libras vigintiquinque nomine feudi, et quod in manurenendis, et defendendis rationabiliter justitiis, et rationibus vestris commune Januæ nomine feudi opem vobis præstabit, pariter, et juvamen.

Præterea si contingeret, quod aliqua persona vobis Ottoni, Hugoni, et hæredibus vestris in prædictis rebus, de quibus investiti estis, violentiam faceret, promittimus vobis per nos, nostrosque successores nomine communis Januæ res prædictas a domo nostra, et a domo vestra ab illa violentia defendere, et vos bona fide juvare tali modo, et forma prædicta vobis damus, quod prædicta castra guarnita, et disguarnita debetis vos, et hæredes vestri reddere communi Januæ, vel suo certo nuntio, et de ipsis, atque hominibus ipsorum locorum pacem, et guerram facere in ordinamento communis Januæ, vel sui certi nuntii, quotiescumque, et quandocumque per Consules communis Januæ, vel Potestatem, qui per tempora fuerint, vel per litteras suas sigillo communis Januæ sigillatas fuerit requisitum, & quod per homines jam dictorum locorum fidelitates facietis renovare quotiescumque, quandocumque a Consulibus communis Januæ, vel Potestate, qui pro tempore fuerint per se, vel suas literas sigillo communis Januæ sigillatas, vel per suum certum Nuntium fuerit requisitum, nec ab eis fidelitatem exigatis, vel accipiatis vos, vel aliqua persona pro vobis, in qua non salvetur, & exceptetur fidelitas, quam ipsi homines communi Januæ juraverunt.

Nos vero Otho Marchio de Carretto, & Hugo filius confitemur de predictis omnibus, de quibus communi Januæ donationem fecimus, fidelitatem communi juravisse, promittentes vobis jam dictis consulibus communis Januæ nomine communis Januæ, quod dicta castra guarnita, & disguarnita nos, & hæredes nostri reddemus, & consignabimus communi Januæ, vel suo certo misso, & de ipsis, atque hominibus ipsorum pacem, & guerram faciemus in ordinamento communis Januæ, vel sui certi nuntii, quotiescumque, & quandocumque per Consules communis Januæ, vel Potestatem, qui pro tempore fuerint, vel per suas literas sigillo communis Januæ sigillatas fuerit requisitum.

Insuper, & per homines jam dictorum locorum fidelitatem faciemus renovari quotiescumque, &

Digitized by Google

quandocumque a Conſulibus communis Januæ, vel Poteſtate, qui pro tempore fuerint per ſe, vel ſuas literas ſigillo communis Januæ ſigillatas, vel per ſuum certum nuntium fuerit requiſitum, nec ab eis fidelitatem exigemus, vel accipiemus nos, vel aliqua perſona pro nobis, in qua non ſalvetur, vel excepietur fidelitas, quam ipſi homines communi Januæ juraverunt; hæc autem faciemus ſalvis ſemper, & inconcuſſis exiſtentibus conventionibus inter nos, & commune Januæ factis. Eodem die & loco ac coram iiſdem teſtibus, & hora (ac præcedens). Ego Lanfelmus ec. Sequitur inſtrumentum de poſſeſſione capta a Joan. Rubeo Conſuli Jan. de dictis locis.

Otto de Carreto M. dedit poſſeſſionem, & dominium Jo. Rubeo coſ. comm. Januæ . . . . . de caſtro Cairi cum omnibus pertinentiis ſuis ec. . . . & inde inveſtivit eum cum clavibus turris, & portæ poſito triumphali vexillo B. Georgii in turre . . . Actum in caſtro Cari . . . . die dominico ec.

Eodem die . . . . in Eccl. S. Michaelis de Deo . . . in eumdem modum dedit poſſeſſionem, & dominium eidem de caſtro Dei ec.

Sequenti die lunæ . . . . . illud idem fecit de Calcaris.

169 MCCXIV.

Notitia chartæ acquiſitionis jurium in diverſis locis ex cit. Ioſr. pag. m. 143.

Nel MCCXIV. acquistò certe ragioni da Madonna Giulia Conteſſa di Buſca moglie del q. Meſſer Berengario Marcheſe, e da ſuo figliuolo Meſſer Gullielmo, e da Meſſer Orto, e da Meſſer Raimondo, le quali ragioni avevano in Buſca, in Roſſana, Bagnaſco (1), Cavallermaggiore, Polungera, et in tutti gl' altri ſuoi luoghi, in Cervignaſco, et Scarnafiggi.

(1) al. Lagnaſco.

170 MCCXV.

Inveſtitura Manfredi March., & Alaxiæ uxoris cum Manfredo eorum nepote de feudo Coſtiliolis. V. S. ad annum MCXCII. pag. 363–364. Nam ex notis Terranei ad Iored. Chronicon. anni MCCXIV. didici ad annum MCCXV. pertinere hanc chartam, & initio ejus legendum eſſe ann. MCCXV. Indict. III.

Fundatio D. Henrici M. Saon., & D. Agathæ Comitiſſæ ejus uxoris monaſterii de Milleſimo ex collect. DD. in cauſ. Ferraniæ.

171 MCCXVI.

Pateat tam præſentibus, quam futuris, quod in præſentia teſtium infraſcriptorum Dominus Henricus Savonenſis Marchio, & ejus uxor Domina Agatha Comitiſſa filia quondam Comitis Geben. pro remedio, & ſalute animarum, ſuorumque hæredum, fecerunt chartam donationis inter vivos in manibus Dominæ Petronillæ Abbatiſſæ Sanctæ Mariæ de Bitumine Ciſtercienſis Ordinis, nomine ejuſdem Eccleſiæ nominatim de illa Eccleſia, quam dictus Dominus Marchio Savonæ, & ejus uxor Domina Comitiſſa fundaverint, & fieri fecerint in loco, quod dicitur Milleſimum in territorio Cengii in honorem Sanctæ Mariæ, & Sancti Stephani, atque Sancti Joannis Baptiſtæ, cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, promittentes ſe daturos jam dictæ Eccleſiæ ab eis fundatæ terras, poſſeſſiones, & reditus, unde novem Moniales velatæ, & quatuor ſcholaſticæ, unuſque Sacerdos cum uno ſcholari, tum ſervientibus eis neceſſariis, poſſint in perpetuum neceſſaria ſufficienter habere; tali modo, quod prædicta Eccleſia Sanctæ Mariæ de Bitumine, ejusque Rectores, vel Rectrices a præſenti die in antea ſupradictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sancti Stephani, & Sancti Joannis Baptiſtæ de Milleſimo cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, tamquam obedientem filiam ſecundum mores, & regulam Ciſtercienſis ordinis teneant, & poſſideant ſine omni moleſtia, & contradictione prædictorum jugalium Domini Henrici Vidlæ (1), & Comitiſſæ, omniumque ſuorum hæredum, quod non liceat eis de cætero nolle, quod ſemel voluerunt, ſed ratum, & firmum in perpetuum habere promiſerunt. Verſa vice præſcripta Abbatiſſa per ſe, ſuumque conventum præfatam Eccleſiam de Milleſimo recepit, ſicut mater debet bonam filiam recipere, ſecundum regulam Beati Benedicti, & ordinis Ciſtercienſis, & ut omnia ſupradicta rata, & firma permaneant, duo inſtrumenta unius, & ejuſdem tenoris per A. B. C. Duciſſa (2) cum ſigillis prædictorum Marchionum Savonæ, Comitiſſæ, & Abbatiſſæ roborata ab utraque parte ſunt approbata, de quibus dicta Abbatiſſa (3) habet unum, & prædicta Eccleſia de Milleſimo reliquum. (1) *lege* videlicet.

(2) *Ni fallar hic legendum* dictus Henricus Marchio, & Comitiſſa. (3) *Lege* diviſa.

Venditio Rivifrigidi facta a Manfredo III. M. Salut. D. Agneti ad fundandum Monaſterium. Ex MSS. C. Salut. n. 62.

172 MCCXX.

Anno Domini MCCXX. Indict. VIII. quarto nonas aprilis præſentibus infraſcriptis teſtibus chartam venditionis, & inveſtituræ fecit Dominus Manfredus Marchio Salutiarum auctoritate Dominæ Alaſiæ Comitiſſæ de Saluciis Aviæ ſuæ quondam uxoris Domini Manfredi Marchionis de Salutiis Avi prædicti Domini Manfredi in manibus Dominæ Agnetis Amitæ ſuæ de Villa Riviſrigidi cum omni honore poderio, diſtricto ec., atque juriſdictione, & cum omnibus aquaticis, paſcuis, & piſcaticis, piſcationibus, venationibus, nemoribus cultis, & incultis campis, rivis, & cum omnibus ad eamdem villam, & communitatem ejuſdem villæ pertinentibus, nihil in eis penitus in ſe retinendo pro pretio quingentarum librarum Januenſium ec. & ſi contingeret, quod in prædicta villa conſtitueretur monaſterium, promiſit illud ſalvare, cuſto-

dire, & defendere, cum omnibusque ad prædictum monaſterium pertinentibus dans, & concedens ipſi Monaſterio facultatem, & libertatem, & jus in paſcuis ſecundum quod habet Monaſterium de Staffarda per totum Comitatum ipſius &c. Actum eſt hoc in caſtro Salutiarum teſtes &c. Ego Merlo Sacri Palatii Notarius interfui &c.

173 MCCXX.

Foedus inter Fredericum II. Imperatorem, & Rempublicam Genuenſem, in quibus illud idem pactum, quod antea Fridericus I. cum Genuenſibus promiſerat, & ſupra ad annum MCLXII. retulimus, iiſdem pene verbis hic renovavit, exceptis teſtibus, quorum loco hic ex Subalpinis ſolum Jacobus Taurin. Epiſcopus ſubſcribit. Legitur autem apud Raph. a Tur. Cyrol. pag. 30. lit. P.

Particula Teſtamenti D. Bonifacii M. Cravexanae pro Eccleſia Caſotuli ex ejuſdem Tabulario.

174 MCCXXI.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, indictione nona, die Veneris ſexta, exeunte Martio. In præſentia infraſcriptorum teſtium, quorum nomina inferius ſcripta declarantur. Dominus Bonifacius Marchio Cravexanæ in teſtamento, quod fecit in infirmitate ſua judicavit Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Caſulis libras quinquaginta pro remedio animæ ſuæ, & ſuorum. Quod teſtamentum factum fuit inter Caminatam Caſtelli Andoriæ. Interfuerunt teſtes Presbyter Pignolus de Andoria, Dominus Bonifacius de Vinguilia, Jacobus de Caſanova, Bartholomeus judex de Diano, Oddo de Vinguilia, Jacobus Carnaitolus, Wilielmus de Cortandono, Barberius Anſelmus de Camayrana Notarius interfui, & ſcripſi prædictum teſtamentum, & de ipſo teſtamento, prout ibi continebatur, in hoc teſtamento appoſui.

Pacta, ac foedus inter Manfredum III. M. Salut. & Civitatem Taurin. ex ms. C. Saluzii n. 63.

175 MCCXXII.

Anno Dominicæ Nativitatis 1222, die Martis quinto die intrantis menſis Julii, indictione decima currente, & regnante Frederico Imperatore in finibus Teſtonæ prope hoſpitale Teſtonæ coram Domino Jacobo Dei gratia Taurinenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & Imperialis aulæ Vicario ad hæc ſuam interponente auctoritatem, & coram Domino Aliprando Faba cive Brixienſi Poteſtate Taurini Manfredus Marchio de Salutiis filius quondam Bonifacii de Saluriis cum conſenſu, & voluntate Dominæ Alaſiæ aviæ ſuæ uxoris quondam Domini Manfredi Marchionis de Salutiis, & cum conſenſu, & voluntate Guilielmi Conſtantie ipſius Marchionis fidelis, & quamplurium aliorum ſuorum fidelium ibidem præſentium, juravit ad Sancta Dei Evangelia perpetuale habitaculum Civitatis Taurini, ita quod ſemper erit civis, & habitator Taurini &c. ita quod non movebit, vel faciet guerram contra Comitem Maurianenſem, nec contra filios illius, nec contra aliquem hominem, vel locum ſine conſenſu, & voluntate infraſcripti Poteſtatis &c., vel Conſulum, qui pro tempore fuerint. Item quod juvabit &c. Commune Taurini &c. cum tota ſua terra, quam habet ipſe Marchio citra Tanarum &c. de omni guerra &c., quod Commune Taurini moveret contra aliquem hominem, vel locum conſenſu illius Marchionis &c., & ſpecialiter de illa guerra, quam ipſi Taurinenſes habent contra Comitem Maurianensem, & filios, nec de illa guerra &c. faciet treguam, nec pacem aliquam abſque conſenſu &c. Communis Taurini. Item addidit præſentialiter Manfredus Marchio ſub ejuſdem vinculo juramenti, quod nullo modo faciet aliquam parentelam, nec contractum matrimonii cum Thoma Comite Maurianenſis, nec cum aliquo filiorum ſuorum ſine voluntate, & conſenſu Poteſtatis, vel Conſulum, qui pro tempore erunt in Taurino. Item quod emet &c. intra muros Civitatis Taurini domum unam &c., nec illam poſſet &c., vendere &c. ullo tempore &c. Præfatus Poteſtas, nomine Communis ſupraſcripti Conſilio, & voluntate ſapientum illius Civitatis receperunt ipſum Manfredum in civem, & habitatorem Taurini inveſtiendo ipſum &c. de omnibus bonis moribus illius Civitatis, promittendo ipſum juvare omni tempore, & quod non facient pacem, neque guerram cum Comite Maurianenſis, nec cum filiis ejus ſine conſenſu illius Manfredi. De illa vero guerra, quam ſupraſcriptus Manfredus inciperet ſine conſenſu hominum de Taurino &c. non teneatur &c. Commune Taurini ipſum Manfredum juvare, nec ipſe Manfredus teneatur ipſum Commune adjuvare de illa guerra, quam ipſi inceperant ſine ipſius conſilio, & conſenſu &c. Quæ omnia utraque pars &c., inviolabiliter omni tempore obſervare promiſit. Acta ſunt hæc in loco jam dicto, fuerunt inde teſtes Dominus Petrus de Maxys Plebanus de Publicis, Dominus Martinus Canonicus Taurini, Joannes Canis, Joannes Silus, Henrietus Beccutus, Vido de Ploſſaſcho, Gulielmus Carbonerius, Arducio Borgheſius, Gulielmus Tritella de Bargiis, Ubertus Blex., Dominus Albertus Rantia Judex Brixiæ &c. Et ego Magiſter Jacobus Imperialis aulæ Notarius interfui &c.

Permutatio Mombaſilii cum Boveſio inter Jacob. Ep. Aſt., & fratres Marchiones de Ceva ex charta penes D. Gaſp. Sclav.

MCCXXII. 176

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimoſecundo, indictione decima, undecima die exeuntis ſeptembris Dominus Willelmus, D. Manuellus, D. Leo, D. Bonefacius, & D. Georgius fratres omnes Marchiones de Ceva dederunt,

Digitized by Goo

& concesserunt Domino Jacobo Astensi Episcopo nomine Astensis Ecclesiæ castrum, & villam Mombasilii, cum rivagiis, pascagiis, & cum omnibus rebus ipsis castro, & villa pertinentibus occasione, a qua ipse Dominus Episcopus dederat ei parabolam, & absolutionem cambiandi, & permutandi castrum, & villam de Boveso, quod tenebant in feudum ab eodem Episcopo nomine Astensis Ecclesiæ cum Domino Jacobo, & Domino Ardizone de Mombasilio, & nepotibus eorum pro castro Mombasilii. Et insuper fecerunt, & constituerunt ipsum Dominum Episcopum nomine Astensis Ecclesiæ dominum, & possessorem dicti castri, & villæ, & omnium ejus pertinentiarum. Confitentes antequam ei darent castrum illud, quod tenebant ipsi in feudum ab Episcopo Astensi. Et insuper confessus fuit dictus dominus Leo se fecisse fidelitatem dicto domino Episcopo de suprascripto castro Mombasilii pro se, & fratribus suis. Et sic tenentes præfatum dominum Episcopum per manum, & ducentes ipsum in caminata ejusdem castri miserunt ipsum in possessionem. Et memoratus dominus Episcopus intrando in possessionem nuncium suum Belengerium de Canellio nomine Astensis Ecclesiæ misit super turrem. Actum fuit hoc in caminata castri Mombasilii, interfuerunt testes rogati Dominus Jacobus de Platea, & Antonius Turrellus cives Astenses, Henricus de Costamagna, Petrus Follus de Asti, Ubertus de Taurino, Dominus Girbaldus de Caraxono, & Ansinus Judex de Vico. Egò Albertus sacri Palatii notarius interfui, & rogatus hanc cartam scripsi: sanctus Benedictus.

Vendito castri, & villæ Pareti facta a Marchione Henrico, & filiis de Uxetio ex tabulario illius oppidi.

177 MCCXXIII.

Nos Henricus de Uxetio, Gulielmus, & Manfredus, & Guido pater, & filii, una vendimus, cedimus vobis Domino Spino de Soroxina Januensi potestati pro Communi Januæ, & nomine ipsius Communis castrum, & villam Pareti, cum tota sua Curia, & Miogia, & Miojolam cum tota sua Curia, & castellum Delfini, & Monteacutum, cum totis suis Curiis, & cum omnibus suis contilibus, & totum id quod habemus, vel visi sumus habere, & possidere, vel quis, vel alius pro nobis in suprascriptis castris, & locis, & eorum territoriis, & omnia jura, & rationes, & actiones utiles, & directas, reales, & personales, nobis, vel alius pro nobis aliquo modo, vel jure pertinentibus in dictis castris, & locis, & in villis, turribus, & domignonibus, Ecclesiis, & hominibus, & mulieribus, in servis, ancillis, in vassallis, in fidelitatibus, in pedagiis, in fodris, in oste, & cavalcata, in terris cultis, & incultis, pratis, rivis, ruinis, pascuis, nemoribus, aquis, piscationibus, molendinis, decimis, novalibus, paludibus, aucupationibus, venationibus, in dictis, factis, conditionibus, operibus, angariis, perangariis, albergariis, foris, & generaliter omnibus reditibus, & omni contili, & honore, & districtu, & jurisdictione, & omnibus juribus, & rationibus, nobis, vel alteri pro nobis in supradictis omnibus pertinentibus, finito pretio librarum trium milium denariorum Januensium computatis in his libris centum, quas pro nobis Ugoni De-Caretto solvistis, quas omnes libras tres mille a vobis suscepisse confitemur, & de ipsis nos bene solutos quietos vocamus, renunciantes exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non acceptæ; pro suprascripto itaque pretio vendimus vobis Domino Spino pro Communi Januæ, & nomine ipsius Communis prædicti omnia ad faciendum exinde quidquid voluerit Commune Januæ sine omni nostra, & heredum nostrorum, ac omnium pro nobis contradictione. Insuper cedimus, & mandamus vobis pro suprascripto pretio recipienti pro Communi Januæ, & nomine ipsius Communis omnia jura, rationes, & actiones utiles, & directas, reales, & personales nobis, vel alteri pro nobis competentes, & competituras aliquo modo, vel jure in prædictis omnibus, & pro prædictis omnibus, & rebus, & juribus, vel eorum occasione, ut ex ipsis rationibus, & actionibus Commune Januæ uti possit, & experiri, excipere, & replicare contra omnes personas, vel qui, & res, & jura, sicut & nos possemus, vel aliquo tempore potuimus, & Procuratorem facimus jam dictum Commune, ut in rem suam, & constituimus possidere prædictas res omnes, & jura nomine Communis Januæ, cui possessioni renunciamus, & ipsam Communi Januæ concedimus, & tradidisse confitemur volentes sic, & dominium, & possessionem in Commune Januæ transferre, & transferimus nihil in nobis retento, promittentes per nos, & successores nostros prædicta omnia in perpetuum rata, & firma habere, & non contravenire & quod de prædictis, vel de aliquo prædictorum nullam fecimus donationem, vel alienationem, seu obligationem personæ. Et si reperiretur nos, vel aliquem nostrum aliquam donationem, vel alienationem, seu obligationem, vel datum fecisse, quod restituemus Communi Januæ omne damnum, quod proinde passus fuerit, & expensas quas fecerit. Hoc acto expresso & intellecto, ut de evictione tantummodo teneamus pro nostro facto, vel dato. Præterea cedimus, & mandamus vobis pro Communi Januæ, & nomine ipsius Communis omnia jura, rationes, & actiones, utiles, & directas, reales, & personales nobis, vel alteri pro nobis competentes, & competituras in illis, & pro illis rebus, & juribus, quæ, & quas ego Henricus in cambium dedi Ottoni Marchioni de Bosco recipienti nomine filiorum quondam D. Bonifacio de Pareto, & adversus ipsum Ottonem, & ejus heredes, & bona occasione dicti cambii, & evictionis, & si prædictæ res, rationes, & jura plus dicto pretio valent, Communi Januæ pure donamus, & remittimus, renunciantes juri deceptionis ultra dimidiam justi pretii: prædicta omnia juramus Sacrosanctis Evangeliis bona fide, sine fraude attendere, & observare, & ita verum esse. Insuper ego Bruna uxor prædicti Henrici prædictis omnibus consentio, & ea approbo, & confirmo, & ratione juri hypothecario, & omni alio juri mihi competenti, & competituro in ipsis rebus, & juribus, vel pro ipsis, vel earum occasio-

ne, faciens hæc voluntate, consilio, & consensu, & authoritate jam dicti viri mei, & dictorum filiorum meorum eadem die, & loco, & coram testibus infrascriptis. Uxor vero hoc fecit in domo Canonicorum S. Laurentii, quam habitat Cavola in præsentia Gullielmi Pictavini, Guido de Trebano, Lanfranco de Carretto, & Orlando Guardato eadem die, & hora.

Bonus Vassallus Callege Palii recepi prædicta etc.

Finis, & refutatio, quam fecit Bartholomæus Feldratus pro se, & uxore sua Henrico de Uxetio de Sexio omnium rerum mobilium.

Ego Bartholomæus Feldratus Savonensis civis pro me, & uxore mea Agnete vobis Henrico de Uxetio cum filiis vestris Manfredo, Gullielmo, & Guidone finem facio, & refutationem, & remissionem, & pactum de non petendo de omnibus juribus, rationibus, & actionibus utilibus, & directis, realibus, & personalibus, quas habeo, vel habere possum, ego, vel ipsa uxor mea contra vos, & heredes vestros, seu bona vestra aliquo modo, ullave occasione, & specialiter de Sextio omnium rerum mobilium, & immobilium, jurium, & actionum præsentium, & futurarumque, de quibus nomine dotis prædictæ uxoris meæ mihi datum fecistis, sicut continetur in instrumento infrascripto per manum Jacobi Notarii cum 12..., quod vobis redidi in præsenti. Quam finem, refutationem, remissionem, & pactum de non petendo ratam, & firmam habere, & non contravenire promitto, & quæ ipsa uxor mea ipsam, & firmam habebit, nec contraveniet aliquo modo ipsa, vel aliqua persona pro ea, & quæ de prædictis vobis finem faciet, & remissionem, & pactum de non petendo in laude vestri Sapientis, vel Communis Januæ infra mensem postquam a vobis, vel a Nuncio vestro, vel a Communi Januæ, seu Nuncio suo fuero requisitus sine alio pretio addito, vel adjuncto, & sic de prædictis in aliquo fuerit contrafactum pœnam dupli de quanto requisito foret vobis stipulantibus promitto, & inde omnia bona mea &c., & pro hac fine, & refutatione, & remissione, & pacto de non petendo, confiteor accepisse meo nomine, & prædictæ uxoris meæ a Communi Januæ pro vobis libras septuaginta denariorum Januæ, quæ restabunt ad solvendum de dote uxoris meæ, ultra libras quinquaginta, quas in denariis, & rebus a vobis pro dote ipsa confiteor accepisse, de quibus omnibus me bene quietum, & solutum voco renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non acceptæ, promittens sub pœna dupli &c., quod ipsa uxor mea hanc solutionem mihi factam ratam, & firmam habebit, & contra non veniet aliquo modo ipsa, vel aliqua persona pro ea, & ita juravit attendere, & observare, & contra non veniet omnia prædicta: De his autem duo instrumenta unius tenoris fieri rogaverunt, quorum unum habere debent, & alterum Communæ Januæ: Actum Januæ in domo Fornariorum; testes Bovus Vassallus, Callige Palii, Bonavia Rainaldus, Gullielmus Gallus Barrillarius, Frater Bernardus Ospitalis S. Joannis, Guido Papiensis, Bellengerius, & Brixianus Guardatores ultima die aprilis post vesperas

Ego Lantelmus Notarius Sacri Palatii hoc exemplum extraxi, & exemplavi de quodam foliato, quod dicebatur esse scriptum manu Marchisii Notarii, prout in eo vidi, & legi, nihil addito, vel diminuto, nisi forte litera, vel syllaba, titulo, seu puncto absque ulla mutatione, correctione, seu diminutione dictionum, vel sensus ad quod corroborandum jussu D. Pegolotti Ugusolis de Girardis Civitatis Januæ Potestatis propria manu subscripsi.

Finis, & refutatio Castri Pareti, quam fecit Purpura uxor Manfredi de Uxetio.

Ego Purpura uxor Manfredi de Uxetio de voluntate, consilio, & consensu ipsius viri mei, & ejus auctoritate tibi Ansaldo Fallamoniæ Nuncio, & Procuratori Communis Januæ, pro Communi Januæ recipienti, & nomine ipsius Communis finem facio, refutationem, remissionem, & pactum de non petendo de omnibus juribus, rationibus, & actionibus utilibus, & directis, realibus, & personalibus, quas habeo, vel habere possum in Castro Pareti, & in tota sua Curia, & in omnibus ad ipsum Castrum, & Curiam pertinentibus, & in Mioggia, & Miojola, & in tota sua Curia, & Castello Delphino, & Monteacuto, & in totis suis Curiis, & in omni jurisdictione, & mero, & mixto Imperio, & in omnibus pertinentiis ad ipsa castra, & loca, vel mihi pro ipsis, vel occasione ipsorum competentibus aliquo modo, ut ex ipsis rationibus, & actionibus Commune Januæ uti possit, & experiri, excipere, & replicare contra omnes personas, sicut ego possem, vel aliquo in tempore ego potui per Procuratorem, ipsum Commune, ut in rem suam facio, & constituo. Quam finem, & refutationem, & pactum de non petendo, datum, & cessionem ratam, & firmam habere, & non contravenire tibi recipienti nomine dicti Communis promitto; & si de prædictis, vel de aliquo prædictorum fuerit contrafactum, & quoties contrafactum fuerit pœna dupli de quanto, & quoties fuerit contrafactum tibi stipulanti promitto, & inde omnia bona mea habita, & habenda tibi pignori obligo. Hanc vero finem, & remissionem, & datum, & cessionem, & pactum de non petendo fecisse confiteor per venditionem, quam Enricus de Uxerio socer meus, & filii sui fecerunt de prænominatis castris, & locis de pretio, quorum meam portionem confiteor habuisse, & inde me quietam, & solutam voco, renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ. Insuper et Albertus Bastardus juravit ad Sanctissima Dei Evangelia in animam dictæ Purpuræ volentis, et præcipientis, quod ipsa Purpura prædicta omnia attendet, et observabit, et contra non veniet, faciens hæc omnia in præsentia, & jussu dicti viri sui, et consilio Oberti Caceliæ, Ansaldi Portonovii (1), quos propinquos, & vicinos appellat. Testes prædicti Consiliatores, &

Ugobonus Scriba, Buronus Forellus, Valente Scriba, Ugo Fabia, Conradus filius Ugonis de Uxetio, & Manfredus Bordinus.

Actum in Burgo Gavi in domo Ugonis Fabii anno Domini Nativitatis 1223. indictione decima die 6. maji post vesperas. Ego Riccobonus Coxianus Notarius rogatus scripsi.

Ego Lantelmus Notarius Sacri Palatii hoc exemplum ab authentico finis, et refutationis Purpuræ uxoris Manfredi de Uxetio manu Riccoboni Coxiani Notarii scripto, prout in eo vidi, et legi, transcripsi, et per omnia exemplaria nihil addito, vel diminuto, nisi forte litera, vel sylaba, titulo, seu puncto, et hoc absque ulla mutatione, correctione, seu diminutione, dictionum, vel sensus, ad quod corroborandum jussu D. Pegolotti Ugueſſolis de Girardis Januensis Potestatis propria manu subscripsi.

(1) Aberti Tachæ & Ansaldi Portonarii.

Finis, & refutatio, quam fecit Soffia uxor Guidonis de Uxetio de Castro Pareti.

Januæ in aula Reinaldi Alcanti præsentibus Bonovassallo Alcanto Jacobo Gattaluſſio, et Jacobo de Pavesio, Soffia uxor Guidonis de Uxetio fecit finem de Castro Pareti, et aliis, sicut continetur in instrumento facto per manum Riccoboni, quod habeo inter arcum Palatii receptum. *Finis:* Augenus Pallamanus pro Communi secunda die junii inter nonam, et vesperas.

Ego Lantelmus Notarius Sacri Palatii hoc exemplum extraxi, et exemplavi ex quodam foliato, quod dicebatur esse scriptum manu Marchisii Notarii, sicut in eo vidi et legi, nihil addito, vel diminuto, nisi forte litera, vel sylaba, titulo, seu puncto, absque ulla mutatione, dictione, correctione, seu diminutione dictionum, vel sensus, ad quod corroborandum jussu D. Pegolotti Ugueſolis de Girardis propria manu subscripsi.

In nomine Domini Dei amen. Anno Dominicæ Nativitatis 1223. Indictione decima, die decima tertia maji infrascripti sunt, homines de Pareto, quos Gullielmus Embriaccus Ugonis Embriacci, et Enricus de Nigro duo de octo Nobilibus Januæ jurare fecerunt infrascripti juramenti tenorem pro Communi Januæ.

Juramentum, quod fecerunt homines Pareti de servando, & custodiendo Castrum Pareti.

Ego juro ad Sanctissima Dei Evangelia, quod per bonam fidem, et sine omni fraude salvabo custodiendum, et defendendum Castrum Pareti ad honorem et servitium Dei, et Communis Januæ contra omnes personas, quæ damnum, seu offensionem Communi Januæ de dicto Castro facere vellent. Non ero in Consilio, facto, vel assensu ullo modo, quod commune Januæ dictum Castrum, quod absit, seu aliquod aliud Castrum Communis Januæ de dicto Castro, nec aliquis Castellanus, seu aliquis Castellanorum prædicti Castri captus sit, seu impeditus, neque mermanciam aliquam patiatur, et si scivero, qui contrafacere vellet bona fide disturbabo, et si disturbare non potero, ipsis Castellanis, et Potestati, sive Consulibus de Communi, qui pro tempore fuerint, quam citius potero, per me, vel meum missum denunciabo: Mandata quoque, et ordinationes potestatis Communis Januæ, seu potestatis, vel Consulum de Communi, qui pro tempore fuerint, qui mihi fuerint per se, vel eorum missum, seu eorum litteras bona fide audiam, exaudiam, et complebo, nec ea audire, vel exaudire sub aliqua fraude vitabo. Insuper mandata, & ordinationes Castellani, seu Castellanorum meorum, qui mihi fecerint non in contrarium Communis Januæ bona fide audiam, exaudiam, et complebo, nec ea audire, vel exaudire sub aliqua fraude vitabo, salvis semper existentibus mandatis, & ordinationibus Potestatis Communis Januæ, seu Consulum Communis, qui pro tempore fuerint, tam contra Castellanum meum, vel Castellanos, quam contra omnes personas. Non ero in Consilio facto, vel assensu, qui ipse Potestas, vel Judices, seu aliquis Castellanus, vel aliquis Castellanorum, et Ministrorum amittat vitam, mentem, membrum, seu suum honorem, aut res suas, seu aliquod damnum, vel injuriam patiantur. Et salvabo, custodiam, et defendam bona fide sine fraude personam D. Spini de Soroxina Januensis Potestatis, et Judicum ejus, et Magnatum, et omnes illos, qui ejus servitio erunt, eo res, et honores ipsorum pradictum tempus sui regiminis, et dies quindecim sequentes, et si scivero, vel credidero aliquem dare operam vel per se, vel alium publice, vel private, qui contrafaciat, ego operam dabo bona fide, ni fiat; quod si disturbare nequivero, ipsi, vel ejus misso, quam citius potero recusabo (revelabo). Insuper tenebor bona fide manifestare illis de octo Nobilibus videlicet Gullielmo Embriacco Ugonis Embriacci, et Enrico de Nigro, qui pro Communi venerunt, possessionis jura, introitus, et honorem dicto Castro pertinentes, necnon et Enrico Marchioni de Uxetio in eorum ordinatione, et voluntate, si inde interrogatus fuero, et si forte de aliquo, vel aliquibus dicto Castro, et Curiæ, seu dicto Marchioni pertinenti, vel pertinentibus, me interrogaverint, veritatem eis bona fide manifestare tenebor, et si aliqua de prædictis teneo, vel alius pro me, pariter bona fide eis manifestabo. Si quid prædictum fuerit per prædictum Potestatem, de quo teneri debeor pariter bona fide tenebor, et de diminuto sim absolutus. Hæc omnia bona fide, et sine fraude complere, et observare tenebor; nisi quantum justo Dei impedimento, vel oblivione, seu licentia Potestatis Communis, qui modo est, vel potestatis, seu Consulum de Communi, qui pro tempore fuerint, remanserint.

Obertus Pallacia, Gullielmus Bixia, Otto Falcus, Sedisius Pisanus, Obertus Martinus Varius, Rodulfus Egarius, Petrus Ferrocius, Obertus Columbus, Aratrus Scaja, Obertus Visconte, Vullielmus Lanfranci, Otto Niger Frixus, Otto de Pratis, Guisulfus de Pozolasca, Joannes Ferrarius, Obertus Loterius, Joannes Stupel, Guarrinus Vullielmi Fer-

Digitized by Google

rarii Vulielmus Pellacius, Bonus Johannes Dulyus. Henricus Paraſaccus, Birrovidus Cevolla, Petrus Columbi, Obertus Bordinus, Anſelmus Picentus, Rubaldus Vexaſius, Henricus de Neſpolo, Rubaldus de Porta, Gullielmus Paraſaccus, Johannes Ricii, Manfredus Dixia, Petrus Falcus, Bernardus Tonſus, Rodulfus Ratus, Manfredo Margarittus, Carlevarius, Henricus Scoferius. Arnaldus Mulaterius, Rodulfus Malroſus, Bergognonus Aſinarius, Petrus Ugarius, Ugogonus de Pozolaſca, Joannes Amigatius, Petrus Burtius, Rolandus Cattania, Raimondus Viduus, Petrus de Coxano, Octonus Amigatius, Jacobus de Pozolaſca, Albertus Reſtagnus, Petrus Suza Previi, Baſcatius Loterius, Vaſſallus Loterius, Geddus Surex, Vitalis Callegarius, Johannes Murato, Johannes Pregnus, Gulielmus Migatius, Petrus Baſnerius, Petrus Amigatius, Rainerius Veſcontis, Gulielmus Danius, Obertus Bixia, Antelmus Parentis, Johannes de Platis, Petrus Mulaterius, Boverius Garini, Joannes Manzius, Anſelmus Beccus, Obertus Joculator, Henricus Bordinus, Joannes Ferrarius, Joannes Textor, Uguezonus Matriciatus, Manfredos Ceſta, Jordanus Scava, Arnaldus Bailia, Gulielmus Vexoſus, Enricus Bixia, Bonifacius Vexontius, Anſelmus Maltraſus, Jacobus Bixia, Anſelmus Belpel, Arnaldus Vexoſus, Vitalis Loterius, Enricus de Pozolaſca, Antelmus Marencus, Antelmus Bugues, Otto Martinus, Vitalis Evice, Rodulfus VVizus, Antelmus Salamonus, Petrus Balbus, Enricus Danius, Gullielmus Bojolus, Jordanus Balia, Gullielmus Bixia, Albertus Balia, Joannes Balia, Joannes Dannius, Vitalis Maſſus, Baptiſta Obertus de Brovia, Muſſus Ernaja, Michael Canevarius, Antelmus Vexoſus, Petrus Curtus, Henricus Scaja, Joannes Peſerutus, Jaleſagna Mantellus, Teſta Fera, Joannes Carolus Calvus, Gulielmus Calegarius, Anſelmus Groſſus, Antelmus Cafalius, Ugo Jopellus Salladinus, Petrus Bracherius, Joannes Bordinus, Jacobus Regaſarius, Raimondus Scofferius, Gullielmus Cara, Octo de Cruce, Jacobus Denice, Obertus Belpel, Enricus Balia, Gulielmus Marinus, Petrus Bordinus, Antelmus Siccardus, Gullielmus Amigatius, Rodulfus Cuigius, Philippus Columbus, Arnaldus Amigaſius, Obertus Sardus, qui non juravit propter ſenium, Otto de Turre, Albertus Reſtagnus, Michael Cavanus Bonifacius Viſcontus.

De manifeſtatione poſſeſſionum, jurium, & proventuum Caſtri Pareti.

Hi infraſcripti Homines de Pareto, videlicet Obertus Pelatia, Obertus Loterius, Coſmus Biſia, Obertus Viſconte, Obertus Bordinus, Gullielmus Lafranchi, Antelmus Pezerutus, Aratus Scaja, Petrus Colombi, Otto Falcus, Joannes Belpeli, Federicus Piſanus, Obertus Sardus, Enricus Paraſacus, & Enricus Scaja juramento manifeſtaverunt, & aſſignaverunt terras, & poſſeſſiones, jura, & introitus Caſtri Pareti, ut infraſcriptum eſt.

In primis petiam unam terre vineatæ, poſitæ, ubi dicitur in Vallibus, cui cohæret ſuperius ſtrata ab uno latere, terra vineata Anſelmi Peleus, ab alie latere terra vineata Petri Buſnacæ, & inferius terra de Pelerutis.

Item de prope dictam vineam aliam petiam vineæ, cui cohæret ſuperius ſtrata, inferius terra Enrici Danii, & Joannis Danii fratrum a latere dicti Gulielmi Rixiæ, & alio latere terra heredum Regnaterræ, & hæc ſunt juxta Caſtrum Pareti.

Item aliam petiam terræ campivæ, ubi eſt Blava, quæ dicitur Clauſa Conti, cui cohæret ſuperius, & a latere via, inferius terra Rubaldi Vexoſi, a latere terra paraſaconum, & fuit ſata, ſive ſeminata per Curiam, in qua intravit, modium unum frumenti ſeminis ad menſuram Pareti, quod eſt minæ duæ grani de Janua, & eſt de prope caſtrum Pareti.

Item aliam clauſuram campi, quæ dicitur clauſa Rovatii, cui cohæret a latere ſtrata, inferius terra Curiæ Pareti, a latere terræ Salamonis, & eſt ſeminata dicta clauſa ſtar. VII. leguminibus ad ſtaria Pareti, quæ ſunt minæ duæ Januæ, & ſunt dictæ terræ juxta Caſtrum Pareti.

Item petiam unam terræ, quæ eſt braſa poſita in Valle, quæ fuit quondam Caſtagnorum, cui cohærent coſta, inferius aqua Vallae, a latere terra de Amigatiis, & alia braſa de Scagiis.

Item juxta eandem inferius aliam petiam prati, cui cohærent ſuperius terræ dictæ clauſæ, inferius terræ Opizonum, & ab alio via, quæ vadit ad molendinum de Valla, de quo prato exeunt carracata duo fæni.

Item aliam petiam terræ braidæ poſitæ in eodem loco, cui cohærent ſuperius coſta, inferius foſſatum, a latere terra Scajorum, & ab alio terra Amigatiorum, et intrant in duobus dictis braidis pro ſeminatura modia tria frumenti, & eſt data ad laborandum ad tertium, & debet ſeminari circa feſtum S. Michaelis proxime venturum.

In Valle Lamberti aliam petiam campi, cui cohærent ſuperius via, inferius foſſatum a latere terra Enrici Scarae, et alio latere terra filiorum Manfredi Paſqualis, & eſt modo in ea meſſis ſpeltæ, et ſicallis, et intrat in ea per ſeminaturam modium unum frumenti ad menſuram Pareti, & debet habere Curia Pareti tertiam blavæ, quæ modo eſt in ea munda, & expedita, ſalvo ſemine ſeminatori.

Item ad Rocam graſſi duas petias terræ campivæ, uni quarum cohærent ſuperius coſta, a latere terra paraſacorum, et ab alio terra de Baliis, et eſt modo data laboranda ad ſextum, et intrat in eis duabus pro ſeminatura ſtaja quinque decem frumenti.

Item molendinum unum, quod conſtructum eſt in aqua Vallae, quod eſt ſimiliter Donnicum, & proprium Curiæ Pareti cum omnibus pertinentibus ipſi molendino, et diſtat a Caſtro Pareti per milliare unum, & dimidium.

Item in foſſato Sardi medietatem unius petiæ terræ pro indiviſo cum Reſtagnis, cui ſuperius coſta, inferius foſſatum, a lateribus terra Falcorum.

Item in Erugnoleto prope prædictam medietatem alterius petiæ terræ, cui ſuperius terra de Canavariis, & a latere ſimiliter, & alio latere terra Falcorum, & inferius foſſatum, & eſt ſimiliter pro indiviſo cum D. Reſtagnis, & eſt terra campiva, &

Digitized by Google

dicta de foſſato Surdi eſt ſeminata de frumento, & intrat in tota ſtaria VIIII. ſeminis, & in illa Brugnoleti intrarent forte ſtaria duo frumenti, ſed eſt modo vacua, & debet reddi de petia, quæ eſt in foſſato Surdi primo ſtaria unum, & quartum, & de reliquo novenum Curiæ.

Item in prato de Coxano medietatem unius petiæ terræ boſchivæ pro indiviſo cum Reſtagnis, cui cohæret ſuperius coſta, a latere terra Toſcani, inferius pratum de Coxano, & alio ſimili.

Item in Bragiis medietatem unius petiæ terræ campivæ pro indiviſo cum Reſtagnis, quæ eſt in blavata, & intravit in ea ſtaria tria ſpeltæ, & unum leguminis, cui ſuperius coſta, inferius terra Burdinorum, a latere terra Veſcontorum, & a latere alia terra Falconorum, & ſuperius coſta, item ultra dicta coſta aliam petiam viſa per quandam vallem, quæ tenet uſque in foſſatum, & eſt continua cum prædicta, & ejuſdem rationis eſt cum prædicta, & eſt boſchiva.

Item medietatem alterius petiæ terræ campivæ, & roboreti poſitæ in Caſalili, cui cohærent terra de Scagiis inferius, foſſatum a latere Teſtefero, & alio latere terra de Albertenghis, & eſt pro indiviſo cum dictis Reſtagnis.

Item in eodem loco petiam unam terræ campivæ, & eſt Donnicum Curiæ Pareti, cui cohæret ſuperius terra Scajorum, inferius terra communis dictæ Curiæ Reſtagnorum, a latere terra Sicardorum, & alia terra illorum de Pozolaſca, & eſt data ad laborandum pro noveno, & debet ſeminari ad S. Michaelem, credunt quod intrarent in ea pro ſeminatura ſtaria tria frumenti.

Item in Torricellis duas petias terræ, in medio quarum eſt coſta, inferius foſſatum, a latere Henrici Scagiæ, & alia terra Oberti Sardi, & conſortum, & intrarent in una, quæ eſt deverſus primam, ſtaria quinque frumenti pro ſeminatura, & eſt modo ſeminata, & debet reddere Curiæ ſextum ejus quod de toto exierit, quia eſt pro indiviſo cum dictis Reſtagnis pro medietate; alia vero non eſt laborata, ſcilicet intrarent in ea ſtaria tria frumenti pro ſeminatura, & eſt contigua cum prædicta, quæ eſt ſeminata.

Item in Podiis medietatem alterius petiæ terræ campi pro indiviſo cum dictis Reſtagnis, cui cohæret ſuperius via, & coſta, inferius foſſatum, & terra Salamonis a latere terra Paraſaccorum, & ab alio ſimiliter, et eſt vacua, & buſchiva, & intrarent in ea modia quinque frumenti ad menſuram Pareti pro ſeminatura.

Item in Montecurti medietatem alterius petiæ terræ pro indiviſo cum dictis Reſtagnis, cui ſuperius coſta, inferius foſſatum, a latere terra Rodulphi, & alio terra Bardinorum.

Item medietatem alterius petiæ terræ, cui cohærent ſuperius ſtrata, inferius Jacobi de Stella, & ab alio illorum de Porta, & alio Eccleſia S. Martini, quæ fuit de Mufris, & eſt pro indiviſo cum dictis Reſtagnis, et eſt poſita loco, ubi dicitur Ulma S. Martini, & dixerunt, quod D. Salambra Comitiſſa dedit partem ſuam, ſcilicet medietatem dictæ Eccleſiæ S. Martini, ſicuti poſtea eam laborare fecerunt quidam pro illis de Uxet, & valet forte medietas dicti Caſtri libras tres.

Item in Abrenis medietatem pro indiviſo cum dictis Reſtagnis alterius petiæ terræ campivæ, cui ſuperius Oberti Loterj, inferius Oberti Sardi, a latere terra Margaritorum, & ab alio Ottonis Nigri.

Item ad fornacem medietatem alterius petiæ terræ campivæ pro indiviſo cum dictis Reſtagnis, & conſortum, cui ſuperius coſta, inferius ſtrata, a latere illorum de Pladio, & alio terra de Amigatiis, et eſt tanta ſeminata, de ea, et in qua intraverunt ſtaria blavæ, et ſi eſſet tota ſeminata, tum intraſſet in ea pro ſeminatura modia tria frumenti, & debet reddere medietas novenum Curiæ Pareti.

Infraſcriptæ terræ ſunt in Mogivola.

Item petiam unam terræ campivæ, quæ eſt propria, et Donnica Curiæ Pareti, poſitæ ad foſſatum canalis, et eſt in territorio Mogivolæ, cui ſuperius via, inferius foſſatum a latere de Amigatiis, et ab alio terra de Reſtagnis, a qua fuit diviſa, ſuper qua eſt meſſis frumenti, et ſi eſſet tota ſeminatæ intraſſet in ea ſtaria quinque frumenti, et de meſſe, qua eſt modo debet reddere novenum Curiæ Pareti.

Item in Megivola medietatem unius petiæ terræ campi pro indiviſo cum Reſtagnis, cui ſuperius terra Oberti Lotery, inferius terra Oberti Baliæ, et conſortum a latere terra de Paraſachis, et alio latere via de Arbergis bonis, et eſt in ea ſtariæ duo ſeminata blavæ, et bene poſſunt ſeminari in tota modia quatuor frumenti, & reddit novenum de ea Curiæ Pareti.

Item in Megivola, ubi dicitur Ulma, medietatem unius petiæ terræ campivæ, cum dictis Reſtagnis, cui ſuperius terra Eccleſiæ S. Stephani de Monteacuto, inferius terra Oberti Bordoni, et conſortum a latere terra de Faldis, & alio aqua Mogivolæ.

Item medietatem pro indiviſo cum dictis Reſtagnis omnium terrarum prædictorum Reſtagnorum in pleno, et vacuo domeſtico, et ſilveſtri, quæ inveniri poſſent in toto territorio Pareti, et Mogivolæ ubicumque de poſſe dictorum Reſtagnorum poſſet inveniri, eſt medietas Curiæ Pareti pro indiviſo cum prædictis Reſtagnis, ſalvis ſemper Curiæ Pareti dictis Donnicis præſcriptis, quæ fuerunt diviſæ a dictis Reſtagnis.

Infraſcriptæ ſunt Donnicæ Curiæ Pareti.

In primis ubi dicitur in Coſta longa petiam unam terræ campivæ, cui ſuperius via, & terra Baſneriæ, et a latere alia terra de Nanis (1), inferius Bernardi Torti, et eſt in ea meſſis frumenti, quæ debet reddere Curiæ Pareti in primis ſtaria duo, & novenum, et ſi eſſet tota ſeminata bene intrarent in ea modia duo ad menſuram Pareti.

Item in Caſtelletis aliam petiam terræ campivæ donnicæ, cui ſuperius, et a latere terra Arati, inferius terra de Camelleri (2), de Saxello, a latere terra Farorum, et in ea meſſis de duobus ſtaria ſpeltæ, ſcilicet ſi eſſet tota ſeminata, intrarent in ea ſtaria decem frumenti, et debet dicta meſſis Curiæ Pareti ſeptenum, & novenum.

Item in Ravinellis alteram petiam campivam don-

Digitized by Google

nicam, cui ſuperius via Carralis, inferius illorum de Saxello, a latere Arata dicta, & ab alio terra Baliorum, et eſt meſſis in ea, quæ debet reddere Curiæ ſeptenum, & novenum, et intraret in ea ſtaria VIIII. medium ſicalis, et medium frumenti, ſi eſſet tota ſeminata intrarent in ea ſtaria duodecim, quæ eſt modium unum, et dimidium.

Item in valle Bernardi aliam petiam terræ donnicæ Curiæ Pareti, cui ſuperius terra Daniorum, inferius terra Corſignorum (3), a latere Jacobi Lagury, & Corſignorum, alio Bernardi Tonſi, ſuper quæ fuit ſeminata ſtaria tria ſpeltæ, & debet reddere Curiæ novenum, ſcilicet ſi eſſet tota laborata, bene poſſent ſeminari in ea ſtaria tria frumenti.

Item in Mogivola ubi dicitur locum longum aliam petiam terræ donnicæ, cui ſuperius terra Reſtagnonum, & conſortum inferius aqua Mogivolæ, & aliæ latere dictæ Curiæ, & conſortum, & ab alio ſimiliter, & eſt ſeminata de ſiccali, quæ debet reddere Curiæ Pareti tertiam, & intrarunt in ea ſtaria quatuor ſiccali pro ſeminatura, & intrarent in ea ſtaria quinque frumenti pro ſeminatura.

Item in Megivola juxta Megivolam aliam petiam prati, & quod dicitur pratum de Morticio, cui ſuperius terra Camellonorum de Saxello, inferius aqua Megivolæ, a latere terra Scajorum, & a latere alio terra Forcorum, & ſolent exire de ea duæ carrolatæ uſque in quinque ſeni, & eſt quælibet carrolata pondus duorum bovium, & eſt donnica Curiæ Pareti.

Item in Meivolo braidam unam campi donnicam, qui cohæret ab uno latere terra Scajorum, ſuperius terra Amigatiis, ab alio latere terra de Gamenellis, & inferius aqua Megivolæ, & terra S. Stephani de Monteacuto, & terra Forcorum, & eſt in ea meſſis unius modii ſeminis, quæ eſt ſicalis, quæ debet reddere ſextum Curiæ Pareti, & ſi tota eſſet ſeminata modia decem frumenti.

Item de prope dictam Braidam aliam petiam terræ campi donnicam, cui inferius aqua Erri, ſuperius dicta Braida, a latere terra de Amigatiis, & ab alio terra de Sardis, & conſortum, & eſt in ea ſeminata modo ſtaria quatuor ſiccalis, & ſi tota eſſet ſeminata intrarent in ea ſtaria octo, & meſſis, quæ eſt in ea debet reddere ſextum Curiæ Pareti.

Item ad Megivolam, ubi dicitur in prato fontis de Sancto Laurentio petiam unam prati, & campi, qui ſuperius terra Veſcontorum, & Jacobi Ogly de Saxello, & conſortum inferius terra de Amigatiis, a latere aqua Erri, & ab alio terra Muſſi, & reddit pratum carrolatas duas fœni uſque in tribus, & in campo eſt ſeminatum ſtaria duo ſicali, quæ debent reddere Curiæ Pareti tertium meſſis, quæ eſt modo in ea, & eſt Donica.

Item in Megivolam, ubi dicitur Cantona, & aliam petiam campi, cui cohæret ſuperius terra Gaudi, ideſt Donnica, Donnega, inferius terra aquæ Erri, a latere illorum de Saxello, & eſt in ea ſeminata ſtaria duo ſicalis, quæ debet reddere quartum Curiæ Pareti, ſcilicet ſi eſſet ſeminata, poſſent in ea ſeminari modium unum frumenti.

Item in eodem loco petiam unam prati Donnicam, quod eſt continuum cum dicto campo, cui ſuperius terra boſchiva Donnica, inferius dictus campus, ſcilicet a latere illorum de Saxello, & ab alio Donnicum, & ſolent exire de eo prato carrolata fœni octo uſque in duodecim.

Item in Podiis petiam unam terræ campi, quam tenet Gandulphus, malum ſervitium, de qua reddit dictæ Curiæ medietatem fructuum, & novenum blavæ, quam recolligit de dicto campo.

Item in Podiis aliam petiam terræ, quam tenet Teitonus, & de qua reddit novenum.

Infraſcriptæ ſunt nemora territorii Pareti, quæ ſunt Donnica Curiæ Pareti, & dicuntur guaudia L. Donnica nemora.

In primis nemus quoddam, quod dicitur Moisminalis, & quod appellatur Gaudum Donnicum Curiæ Pareti, & ſunt nemora quercium, & aliarum arborum, & eſt in territorio Pareti poſitum infra eos confines ab uno latere ſunt terra de Scagiis, Sojolis deverſus ponentem, ab oriente currit aqua Erri, quæ aqua dividit dictum Montemminalem a terra Marchionum de Ponzono, a ſeptentrione currit aqua, quæ dicitur Pozolaſca, quæ aqua cadit in dicta aqua Erri, inter quos confines eſt podius quidam, qui nominatur Mons-acutus, & fuit in eo Caſtrum, qui Mons-acutus eſt cujuſdam rationis cum dicto Gaudo, quod Gaudum voluit, ſeu tenet in circuitu milliaria VI. uſque in VIII.

Item alius Mons-magnus, seu nemus, quod dicitur Aſtoraria, & nemus quercuum, & aliarum arborum, & naſcuntur in ea abietes circa medium dicti nemoris, & eſt infra hos confines, videlicet foſſatum, quod eſt juxta Devam, quod dividit nemus Aſtorariæ a terra, ſeu territorio, vel terris illorum de Monteclaro, eſt ab una parte, ab alia parte deverſus oriente eſt foſſatum Donnici; quod cadit in foſſato Laxoani, a tertia parte currit aqua Laxoani, ſive foſſatum, quod dividit territorium illorum de Saxello a dicto nemore Aſtorariæ, ſicut cadit, & revolvit aqua Jugi Placi uſque in aquam Laxoani deverſus mare eſt Jugum, quod dividit territorium Caſtri Stellæ a dicta Aſtoraria revolvendo uſque in Camolariis deſcendendo per coſtam Schenæ, quæ dividit inter homines Pareti, & illorum de Guaſto uſque ad lacum rotundum aſcendendo per viam, quæ cadit (4) ad Jugum Bellum, & poſtea deſcendendo uſque ad aquam Labeoſæ, quæ dividit territorium illorum de Juſvalla a territorio Pareti revolvendo juxta Aveletam abbatis S. Quintini de Spigno, & ſunt ibi termini dividente dictum territorium Pareti a terra dicti Abbatis, aſcendendo uſque ad coſtam Vignoleti revolvendo inferius usque ad Aquæmarcidæ, quæ cadit in aqua Erri, & infra dictos confines eſt Aveleta (5) in mola rupta, quaſi in medio prædictorum confinium, & eſt quidquid continetur infra dictos confines Domicum, ſeu Gaudum Curiæ Caſtri Pareti, & volvit per circuitum milliaria viginti, & eſt infra dictos confines Caſtrum Delphinum, quod eſt de juriſdictione, & territorio Curiæ Pareti, quia poſt deceſſum D. Delphini Marchionis quondam debebat reverti, & reddi dictum

Digitized by Google

cástrum Delphinum Coriæ, & Dominis Pareti.

Item aliud nemus magnum eſt Donnicum, vel Gaudum caſtri Pareti, ſeu Curiæ, & appellatur Monsurſalis poſitum infra hos confines, ab una parte currit aqua rivi Ambroſii uſque in rivum Franguelli, ab alia parte deverſus occidentem decurrit aqua Franguelli, ab alia parte decurrit aqua Valle uſque in poſſe illorum de Deo, & ipſa aqua dividit dictum nemus a poſſe & territorio illorum de Juſvalla, ſuperius, & ex tranſverſo deverſus montem tenet dictum nemus uſque ad territorium de Juſvalla, & eſt in medio dictorum territoriorum, locus quidam, qui dicitur cavaus Juſvallæ, revolvendo uſque in ruerem bellam, quæ dividit territorium dicti nemoris a territorio Juſvallæ, ſuperius deverſus orientem, eſt via, quæ dividit territorium dicti nemoris a territorio Megivæ, & volvit dictum nemus milliariis duodecim, & tantum currit, & ſunt in eo nemore pro majori parte arbores quercum, & cerrorum, & aliorum arborum.

Infraſcripti ſunt introitus, ſeu reditus, & intratæ Curiæ Pareti, & qua dicta Curia habet, & recipere debet, ut inferius apparet in ſcriptis.

(1) Vaccis. (2) Gamenellis. (3) Corcignanorum. (4) Vacit. (5) Avezeta.

Pedagium Pareti.

In primis Curia Pareti colligi faciet pedagium in ſtrada, quæ vadit juxta caſtrum Pareti, quod pedagium eſt de qualibet beſtia tranſiens in deveniendo verſus mare, vel recedendo verſus Lombardiam, & hoc pedagium accipitur ibi a dicta Curia de beſtiis minutis, videlicet de aſinis, & aliis beſtiis, qui portant granum, ſeu ſalem denarios duos de beſtia.

De ſomis vero, ſeu beſtiis portantibus ſomas olei, aut alterius mercis accipitur apud caſtrum Pareti den. octo de duobus barilibus, den. quatuor pro qualibet barrili, ſi ferret mel in barili, capitur tantumdem de ſoma carrorum, accipitur den. XII., de ſoma caſei den. octo, de canebe ſol. III.

Homines, qui portant ad collum dant ibi pedagium, de pondere piſcium den. II., & tantumdem de omnibus, quæ portantur ad collum, & in iſto pedagio non ſolvunt, ſeu dant homines de Spigno, nec homines de Saxello, nec homines de Ponzono, nec homines de Monteclaro, & tamen ſolet valere dictum pedagium Curiæ Pareti, quando ſtratæ ibant plenins (1) lib. LXXX.

(1) *Forte* melius.

Introitus molendini de Valle.

Item habet dicta Curia introitum molituræ molendini de Valle modia viginti mixturæ, ſeu totius blavæ annuatim, de qua mixtura eſt granum tertium dictæ molituræ, & aliud eſt alterius mixturæ.

De nemore Montisurſalis.

In nomine Domini amen. Cum quæſtiones, & lites oriantur, & plerumque orta fuiſſent, & poſſunt in poſterum exoriri inter Commune Januæ ex una parte, & Dominos Jacobum, & Manuelem, & Thomam Marchiones de Ponzono pro ſe ipſis, & hominibus ſuis de Spigno ex altera occaſione nemoris infraſcripti, quod nemus dicitur nemus Montisurſalis volentes in poſterum ipſæ partes omnem materiam litium, & contentionum de medio tollere, ita inter ſe tranſigerunt, & pacti ſunt D. Gullielmus Baccanigra Capitaneus communis, & populi Januæ nomine, & vice ipſius Communis ex una parte, & dicti D. Jacobus, Manuel & Thomas Marchiones de Ponzono pro ſe ipſis, & hominibus de Spigno ex altera, videlicet ex cauſa tranſactionis ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod dictum nemus cuſtodiatur, & banniatur per homines de Pareto, qui ſunt homines de Pareto, qui ſunt homines communis Januæ, & per homines de Spigno, ſive per camparios electos, & conſtitutos a dictis hominibus de Pareto, vel eorum Caſtellano, & ab hominibus de Spigno, & quod omnia banna, quæ auferuntur ab aliquis perſonis minutis in ipſo nemore contra prohibitionem, & omne id quod exigetur occaſione bannorum ipſius nemoris dividi debeat per medium, videlicet per Commune Januæ, ſeu Caſtellanus Pareti habeat medietatem, & dicti Marchiones per ſe, & hominibus ſuis habeant aliam medietatem acto ad removendas diſcordias inter homines de Pareto, & homines Spigni, quod camparii de Spigno non capiant pignora, ſeu banna ab hominibus de Pareto, ſed commune Januæ teneatur illa facere ſolvi ab hominibus de Pareto, & e converſo camparii de Pareto non capiant pignora, ſive banna ab hominibus de Spigno, ſeu dicti Marchiones teneantur ſolvere, & ſolvi facere dicta banna. Item quod camparii poſſint, & debeant denuntiare eos, quos invenerint in dicto nemore contra prohibitionem ex hominibus ipſorum locorum, & credatur verbo cujuslibet camparii ſine alia probatione, & ſemper ſingulis annis camparii amoventur, & denuo ponentur. Item ex cauſa tranſactionis prædictæ ſtatutum eſt, & ordinatum, quod ſi quo tempore commune Januæ ad opus Communis, & ad ſuas expenſas voluerit facere fieri, vel fabricare galeas, liceat Communi Januæ, & Nuntiis ipſius Communis accipere de lignamine ipſius boſchi, & arboribus, quantum neceſſarium fuerit ad fabricam galearum quinquaginta, ita quod ſcilicet ſine aliqua prohibitione, & ſine aliqua præſtatione commune Januæ quandocumque galeas ad opus communis facere fieri vollet, poſſit boſcare, & boſcari facere in ipſo nemore lignamen ſufficiens uſque in galeas quinquaginta ad ſuam voluntatem, ita tamen quod ſi Commune Januæ boſcari fecerit aliquo tempore lignamen pro galeis quinquaginta, debeat ceſſare ab inciſione nemoris uſque ad annos decem tunc proxime ſubſequentes ad hoc ut nemus poſſit, & valeat pullulare, & poſtmodum ſubſequenter de decem annis poſſit Commune Januæ

Digitized by Google

accipere, & accipi facere, ſi voluerit facere fieri galeas ad opus Communis lignamen ſufficiens ad fabricandum quindecim galearum, & Commune Januæ debeat adjuvare dictos Marchiones, et homines de Spigno, & de Pareto ad nemus prædictum defendendum ab omni perſona, et dare opem conſilium, et auxilium contra omnes perſonas ad tuitionem, & cuſtodiam nemoris prædicti, & dicti Marchiones, et homines ſui debeant dare conſilium, opem, & auxilium pro dicto Communi ad prædictum nemus defendendum, et tuendum. Acto etiam, et expreſſim dicto inter ipsas partes, quod Commune Januæ uſquequo prædicta per dictos Marchiones fuerint obſervata, non poſſit, nec debeat de ipso boſco, vel aliqua parte movere controverſiam, nec e converſo ipſi Marchiones contra Commune Januæ, quouſque per Commune prædicta fuerint obſervata poſſint, nec debeant movere controverſiam contra Commune de ipſo boſco, vel ejus parte, ſed ſemper debeat ipſum nemus ad utilitatem utriuſque partis remanere ſecundum modum, et formam ſuperius traditam; poſſint etiam dicti Marchiones, et homines de Spigno, atque homines de Pareto ex ipſo nemore incidere, et uti, et frui pro eorum uſu, et pro eorum beſtiis, ſicuti uti, et frui conſueverunt. Supradicta omnia, et ſingula promiſerunt ad invicem dictæ Partes inter ſe, ſcilicet dictus D. Capitaneus nomine, et vice dicti Communis, & dicti Marchiones pro ſe, et dictis hominibus ſuis, ut ſupra attendere, et obſervare perpetuo, et in nullo contrafacere ſub poena librarum mille Januæ inter ipſas Partes ad invicem ſtipulantes, et promiſſa, quam petere, et exigere poſſit pars, quæ obſervaret, parti non obſervanti, qua ſoluta, vel etiam non ſoluta ratis exiſtentibus ſupradictis, obligantes propterea bona ſua dicti Marchiones eidem D. Capitaneo pro dicto Communi; et dictus Dominus Capitaneus pro dicto Communi eisdem Marchionibus bona Communis Januæ, quæ obligari poſſunt, præſentia ſcilicet, & futura pro dictis hominibus, et ſingulis obſervandis. Juravit inſuper dictus Thomas Marchio ad Sancta Dei Evangelia prædicta omnia, et ſingula bona fide, et ſine fraude integraliter obſervare, faciens hoc autem Conſilio dicti D. Jacobi Marchionis Curatoris ſui, ut dicunt ambo, & etiam conſilio dictorum Dominorum Jacobi, et Marchionis, quos ad hoc Conſilium appellavit. Cui nemori cohæret ut infra, videlicet ab una parte decurrit aqua Rivi Ambroſii, uſque in Rivum Franguelli; ab alia parte deverſus occidentem decurrit aqua Franguelli, ab alia parte decurrit aqua Vallis uſque in poſſe illorum de Deo; Et ipſa aqua dividit dictam nemus uſque in territorium illorum de Juſvalla, & eſt in medio dictorum territoriorum, locus quidam, qui dicitur Cavaici Juſvallæ revolvendo uſque in Roverem bellam, quæ dividit territorium dicti nemoris a territorio Juſvallæ, ſuperius deverſus orientem eſt via, quæ dividit territorium dicti nemoris a territorio Miogiæ. Actum Januæ in Palatio Opizonis de Fliſco, in quo moratur dictus Capitaneus, anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, indictione IIII., die Veneris, ſecunda Septembris poſt tertiam, præſentibus, & rogatis Teſtibus Gullielmo Bolletto, Henrico Nepicello, Gullielmo Mallonio, e Teſta de Rivarolia, & Petro de Muſſo Notario Curiæ dicti D. Capitanei.

Joannes Henrici de Porta Notarius, ut ſupra extraxi in publicam formam de Cartulario Inſtrumentorum quondam Adæ de Monte Not. de generali mandato DD. Capitaneorum MCCLXXVIIII.

Rolandus de Ricardo Sacri Palatii Notarius hoc exemplum extraxi, & exemplavi a publico exemplo, quod Joannes quondam Henrici de Porta Notarius extraxit de Cartulario Inſtrumentorum quondam Adæ de Monte Not., ſicut in eo vidi, & legi, nil addito, vel diminuto, niſi forte litera, vel ſyllaba, titulo, ſeu puncto abbreviationis cauſa, ſententia non mutata, de mandato tamen D. Vanii de Oſnagio Civitatis Januæ præſentis, præſentibus Teſtibus Joanne Bonihominis, Loyſio Salva Cancellariis Communis Januæ, & Jacobo de Albana Not. milleſimo tricenteſimo primo, Indictione XIII., die vigeſima junii.

De introitu Furni.

De introitu vel dacito furni, qui eſt donnicum Curiæ Pareti habet a qualibet maſuata Pareti pro qualibet cocta panes duos; de uno ſtario habet panſque in libris quinque.

De quibusdam condicionibus Curiæ Pareti.

Item habet dicta Curia Pareti a Caſana de Lanfranchis, qui ſunt unius parentelæ ſol. duos pro conditione annuatim.

Item Anſelmus Brugni dat dictæ Curiæ annuatim pro conditione cujuſdam terræ ſol. tres.

Item Raimondus Balbus dat annuatim dictæ Curiæ pro conditione ſol. duos.

Henricus de Boſelaſca annuatim pro conditione dictæ Curiæ ſol. quatuor.

Poſſe de Muſſis dat annuatim dictæ Curiæ ſol. quatuor.

Joannes de Plana dat annuatim pro conditione dictæ Curiæ ſol duos.

Petrus Bracherius, & Piſanus ejus conſanguineus, & Ubertus Marrivanus dant libram unam ceræ ad Natale Domini annuatim.

Domus de Baliis dat annuatim libram unam ceræ ad Natale Domini.

Domus illorum de Coxano dant annuatim ad Natale Domini libram unam ceræ.

De introitibus terrarum Megivolæ dandis Curiæ Pareti.

Omnes terræ de Megivola dant Curiæ Pareti, & reddunt videlicet omnes, qui laborant in ipſis terris Megivolæ dant, & reddunt Curiæ Pareti novenum omnium, quæ recoligunt, vel recoligi faciunt, ſcilicet de dictis terris præter terras de quatuor Caſanis Pareti, quas terras habent in Megivola ſcilicet poſſe de Guſtiexellis, & poſſe de Sca-

giis, & quartenum unius posse, quod tenent Parasachi, & Lotarii, & id, quod tenent Vice-Comites in Megivola, & dicti Lotarii, & Parasachi non dant dictum de suis possessionibus, quas ibi tenent scilicet de aliis, sed omnes alli, qui laborant, vel laborare faciunt in dictis terris Megivolæ tam illis de Pareto, quam illis de aliis locis dant, & reddunt dictæ Curiæ tam de suis, quam de alienis.

De servitiis ad molendinos faciendis.

Item debent homines de Pareto facere pro dicta Curia in Molinis dictæ Curiæ, suis expensis cluſam, & facere lignamen, vel lignamina, & adducere dictum molendinum, vel molendinum, & facere bealum, & adjuvare ducere lapides, & apparatus ad constructionem faciendam molendinorum.

De incastellando castello.

Item homines Pareti debent castellare castrum Pareti, et si Dominus Castri vellet eum incastellare, debent facere fossatum, & spaldum, & radi, & arripere (1) ipsum castrum, & adjuvare ad murandum ipsum castrum, & castellandum ipsi castro videlicet in festivis diebus facere attractum operis ipsius castri faciendi pro voluntate Domini castri, & in aliis diebus debent divisim per quartam, vel quod videtur Domino operis; et si Dominus castri castellaret, infra castrum debent trahere, & facere lignamen operis, vel opus, sicut exit de bosco; scandulas, quæ fieri debent expensis Domini Castri, & homines dicti propriis expensis trahere eas debent ipsi operi.

(1) Radere & arripare.

De calcinariis faciendis.

Si vero Curia Pareti vellet facere calcinariam; homines prædicti communiter debent trahere, & ducere lapides, & ligna ad calcinariam, & calcem ipsius calcinariæ ducere ad opus castri, ita quod dicta Curia debet facere propriis expensis frangi lapides ipsius calcis faciendæ, & adjuvare ducere arenam in festis ad opus castri.

De ambasciatis faciendis.

Item duæ Casanæ de Pareto, videlicet Casana Falcorum, & Casana de Vexosis debent ire pro dicta Curia, & facere ambasciatas quocumque Domini Curiæ volunt eas mandare, & mittere, expensis Curiæ sub expensis viandæ tantum. Item alia Cassana Pareti, videlicet Cassana de Scagiis debet inquirere annuatim ova & pullos asturum, qui nidificant in nemoribus districtus Pareti, eos pullos assignare si invenerint, quia feudum habet inde.

De maleficiis puniendis.

Item accipit Curia Pareti a deprehenso in perjurio libras tres.

Item accipit dicta Curia ab illis, qui faciunt alios cucubritas de quolibet scagulana libras tres. Si inde querimonia fiat in dicta Curia a fœmina, quæ deprehenditur in tali scelere cucurbitari, accipitur suum patrimonium, vel dotem pro voluntate Curiæ.

Si vero aliquis de Pareto deprehenditur in homicidio, & homicidium facit, debet puniri a dicta Curia in voluntate ipsius Curiæ.

De his, qui moriuntur ab intestato.

Item si aliquis moritur ab intestato, & non habeat filios, vel filias ejus mobiles res remanent dictæ Curiæ, & eas accipiunt Domini castri, & appropriant eas dictæ Curiæ. Si vero fecerit testamentum debet judicare, & dimittere tertiam partem rerum mobilium dictæ Curiæ, si non habet filios; & si non dimitteret tertiam dictæ Curiæ, non esset firmum Testamentum ejus, sed Curia posset capere omnes res Defuncti mobiles, tamquam ab intestato moreretur; si vero frater, vel fratres succedunt ei in rebus mobilibus, si non erant divisi in vita defuncti, scilicet si communiter sua possidebat.

Item per omnia est de mulieribus jurisdictionis Pareti.

De danda annona Curiæ Pareti.

Item dat Commune Pareti, & dare debet Commune Pareti annuatim modia tria speltæ pro annona dictæ Curiæ Pareti, sed quibus homines Pareti solent facere rationem.

Si aliquis de jurisdictione Pareti moveret litem pecuniariam contra aliquem de ejus jurisdictione, solet petere rationem sub Castellanis, qui erant in Pareto pro Marchionibus, & ipsi Castellani accipiebant pro bando cujuslibet litis den. XII., si lis erat a den. XII. etiam usque in libris centum, quia Castellani erant Domini de Brovia, qui erant ibi pro Marchionibus, excepto, quod tres Cassanæ Pareti, videlicet Cassana de Scagiis, & Brulaboschis, & Opizonibus, quæ tres parentelæ non respondent de ratione, nisi Curiæ sub Curia majori Pareti, & si rationem petebant de aliis hominibus Pareti, ipsam petebant, & petunt sub dictis Dominis de Brovia.

De decimis.

Item omnes decimæ omnium guadorum, & totius territorii Pareti sunt prædictæ Curiæ Pareti.

De dritto lignaminis, & guadorum.

Item novenum totius lignaminis, quod fit in dictis guadis est dictæ Curiæ Pareti.

Item omnes boscatores, qui licentiam habent boscandi in dictis guadis dant novenum dictæ Curiæ, exceptis hominibus de Pareto, qui non dant inde dictum si velint ipsum pro suo opere.

Item accipit dicta Curia novenum omnium blavorum, camporum omnium, qui fiunt in dictis gaudis, & nemoribus, de quo novem accipiebant dicti

Digitized by Google

Domini de Brovia, qui erant Caſtellani medietatem ſibi, aliam medietatem accipiebat Curia prædicta.

Item tres Caſſanæ Pareti videlicet Caſſana Opizonum, & Caſſana de Scagiis, & Brulaboschis debent tenere per guerram ſcilicet quælibet Caſſana equum unum, & ducere eum in exercitum, & quando opus eſſet per guerram condicto caſtro Pareti, & e tempore, quo tenent dictos equos pro Curia, non debent dare froodum (1) dictæ Curiæ.

Item ſunt quinque Caſanæ in Pareto, qui dare ſolent quinque equos Dominis de Brovia pro tempore guerræ in ſervitio Curiæ Pareti, videlicet Caſſana de Albertenghis, & Caſſana illorum de Megivola, & Caſſana illorum de Coxano, & Caſſana illorum de Toſcanis, & hoc facere debent pro feudo, quod habuerunt a Dominis, & a Curia Pareti.

Omnes alii, præter prædictos, qui tenent feudum a Curia dicta, debent præſtare, quando eſt neceſſe lectos Curiæ Pareti, quando Curia venit, vel Nuntii Curiæ veniunt, & quandiu morantur in caſtello, vel in loco Pareti, non hoc intellecto de Caſtellano, qui continue habitat in ipſo caſtro.

Item datur Curiæ dictæ pro paſcatico nemorum, & paſcuorum territorii Pareti trentenum beſtiarum, quæ in ejus nemoribus paſcunt, & veniunt ad pacandum.

(1) *Forte* fodrum.

De jure, quod habet Curia Pareti in Megioja.

Item habet Curia dicta in Megioja jus puniendi de homicidio, & cucurbitaria, vel ſcogolaria, & perjurii ſecundum conſuetudinem Pareti: & hoſpitium, quando tranſit inde Curia, & expenſas, & victum, & neceſſaria omnia ſuis expenſis debent dare illi de dicta Megiva dictæ Curiæ.

Item quilibet de dicta villa debet dare Curiæ Pareti annuatim tria opera cum perſona, quæ dicta Curia voluerit cum vianda dictæ Curiæ. Item debent adjuvare ad caſtellandum caſtrum Pareti, quando opus eſt. Item debent dare pro porcaricio dictæ Curiæ annuatim ad Natale Domini libras duas uſque in libris quinque, &c. Januæ ſecundum voluntatem Curiæ, & ad paſca hædos, & agnos, & ova dictæ Curiæ paſcaricis.

Item debent dare faſces triginta fœni Curiæ Pareti annuatim, quod fœnum Curia debet facere adduci de Megioja propriis expenſis Curiæ.

Item debent dare homines de Megioja dictæ Curiæ modia quinque frumenti annuatim, & modia quinque ſpeltæ pro ficto Caſtellariæ, & modia quinque frumenti, & totidem ſpeltæ Bonisvicinis de Spigno, pro Curia Pareti, quia prædicti Bonivicini faciunt, & facere debent fidelitatem dictæ Curiæ Pareti pro dicta dacita, quod feudum prædicti de Spigno tenent, & poſſident.

Item debent prædicti introitus, & dacitæ, ut præſcriptum eſt reddi, & dari dictæ Curiæ Pareti mundæ, & ad ipſam Curiam Pareti portare præter de illis, de quibus ſpeciatim ſuperius dictum eſt.

Item debent hoſpitare Dominos Pareti, & dare eis albergariam, quoties vadunt illuc.

Extracta ſunt ſupraſcripta in proximis decem foliis pergamina præſenti comprehenſa, & exemplata ex libro magno, & antiquo de foliis 476., intitulato Regiſtrum Communis Januæ exiſtente in Archivio Cancellariæ Sereniſſimæ Reipublicæ Genuæ, ſcilicet exemplata in primo, ſecundo, tertio, & quarto folio hujus liberculi, & in quinto primæ faciei ex fol. 282. uſque ad fol. 285. inclusive ejuſdem libri; alia vero exemplata a tergo dicti quinti folii, uſque ad ſeptimum primæ faciei hujus liberculi ex eodem libro magno a fol. 304. a tergo, uſque ad ſequens fol. 305. ipſo comprehenſo. Cætera vero a dicto ſeptimo folio primæ faciei, ubi eſt rubrica, quæ legitur de introitu furni uſque ad præſens folium de dicto libro a foliis prædictis 285. uſque ad fol. 286., ipſo comprehenſo.

Jacobus Ligalupus Cancellarius, & Secretarius prædictæ Reipublicæ.

Floreſtanus Pipe J. U. D. Protonotarius Apoſtolicus, & in Archiepiſcopatu Genuæ Vicarius Generalis, univerſis, & ſingulis fidem facimus, & atteſtamur, qualiter ſupraſcriptus M. Jacobus Ligalupus Cancellarius, & Secretarius Sereniſſimæ Reipublicæ Genuæ, qui ſupraſcripta acta extraxit, & manu propria ſubſcripſit hodie, ante, & de præſenti fuit, & eſt Notarius publicus, auct. ſcilicet legalis, & fidelis de Matricula Venerandi Collegii Notariorum præſentis Civitatis Genuæ, Inſtrumentisque, & Scripturis publicis per eum confectis continue adhibita fuit, & adhibetur plena fides in judicio, & extra. In quorum &c.

Dat. Genuæ in Archiepiſcopali Palatio anno a Nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo die XVIII. Maii.

Locus ſigilli

Horatius Facius Notarius, & Curiæ Archiepiſcopali, Secretarius & Cancellarius.

Extracta fuerunt ſupraſcriptæ manifeſtationes poſſeſſionum, jurium, & introitorum Communitatis Pareti a liberculo autenthico, reperto, & exiſtente in Scripturis hujus Communitatis, qui conſiſtit in fol. undecim per me Notarium infraſcriptum dicti loci, & cum quo liberculo concordat præſens copia.

In quorum fidem &c. Pareti die 8. Septembris 1645.

Petrus Brajerius.

Inveſtitura Gulielmi M. Montisferrati Manfredo M. Salut. de aliquibus terris ex ms. C. Salut. n. 64.

MCCXXIII. 178

Anno Dominicæ incarnationis MCCXXIII. indictione XI. XIV. menſis octobris in caſtro Doliani præſentibus infraſcriptis teſtibus Dominus Gulielmus Marchio Montisferrati fecit inveſtituram in manibus Domini Manfredi Marchionis Salutiarum in recto, & gentili, & honorabili feudo in utroque ſexu de omnibus infraſcriptis caſtris, terris, villis, montibus, & planitiebus ad prædicta caſtra pertinentibus, & de ſuo juvamine ſpecialiter, & de omnibus ſuis juſtitiis, & præcipue de infraſcriptis ca-

ſtris, & pro utroque feudo ipſe Dominus Manfredus fecit fidelitatem, & homagium jam dicto Domino Gulielmo Montisferrati Marchioni nomine ſuo, & fratris ſui Demetrii, ut nobilis Vaſſallus facit Domino ſuo. In qua fidelitate jam dictus Manfredus Marchio promiſit jam dicto Marchioni Domino Gulielmo Montisferrati nomine ſuo, & fratris ſui Demetrii dicta caſtra non vetare, neque loca varita, vel ſcarita, quin ex eis poſſit facere pacem, & guerram quibuſcumque voluerit pro ſuis juſtitiis defendendis, & recuperandis. Nomina locorum ſunt hæc Dolianum, Caldarium, Vignolium, Rocha Sparvera, Rocha Guidonis, tota vallis Sturana, Demons, Vinai, Pellaporcus. Duæ cartulæ factæ ſunt in uno tenore. Nomina teſtium ſunt hæc Dominus Gulielmus Marchio de Buſcha, Dominus Raimundus ejus frater, Dominus Lanfranchus de S. Januario, Dominus Jordanus de Albano, Dominus Gulielmus Siccardus Aſtenſis, Gratapalea Pomacius Aſtenſis, Dominus Gulielmus de Valperga, Dominus Gulielmus de Vineis de Romaniſio.

Pax & concordia inita inter civitatem Aſtenſem, & Dominum Manfredum de Salutio. Ex fragm. lib. Virid. Aſtenſ.

179 MCCXXII.

Anno Domini MCCXXIV. Indic. XII. die lunæ XIV. Kal. junii. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Ad honorem Domini, & B. M. V., & S. Secundi m., & omnium Sanctorum, & ſanctarum, & communis Aſtenſis. Hæc eſt forma pacis, & concordiæ factæ, & tractatæ inter Dominum Paganum de Petra ſancta poteſtatem Aſtenſem nomine communis Aſtenſis ex una parte, & Dominum Mainfredum Marchionem de Salutio ex altera. Petebat enim dictus Poteſtas nomine dicti communis ab ipſo Mainfredo ſuper illis petitionibus, quas dictum commune faciebat caſtrum, & villam Lenqui de Langa cum poſſe, & diſtrictu ejuſdem caſtri, eo quod cum olim prædictum caſtrum teneretur in feudum pro communi, & a communi de Aſte a Domino Henrico Marchione de Sagona filio Domini Henrici Guercii quondam Marchionis, ut adparebat per publicum inſtrumentum factum per manum Jacobi Boviculi Notarii anno Domini MCXCI. indictione IX. die Dominico XII. intrantis maii, & dictus Henricus prædictum caſtrum alienaſſet contra voluntatem communis Aſtenſis, dicebat dictus Poteſtas nomine communis Aſtenſis dictum caſtrum cum poſſe ad dominium communis Aſtenſis perveniſſe, & ipſum Mainfredum ad reſtitutionem dicti caſtri, & poſſe ipſius teneri: item petebat dictus poteſtas nomine & vice communis Aſtenſis a dicto Mainfredo pro XXXIII. annis præteritis (1) libras C. ſecuſinorum ſeu refortiatorum annuatim pro fodro de Salutio, & libras XXV. refortiatorum vel ſecuſinorum annuatim pro fodro Romaniſii, & ſolidos LX. pro fodro Caſtellionis ec. Et cætera require in titulo Marchionis Salutiarum in fol., & eſt in lib. vet. in fol. 14.

(1) *Ex computo horum annorum qui præceſſerunt colligitur primum fœdri colligendi titulum fœderis tabulis antea per fragmenta a me prolatis iniri ac proinde jure meritoque ei appoſitum in libro MS. a quo ea excerpſi, annum MCXCI.*

MCCXXV.

Charta fidelitatis, quam Bonifacius Marchio Montisferrati, & multi alii nobiles præſiterunt D. Johanni electo Taurinenſi. Adeſt in Archivio Archiep. Taurin.

Litteræ Honorii III. Papæ ad Epiſcopos Aſten., & Alben., ut poſſint commutare pœnitentiam injunctam Vilelmo Marchioni de Ceva in aliam donationem Monaſterio de Caſotulis ex Collec. DD. in cauſ. Ferrar.

MCCXXVI.

Venerabilibus fratribus Aſten., & Alben. Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii nobiles viri Wilielmus, & Manuel, & alii filii claræ memoriæ VVilielmi Marchionis de Ceva ſuis nobis literis intimarunt, quod cum F. M. Innocentius PP. Prædeceſſor noſter b. m. Prædeceſſori tui fratri Aſtenſi per ſuas literas mandaviſſet, ut confeſſione dicti Marchionis diligenter audita, ei pœnitentiam injungeret ſalutarem, dictus Epiſcopus eidem injunxerit, ut oſpitale conſtrueret cum capella, ubi unus ſacerdos, & duodecim pauperes poſſint omni tempore ſuſtentari: quod cum idem Marchio facere incœpiſſet, morte præventus opus non perfecit inceptum. Cum autem præfati nobiles, qui patris terram inter ſe ad invicem diviſerunt, de opere hujuſmodi conſumando concordare non poſſent, demum ſaluti animæ dicti Marchionis, & ſuarum conſulere ſatagentes, deliberaverunt annum reditum viginti modiorum frumenti domui de Caſotulis Carthuſienſis ordinis, quæ in loco arido ſita hujuſmodi elemoſina indiget, in recompenſationem ſupradicti operis aſſignare ſupplicantes, ut acceptare hujuſmodi recompenſationem dignaremur. Viſis igitur literis, quas vos ipſi cum nonnullis aliis nobis ſuper hujuſmodi negotio direxiſtis, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad locum perſonaliter accedatis, in quo ipſi nobiles volunt hujuſmodi reditum aſſignare domui ſupradictæ; & ſi videritis, quod domus eadem ex loco ipſo poſſit prædictam quantitatem frumenti percipere annuatim, & ipſi nobiles præfatum reditum ibidem voluerint eidem domui aſſignare, vos, poſtquam ipſi Domini eumdem reditum aſſignaverint, & eidem de illo ſibi perpetuis temporibus pacifice dimittendo ſufficienter caverint per publica inſtrumenta, & alias idoneas cautiones, ipſos a conſtruendo oſpitale prædictum onere abſolvatis, & injungatis ſæpe dictæ domus conventui, ut pro ſalute ipſius Marchionis, & prædictorum filiorum ejus inſiſtant devotis precibus apud Deum.

Digitized by Google

Fœderis tabulæ inter MM. de Ceva, de Guaſto, de Saluciis cum Aſtenſibus adverſus Albenſes, & Alexandrinos. Ex charta penes Gaſp. Sclavum, & ex fragmento lib. virid. civit. Aſten.

182 MCCXXVIII.

Anno Domini MCCXXVIII. indictione I. die ſabati VII. Kal. decembris præſentia infraſcriptorum teſtium. Hæc eſt forma comordie & pacis comunis de Aſt, & Marchiones de Guaſto, & Caſtellanorum, qui in hanc concordiam eſſe voluerunt præſentia ſubſcriptorum teſtium Dominus Otto de Carreto, & Dominus Odonus ejus nepos poteſtas Marchionum de Guaſto ſuo nomine, & nomine omnium Marchionum aliorum de Guaſto, & Dominus Guilelmus Marchio de Ceva, & Dominus Manuel ejus frater ſuo, & fratrum ſuorum nomine, quorum dictus Dominus Guillelmus eſt procurator ſicut conſtat in carta inde facta a Roboaldo de Ceva notario in anno iſto die dominico XV. Intrante novembris, & Dominus Raymondus Marchio de Buſca nomine ſuo, & nomine fratrum ſuorum, & Dominus Gratapalea nomine ſuo, & nomine Domini Henrici de Carreto ſoceri ſui cujus eſt procurator, ſicut continetur in carta inde facta a Guillielmo Notario in anno prædicto die Iovis IX. Kal. decembris, & Dominus Bonifacius de Brozaſco, & Jacobus de Dogliano nuncii Domini Manfredi Marchionis Saluttiarum, & Dominus Jacobus de Bagnaſco, nec non & Dominus Blanchetus de Manzano, & Dominus Petrus de Monteſalcono, & Dominus Guillielmus de Cauralio pro ſe ſe, & aliis ſuis conſortibus omnes prædicti ſuo, & prædictorum nomine volentes venire ad concordiam cum comuni de Aſte promiſerunt Domino Percivallo de Auria Poteſtati Aſtenſis nomine, & vice communis Aſtenſis omnia, quæ inferius denotantur, attendere complere, & obſervare firma tenere, & nullo tempore contravenire per ſe ſe vel per aliquam interpoſitam perſonam. In primis dicti Marchiones, & Caſtellani facient guerram, & facere tenentur guerram communi Alexandriæ, & communi Albæ, & hominibus earum civitatum totis eorum viribus, & de tota eorum terra, & de omnibus eorum hominibus bona fide, & ſine fraude remoto omni malo ingenio, & ex illa guerra non facient pacem, treguam, vel guerram, recreutam, nec poſſam aliquam dabunt vel accipient abſque parabola communis Aſtenſis eis data & conceſſa voluntate omnium credendariorum Aſtenſium, vel majoris partis. Item quod dicti Marchiones, & Caſtellani prohibebunt, & defendent, & defendi, & prohiberi facient hominibus Albæ, & hominibus Alexandriæ, & de eorum poſſe omnes ſtratas, & caminos quos, & quas eis defendere, & prohibere potuerint ſpecialiter per terram ipſorum Marchionum, & Caſtellanorum. Item quod dicti Caſtellani, & Marchiones non ſubſtinebunt ſub aliquo ingenio, quod aliquis eorum homo vel Vaſſallus det vel faciet hominibus Albæ, & Alexandriæ, vel de eorum poſſe aliquod guidonagium per eorum terram, vel per aliquam aliam partem, & quod ipſi Caſtellani, & Marchiones non dabunt, vel facient aliquod guidonagium hominibus Albæ, vel Alexandriæ, vel de eorum poſſe, ſed nec illud fieri ſuſtinebunt ab aliqua perſona, quam prohibere poterint. Item quod dicti Marchiones, & Caſtellani prohibebunt ſuis hominibus dare vel facere aliquam mercandiam hominibus Albæ vel Alexandriæ, vel cum hominibus Albæ, vel Alexandriæ, vel de eorum poſſe, & quod dicti Marchiones, & Caſtellani facient jurare omnes ſuos homines, vel in terram ſuam habitantes bona fide, & ſine fraude, quod ipſi non facient aliquam mercandiam, vel conventum hominibus Albæ, vel Alexandriæ, vel cum hominibus Albæ vel Alexandriæ, vel de eorum poſſe. Item quod dicti Marchiones, & Caſtellani capient, & capi facient, & capi patientur ab omnibus hominibus homines Albæ, & Alexandriæ, & de eorum poſſe in avere & perſona per totam eorum terram, & alibi ubicumque poterint. Item quod dicti Caſtellani & Marchiones non facient aliquam pacem, aliquod pactum, vel aliquam concordiam in modum Citainatici, vel Vaſſallatici vel aliquo alio modo cum communi Alexandriæ vel Albæ vel hominibus eorundem abſque parabola & voluntate communis Aſtenſis eis data, & conceſſa voluntate totius conſilii vel majoris partis. Item quod dicti Marchiones, & Caſtellani habebunt, & tenebunt in eorum terram toto tempore dum guerra duraverit centum milites, cum quibus offendent, & guerram facient ad ignem & ſanguinem hominibus Albæ, & Alexandriæ bona fide, & ſine fraude, & toto eorum poſſe. Item quod dicti Marchiones, & Caſtellani facient exercitum de tota eorum terra bona fide, & ſine fraude ſuper homines Albæ ad voluntatem communis Aſtenſis, in quo exercitu habebunt centum milites, & omnes pedites quos habere poterint bona fide, cavalcatas, & ſuccurſum facient Caſtellani, & Marchiones ſuper Albenſes quotieſcumque neceſſe fuerit communi Aſten., ſi a communi Aſtenſ. per nuntios vel per literas inde fuerint requiſiti. Super homines vero Alexandriæ facient dicti Marchiones, & Caſtellani quatuor cavalcatas in quolibet anno habendo in qualibet earum quinquaginta milites cum equis coopertis ad voluntatem communis Aſtenſis. Item dicti Marchiones, & Caſtellani facient guarnire omnes eorum homines armis competentibus, & facient iurare omnes eorum homines, & homines habitantes in terra ſua facere guerram vivam ad ignem, & ſanguinem & toto eorum poſſe hominibus Albæ, & Alexandriæ, & de eorum poſſe. Item dicti Marchiones, & Caſtellani defendent, & iuvabunt, & manutenebunt commune, & homines de Aſt, & de poſſe Aſtenſi in avere & perſona per totam eorum terram, & alibi ubicunque poterint. Prædicta vero omnes prædicti univerſaliter, & ſingulariter promiſerunt per ſe ſe, & heredes eorum, & ſucceſſores ſuos perpetuo attendere, & obſervare, & complere, & firma tenere, & nullo tempore contravenire. Et ſi quis eorum contra aliquod prædictorum veniret, alii Marchiones, & Caſtellani illis qui contravenerint facient guerram vivam ad ignem & ſanguinem ad totum eorum poſſe, uſquequo de contrafacto ad voluntatem communis Aſtenſis fuerit ſatisfactum. Item iam dicti Dominus Guillelmus de Ceva, & Domi-

nus Manuel eorum nomine, & nomine fratrum suorum fecerunt pacem, & finem, & refutationem remissionem, & absolutionem omnimodam, & pactum de non petendo prædicto Domino Percivalli vice, & nomine comunis Astensis recipienti de omni offensione, & damno, quod vel quam comune Astense vel divisum eis vel eorum hominibus fecissent, vel intulissent tempore alicuius guerræ, ita quod ipsi vel eorum homines de cetero in perpetuum comune Astense vel divisum proinde non possint apellare vel convenire pro aliqua guerra quæ retro fuisset, & de eo omni jure, quod ipsi vel eorum homines habent vel habere visi sunt versus comune Astense vel divisum occasione alicuius pacti, vel conventi, quod vel quem comune Astense hinc retro habuisset cum Domino Guillelmo de Ceva quondam patre dictorum Marchionum. Hoc acto, quod pro eo diceretur vel dici posset a dictis Marchionibus, vel ab aliis pro eis, dictum comune versus eos non fecisset quod facere debuisset, vel quod aliquid contra eos fecisset proinde dictum comune, nec in se vel divisum possit apellari, nec conveniri a prædictis Marchionibus vel ab alio pro eis. Item quod dicti Marchiones de Ceva promiserunt facere, & fieri facere aliis fratribus suis fidelitatem comuni Astensi de locis Montiszemuli, & Miroaldi, & eorum posse, & de loco Castrinovi, vel Palodi ad voluntatem comunis Astensis loco octavæ partis Curtismiliæ.

Promissio Jacobi Britii D. de Montefalcono bellum gerendi adversus Alexand. & Albam ex fragm. lib. virid. Asten.

183 MCCXXXI.

Anno Domini MCCXXVIII. indic. I. die jovis XIV. intrante decemb. coram testibus infrasc. D. Jacobus Britius promisit Domino Percivalli de Auria Potestati Astensi nomine communis Astensis stipulanti, & super Dei Evangelia juravit ab hodie in antea facere vivam guerram ad suum posse, & de suis fortiis, & hominibus comuni Alexandriæ, & comuni Albæ, & diviso, & hominibus eorum terræ, & in personis, & hominibus eos offendere, & stratas, & caminos, & mercata: & universam mercandiam prohibere, & quod non faciet cum eis nec aliquo eorum pacem, vel treguam, vel guersam recreutam, vel posam aliquam, vel pactum, aut concordiam sub aliquo ingenio fine consilio, & voluntate communis Astensis sibi dato voluntate majoris partis credentiæ per campanam congregatæ. Actum in Saviliano in domo Aldi de Alda; testes D. Gulielmus Pilosus, Ruffinus Cappa, D. Ubertus de Gorzano, Ubertus de Cajaluppa, Albertus Cuellus, Rainerius de Troya, Milonus Turellus, & Gulielmus de Donnamandra.

Confirmatio donationis capellæ S. Mariæ ab Adalasia Comitissa factæ priori canonicæ Repellensis an. MLXXV. Manfredi March. Salutiarum ex chart. Ulcien. pag. 89. doc. XC.

MCCXXXI. 184

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXI. ind. IV. XVI. Kal. aug. in claustro S. Mariæ de Repello D. Manfredus Salutiarum Marchio (1) . . hoc privilegium . . . confirmavit . . . ego Thomas sacri Palatii Notarius ec.

(1) *Scilicet hujus nominis III.*

Confirmatio donationis D. Raimondi Marchionis Buschæ ab aliis Marchionibus facta ex Ulcien. chartario pag. 171. n. CCV.

MCCXXXI. 185

Anno Domini MCCXXXI. Indic. IV. V. kal. madii in Saluciis . . Cum Dominus Raymundus Marchio de Busca filius quondam Domini Bellengerii Marchionis de Busca donasset quandam Braidam . . Deo & Ecclesiæ S. Syri, & S. Laurentii vice, & nomine Ecclesiæ Ulcensis in manibus D. Petri Canonici Ulcienfis, & administratoris ejusdem Ecclesiæ, sicut in quod. instrum. facto per manum Vilelmi not. . . . anno Domini MCCXXX. indic. III. in claustro plebis Salutiarum XII. kal. februarii . . . placuit D. VVillelmo Marchione de Busca fratri dicti Domino Raimundi, & Domino Henrico de Busca filio ejusdem Domini Villelmi, & Domino Bellegerio filio quondam Domini Ottonis Boverii Marchionis, ut (*mallem legere ac*) . . . precibus ad majorem cautelam ac securitatem . . . . de omni jure . . quod in ea Braida habeant vel habere poterant aliqua occasione procedente . . . donaverunt, concesserunt, & contulerunt Deo, & dictæ Ecclesiæ in manibus dicti Domini Petri . . promittentes omnes . . . dictam Braidam ab omni persona . . defensuros . . . . jacet autem prædicta Braida in territorio & posse Saluciarum.

Ex hac charta liquet Marchiones Buschæ adhuc in territorio Salutiarum terras possedisse. Sed præstat annotationem, quam huic chartæ subjecerunt clarissimi editores, cum ea quoque hic proferre. A Willelmo quem primum Marchionem de Buschæ ab Ecclesia statuit natum Bellengerium Raimundi in hac charta memorati parentem existimamus; atque ut id facile credamus magnopere nos inducit cl. Joffredi auctoritas in Hist. MS. Alpium Marit. ad an 1184 ubi animadvertit servari in tabulario S. Petri Savilianensis ejus anni documentum, in quo Berengarius, non alius certe a Bellengerio nostro filius Willelmi Marchionis de Busca Abbati Willelmo possessiones aliquot ultro lubenterque gestivit, quas a suis progenitoribus in loco Roxanæ occupatas fuisse fatetur. Confirmat præterea valde multumque sententiam nostram altera S. Mariæ de Stapharda monasterii, quæ apud nos extat, anni MCLXXVI. charta, in qua Marchiones de Saluciis Mainfredus filius quondam Mainfredi, & Balangerius filius quondam Willelmi *de prædicto Monasterio egregie merentur. Quod vero Willelmus se Marchionem Saluciarum inscribat id propterea factum*

eſt quod ejuſdem Marchionatus particeps foret. Pari ratione Manfredus, Ugo, Anſelmus, & Otto Bonifacii filii in pactionibus cum Republica Januenſi initis anno MCXL. ſeſe Marchiones Savonæ inſcribunt, non ſecus ac Manfredus, Henricus, & Otto Bovesius in controverſiis, quas cum eiſdem Januenſibus anno MCLIV. habuere, de quibus vid. Raph. a Turr. Cyrol. log. L. V. 2.

Bulla Innocentii Papæ confirmantis bona Monaſterio S. Steph. Milleſimo ab Henrico Marchione donata ex Coll. DD. in cauſ. Ferra.

1186 MCCXLV.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii S. Stephani de Milleſimo, ejuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis. In primis memoriam religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cuilibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit ſacræ religionis enervet, ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Dei genitricis Virginis glorioſæ, ac ſancti Stephani de Milleſimo Albenſis diœceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communivimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a vobis poſt concilium generale ſuſceptam, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona, idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet; aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, qui vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis exprimenda vocabulis duximus. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones cultas, & incultas, quas nobilis vir Henricus Marchio de Carretto fundator ipſius Monaſterii vobis pia liberalitate donavit, braidam, & pratum Milleſimi, campum de Revelle, caſtaletum poſitum in territorio Rochæ, molendinum, & fullonum de Milleſimo, quod battandarium vulgariter nuncupatur, molendina, & alia jura ad ipſum ſpectantia a lacu Stallonum, & piſcationes in eodem loco uſque ad molendinum de Cereta, quæ molendina homines de Cruce ferrea reficere, ac reparare in propriis expenſis tenentur, & cluſas etiam molendinorum ipſorum, cum fuerit opportunum, annuum reditum quinquaginta librarum Januenſium, & quinque modiorum ſalis in gabella ejuſdem Marchionis de Finario, & decem ſcandalia puri vini in vinea ſua ejuſdem loci, decem librarum Januenſium reditus percipiendo in foro de Cruceferrea annuatim, quinque libras in pedagio Milleſimi, & tres libras ejuſdem monetæ de reditibus ipſius villæ, decem modia frumenti in villa de Novel, & quinque modia in Boſſolaſco, vineam ſitam in territorio Rochæ de Vignali in loco, qui dicitur Mons ſancti Martini, libertatem paſcendi, & gubernandi animalia ipſius Monaſterii in ejuſdem Marchionis diſtrictu abſque exactione aliqua libere, & quiete poteſtatem percipiendi ligna de nemoribus dicti Marchionis, licentiam vendendi, & emendi per totam terram ſuam abſque pedagio, ſeu tributo, & paſcua in nemore Savonenſi pro commune Savonenſi, & in territoriis nobilis viri Comitis Sabaudiæ per eumdem Comitem Monaſterio ipſi conceſſa, prout in inſtrumentis inde confectis dicitur plenius contineri cum pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano in aquis, & molendinis in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas e ſæculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas abſque aliqua contradictione retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere: diſcendentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare, ſive alio modo alienare abſque conſenſu totius capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes, vel alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus Epiſcopis, aut quælibet alia perſona ad ſinodos, vel conventus forenſes vos ire, vel juditio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtra cauſa ordinis celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire præſumat, nec regularem electionem Abbatiſſæ veſtræ impediat, aut de inſtituenda, vel removenda ea, quæ pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis, ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel quolibet Eccleſiaſtico ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere: ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi Sedes Diœceſana Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc impoſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem,

& de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit ab eo benedictionem monialium, vasorum, & vestium, & consecrationis altarium Apostolicæ Sedis auctoritate recipere valeatis. Porro si Episcopi, vel alii Ecclesiarum rectores in Monasterium vestrum, vel personas inhibi constitutas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia, vel obsequia ex caritate præstiterint, vel ad laborandum adjuvarent in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eamdem sententiam protulerint, ipsa tamquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam, duximus irritandam, nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis, & contra indulta Apostolicorum privilegiorum constiterit impetrare. Præterea cum Commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in Monasterio vestro, exclusis excommunicatis, & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna imposterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere, capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates, exemtiones sæcularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indulta, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate; si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris N. J. C. aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. J. C., quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Januæ per manum magistri Marini sacræ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium V. Kal. octobris indict. III. Incarnationis Dominicæ anno MCCXLV. Pontificatus vero domini Innocentii Papæ quarti anno secundo. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Petrus tit. S. Marcelli Presbiter Cardinalis subscripsi. Ego Joannes tit. S. Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis subscripsi. Ego Octavianus tit. S. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Petrus tit. S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Josephus tit. S. Nicolai Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Gulielmus tit. S. Eustachii Diaconus Cardinalis subscripsi. Ego Wilelmus Sabinensis Episcopus subscripsi.

Conventiones tertio, & ultimo initæ inter Rempublicam Genuæ, & Albinganenses, in quibus agitur de damnis a Iacobo de Carreto, & aliis MM. datis ex Cyrol. Raph. a Tur.

MCCLI. 187

In nomine Domini amen. Hæc sunt pacta, & conventiones pacis, & concordiæ firmata ..... inter Commune Januæ ex una parte, & Sindicos ..... communis Albinganensis ex altera ..... Item debeat Commune Januæ dare ..... libras 180. Januæ quibasdam civibus Albinganensibus ..... pro restitutione damni eis dati in diruptione suarum domorum, quæ dirupta fuerunt per Jacobum de Carreto ..... Item de debitis quæ homines Albinganenses, & districtus debent recipere a Jacobo Carreto, & ab aliis Marchionibus, vel forensibus Commune Januæ debit ipsis de Albingana operam, & consilium ..... Actum Veraginis anno Domini Nostri MCCLI. indict. IX. die Ven. XVIII. febr. in Ecclesia S. Ambroxii.

188

MCCLII. *Henricus Marchio Busche, & Manfredus ejus filius testes adfuerunt testamento Salutiis scripto ab Henrico Valderario. Ex libro jurium MM. Salut. contra Duces Sabaudiæ in archivo Ducali. Prænominati vero Marchiones anno MCCLV. sententiam ex compromisso tulerunt inter Salutiarum Civitatem, ac Staphardam ex eodem libro, in quo & alia charta continetur quæ an. MCCLIII. Paonus Marchio Buschæ filius Belangerii vendit Marchioni Salutiarum suam in Ruffia partem.* Aug. ab Eccl. in Collectan. MSS.

Fidelitas Henrici Marchionis de Rupecula, & Montealto ex Collec. DD. in cauf. Rocheta Tanagri.

MCCLVII. 189

Anno Domini MCCLVII., indict. XIV., die jovis XXII. mensis martii dominus Henricus Marchio de Rocheta filius quondam domini Manfredi juravit fidelitatem Communi Asti, ut in isto instrumento continetur in domo illorum de Serda. Testes Raynerius, Bertaldus, Joannes Ferracanus, Jacobus Bertaldus, & Rosinus Mascarus, & est in folio XLI.

Eodem anno, & loco die Sabbati XXIV. martii testes Tomenus Bertaldus, Raynerius Bertaldus, & Jacobus Beltramus. In quorum præsentia dominus Jacobus Marchio de Rocheta fecit fidelitatem domino Gullielmo Caccio potestati Asti, sicut superius continetur, & est in veteri libro in folio XLI.

Divisio inter dominos Marchiones de Ponzono ex charta penes ill. vir. Bosco Regium nunc Pareti Judicem collata cum antiquo apographo. R. A.

190 MCCLVII.

In præsentia testium infrascriptorum, scriptum per futuri temporis memoriam institutum est a me Ansaldo de Veragine Notario cum Alberto Turcha Notario, de eo videlicet, quod in præsentia mei, & testium infrascriptorum actum est, & firmatum est inter dominum Albertum Marchionem de Ponzono, & Bonifacium ejus filium nomine eorum, & Conradi filii ejusdem domini Alberti ex una parte, necnon & dominum Jacobum Marchionem de Ponzono, Jacobinum ejus filium, dominum Emmanuelem Marchionem de Ponzono, & Leonellum ejus filium, & Thomasinum filium domini Henrici Marchionis de Ponzono contra ex altera; supradicti namque Albertus Marchio de Ponzono, & Bonifacius ejus filius nomine eorum, & Conradi filii domini Alberti prædicti per se, & hæredes suos dederunt, tradiderunt, & concesserunt supradictis domino Jacobo, & Jacobino ejus filio, domino Emmanuelli, & Leoni ejus filio, Thomasino filio dicti domini Henrici, eorumque hæredum per se, & suos hæredes nomine divisionis cambii, seu permutationis partem eorum castri, & villæ de Spigno, & de Saxello, scilicet quartam partem cum omni contili, jurisdictione, & districtu, hominibus, domicilibus, seu dominicalibus, fodris, juribus, rationibus, terris, cultis, & incultis, domesticis, & silvestribus, pedagiis, rugariis, avariis Ecclesiarum (1), bannis, vineis, domibus, pratis, molendinis, fidelitatibus hominum, dictis, fictibus. decimis, vassallis, boschis, silvis, pascuis, ripis, piscationibus, aquariis, venarionibus, & cum omni alio jure, & actione realiter, & personaliter, utili, & directo, seu mixto, quod, & quam habent, & habere visi sunt, & eis competunt, & competere possent in tota curia Spigni, & Saxelli, & districtu, videlicet in castro, villa, & hominibus, atque vassallis Mairanæ, Rochetæ, Turpini, Montiscastelli, nihil omnino in eis retento præter mobile ad habendum, tenendum, & possidendum, in perpetuum, & quidquid ipsis domino Jacobo, & filio, domino Emmanuelli, & filio, & Thomasino, atque eorum hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum sine omni contradictione, & in præsentatione prædictorum domini Alberti, Bonifacii, Conradi, atque eorum hæredum, omniumque personarum pro eis, salvo jure communis Aquis; versa vice prædicti dominus Jacobus Marchio de Ponzono, Jacobinus ejus filius, dominus Emmanuel, & Leonellus ejus filius, & Thomasinus per se, & hæredes eorum dederunt, tradiderunt, atque concesserunt supradictis domino Alberto Marchioni, Bonifacio ejus filio, nomine eorum, & Conradi, atque eorum hæredibus per se, & hæredes eorum, partem eorum castri, & villæ de Ponzono, scilicet tres partes, sive tres quarterios, videlicet dominus Jacobus unum quarterium, dominus Emmanuel alium, & Thomasinus reliquum cum omni contili, & jurisdictione, districtu, hominibus, dominationibus, fodris, juribus, rationibus, terris cultis, & incultis, domesticis, & silvestricis, venationibus, sive boschis, silvis, pascuis, boscaliis, aquariis, piscationibus, pedagiis, avariis, angariis Ecclesiarum bannis, vineis, domibus, pratis, molendinis, fidelitatibus hominum præstitis, decimis, vassallis, cum omni alio jure, & actione reali, & personali, utili, & directo, seu mixto, & quod, & quam habent, vel habere visi sunt, vel eis competunt, vel competere possent in tota curia, & districtu Ponzoni, salvo jure Communis Aquis, nihil omnino in se retento propter mobile, quæ castra, villa, scilicet domus, rationem terras, rationis jurisdictionem, & jura, & omnia, & supradicta promiserunt per stipulationem vicissim inter eos per se, & hæredes suos, una pars alteri defendere, auctoritare, & disbrigare, & manutenere ab omni persona, & universitate, & specialiter Thomasinus a fratribus suis, præterquam a Communi Aquis sub pœna dupli de quanto, & quoties contrafactum foret, promittentes sibi ad invicem una pars alteri, & altera alteri restituere, & reficere omnes expensas, & quæstiones, & interesse, quod, & quas facerent aliqua pars occasione prædictorum, vel incurrerent, vel sustinerent, dantes sibi ad invicem una pars alteri potestatem, licentiam, & auctoritatem intrandi in possessionem, vel quasi omnium, & singulorum prædictorum, rerum, & jurium, quandocumque eis placuerit, & ea tenere, & possidere, constituentes se se possidere una pars nomine alterius, & precario quamdiu possederint, vel corporalem habuerint possessionem, vel quasi possessionem. Insuper dominus Albertus Marchio prædictus, & filius ejus Bonifacius nomine prædicto dederunt, & tradiderunt supradictis domino Jacobo, domino Emmanuelli, & Thomasino pro adecomento, seu correspectivo dictorum cambiorum libras sexcentas Astenses, quas prædicti dominus Jacobus, & Emmanuel, & Thomasinus fuerunt confessi habuisse, & recepisse ab eisdem domino Alberto, & filiis, renuntiando exceptioni non numeratæ pecuniæ, & omni alio juri. Inter cetera inter se tales fecerunt conventiones, videlicet quod homines Spigni, & curiæ ipsius, & homines Saxelli, & curiæ ipsius, & homines Veraginis, & curiæ ipsius licite, & sine aliquo impedimento possint, & debeant in perpetuum pascare, & boscare in curia, & territorio Ponzoni more solito, & antiquo excepto in Vecta curiæ Ponzoni, illi vero, cui de ipsa Vecta aliquid emerint, vel emere deberet ab aliquo Marchionum licenter extrahere possent; & homines Ponzoni e contrario possint, & debeant pascare, & boscare more solito, & antiquo in omni territorio, & districtu Spigni, Veraginis, & Saxelli, salvo quod quilibet prædictorum habeant banna jurisdictionis pro banditis, factis a locis more solito, nec aliquis ipsorum dominorum Marchionum, vel homines ipsorum possint, vel debeant in prædictis banditis imponere banna majora, quam consueta sunt. Item voluerunt, quod homines Spigni, Saxelli, Veraginis, & districtuales eorum possint, & debeant ire, & redire, & transitum facere in perpetuum cum rebus eorum per posse jurisdictionis, & districtu Pon-

zoni, non dando vel solvendo aliquod pedagium, vel malamtoltam, excepto lezam; & e contra homines de Ponzono per Spignum, Veraginem, & Saxellum, & districtum, ac jurisdictionem transitum faciant in perpetuum cum rebus eorum non dando, vel solvendo aliquod pedagium, seu malamtoltam excepto lezam. Item convenerunt, & promiserunt sibi ad invicem stipulantes, quod si aliquis homo de Ponzono se obligaverit pro prædictis Domino Jacobo, Domino Manuelli, & eorum filiis, vel Thomasino, seu altero eorum versus aliquam personam de aliquo debito, seu aliquibus debitis, teneantur, & debeant eum, vel eos conservare indemnem, & indemnes, & illis, vel eo solvere; & si homines dicti loci aliquid recipere debent ab ipsis Marchionibus, vel ab aliquo eorum, illud solvat vel solvere teneatur; & e contrario si aliquis homo Spigni vel Saxelli se obbligaverit pro prædictis Domino Alberto, vel filiis versus aliquam personam de aliquo debito, seu de aliquibus debitis, teneatur, & debeat eum, vel eos indemnes conservare & illi, vel illis solvere; & si homines dictorum locorum aliquid recipere debent ab ipso Domino Alberto, vel filiis, illud solvant, & solvere teneantur; & si aliquis homo Saxelli aliquod laborerium fecerit super aliquam terram jurisdictionis Ponzoni, solvat dictum, & decimam more solito Domino Alberto, & filiis, & Marchionibus aliud tenetur facere possit; & e contrario illi de Ponzono in territorio jurisdictionis Saxelli. Quæ omnia, & singula supradicta vicissim promiserunt attendere, complere, & observare bona fide, & in nullo contravenire tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis juraverunt, & non contravenire ratione minoris ætatis, val alia qualibet occasione, vel exceptione sub pœna dupli, & pro prædictis omnibus, & singulis observandis, universa, & singula bona eorum habita, & habenda sibi ad invicem pignori obbligarunt excepto Spignum, renunciando in hoc facto exceptioni doli, & in factum deceptionis duplici, triplici, & in omni alio juri, & legi, seu consuetudini, quo, vel qua ipsi se tueri possent, vel consuetudini, quo, vel qua ipsi se tueri possent, vel contra prædicta venire. Insuper Dominus Jacobus Marchio de Ponzono, prædictus Dominus Emanuel Marchio de Ponzono, & Dominus Bonifacius Marchio de Carretto constituerunt sese pro Thomasino proprios, & principales debitores, observatores in omnem causam, de omnibus, & singulis supradictis promittentes etiam sese ita facturos quod Dominus Thomasinus ratificabit, & approbabit dictum contractum, & omnia supradicta, & singula cum fuerit majoris ætatis infra mensem, postquam fuit inde requisitus, & quod dictus Thomasinus, vel fratres non venient contra prædicta, vel aliquo modo sub pœna dupli æstimationis prædictarum rerum de quanto, & quoties contrafactum foret sub hypoteca, & obligatione omnium bonorum eorum, & juraverunt Dominus Jacobus, & Dominus Emanuel. Quibus omnibus prædictis, & singulis Dominus Jacobus de Carreto Marchio Saonæ Dominorum prædictorum Domini Jacobi, & Thomasini suam interposuit auctoritatem, & decretum cognoscens omnia prædicta, & singula fore ad utilitatem, & commodum Domini Thomasini plura instrumenta ejusdem tenoris inde fieri præceperunt: hoc autem specialiter factum est pro Bonifacio filio prædicti Domini Alberti. Actum in claustro sancti Quintini de Spigno anno nativitatis Domini MCCLVII. indictione XV. die mercurii IV. mensis junii præsentibus testibus Henrico de Rocha, Domino Ainardo Bentio judice, Bosso Notario, Domino Jacobo Grillo Judice, Domino Petro Suardo, Mantredo de Rocha, Salvanio Zoario, Domino Petro Abbate sancti Quintini, Dondo de Veragine, Jacobo Piola, & Manuello Aighino de Supra, & Ansaldo de Varagine Notario vocatis, & rogatis notorie.

Ego Conradus Verdinus quondam Simeonis de Veragine publicus imperiali auctoritate Notarius, ac Scriba Curiæ dicti loci suprascriptum instrumentum receptum per quondam Albertum Turcham Notarium annotatum, & descriptum in volumine conventionum communis dicti loci Veraginis de mandato, & impositione spectabilis Domini Pantaleonis de Pinù locum tenentis Potestatis prædicti loci fideliter extraxi, prout in ipsis inveni, & melius legere scivi, nihil addito vel diminuto, quod mutet sensum, vel variet intellectum, nisi forte puncti, vel silaba, licet per alium scribi fecerim, arduoribus de causis occupatus, ut supra fideliter extraxi, quia in unum concordare inveni, & ut ubilibet plena fides adhibeatur, hic me subscripsi cum appositione soliti signi mei instrumentorum in fidem, ac testimonium omnium præmissorum ad requisitionem, & instantiam Bernardi Macarii de Saxello Sindici, & procuratoris hominum, & universitatis prædicti loci Saxelli asserentis, & jurantis sua dictis nominibus interesse.

Ego Franciscus Argenti quondam Antonii de Veragine publicus ec.

Ego Jacobus de Burgono quondam Domini Juliani de Veragine publicus ec.

Ego Bernardinus Jacherius Antonii de Saxello publicus ec.

Prævium exemplum sic ut supra præscriptum fuit, ego Joannes Voglinus de Ponzono Aquensis diœcesis publicus imperiali auctoritate Notarius de mandato, & licentia Domini Dominici Belluti Castellani, & judicentis loci prædicti mihi datæ ab autentico reperto in scripturis nunc quondam Joannis Perelli Notarii publici loci jam prædicti, scriptoque, seu exemplato in eo ut supra patet per Bernardum Jacherium Notarium loci Saxelli levavi, licet aliena manu, tamen mihi fide digna ab autentico ipsius Bernardi Jacherii de verbo ad verbum, prout in eo stare inveni nihil addicto, neque diminuto, quod sensum mutet, vel intellectum variet, nisi forte puncto, vel fillaba, & facta debita collocatione cum dicto autentico in unum concordare inveni, ideo me subscripsi cum appositione mei soliti signi tabellionatus.

(1) *Forte* avocariis.

Immunitas exactionum conceſſa a Domino Thoma Marchione Salutiarum D. Georgio Marchione Cevæ, & Nano ejus filiis. Ex charta penes Marchionem Ceva de Boſia.

191 MCCLXVIII.

Anno Domini MCCLXVIII. indictione II. die martis XVII. intrantis aprilis in præſentia teſtium infraſcriptorum nobilis vir Dominus Thomas Marchio Salutiarum dedit, & conceſſit Domino Nano Marchioni Cevæ recipienti ſuo nomine, & nomine Domini Georgii Marchionis Cevæ patris ſui, & omnium, & ſingulorum hominum eorum, videlicet ipſe Dominus Georgius Marchio Cevæ, & Dominus Nanus ejus filius, & omnes, & ſinguli eorum hominum, & heredes eorum poſſint, & valeant venire, & redire per poſſe, & territorium Leuchi ipſi, & res, & mercationes eorum ſalvi liberi, & immunes ab omni pedagio, & malatota, & ab omni præſtatione pedagii, & malatotæ, & demum a qualibet alia vexatione ſeu exactione pedagii, & maletotæ, & cujuslibet alterius requiſitionis, & traditionis; talique modo quod prædictus D. Georgius Marchio Cevæ, & Dominus Nanus ejus filius Marchio Cevæ, & omnes, & ſinguli eorum hominum, & heredes eorum per poſſe, & territorium Leuchi vadant, & redeant, & morentur ſalvi liberi, & immunes cum rebus, & mercationibus eorum ab omni petitione pedagii, & malatotæ, & ab omnibus requiſitionibus, & exactionibus eorumdem. Quam conceſſionem, & immunitatem dictus Dominus Thomas Marchio Salutiarum per ſe ſe, & heredes ſuos promiſit, & convenit dicto Domino Nano Marchioni Cevæ ſtipulanti pro ſe, & omnibus, & ſingulis hominibus ejus, & prædicto Domino Georgio patre ſuo, & heredibus eorum habere, & tenere ratam, & firmam, & in nullo contrafacere, vel venire ſub obligatione omnium bonorum ſuorum habitorum, & habendorum. Actum in obſidione Leuchi coram præſentibus teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis D. Oddone de Nuceto, Rufino de Govono, Jacobo Sicco de Doliano, & Oddone Volerio de Caramagnola; & ego Paganinus Baſſus de Ceva imperiali auctoritate Notarius hanc cartam rogatus ſcripſi.

Fidelitas Albertini Marchionis de Rupecula, & Montealto communi Aſtenſi ex Collect. DD. in cauſ. Rocheta Tanagri Tan. ec.

192 MCCLXIX.

Anno Domini MCCLXIX. indictione XII. die lunæ VIII. menſis aprilis in urbe Aſt ſuper voltis de domo coram credentiam per campanam & per miſſum congregata Albertinus de Rochetta, Marchio filius quondam Domini Henrici de Rochetta Marchionis propria manu talem fidelitatem fecit communi de Aſte, de Rupecula, & de Montealto. Juro ego ſuper ſancta Dei Evangelia (formula eadem ac illa ſupra prolata in fidelitate anni MCCX.) Interfuerunt teſtes Petrus Sicardus, Dominus Rogerius Tacconus, Henricus de Septimis, Dominus Ruffinus Guttuerius, Odo Gardinus, Manuel Garrettus, & plures alii. Ego Melanus Grillus Notarius Palatinus his interfui, & hanc cartam juſſu dicti Poteſtatis, & credendariorum ſic ſcripſi, & eſt in veteri fol. CXVII.

Appellatio MM. de Rochetta a quadam ſententia Poteſtatis Aſten. in eos prolata ex Collec. DD. in cauſ. Rochetæ Tanagri.

MCCLXXI. 193

Anno a nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCLXXI. die 2. ſeptembris præſentibus infraſcriptis teſtibus Dominus Thoma de Beccariis, & Dominus Philippo Scarampo, Pagano Marono, & Jacobo Vayrolio de Montaldo, Dominus Henricus Alpherius nomine filiorum Domini Thomæ de Rupecula, & Manuel Sicardus de Maxio Procurator Domini Albertini Marchionis de Rocchetta nomine ipſius in præſentia Domini Galeotti de Lambertinis Poteſtatis Aſtenſis rogaverunt me infraſcriptum Notarium, & mihi eidem præceperunt, quod eis, & cuilibet eorum nomine prædictorum de infraſcriptis condemnationibus factis per prædictam Poteſtatem facerem cartam, quarum tenor talis eſt.

Die Veneris quarto menſis ſeptembris Dominus Galeottus de Lambertinis Poteſtas Aſtenſis conceſſit Albertino Marchioni de Rupecula, quod ipſe poſſit ire apud Rocchettam, & ſtare per octo dies, & in capite octo dierum veniat coram ipſo Poteſtate cum octo hominibus de Montaldo, & cum duodecim hominibus de Rocchetta ſub pœna librarum ducentarum, & Manuel Sicardus de Maxio Procurator dicti Domini Albertini nomine ipſius ex ſupradicto præcepto, ex eo quod præcepit ei, quod veniret cum octo hominibus de Montaldo, & cum duodecim de Rupecula in Aſt ſub pœna librarum ducentum, ſentiens ipſum Albertinum gravatum a prædicto præcepto, & indebite, & ipſi Albertino dictam fuiſſe injuſtitiam, dicit dictam injuſtitiam ſibi fuiſſe per vos dictum Galeotum Poteſtatem Aſtenſem, & prædicto nomine inde poſtulat cognitorem.

Item ſuper condemnationibus infraſcriptis, quarum tenor talis eſt, Albertinus de Rupecula, & fratres, & filii Domini Thomæ pro ſe ſe, & Domini, & Homines Rupeculæ Marchionum, quia debebant præſentare modios tercentum grani, de quo nihil præſentaverunt, ideo Dominus Poteſtas eodem modo, & forma condemnat ipſos Dominos, & Homines in libris centum quinquaginta. Commune, Domini prædicti, & Homines Montiſalti, quia præſentare debebant modios ducentum grani, de quo nihil præſentaverunt, ideo dictus Dominus Poteſtas eodem modo, & forma, ut ſupra, condemnat ipſum commune, Dominos, & Homines in libris centum.

Manuel Sicardus de Maxio Procurator dicti Albertini ſentiens, ipſum Albertinum, & fratres gravatos per vos dictum Galeotum de Lambertinis Poteſtatem Aſtenſem dixit prædicto nomine dictam fuiſſe injuſtitiam eidem Albertino per vos prædictum Dominum Poteſtatem, & prædicto nomine petit cognitorem.

Item Dominus Henricus Alpherius nomine dicto-

rum filiorum Thomæ de Rupecula nepotum ſuorum ſentiens ipſos gravatos, dicit coram ipſo Poteſtate, ipſis filiis Thomæ prædicti dictam fuiſſe injuſtitiam, & prædicto nomine petit cognitorem. Et ego Anſelmus Plura Notarius Palatinus &c.

Inveſtitura Johannis de Rupecula pro ſe, & fratribus ſuis de medietate Rupecula, & Montisalti. Ex actis litis ante R. Cam. Magiſtratum prolatis.

194 MCCLXVII.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, indictione quinta, die Dominico vigeſimo ſexto menſis ſeptembris, præſentia teſtium infraſcriptorum. D. Hoſmundus Salamonus Poteſtas Aſt voluntate, conſilio, & conſenſu credendariorum civitatis Aſt per campanas, & nunc more ſolito congregatorum, & in eorum præſentia inveſtivit Joannem de Rupecula filium D. Thomæ de Rupecula recipientem ſuo nomine, & nomine fratrum ſuorum filiorum dicti Thomæ nomine recti feudi in filios, & in filias tali tenore datus, ut filius, & filia patri, frater, & fratres fratri, & fratribus, nepos, & nepotes patruo ſuccedant in feudum faciendo fidelitatem Communi Aſt, ſicut Vaſſallus facit ſuo Domino, nominatim de medietate pro indiviſo caſtri, & villæ Rupeculæ, & de omni eo, quod Commune de Aſt ibi habeat cum omni honore, & diſtrictum, quem Commune Aſt ibi habet.

Item de medietate caſtri, & villæ Montaldi de omni eo, quod Commune Aſt ibi habet cum omni honore, & diſtrictu, quem Commune Aſt ibi habet tali modo, ut ipſi, & eorum heredes maſculi, & fœminæ medietatem prædictorum duorum caſtrorum, & villarum, & poſſe, & diſtrictu eorum teneant, & poſſideant, jure, & nomine recti feudi a Communi Aſt (*ſequuntur formulæ præcedentes*) ec. Qua inveſtitura ex ſuo, & prædicto nomine facta prædictus Johannes ſuo nomine, & nomine dictorum fratrum ſuorum fecit, & juravit fidelitatem propria manu Poteſtati, & communi Aſt talem, qualem Vaſſallus facit ſuo Domino, & exinde dictus Poteſtas unum, & plura ejuſdem tenoris inſtrumenta mihi Notario fieri præcepit, quorum iſtud eſt Communis Aſt. Actum Aſt ſuper Palatio de Sancto, ubi celebrantur conſilia, præſentibus teſtibus D. Gulielmo Gardino Judice, Franciſco Cacayrano, Jacobo Morando Notario, & Jacobo de Feliciano nunc .. Et ego Thomas Bellonus Notarius Palatinus interfui, & præcepto dicti Poteſtatis, & credendariorum, ſic ſcripſi, & eſt in libro veteri fol. CLVIII.

De fidelitate Johannis de Rupecula pro ſe, & fratribus ſuis de medietate Rupeculæ, & Montaldi.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, indictione quinta, die Dominico XXVI. menſis ſeptembris, præſentia teſtium infraſcriptorum Johannes de Rupecula filius D. Thomæ de Rupecula, ſuo nomine, & nomine fratrum ſuorum in generali conſilio Civitatis Aſt ſuper palatio de Sancto voce preconis, & ſono campanarum more ſolito congregato propria manu talem fidelitatem fecit de Communi Aſt, de medietate Rupeculæ, & Montaldi. Juro ego ad S. Dei Evangelia quodam modo ero fidelis Domino Hoſmondo Salamono Poteſtati Aſt, & Poteſtatibus ec. Actum eſt ſuper Palatio de Sancto, ubi celebrantur conſilia, præſentibus teſtibus D. Gulielmo Gardino Judice, Franciſco Cacayrano, Jacobo Morando Notario, & Jacobo de Feliziano Nuncio; & ego Thomas Bellonus Not. Pal. &c.

Particula induciarum inter Commune Aſtenſe, & Commune Cunei ex ea parte, quæ afficit Marchiones Montisferrati, & Salutiarum. Ex fragm. Lib. Virid. Aſten.

MCCLXXVII. 195

ANno Dom. MCCLXXVII. Indic. V. die Lunæ XIII. menſis ſeptembris in præſentia teſtium infraſcript. D. Fulco Arduynus, & D. Philippus de Gaſtaldo Sindici, & Procuratores Communis, & hominum Cunei .. ex una parte, & DD. Gulielmus de Platea, Henricus Alpherius, Emmanuel Guttuerius, & Girbaudus Bergogninus, quibus conceſſa eſt Baylia generalis a Communi Aſtenſi .. ex altera, fecerunt treguas inter ipſas partes uſque ad decem annos, & ſex menſes .. & nunc continue inviolabiliter obſervandas .. Item quod omnes carcerati, qui detinentur in Provincia per D. Regem prædictum .. et qui ſunt de Civitate Aſtenſi, & de eorum poſſe debeant manulevari omnes una quantitate ſimul, ſcilicet lib. 25. Aſtenſ. ad reviſionem carcerum in fine dictarum treguarum .... Et hoc intelligatur de illis, qui vivi erunt in fine treguarum: ſalvo eo quod duo carcerati Provinciales, quos tenent Guttuarii, cum ſint Marchionis Montisferrati, non intelligantur in præſenti articulo comprehenſi, ſed ſint in ſtatu, quo ſunt alii carcerati Marchionis Montisferrati .... Item actum eſt inter prædictas partes, quod homines Cunei, & Buſcæ, & diſtrictus poſſint godire, & tenere terras, quas habent in poſſe, & diſtrictu Aſtenſi, & illorum qui pro ipſis erunt integraliter, & in terra Marchionis Salutiarum, & terræ ipſius, & diſtrictus Aſtenſis, & de parte ipſorum poſſint, & debeant godire omnes terras, & poſſeſſiones, & bona, quæ habent in Cuneo, & Buſca, & diſtrictu, & poſſe Cunei, & Buſcæ, exceptis caſtris, & fortaliciis, & ſegnoriis, quas nunc tenent & prædicta bona quiſque poſſit tenere, & godire eo modo, & forma, quo, & quæ tenebant ante præſentem guerram, & hoc capitulum locum habeat ſolummodo in illis, qui non ſunt banniti, obſervando tamen in bannitis capitulum ſupradictum: eo addito quod ſi Marchio Salutiarum voluerit, quod banniti de terra ſua poſſint godire bona, quæ habent in terra ipſius Marchionis, banniti Cunei, qui ſunt homines, vel Vaſſalli dicti Marchionis poſſint godire terras, & poſſeſſiones, quas habent in Cuneo, & poſſe Cunei, exceptis fortaliciis ... Prædicta autem omnia, & ſingula prædictæ partes ſibi ... promiſerunt attendere ec. .... infraſcr. ſunt in tregua pro Communi Aſtenſi, Commune Aſtense cum omnibus civibus, & vaſſallis ſuis, & cum tota terra, quam

Digitized by Google

habent, & possident; Commune, & homines Fossani cum tota terra ec. ... Episcopus Astensis cum tota sua familia, & cum tota terra ec. ... Commune, & Episcopus Albensis cum civibus, & vassallis eorundem, qui sunt de parte Astensi cum tota terra ec. .. Commune, & homines Clarasci cum tota terra ec. .. Marchio Salutiarum, & ejus homines, & vassalli cum tota terra ec. .. Commune Saviliani, & Domini Moretæ cum tota terra ec... Locum Baennarum cum tota terra ... Commune, & homines Montisregalis cum tota terra ... Domini Bovesii, & Morocii cum tota terra .. Banniti, & forenses Cunei cum tota terra .. D. Mainfredus de Carreto filii D. Jacobi de Carreto, Marchiones de Ceva, Marchiones de Cravesana, & eorum homines, & Vassalli cum tota terra, quam tenent; Commune Papiæ, & Marchio Montisferrati, si eis placuerit: omnibus Capitulis generaliter, & singulariter remanentibus in sua firmitate. Illi sunt in tregua pro D. Rege Siciliæ: in primis tota terra Provinciæ, quam tenet ultra montes, & cum toto suo Regno Siciliæ, & locus Cunei, & Buschæ cum eorum districtu, & forenses Albæ cum toto eo, quod tenent, & specialiter id quod tenent in loco Cameliani (*forte* Cornelianf) ... Actum in Fossano in Palatio Communis. Interfuerunt D. Philippus Scarampus ec. ... Ego Franciscus de Benego Not. Palat. ec.

Pacta conventa inter Astenses, & Commune Cunei, & Buschæ. Ex fragm. lib. Virid.

196 MCCLXXVII.

ANno D. MCCLXXVII. Indict. V. die Lunæ, XIII. mensis septembris. Hæc est pax facienda inter DD. Gulielmum de Platea ec. ... *uti supra.* Item ordinatum est inter dictas partes, quod de discordiis, & quæstionibus, quas habet, vel habere posset Commune Cunei cum Marchione Salutiarum, & Marchio Salutiarum cum Communi Cunei eligantur duo arbitri per D. Marchionem, & duo per Commune Cunei, qui debeant simul dictas discordias concordare, & quæstiones definire per concordiam, & juris ordinem: & si dicti arbitri non possent convenire, vel se concordare in dictis discordiis, vel quæstionibus de jure terminandis, Commune Astense sit medium in dictis quæstionibus, & discordiis sedandis, & terminandis de jure, cordiam, & sicut dictum Commune d. quæstiones, & discordias sedaverit, & terminaverit, habeatur, & teneatur firmum per dictas partes, eo salvo, quod dictus Marchio, antequam prædicta fiant, absolvatur, et solvere debeat Commune Astense ab omni quæstione, et juramento, quam & quod habet cum Communi Astensi prædicto, quantum ad hoc quod possit juste prædictas discordias concordare, vel de jure terminare, ita quod non teneatur prædictum Commune quantum ad prædicta plus uni quam alteri. Et incontinenti firmata pace infra unum mensem Commune Astense capiat, & teneat in sequestro possessionem loci Centaili, & Castrimagni, & Rocchæ Guidonis, & possessionem dictorum locorum teneat dictum Commune, quousque dictæ quæstiones, & discordiæ fuerint sopitæ. *Adduntur præterea conventiones in superiori charta jam prolata.* Actum in Fossano &c. *uti supra.*

Pacta inter Gulielmum Marchionem Cevæ, & Commune Montisregalis. Ex ms. Car. Salutii fol. 40.

MCCLXXXVIII. 197

ANno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, indictione prima, die Veneris, exeunte januario in pleno consilio Montisregalis dominus Jacobus de Solario Potestas. Hæc sunt pacta, quæ fecit nobilis vir dominus Gulielmus Marchio Cevæ pro se, et heredibus suis, vassallis, et hominibus cum domino Jacopo de Solario Potestate Montis, et cum domino Bresano, et Gulielmo de Bresanis, et cum domino Jacobo de Romanisio Sindico dicti Communis Montisregalis, quibus data est Bailia per consilium generale. Primo promisit dictus dominus Gulielmus Marchio emere in villa Montisregalis unam domum, et quod erit fidelis habitator Montisregalis, promisit solvere fodrum, sicut solvunt alii habitatores. Item promisit pro se, et suis vassallis, et hominibus pro Communi Montis exercitum, et cavalcatas, et alia, quæ faciunt habitatores Montis, quando fuerit requisitus contra alias personas quascumque, salvo contra Marchionem Montisferrati. Item excipit Marchionem Salutiarum sub hac forma, quod si contigerit dictus Marchio, vel ejus homines venire contra locum Montis, vel jurisdictionem, vel homines ipsius paratus est esse ad defensionem, sicut alii habitatores; tamen non teneatur ire ad offendendum dictum Marchionem Salutiarum, nec ejus terram. Item promisit dictus dominus Gulielmus pro se, & heredibus suis, vassallis, & hominibus salvare Commune, & homines Montis bona fide, & prædicta omnia attendere, & observare, & ad S. Dei Evangelia idem dominus Gulielmus Marchio, & ejus filius dominus Fredericus inviolabiliter attendere juraverunt. Versa vice Jacobus de Solario Potestas Montisregalis infrascripta pacta fecit. Primo promisit dictum dominum Gulielmum Marchionem Cevæ tenere, & habere pro bono, & caro habitatore Montis. Item prædicto Domino Gulielmo dare auxilium, consilium, & juvamen contra omnes alias personas, præterquam contra dominum Astensem Episcopum, & Commune Astense. Item excipit dominum Marchionem Montisferrati, & dominum Marchionem Salutiarum, sicut exceptati sunt per dominum Gulielmum. Ita quod Commune Montis facere teneatur contra dictos Marchiones pro domino Gulielmo, sicut dominus Gulielmus tenebitur contra prædictos pro dicto Commune Montis. Nomina vero Decurionum, qui juraverunt pacta, ut supra sunt. Coradus Bresanus, Blancus Bresanus, Gulielmus Bresanus, Obertus Bresanus, Obertus de Bresanis, Sadonicus Veliatius, Bersanus Vegliatius, Gulielmus Vegliatius, Catia Fauzonus, Jacobus Donzellus, Petrus Caudecacius, Petrus de Aynoda, Gulielmus Foscherius, Calcabus Dolius, Gulielmus Buti, Obertus Anella, Gulielmus Roserius, Gulielmus de Lo-

Digitized by Google

ra, Jacobus de Burgo, Guliélmus Dondinus, Jacobus Rogerius, Manfredus Maionus, Petrus Cavallarius, Nicolaus Ruuer, Bonifacius de Bozzolasco, Ogerius de Mororio, Obertus de Turri, Robaudus de Polis, Jacobus Tricolus, Odo Tricolus, Henricus de Aymis, Gulielmus de Aymis, Gulielmus de Follo, Mina Randacius, Jacomotus de Lupicino, Oddo Thomas, Henricus Thomas, Gulielmus Thomas, Petrus Beccaria, Raymondus Bonius, Raffael de Nani, Jacobus Rubeus, Ubertus Dutus, Facius Bonardus, Oddo Malianus, Oddo Cartellus, Johannes Bracha, Hebricus Canmanus, Nicoletus Gramaticus, Brunus Crosettus, Petrus Crosettus, Jacobus Trucus, Bellardus Blanchus, Bonifacius Burgen, Robaldus de Saviliano, Thomas Garatius, Bresanus De-Valle, Coradus Dolius, Petrus Dolius, Arditio Dolius, Obertus Molinarius, Bresanus Pichus, Petrus Azirsius, Nicolaus Zavaratus, Gulielmus Travalius, Henricus Mogliolis, Henricus Bellonus, Thomas Vaschus, Jacobus de Alvisia, Andreas Vascus, Henricus Cavatus, Jacobus Palmeritius, Raimondus Molinarius, & hæc omnia promiserunt ec. attendere, & observare perpetuo ec. sub obligatione omnium bonorum ec., & ego Nicoletus Quever Notarius auctoritate mihi concessa a Consilio generali Montis scripsi, & extraxi.

Pacta inter D. Henricum de Carreto, Marchionem Saonæ, & Commune Astense. Ex fragm. lib. virid. ejusd. Civit.

198 MCCLXXVI.

ANno Domini MCCLXXVII. Indictione. IV. die martis IV. februarii D. Manuel de Nigro Astensis Civitatis Potestas, voluntate, & consensu Dom. Oberti Spinolæ Capitanei Astensis populi, & Rectorum Societatum, & Credendariorum Communis Astensis more solito congregatorum, & scriptorum secundum morem Astensis Capituli, quorum nomina inferius scripta sunt: & ipsi Capitaneus, & Rectores, & Credendarii auctoritate, & consensu dicti Potestatis, nomine, & vice Communis Astensis, & dominus Henricus de Carreto Marchio Sagonæ, & Facius de Salizeto procurator Dom. Conradi de Carreto fratris prædicti d. Henrici, nomine ipsius, cujus Procurator est, ut patet per instrum. factum manu D. Jacobi de Cingio Notarii MCCLXXVI., Indic. IV., die XXI. januarii, ex altera taliter contraxerunt, & gesserunt, inter sese ad invicem convenerunt, & societatem fecerunt, videlicet quod Commune Astense teneatur, & debeat dare dictis Marchionibus fortiam, & virtutem ad recuperandum Novellum suo posse sine aliqua solutione pecuniæ, non obstante aliqua impignoratione, vel venditione, quam fecissent illis de Braida de ipso castro, & non facere pacem, neque treguam, nec recreutam cum Communi Albæ sine voluntate dictorum Marchionum, quousque ipsi recuperaverint dictum castrum, & insuper dictum Commune Astense teneatur dare ipsis Marchionibus auxilium, consilium, favorem ad manutenendum totam terram, & honorem, & jurisdictionem, quæ, & quam habent citra jugum, de quibus sunt saxiti, & investiti. Item actum extitit in præsenti contractu specialiter expressim, quod Commune Asti debeat, & teneatur d. Henrico prædicto dare centum servientes, sive balestrarii sumtibus dicti Communis post festum paschæ proxime venientis per mensem unum, si opus fuerit, & inde dictum Commune per ipsum D. Henricum fuerit requisitum Qui D. Henricus fecit fidelitatem de Novello, & Monclerio, quæ tenebantur, & teneri consueverant in feudum a Communi Astensi. Et dictus Facius nomine dicti Conradi de Saliceto quod similiter a dicto Communi in feudum tenetur, & teneri consuevit, talem qualem fecit, & facere debet vassallus domino suo: & insuper dictus D. Henricus, & dictus Facius nomine dicti Dom. Conradi promiserunt dicto Potestati, nomine, & vice Communis Astensis, tam de dictis feudis, quam de alia terra, quam tenent citra jugum, facere pacem, & guerram ex nunc ad voluntatem Communis Astensis contra inimicos. Communis Astensis, qua guerra incepta dictum Commune Astense non possit facere pacem, treguam, vel guerram, recreutam sine ipsis cum inimicis ipsorum, & specialiter cum Rege Siciliæ, nec ipsi Marchiones cum inimicis Communis Astensis. Item prædictæ partes sibi ad invicem remiserunt omnes offensiones, damna data, injurias illatas, & represalias, & omnem rancorem, & malam voluntatem, quæ inter ipsas partes essent, vel fuissent quacumque occasione usque in præsentem diem. Quæ omnia, & singula dictæ partes ad invicem stipulantes attendere, & observare, complere, & non contravenire promiserunt, renunciantes conditioni sine causa, & ex injusta causa, & exceptioni, & in factum, & omni juri civili, et municipali, & omni alii juri, & beneficio, & exceptioni, seu defensioni, quibus dictæ partes, vel aliqua ipsarum posset venire contra prædicta, vel aliquod prædictorum sub bonorum suorum obligatione, quæ proinde sibi ad invicem pignori oblicaverunt. Insuper dicti Potestas, Capitaneus, Rectores, & Credendarii, omnia, & singula suprascripta tactis sacrosanctis Evangeliis corporaliter juraverunt. Hoc acto quod de prædictis omnibus, & singulis observandis fiat capitulum speciale, super quo jurent potestas, & Rectores Civitatis Astensis per tempora existentes, quod capitulum de breviis Communis Astensis cancellari non possit, amoveri, vel evacuari, & si aliquo casu esset cancellatum, amotum, vel evacuatum semper pro appositio habeatur. ita quod præsens instrumentum observetur, ut capitulum speciale. Eodem modo dicti DD. Henricus, & Facius procurator D. Conradi juraverunt corporaliter tacto libro, ec. Item juraverunt observare citaynaticum, & omnia, & singula, quæ in dicto citaynatico continentur, & nomine ipsius Conradi, & in anima ipsius. Nomina autem Credendariorum sunt hæc: Petrus Ypolitus - Jacobus Cacayramus - Bertholdus Augustus - Dominus de Antiniano - Thomas de Solario - D. Johannes de Ripa - D. Thomas Cazo - Guala Mignanus - Girbaldus Bergogninus - D. Jordanus de Ralvengo - Raymundus de Solario - Franciscus Pelletta - Benedictus Qtti-

Digitized by Google

nus - Gualla Ottinus - Rotte Layolius - Robaldus Malabayla - Marcus Saraceus - Bellancius Monacus - Berandus de Solario - Jacobus Pallidus Pitafaba - Rufinus Ypolitus - Gulielmus Testa - Meylanus de Solario - Aleramus Bergogninus - Georgius Bergogninus - Bartholomeus Cano - Manuel Palsavinus - Ubertus Deatus - Gandulphus de Gorzano - Obertus Cacayranus - Dominicus Pelletta - Philippinus Bergogninus - Henricus Alpherius - Henricus Pelletta - Daniel Pallidus - Vidaldus Pallidus - Berardus de Montemagno - Bertholinus de Ulmo - Jacobinus Bulla - Petrus Beccarius - Manuel Mignanus - Henricus de Solario - Obertinus Ottinus - Mainfredus Pallidus - Gulielmus Gardinus - Henricus de Solario Domini Donioti - Baldraccus Pelleta - Pelletta de Pellettis - Conradus Malabayla - Johannes Ypolitus - Joanninus Garettus - Bertholdus de Solario - Oggerius de Solario - Jacobinus Gardinus, Mainfredus Mignanus - Petrinus Mignanus - Facinus de Solario - Bonus Johannes Abellonus - Loysius de Solario - Obertus de Solario - Ermanus de Corno - Raynerius Mignanus - Centrei Hrazatus - Henricus de Septimis - Rogerius de Curia - Pastria Beccarius - Thomaynus Alamannus - Bonifacius Allionus - D. Drochus Pallidus - Johan. Pelletta - Thomas de Montevetulo - Layus Testa - Gulielmus Allionus - Mainfredus Pelletta - D. Emmanuel Guttuerius - Gulielmus de Platea - Girbaldus Pelletta - D. Gorzanus Layolius - Thomas de Antignano - Albertus Maruchus - Raymundus Asinarius - Oddo Bovetus - Thomas Asinarius - Thomas Garettus - Florius Garettus - Petrus Monacus - Gulielmus Barachus - Mucius de Arpezano - Jacobus Culerius - Conradus Laurentius - Ghignonus Mazochus - Rotti Gortesius - Leo Alferius - Ardicio Marronus - Mitre Dives - Cenueta Garettus - Petrinus de Gualfenaria - Robaudus Ottinus - Emmanuel de Antignano - Robertus Bertaudus - Gulielmus de Clara - Henricus de Platea - Georgius Villanotus - Alexander Rube - Gulielmus Brunus - Philippus Pedagerius - Thomas Caudera - Andreas Barracus - Magister Ugonus - Henricus de Quarto - Bertoldus Fabernarius - Astesanus Penazius - Fredericus Ypolitus - Petrinus Mazinellus - Johannes de Solario - Ruffinus Marronus - Obertus Asinarius - Jacobus de Beccariis - Johannes de Cazalupa - Oseu Pierettus - Emmanuel Situlatius - Rubeus Bertaldus - Raymundus Garettus - Sordellus Pallidus - Albasius Layolius - Meylanus Asinarius - Berardonus de S. Johanne - Bartholommeus Arraneaboscus - Fulchettus Asinarius - Paganus Alionus - Petrus Pennacius - Beltramus de Comentina - Duniotus Garettus - Jacobus Silranus - Antonius Aycudengus - Rubeus Gavensanus - Thomaynus Carezolius. Actum est super voltis de Dom, ubi consilia celebrantur. Testes Thomas Bellonus, Rollinus de Cumigiano, Santerius Gaudetta, Boccono-tus Præco, & nuncius Communis, & Obertinus de Solario; et inde dicti Potestas, Capitaneus, & Rectores, et Credendarii mihi Notario unum instrumentum, & plura ec. Et ego Jacobus Malbechus Not. Palat. interfui, & jussu ipsius Potestatis sic scripsi, & est in lib. vet. fol. 147.

Fidelitas Pagani M. de Rochetta fil. Henrici Ex collect. DD. in cans. Rochetta Tanagri.

MCCXCI. 199

ANno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die Martis, decima tertia mensis martii in præsentia testium infrascriptorum, cum dominus Paganus filius, et heres D. Henrici Marchionis de Rochetta peteret in generali consilio Civitatis Ast more solito super voltis de Domo per campanam, & nuncios congregato a D. Henrico de Sagantinis Potestate Ast, et ab ipso consilio universo nomine, & vice Communis Ast investituram de omni, & toto eo, de quo prædictus d. Henricus, & ejus antecessores fuerant investiti, & de illa terra, & omni eo, quod consueverat prædictus d. Henricus, & ejus antecessores tenere in feudum a Communi Ast offerens se paratum facere, & jurare fidelitatem Potestati, & consilio supradictorum nomine, & vice Communis jam dicti. Ecce quod prædictus Dom. Henricus de Sagantinis Potestas Ast cum voluntate, consilio, & consensu D. Alberti Consalonerii Capitanei populi civitatis Ast, & Rectorum societatis Baroniæ militum, & credendariorum utriusque credentiæ more solito congregatorum in loco prædicto, nomine, & vice Communis Ast prædicti per baculum, quem in manu tenebat, investivit prædictum D. Paganum filium, & heredem prædicti D. Henrici Marchionis Rochettæ in rectum, & generale feudum avitum paternum in filios, & filias de omni, & toto eo, de quo prædictus D. Henricus pater ejus, et ejus antecessores fuerunt investiti a Communi Ast, vel nomine Communis Ast, & de omni, & tota eo, quod ipse dominus Henricus tenere consuevit in feudum a Communi Ast prædicto, tali modo facta dicta investitura prædicto domino Pagano, quod ipse de cetero prædictum feudum habeat, & ipsum teneat modo, & forma, quo, & qua prædictus dominus Henricus pater ejus ipsum habuit, & habere, & tenere consuevit, ita quod exinde dicto Communi faciat quidquid prædictus D. Henricus pater ipsius, & ejus antecessores facere tenebantur, seu facere consueverunt eidem Communi Ast occasione feudi prælibati. Qua quidem investitura facta, & in continenti post ipsam investituram prædictus D. Paganus fecit, & juravit prædicto D. Henrico de Sagantinis Potestati Ast, nomine, & vice Communis Ast prædicti recipienti fidelitatem in forma ecc. (*eadem fere, ac illa in doc. ad ann. MCCX. antea prolata.*) Et inde instrumentum, & plura unius, & ejusdem tenoris prædictæ partes fieri voluerunt, quorum illud est pro dicto Communi. Actum est super Palatio de Domo, ubi consilia celebrantur, testes D. Gulielmus Gardinus Judex, D. Henricus Petia Judex, Franciscus Cacheranus, Gulielmus de Gregorio, Ogerius Pedagerius, & Philippus de Platea; & ego Gulielmus Novellus Notarius Palatinus prædictum instrumentum abbreviatum per Thomam de Alfiano Notarium jussu ipsius scripsi, & signum meum opposui, & est in libro veteri in fol. CC.

by Google

Teſtamentum D. Thomæ M. Salutiar. ex ms. C. Salut. n. 71.

200 MCCXCIV.

Anno Domini MCCXCIV. indictione duodecima, die Dominico, decimaſeptima die menſis octobris. In camera Illuſtriſſimi domini Thomæ Marchionis Salutiarum, quam habet in Monaſterio ſororum Ordinis Fratrum Prædicatorum de Revello, præſentibus fratre Roberto Favonia de Cuneo, Manfredo Ruela de Ordine Prædicatorum, DD. Robaudo de Braida, Antonio de Romagnano, Barnabo de Bonifaciis, Manfredo Rogerio, & D. D. Gulielmo Provana, & Antonio de Cugiis judicibus teſtibus &c. Illuſtriſſimus Dominus Thomas Marchio Salutiarum, conditionem humanam, caducam &c. attendens &c. corpore ſanus, & mente &c. nuncupativum teſtamentum facere procuravit &c. In primis diſpoſuit &c. in remedium animæ ſuæ libras mille Viennenſes diſpenſandas per dominum Epiſcopum Taurinenſem, Priorem Prædicatorum Saviliani, Guardianum fratrum Minorum de Cuneo &c Item elegit ſepulturam ſuam in Monaſterio S. Mariæ de Staffarda. Item voluit &c. ubicunque contigerit ſepelliri, cor ſuum ponatur, & ſepeliatur in monumento Dominæ Alaſiæ quondam Marchioniſſæ Salutiarum conſortis ſuæ in Monaſterio S. Mariæ de Revello. Primo legavit dicto Monaſterio de Staffarda libras ducentas Viennenſes &c. Item Monaſterio de Caſanova &c. Item Fratribus Prædicatoribus de Saviliano &c. Item Fratribus minoribus de Cuneo &c. Item Minoribus de Pinerolio &c. Item Minoribus de Moncalerio &c. Item Minoribus de Alba &c. Item Minoribus de Cherio &c. Item Prædicatoribus de Cherio &c. Item Minoribus de Montevico &c. Item Minoribus Cevæ &c. Item Minoribus de Cortemilia &c. Item Minoribus de Taurino &c. Item Prædicatoribus de Taurino &c. Item Monaſterio S. Dalmatii de Burgo &c. Item Monaſterio S. Conſtantii &c. Item Fratribus de Vallepeſii &c. Item Monaſterio de Rivofrigido &c. Item Dominabus S. Antonii prope Dragonerium &c. Item cuilibet Eccleſiæ ſui Marchionatus &c. Item cuilibet Sacerdoti &c. Item Hoſpitali S. Johannis Cunei &c. Ad omnia ſupraſcripta &c. executoribus conceſſit auctoritatem tenendi pignoris loco villam Scarnafixii, S. Frontis, Paeſanæ, Cunei, Verzoli, Melli, & partem, quam habet in caſtro Mantæ cum omnibus juribus &c. Prædicta exequendo donec &c. fuerunt pleniſſime adimpleta &c. Quibus adimpletis prædicta caſtra, & villæ &c. perveniant ad ipſius Teſtatoris heredem univerſalem &c. Item filium ſuum Philippum in centum marchas argenti heredem ſibi inſtituit, & juſſit eum prædictæ inſtitutionis eſſe tacitum, & contentum &c. Item filium ſuum Joannem in centum marchas argenti &c Item Bonifacium &c. Item Georgium &c. Item Elionoram filiam ſuam &c. Item filios dominæ Alaſiæ filiæ ſuæ &c. Item filiam ſuam Beatricem &c. Item filiam ſuam ſororem Conſtantiam &c. Item filiam ſuam ſororem Margaritam &c. Item filiam ſuam ſororem Alianam &c. Item filiam ſuam Catherinam &c. Item filiam ſuam Alviſiam &c. Item filiam ſuam Jolam &c. Et omnes ſupraſcriptos hæredes voluit &c. eſſe contentos &c. Inſuper volens dominus Teſtator Marchionatum Salutiarum ſtatum bonum, & debitum conſequi, & jugiter, prout poſſibile eſt, illæſum, illibatum ſervare cum etiam in toto Marchionatu conſuetudine longiſſima tanti temporis, cui contraria non ſtat memoria, unus ſolus Marchio, & dominus dicti Marchionatus præfuerit, & præeſſe rationabiliter conſueverit, inſtituit ſibi Manfredum ſuum primogenitum in caſtro, & villa Revelli &c. Martignanæ, S. Frontis, Criſoli, & Oncini, & in tota valle Padi, & in caſtris, & villis Carmagnoliæ, & Raconiſii, & in caſtro, & villa Caramagnæ, & in caſtris, & villis Salutiarum &c. Alpeaſchi, Melli &c. in Ponte, & mandamento &c., & tota valle Veraitæ cum territoriis &c. mero mixto imperio juriſdictione omnimoda ordinaria, & extraordinaria, & cum omni jure &c., & generaliter in univerſo Marchionatu ſuo, & terris, caſtris, villis &c. dicti Marchionis, & in omnibus, & ſingulis bonis ſuis ipſum Manfredum ſuum heredem univerſalem eſſe voluit. Mandans omnibus ſuis vaſſallis &c. ſubditis &c. dicto Manfredo tamquam vero Marchioni &c. obedire debeant. Inſuper &c. voluit dictus teſtator pro bono &c. dicti Marchionatus, & ut ipſius ſtatus jugiter conſervetur illæſus, quod ſi de legatis prædictis filiis ſuis Johanni, Philippo, Bonifacio, & Georgio, vel aliis ſuis heredibus nollent eſſe contenti &c., & vellent agere ad legitimæ complementum, dictæ legitimæ complementum non habeant, nec habere poſſint in caſtris, villis ſuperius expreſſis &c., ſed ipſum ſuplementum præcipiant ſolummodo in alia terra &c., & villis &c. non nominatis &c. Hanc autem prædictus teſtator ſuam ultimam eſſe voluit voluntatem &c. caſſando &c. omnia alia teſtamenta &c. Et inde mihi Notario juſſa ſunt unum, vel plura inſtrumenta facere &c. & ego Antonius Rogeri Notarius ſacri Palatii his interfui.

Procuratio Communis Enviarum ad faciendam fidelitatem Manfredo fil. Thomæ M. Salut. ex eod. ms. n. 71.

MCCXCVI. 201

Anno Domini MCCXCVI. Indictione decimaquarta, die ſeptima intrantis Junii in Enviis ſub porticu Eccleſiæ dicti loci, præſentibus domino Fenoglio Capellano dictæ Eccleſiæ, Nicoleto filio domini Petri Garbaudi de Revello teſtibus &c Jacobus &c. Gaſtaudus in Enviis pro Illuſtriſſimo domino Thoma Marchione Salutiarum, & domino Cunei una cum majore parte hominum dicti loci per decanum, & per campanam more ſolito congregatorum &c. conſenſu, & voluntate quorum ec. fecerunt &c. Tuſignum &c. præſentem, & mandatum ſuſcipientem &c. Procuratorem &c. ad faciendam fidelitatem &c. Manfredo filio dom. Thomæ Marchionis Salutiarum, & domini Cunei &c. dantes &c. promittentes &c., nomina vero homi-

Digitized by Google

num &c. sunt hæc &c. Et ego Petrus Bocha Notarius rogatus his interfui &c.

Donatio D. Johannis de Saint. Manfredo fratri M.. Ex ms. eod.

202 MCCXCVII.

Anno MCCXCVII. ind. X. XVII. febr. in loco Centalli præsentibus ec. Ill. vir. D. Joannes de Salutiis filius D. Thomæ quondam Marchionis Salutiarum ec. considerans fraternalem dilectionem, quam gerit erga Ill. virum D. Manfredum Marchionem Salutiarum fratrem suum, fecit eidem ec. donationem ec. de omnibus juribus ec. occasione hereditatis patris, & matris ec., & ego Jacobus Rambertus Notar. hanc cartam ec.

Investitura data a Communi Asten. D. Nano M. Cevæ de acquisitis a Vilelmo M. Cevæ aliisque DD. Scagnelli. Ex charta penes March. Ceva de Bosia.

203 MCCXCIX.

Anno domini MCCXCIX. indictione duodecima, die Mercurii, quarto mensis februarii, actum est in pleno, & generali consilio Civitatis Astensis congregato sub voltis de Domo, ubi consilia celebrantur, interfuerunt ibi testes Jordanus de Platea Notarius, Gullielmus Conatus Notarius, Petrus Laurentius Notarius, Rolandus Ricardus Notarius, & Boconotus Præco Communis Astensis. Quorum præsentia cum dominus Nanus Marchio Cevæ vendidisset Communi Astensi castrum, & villam Cevæ cum pertinentiis, & alia castra, villas, & loca cum pertinentiis, & de prædictis eidem, seu alii, vel aliis investitura facta esset in nobile feudum per Commune prædictum, & de prædictis ipse, & alii in instrumento nominati jurassent, & feciss.nt fidelitatem Communi Astensi, prout prædicta plenius, & perfectius continetur in publicis instrumentis de prædictis factis, & compositis, primum quorum factum fuit per Ghilinum de Gregorio Notarium in anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, indictione nona Sabbathi vigesima secunda mensis octobris. Secundum vero factum fuit per eundem Notarium eadem die, & loco. Tertium factum fuit per eundem Notarium eodem anno, & indictione, die lunæ vigesima prima mensis novembris. Quartum factum fuit per eundem Notarium, anno, indictione, et die proxime dictis. Et in prædictis contractibus, seu aliquo, vel aliquibus eorundem actum, et ordinatum fuisset pacto solemni stipulatione vallato, quod terram, & jura, quæ quocumque modo acquireret dictus dominus Nanus in Marchionatu Cevæ, et in tota contrata illa, et Albensis Diœcesis esset feudum, et eam, et ea teneret in feudum a Communi Astensi, sicut tenet in feudum supradicta a dicto Communi, et secundum quod continetur in instrumentis prædictis, & quolibet eorumdem, & Gerbaldus Cepulla Procurator dicti domini Nani nomine ipsius, de cujus procura patet per instrumentum factum per Antonium Ferrarium Notarium in anno Domini millesimo decentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die Dominico primo februarii acquisivisset titulo emptionis a Domino Gullielmo Marchione Cevæ, Leone, & Oberto de Scagnello, et fratribus suis nominibus, & nomine Johannis Gullielmi, et Francisci fratrum suorum, et cum filiis dicti Gullielmi de Ceva, et prædictis de Scagnello, et conventionem feciss.et, quibus ipsi eorum terram in instrumentis inde confectis descriptam tenere debent in feudum a dicto domino Nano prout in instrumentis inde factis plenius continetur. Ecce quod idem Gribaldus nomine dicti domini Nani, et pro ipso, et filiis suis, et heredibus ejusdem volens agnoscere bonam fidem, et Communi Astensi facere, quod dictus dominus Nanus, seu alius pro eo convenit, et promisit, ut supra, abundantiori cautela factis donationibus in dominum Henricum de Sorexina judicem, et Vicarium domini Raynaldi Spinolæ Potestatis Astensis pleno, et generali consilio Civitatis Astensis, nomine, et vice ipsius Communis Astensis, et in ipsum Commune puris, meris, et irrevocabilibus inter vivos donationibus, quorum aliqua non excedat modum legitimum juris, infra quem fieri potest sine insinuatione donatio, tamquam in benemeritum, et cui Communi Astensi ipse tenetur ad omnia merita gratiarum, et servitiorum exhibitiones pro servitiis a dicto Communi habitis, et receptis primo, et principaliter, et deinde de prædictis acquisitis a prædicto domino Gullielmo, Leone de Scagnello, et fratribus investitura recepta solemniter in rectum, nobile, et gentile feudum tamquam paternum, avitum, et proavitum, et secundum quod aliud feudum, seu terræ tenet a Communi Astense a dicto domino Hentico de Sorexina Judice, et Vicario dicti Potestatis, voluntate, et consensu Consilii prædicti, et ab ipso consilio cum auctoritate, et decreto ipsius Judicis, & Vicarii ipse Gerbaldus procuratorio nomine dicti domini Nani, et filiis, et heredibus suis fecit, et juravit de dicto feudo, et feudis, et prædictis omnibus, et singulis, quod prædicti filii dicti Gulielmi, Leo de Scagnello, et fratres tenent, et tenere debent in feudum a dicto domino Nano, et ut prædictum est de jure, et pro jure dicti feudi fidelitatem dicto Judici, et Vicario prædicti Potestatis, nomine, et vice Communis Astensis de prædictis tamquam nobilis, et gentilis Vassallus, et tamquam de feudo paterno avito, et proavito, et sicut aliam terram suam tenet in feudum a Communi Astense prædicto, et etiam de tota alia sua terra, et promisit, et juravit idem Gribaldus dicto nomine prædicto Judici, et Vicario, nomine Communis Astensis prædicti ipsum Commune, et Judicem, et Vicarium nomine dicti Communis, et ipsum Commune personas, et res jura eorum bona fide defendere, et manutenere contra omnes, et quascumque personas, salvis Astensibus, et Albensibus Ecclesiis in suis, et de suis feudis, et non esse in loco . . . . . ubi prædicti aliquo tempore, vel modo amittant vitam, vel membrum, terram, honorem, vel jurisdictionem, vel capiantur mala captione, et hæc defendere, si poterit suo posse bona fide, et si non poterit hoc pan-

dere, et manifestare prædicto Communi, ut citius poterit. Item credencias ei injunctas tenere, et consilium bona fide eidem dare, et generaliter omnia alia, et singula facere, attendere, et observare, quæ in fidelitatis nobilis, antiqui, aviti, et proaviti forma, et continentia continentur, et inclauduntur, et omnia eo modo, et forma, quibus tenentur dicto Communi de alio feudo supradicto, quod idem D. Nanus a Communi Astense tenet secundum quod in prædictis instrumentis per omnia continetur. Et pro prædictis omnibus, et singulis attendendis, et observandis dictus Gerbaldus nomine dicti Nani omnia sua bona dicto Judici, & Vicario, nomine Communis Astensis pignori obbligavit. Insuper cum actum esset in instrumentis supra primo notatis, quod prædictus Nanus, et etiam prædictus Georgius ejus filius ratificarent, & approbarent venditiones, & infeudationes in ipsis instrumentis contentas, & omnia, & singula, quæ in ipsis instrumentis continentur ec. Franciscus Morandus Civis Astensis Notarius Palatinus de prædictis instrumentum recepit. Ego Johannes de Solario de Govono civis Astensis publicus, Apostolica, et Imperialibus auctoritatibus Notarius suprascriptum exemplum instrumenti supradescripti de libro Communis Astensis, in quo feuda, jura, et honorantiæ Communis Astensis sunt descripta, de Malabaylis vulgariter nuncupato, extraxi, exemplavi, et facta diligenti collatione de præsenti copia cum libro prædicto una cum magistro Johanne Sicardo, et Petro Colini Notariis publicis hic manu propria me subscripsi, & signum meum appposui consuetum in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

Remissio injuriarum inter D. Gulielmum M. Cevæ, & ejus filios, & D. Nanum. Ex chart. penes M. Ceva de Bosia.

204 MCCXCIX.

Anno ejusdem salutiferæ Nativitatis MCCXCIX. indic. XII. die Mercurii, quarto mensis februarii actum Ast in pleno, & generali consilio Civitatis Astensis congregato sub voltis de Domo, ubi consilia celebrantur, ac. *interfuerunt ibi iidem, ac in præcedenti nominati* . . . Quorum præsentia nobilis vir D. Gullielmus Marchio Cevæ, & Fredericus ejus filius suo nomine, & nomine Josephi Manuelis, & Aymerici fratrum suorum filiorum dicti Gullielmi, quorum Josephi, et Aymerici dictus Fredericus Procurator est, ut patet per duo instrumenta facta per Henricum de Ulma in anno Domini MCCXCVII. indict. XI., unum die XV. mensis.... et aliud die XVI. ejusdem mensis cum voluntate, & consensu ipsius D. Gullielmi ex una parte, et Gerbaldus Cepula Procurator nobilis viri D. Nani Marchionis Cevæ specialiter ad infrascripta, & generaliter ad omnia mandatum habens, ut patet per publicum instrumentum factum per Antonium Ferrarium Notarium in anno Domini MCCXCIX., indic. XII., die Dominico, primo februarii, nomine ipsius D. Nani, & Georgius ejus filius pro se, & Gulielmo fratre suo filio ejusdem D Nani ex altera. Volentes attendere, et observare arbitralem sententiam latam per Dominos Henricum Pelletam, & Roffinum Alferium anno D. MCCXCVIII. indic. XI., die ..... mensis decembris sua spontanea voluntate, non vi, non dolo coacti fecerunt sibi ad invicem, & inter se, tam per se, quam per hæredes suos, & habentes causam ab eis plenam pacem, finem, quittationem, remissionem, & liberationem solemniter per Aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilationem sequentem de omnibus injuriis, damnis, guastis, et offensionibus illatis eis, vel rebus eorum, vel hominibus eorum a se se ad invicem, & per se se ad invicem, vel aliquem de parte sua usque ad præsentem diem in personis, vel avere, & de omnibus juribus, obligationibus, et actionibus personalibus, realibus, & mixtis, rei persecutoriis, & pœnalibus, utilibus, & directis, civilibus, & prætoriis, quæcumque eis, vel alicui earum competunt, et competere possunt, seu competere posse videntur eis, vel alicui eorum contra se se ad invicem res, et bona eorum, vel alicujus eorum, vel quæ tenent, et possident; et specialiter dictus D. Gullielmus, et Fredericus suo, et prædictorum fratrum suorum, nomine per se se, et heredes eorum fecerunt dicto Gerbaldo procuratorio nomine dicti D. Nani, & dicto Georgio ejus filio pro se se, et heredibus suis plenam remissionem, atque quittationem, et absolutionem de omni jure, et ratione, quod petere possent a dicto D. Nano, et filiis, et quod, seu quam unquam habuerunt, sive usi sunt, vel fuerunt in Garexio, Mursico, Proinca, qui Mursicus, et Proinca sunt de finibus, et infra fines Garexii, & in quantum sunt de ipsis finibus Garexii, Cerefoliis, Bardineto, Bagnasco, Maximino, Ulmeta, Monestayrolo, seu juribus hominum, seu pertinentiis eorum, seu in feudis dictorum locorum, vel alicui eorum, et in feudis Montiszemuli, et Castrinovi, et Bastitæ, Carexoni, et Castri-veteris, Castri-blanchi, et in omnibus locis, castris, & feudis, quæ sunt ultra jugum, & generaliter in tota alia terra, quam tenet dictus D. Nanus, & ejus vassalli, exceptis, et salvis iis, quæ D. Gullielmus prædictus, seu filii habent, seu habere consueverunt in Ceva, & posse Roaxii, & posse Petriolæ, & posse .... de quibus fiat, & quæ remaneant in statu, & conditione, quæ continentur in arbitrali sententia supradicta, & salvis iis, quæ in ipsa pronunciatione, seu sententia continentur; ita quod Bastita Petriolæ, quæ ibi nunc est, tollatur, & destruatur. Versa vice prædictus Gerbaldus nomine dicti D. Nani, & dictus Georgius pro se, & dicto fratre suo renunciaverunt prædicto Frederico filio dicti D. Gullielmi, & in manibus ejus suo nomine, & nomine dictorum fratrum suorum omni juri, & omnibus juribus quocumque modo petere, & exigere possent in prædictis locis, vassallis, & hominibus prædicti D. Gullielmi, sive filiorum superius specificatorum in sententia arbitrali prædicta quocumque modo. Ita tamen quod prædicta in feudum teneantur a prædicto D. Nano, prout in prædicta arbitrali sententia continetur, et de omni jure, quod eis competeret, vel competere posse videtur usque ad præsentem diem contra

se se ad invicem, salvis, & exceptis iis notabilitor, & expresse in omnibus, & per omnia, quæ in arbitrali sententia supradicta continentur. Insuper tam dictus Gerbaldus procuratorio nomine dicti D. Nani, quam dictus Georgius promiserunt dictis Gulielmo, & Frederico eorum, & prædictis nominibus se se facturos, & curaturos, quod dictus Gulielmus filius dicti D. Nani ratificabit, & approbabit, & rata, & firma habebit, & tenebit perpetuo quæcumque in præsenti instrumento continentur, & nullo tempore contrafaciet, vel veniet aliquo jure, vel modo, & eodem modo dicti domini Gullielmus, & Fredericus suo nomine, & nomine dictorum Josephi, & Aymerici promiserunt dicto Gerbaldo nomine dicti Dom. Nani, & dicto Georgio stipulante se facturos quod dictus Manuel filius dicti D. Gullielmi similiter ratificabit, & approbabit, & rata, & firma habebit omnia, & singula hoc instrumento contenta, & nullo tempore contrafaciet, vel veniet aliquo modo, vel ingenio. Quæ omnia, & singula dictæ partes prædictis nominibus sibi ad invicem promiserunt, & quilibet in solidum per se, & heredes suos rata, & firma habere, & tenere in perpetuum, & nullo tempore contrafacere, vel venire modo aliquo, vel ingenio, sive forma per se, vel alium clam, vel palam. Et si contrafacerent, vel facere attentarent, etiam de facto promiserunt sibi ad invicem nominibus quibus supra dare, & solvere mille marchas argenti, prout in compromisso, & arbitrali sententia continetur totiens, quotiens contrafacerent, vel venirent, et insuper sibi restituere, & emendare omnia damna, expensas, & interesse, quæ, & quas facerent, incurrerent, vel substinerent occasione prædicta, eundo, & redeundo, stando causa judic. mut. primo, vel alio quocumque modo, credendo sibi ad invicem super iis in simplici verbo ipsorum, & heredum suorum sine testibus, & sacramento, & alia probatione, hoc acto, quod ad dictam pœnam ille solus solummodo teneatur, qui contra prædicta faceret, aut contrafacienti daret reductum, auxilium, vel favorem, & alii qui eam observarent ad ipsam minime teneantur. Hoc etiam acto, quod per præsentem remissionem, & pacem nullum præjudicium fiat capitulis, pacis, & conventionibus, & prædictis sententiis factis, & habitis, & pronunciatis inter partes prædictas, de quibus facta sunt instrumenta per Petrum Tuchum Notarium anno Domini MCCXCVIII., indictione XI. die Sabbathi XX. mensis decembris, immo ipsa pacta, capitula, & ordinamenta, & pronunciata sint firma, & valida, & inviolabiliter a dictis partibus observentur. Renunciantes nominibus prædictis in prædictis omnibus, & singulis exceptioni doli, metus, & in factum conditioni sine causa, & ex injusta causa fori exceptioni, & omni alii exceptioni, & juri, pro quibus omnibus observandis obligaverunt sibi ad invicem pro se, & heredibus suis omnia bona sua, & dicti D. Nani, & dictorum Josephi, et Aymerici pignori.

Franciscus Morandus Civis Astensis Notarius Palatinus de prædictis instrumentis recepit.

Ego Johannes de Solario, de Govono Civis Astensis, publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius suprascriptus, exemplum instrumenti supra descripti de libro Communis Ast, in quo feuda, jura, & honorantia Communis Astensis sunt descripta de Malabaylis vulgariter nuncupato de mandato spectabilis militis D. Cassellini de Boscho Cambellani Regii Vice-Gubernatoris Astensis ore tenus mihi facto in præsentia nobilium virorum domini Bernabovis de Gambarinis Vicarii, dominorum Gubernatoris, et Potestatis Astensis, & Jacobini de Catena civis Astensis fideliter extraxi, &c. *Reliqua ut in antecedenti.*

Procuratio Manfredi M. Salutiarum pro remissione Fossani Carolo Regi Siciliæ. Ex ms. C. Salutii n. 76.

MCCCVII. 205

ANno Domini MCCCVII. indictione undecima, die decima tertia mensis maii Illustrissimus, & magnificus vir dominus Manfredus Marchio Salutiarum fecit &c. Nicolaum de Costigliolis, et Mulavanum de Salutiis suos fideles ibidem præsentes, &c. procuratores ad expediendam, et dandam possessionem &c. castri, loci, terræ, seu burgi Fossani munitionis, & fortaliciarum dicti loci &c. domino Rostagno de Majronis &c. Procuratori Serenissimi Principis Domini Caroli Dei gratia Hierusalem, et Siciliæ Regis &c., et ad expediendum dicto procuratorio nomine &c. dictum locum, terram, et fortalicia Fossani &c., & quodlibet prædictorum nomine ipsius dicti Marchionis jam dicto procuratorio nomine Serenissimi Regis &c. et alia faciendi, quæ in transferenda possessione fuerint facienda &c., promittendo dictus Marchio procuratoribus prædictis &c. se ratum, & firmum habiturum, quidquid &c. fuerit &c. gestum &c. dando &c. cuilibet ipsorum &c. sufficiens mandatum &c. Actum fuit Salutiis in domo Vilielmi Lombardi præsente Domino Bernioto Priore Pagni, & domino Francisco de Monasteriolio testibus &c., et ego Gulielmus Laurentius de Caramagnolia Notarius &c. interfui &c.

Diploma Henrici VII. Manfredo IV. M. Salut. Ex eod. ms. n. 76.

MCCCXII. 206

HEnricus septimus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus nobili viro Manfredo Marchioni Salutiarum fideli suo dilecto gratiam suam, & omne bonum. Cum a nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam exigit rationis, ut per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter tuis justis postulationibus grate concurrentes assensu de Marchionatu Salutiarum, & pertinentiis ejus, ac etiam de his omnibus, et singulis, quæ a decem annis sunt tenuisti, et habuisti &c. propter hoc in nostræ Majestatis præsentia constitutum, et recognoscentem te Marchionatum, & alia predicta in feudum tenere, ac te-

uere debere ab Imperio, et nobis de ipsis homagium ligium facientem, & debitæ fidelitatis juramentum præstantem per virgam, quam manu gestamus, personaliter investimus, in hoc jure Imperii, et cujuslibet alterius semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ investituræ infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam centum librarum auri pro dimidia Cameræ nostræ, & per residua dimidia sibi, et suis heredibus solvendarum se noverit incursurum. atum Pisis octavo idus maii, Regni nostri anno quinto, Imperii vero primo ec.

Consignatio Castrorum, ac Villarum, quæ Oddonus M. de Carretto, & Manfredinus filius in beneficium acceperunt a Communi Asten., ex charta penes March. Ceva a Bosia.

207 MCCCXIII.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCCXIII., die Dominica post festum Assumtionis Beatæ Mariæ Virginis. Hæc est consignatio Castrorum, Villarum, & aliarum rerum, quæ, & quas Dominus Oddonus Marchio de Carretto, & Manfredinus ejus filius tenebant, vel aliter eorum tenebat, & tenere debebant, & tenere consueverunt in feudum a Communi Astense. Primo Castrum, & Villam totam etiam cum quarterio, si in dicto quarterio dictus Manfredinus aliquod jus habet, quod quondam fuit Domini Joannis Marchionis Montisferrati, jurisdictionem, honorem, & regalia Turris Uxonis, Castrum, Villam, honorem, jurisdictionem, & regalia Perletti, villam Salegii, totum illud, quod habent in Bublio, & Cassinasco, Castrum, Villam, honorem, jurisdictionem Burgimali, & Benevelli. Item Urfarolias, Salegium, Bergulum, Cagnam, & Lodisium cum quarteriis, quæ fuerunt quondam Marchionis Montisferrati, si in dictis quarteriis Manfredinus prædictus aliquod jus habet; Item infrascripta feuda, quæ quondam Nobiles, & Vassalli tenent in feudum ab iisdem, videlicet Castrum, Villam, jurisdictionem, honorem, & regalia Turris Burmidæ, villas, honores, & jurisdictionem Ulmi, & Berguli, Castrum, & villam Denicis. Item castrum, villam, & jurisdictionem Gurrini, castrum, & villam Casteletti, & Salegium in eo, quod ibi tenet Dominus Albertinus Marchio de Pulzono, & totum illud, quod ipsi ipso jure proprio ibi tenent, & possident, omne illud, quod ipsi Dominus Oddonus, & Manfredinus, Manuel, & Fredericus de Bublio tenent in Bubio, & Monasterio a prædictis, & etiam multi alii, qui feuda tenent ibidem totum illud, quod Georgius, & Anserminus de Burgomalo, & Benevello; totum illud, quod quondam Nobiles, qui cognominantur Airadi, tenent in Cagnia, item id, quod Dominus Enricus Marchio de Pulzono, & Thomas de Sancta Julia tenent in castro, villa, hominibus, jurisdictione, ac honore Sanctæ Juliæ, hoc quod tenent quondam Nobiles de Janua in villa Cagnæ. Item id, quod Nobiles tenent in castro, & villa Turris Uxonis. Item villam Lodisii. Item jura, quæ habent in Trezio, Castino, Veximo, & Monte Baudono. Item medietatem Bosiæ, scilicet illam, quam tenent Manfredinus, & Georgius de Bosia, & ea, quæ sunt, & fuerunt Jacobini Maxi de Burgomalo.

Pacta, ac conventa inter D. Fridericum M. Cravexanæ, & D. Joannem de Salutiis, & Gulielmum M. Cevæ fil. Nani, ejusque nepotes, ex charta penes M. Ceva a Bosia.

MCCCXXIV. 208

Anno Domini MCCCXXIV., indictione VII., die XIX. mensis Novembris. Viri illustres, & magnifici D. Federicus Marchio Cravexanæ, & Joannes de Salutiis ex una parte, & D. Guillielmus filius Illustris viri D. Nani Marchionis Cevæ, Bonifacius, & Odonus fratres filii D. Georgii de Ceva quondam, & nepotes dicti D. Nani Marchionis ex alia ad infrascripta pacta, promissiones, & renunciationes pervenerunt. Primo quod prædicti Domini Federicus, & Joannes quilibet eorum, & in solidum habeant tenutam, seu possessionem Burgi Plebis Teuchi Diœcesis Albiganensis in toto, vel in parte dimidiæ, vel majori, eo salvo, quod prædicti D. Federicus Joannes non intelligantur esse in possessione dicti Burghi, durante compromisso facto, nisi appareret ante expirationem dicti compromissi dictos Dominos Federicum, & Joannem possidere dictum Burgum in toto, vel in parte dimidia, vel majori; teneantur, & debeant ponere in pacificam possessionem, & tenutam Castri-veteris, & Zucharelli, & totius vallis Cohedani, hominis, & vassallorum, & fidelitatem eorum honoris, & jurisdictionis, meri, & mixti imperii, & aliorum jurium pertinentium ad castra, & villas prædictas, quantum est pro tribus partibus, vel dimidia, vel majori infra mensem a tempore introitus, seu possessionis dicti Burgi Plebis, præfatos Dominos Gulielmum, Bonifacium, & Oddonum, scilicet, & dictum D. Gulielmum pro dimidia, & prædictos DD. Bonifacium, & Oddonum pro alia dimidia, vel eorum certum Nuncium, vel Procuratorem ad hoc legitime constitutum, & si præfati D. Federicus, & Joannes non attenderent, nec observarent suprascripta, suprascriptis Dominis de Ceva, quod tunc post prædictum mensem, denunciatione tamen prius facta de solvendo, dare, & solvere teneantur prædictis Dominis florenos 1300. boni auri, & justi ponderis, ad ligam, & pondus Florentiæ infra quatuor menses a fine prædicti mensis a tempore denunciationis factæ numerandos, & nihilominus juvare, & manutenere, & vivam guerram facere cum suis hominibus, & cum toto eorum exfortio prædictos DD. de Ceva ad habendum, & recuperandum prædicta castra, & villas, & alia jura, quæ pertinent, & pertinere consueverunt ad castra, & villas prædictas, & non facere pacem, treguam, vel guerram, recrutam, absque expressa voluntate dictorum Gullielmi, Bonifacii, & Oddonis cum aliquibus tenentibus, vel possidentibus loca prædicta, vel jura, eo salvo, quod si prædicti D. Federicus,

& Joannes infradictos quatuor menses posuerint in possessionem, & tenutam prædictorum castrorum, villarum, & jurium, memoratos Dominos Guillielmum, Bonifacium, & Oddonem ejus nepotes, vel eorum certum nuncium, vel procuratorem ad hoc specialiter ordinatum, quod ad solutionem dictorum florenorum mille trecentum minime teneantur, sed sint a dictis florenis penitus liberati, eo salvo, & intellecto, quod si prædicti D. Federicus, & Joannes parati essent inducere prædictos D. Guillielmum, Bonifacium, & Oddonem, vel alterum eorum, suo & nomine aliorum in possessionem, & quasi possessionem prædictorum castrorum, villarum, & jurium pertinentium ad ipsa castra, & villas, & prædicti D. Gullielmus, Bonifacius, & Oddonus, vel aliquis ipsorum, seu ipsorum nuncius possessionem nollent accipere, quod tunc prædicti D. Federicus, & Joannes ad solutionem dictorum florenorum minime teneantur. Item prædicti D. Federicus, & Joannes cum eorum castris, villis, vassallis, & hominibus eorum, & vassallorum suorum promiserunt, & convenerunt quilibet eorum principaliter, & in solidum prædictis D. Guillielmo, Bonifacio, & Oddono ipsos, & quemlibet eorum juvare, & manutenere ad recuperandum, & habendum vallem Naticini, & castra ibi posita, & villas cum hominibus eorum, & pertinentiis, quæ hactenus consueverunt ad Marchionem Cravexanæ spectare pro tribus partibus, vel dimidia, seu majori dimidia, donec dictae vallis, villarum, & castrorum ibi positorum, honoris, & jurisdictionis, & jurium ad castra, & villas pertinentium prædicti DD. de Ceva fuerint in corporalem, & pacificam possessionem, & non facere treguam, vel guerram recrutam ec. Versa vice prædicti D. Gullielmi Bonifacius, & Oddonus, & quilibet eorum in solidum promiserunt prædictis D. Federico, & Joanni ipsos Dominos Federicum, & Joannem, & quemlibet ipsorum juvare ad recuperandum, & habendum omnia castra, terras, villas, & jurisdictiones, quae ad ipsum D. Federicum pertinuerunt jure successionis Dominorum Oddonis, & Francisci, quondam de Cravexana, & contra omnes personas, exceptis contra D. Regem Robertum, & in loco Ulmete, & Cervi. Item quod postquam prædicti D. Federicus, & Joannes posuerint prædictos Dominos de Ceva in possessione medietatis Gastri-veteris Zucarelli, villarum, & juris ad ipsa castra, scilicet pro medietate pertinentium, nihilominus teneantur ipsi DD. Federicus, & Joannes ipsos Dominos Guillielmum, Bonifacium, & Oddonem juvare ad recuperandum aliam quartam partem dictorum locorum, & vivam guerram facere contra tenentes, & possidentes loca prædicta cum hominibus omnibus, & vassallis eorum, & toto eorum exfortio, expensis ipsorum Dominorum Federici, & Joannis. Item actum est inter ipsas partes, & expressim dictum, quod instrumenta facta inter prædictos Domi os, & scripta manu Pronaxy de Garexio, & Obertini de Carlino in omnibus aliis punctis, & articulis in suo robore, & firmitate perseverent, & plenam firmitatem obtineant; promittentes dictae partes scilicet una alteri, altera alteri vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus perpetuo prædicta omnia, & singula firma, & rata habere, & tenere, attendere, & observare, & adimplere, & non in aliquo contrafacere, vel venire per se se, vel per alios aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto sub restitutione damnorum interesse, & expensarum litis, & extra, credendo una pars alteri, altera alteri de damnis interesse, vel expensis in ejus simplici verbo sine testibus, & Sacramento, vel alia probatione, ita quod una pars alteram, altera alteram posset citare, convenire, & citari facere coram Magistratu Januæ, Sagonæ, & Albæ, & coram Episcopis dictorum locorum, seu alteri eorum, & quorumcumque alio judice tam ecclesiastico, quam sæculari pro prædictis omnibus, & quolibet prædictorum subjicientes sese ex nunc, prout ex tunc cujuscumque judicis jurisdictioni, prorogantes cujuscumque judicis jurisdictionem, ita quod ubicumque quæque ipsarum partium, vel alteram earum citata, vel reperta fuerit ibi parere, & solvere promisit, exceptione juris, vel facti remota qualibet, pro quibus omnibus, & singulis firmiter attendendis, & observandis pignori obligaverunt una pars alteri, altera alteri vicissim omnia eorum bona tam habita, quam habenda. Renuntiantes exceptione doli, & metus, conditioni, sine causa, vel ex injusta causa, beneficio novarum constitutionum de pluribus reis debendis, privilegio fori, & generaliter omni alio legum decretalium capitulorum, & consuetudinum auxilio, quibus se tueri possent, ita quod sub hac generali renuntiatione quælibet specialis mentio facta foret, & ad majorem firmitatem, & robur omnium prædictorum, & singulorum prædictorum dictae partes, & quaecumque ipsarum juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, tactis Scripturis omnia, & singula supradicta perpetuo inviolabiliter attendere, & observare. Propterea dictus D. Federicus, quia minor annorum erat 25., major tamen 20. juravit ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis, omnia, & singula supradicta perpetuo firma, & rata habere, & tenere, attendere, & observare, & non contrafacere, vel venire causa minoris ætatis, seu aliqua alia causa, nec restitutionem in integrum, seu aliquam aliam contra prædicta, vel aliquid prædictorum repetere, seu impetrare, nec aliquod privilegium, vel rescriptum, propter quod aliqua contenta in præsenti contractu vitiarentur, renuntiando juri minoris ætatis, omnique alii juri certificatus de juribus suis per me Notarium infrascriptum.

Actum in Mucio in prato Domini Marchis de Caldelaria, ubi testes vocati, & rogati fuerunt Dominus Federicus de Ceva, Ughetus de Caretto, Dominus Aleramus de Reolfia, & Nicola de Bove de Dogelano.

Ego Lanfranchinus Gardinus Notarius Sacri palatii rogatus hanc cartam scripsi.

Emtio nemoris Cardeti a Manfredo M. Salutiarum facta ad oppidi fundationem. Ex MS.C. Salut. pag. 80.

209 MCCCXXIV.

Anno 1365. — Salutiis loco, ubi jus redditur præsentibus — Nobilis vir Dominus Luchinus Isnardus de Castello Potestas Salutiarum præcepit mihi — Notario — quatenus instrumentum infrascripti tenoris transcriberem & in formam publicam instrumenti redigerem, cujus tenor talis est.

In nomine Domini 1324. — die prima mensis decembris in pleno, & generali Consilio Salutiarum infrascripta pacta firmata fuerunt inter Illustrissimum & Magnificum Virum Dominum Manfredum Marchionem Salutiarum, & Joannem de Brayda Potestatem Salutiarum, & sex sapientes infrascriptos, electos per Consilium ad infrascripta facienda. Primo enim prædicti sex Sapientes, & Potestas concesserunt, & permutaverunt prædicto Domino Marchioni totum illud nemus, quod appellatum est Cardetum situm in posse Salutiarum. Item terram, seu pasquerium fornacis, & versa vice dictus Dominus Marchio pro recompensatione, & cambio remisit dictis sex Sapientibus recipientibus &c. Communis de Salutiis nomine totum censum, quem commune Salutiarum ipsi Domino solvere tenebatur omni anno, qui census esse debebat omni anno libræ duceatæ viginti octo Astenses. Item remisit &c. totam illam militiam equorum sex cum roncinis, & cum tertia parte alterius equi, & roncini, quos dictum Commune tenebatur quolibet anno &c. Item remisit totam illam presam Gerboræ; quæ est inter viam Liagnasci, & viam Grangiæ &c. Item remisit omnia nemora, & pascua communia existentia in posse Salutiarum ubicumque sint &c. Item concessit usum Bealeriæ Gerboræ a Varaita usque in Gerboram, & dividatur aqua in introitu Gerboræ inter dictum Dominum Marchionem, & dictum Commune &c. Item concessit, quod Commune possit ordinare banna, & pœnas indicere foraneis, & habitantibus in Salutiis, habentibus possessiones in Salutiis, vel in finibus servitia imponere, & onera, fodra, seu taleas &c. Item concessit, quod si aliqua possessio sita in posse Salutiarum perveniret ex nunc in antea ad ipsum Dominum Marchionem, vel hæredes quoquomodo non possit alienari, nisi tali personæ solvant, & fiant, quæ fient, & fieri haberent pro aliis rebus hominum Salutiarum. Item quod homines Salutiarum nemora, pascua, & quæcumque alia Communia possint bannire, debannire, dividere, inter se dare, & alienare quocumque modo. Item si contigerit, quod fierent aliquæ gabellæ, sive aliæ impositiones, quibuscumque modis censeantur, per quas homines Salutiarum, sive venientes ad locum Salutiarum tenerentur aliquid facere, vel dare pro impositionibus prædictis, quod tertia pars sit dicti Domini Marchionis, & reliquæ duæ Communis. Quæ omnia ipse Dominus Marchio, & dicti Sapientes promiserunt, juraverunt observare sub omnium bonorum obligatione renuntiantes &c. Et ego Gulielmus Laurentius de Carmagnolia Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi.

Investitura a Manfredo M. Salut. concessa Johanni ejus fratri de aliquibus feudi ex eod. MS.

MCCCXXIX. 210

Anno MCCCXXIX., indict. duodecima, X. maii in castro Revelli Ill. D. Manfredus Marchio Salutiarum dedit D. Johanni fratri suo &c. in feudum &c. omne id, quod D. Marchio habet in dominio Somani &c. Castilioni &c., Bonvicini &c., Mantæ &c., Villanovettæ cum quibuscumque juribus ad ipsa pertinentibus &c., quibus sic peractis dictus D. Johannes fidelitatem fecit dicto D. Marchioni &c. Et ego Antonius de Exinvinciatis de S. Georgio &c. hoc instrumentum sumtum per Gulielmum Laurentium &c., ex licentia &c., & subscripsi &c.

Sententia arbitraria Jo. & Georgii de Salutio inter Manfredum IV. M. Salutiar., & ejus filios ex eod. MS. n. 77.

MCCCXXIX. 211

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem 1329., indictione duodecima, die vigesima secunda maii &c. Magnifici, & Potentes Viri DD. Joannes, & Georgius de Salutiis electi &c., arbitratores &c. ab illustrissimo Domino Manfredo Marchione Salutiarum, & Manfredo ejus filio pro se, ac nomine Teodori, & Bonifacii filiorum dicti Domini Marchionis ex una parte, & a Magnifico Viro Domino Federico de Salutiis suo nomine, & Thomæ ejus filii, ex altera super discordiis &c. occasione Marchionatus Salutiarum &c. Dei nomine invocato dixerunt &c., in primis, quod post decessum ipsius Domini Marchionis Salutiarum Dominus Federicus ejus filius primogenitus debeat esse Marchio &c., & regere &c., & post ipsum Dominus Thomas ejus filius &c. succedere debeat &c. Item quod Dominus Manfredus, Teodorus, & Bonifacius filii dicti Domini Marchionis post decessum ipsius Domini Marchionis habeant &c. totam terram de ultra Tanagrum, quæ fuit Domini Manfredi de Carretto &c., Mulazani, Farigliani, & Rocheciglieri cum jurisdictionibus ipsorum castrorum &c. tali modo, & forma, quod &c. prædicti teneantur &c. expresse recognoscere totam terram ipsam a præfato Domino Federico suo nomine, & nomine Thomæ filii sui facere fidelitatem, & tenere in feudum &c. Item quod &c. Manfredus, Teodorus, & Bonifacius &c. filii dicti Domini Marchionis, & singuli Nobiles, & Vassalli totæ terræ prædicti Domini Marchionis ex nunc &c. jurare debeant &c. ipsum Dominum Federicum post decessum Patris &c., recognoscere in Dominum &c. ex nunc pro tunc &c.

Sententia arbitraria Philippi Principis Achajæ inter Manfredum, & filios. Ex cod. MS. n. 77.

212 MCCCXXX.

Anno Domini 1330., indictione decima tertia, quarta menſis junii apud Monaſterium &c., præſentibus &c. Illuſtriſſimu, & Magnificus Vir Dominus Philippus de Sabaudia, Princeps Achajæ, Arbiter &c. ſuper controverſiis vertentibus inter Illuſtriſſimos Viros DD. Manfredum Marchionem Salutiarum, Manfredum, Teodorum, & Bonifacium ejus filios ex una parte, & Dominum Federicum primogenitum ipſius Domini Marchionis, ac etiam Thomam ipſius Domini Federici filium ex altera, occaſione ſucceſſionis, & hæreditatis dicti Domini Marchionis &c. Dictus Dominus Philippus Princeps &c. pronuntiavit præſentibus ipſis partibus &c., videlicet quod tota terra de ultra Tanagrum ſit, & eſſe debeat poſt mortem ipſius Domini Marchionis Manfredi, Teodori, & Bonifacii filiorum prædicti Domini Marchionis communiter ſecundum formam &c. ſententiæ &c. Domini Joannis, & Georgii &c., fidelitate ipſius Manfredi pro prædictis eidem Domino Federico, & Thomæ reſervata. Item quod Dominus Manfredus debeat poſt mortem ipſius Domini Marchionis &c. ſolvere ſingulis annis Teodoro, & Bonifacio fratribus ſuis, & cuilibet eorum &c. quinque centum aureos de Florentia pro &c. legitima ipſorum &c.

Traditio ſupremi dominii Ripaltæ ab hujus Oppidanis, facta Theodoro M. Montisferrati. Ex tabulario ejus loci.

113 MCCCXXXI.

Anno Nativitatis Domini 1331., indictione quarta, decima die Jovis, ſeptima menſis februarii. Hinc quædam ſequuntur propoſitiones factæ, & propoſitæ per Dominum Petrum Matiam civem, & habitatorem Ripaltæ de voluntate, & conſenſu Conſiliariorum Communis Ripaltæ ipſum Dominum Petrum præſentem, & recipientem conſtituentium ſuo nomine, & nomine dicti Communis ſuum certum Nuncium, Actorem, Factorem, Sindicum, & Procuratorem ad faciendum, & proponendum infraſcriptas propoſitas inter Conſiliarios infraſcriptos, & ſuper ipſis partita faciendum in ſuffragium Domini Thomæ Carcamuggi Poteſtatis, qui noluit prædicto Conſilio intereſſe, ita ſufficienter, & plene, ut infraſcriptæ propoſitæ, partita, & reformationes factæ, & facta per dictum Dominum Petrum valeant, & teneant, & plenam roboris obtineant firmitatem, perinde ac ſi factæ, & facta eſſent per Dominum Thomam Poteſtatem prædictum, aliquo jure, capitulo, reformatione, & omni alio auxilio in contrarium loquentibus penitus non obſtantibus aliquo modo, ingenio, ſeu caſu: Nomina autem Conſiliariorum Conſilii Communis populi, & hominum Ripaltæ ſunt hæc, qui interfuerunt omnibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis. Primo Petrus Matia, Galvagnus de Murbello, Johannes de Murbello, Anſelmus Vilea, Guercinus Cerexia, Alexander de Bovo, Niger de Bovo . . . . . Carocia, Antonius Baretus, Manfredus de Martino, Jacobus Cerrutus, Jacobus Bodius, Johannes Peracii, Johannes Ferrarius, Petrus Palincius, Leonardus de Provero, Johannes Calcarius. In Eccleſia Sanctæ Mariæ de Ripalta in pleno, & generali Conſilio voce præconis, & ſono campanæ more ſolito congregato Dominus Petrus Matia prædictus ex bailia, & auctoritate ſibi in hac parte conceſſa per Conſiliarios dicti Conſilii ab ipſis Conſiliariis ſupra, & infraſcriptis propoſitis ſibi exhiberi conſilium poſtulavit; primo ſi vobis placet dominium terræ Ripaltæ, & poderis et ſpectantia ad merum, miſtum imperium, & juriſdictionem Magnifico Principi Domino Theodoro Illuſtriſſimo Marchioni Montisferrati dare, concedere, & transferre penitus, seu Domino Georgio de Monteterrato ejus certo Nuncio, & Procuratori in hac parte nomine dicti Domini Marchionis, heredum, & quorumcumque ſuorum ſucceſſorum recipienti. Item ſi vobis placet dicto Domino Marchioni, ſeu dicto Domino Georgio recipienti nomine, quo ut ſupra, dare, concedere, et penitus transferre quæcumque banna, hæreſis ſcilicet, homicidii, ferutæ cum ſanguine, vel ſine, et inſultus robariæ, rapinæ, furti, et ſtratæ ruptæ, incendii, ruinæ, vaſtus, & adulterii, violentiæ, ſtupri, et quarumcumque aliarum rerum, & aliorum maleficiorum, præmiſſis annexorum, & ex ipſis emergentium, & de pœnis eorum. Item & dictus Dominus Marchio, vel ejus certi Nuncii poſſit facere fieri unum caſtrum in loco Ripaltæ, & emere, et acquirere per ſe, et ſuos ſucceſſores, ſeu per certum ſuum Nuncium recipientem, ementem, et acquirentem nomine ipſius Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum ſedimina ad ædificandum prædictum caſtrum, ubi eis videbitur pro meliori, quod caſtrum ſit camera dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum, apud quod caſtrum, ſeu cameram ſpectent, & penitus pertineant omnes reditus, et proventus, qui percipi poterunt quocumque modo, vel cauſa ex dicta juriſdictione, & bannis prædictis, dum tamen ipſe Dominus Marchio non poſſit alienare dictum caſtrum, nec alicui pignori obligare. Item quod Caſtellanus, quem ponere voluerit, dictus Dominus Marchio in dicto caſtro poſſit, & valeat facere regimen in terra Ripaltæ, et ejus poſſe ſecundum capitula Communis Ripaltæ, & jura communia, eo ſalvo, quod ſi Conſilium, et Commune Ripaltæ voluerit ſe regere per Poteſtatem, vel Conſules, quod poſſit, dum tamen hoc modo eligant Poteſtatem, videlicet tres homines de terra dicti Domini Marchionis, ex quibus ipſe Dominus Marchio unum eis teneatur confirmare, ſi electio ei placuerit, et ſi ea Domino Marchioni non placuerit, quod teneantur de novo alios tres eligere, ita et taliter, quod electio ei placeat; ex quibus electis unum teneatur confirmare, ut ſupra, ſicut facit in aliis terris ſuis. Item ſi vobis placet, quod omnia ſtatuta, capitula, et bonæ conſuetudines, quas habet dictus Dominus Marchio in aliis ſuis terris confirmentur, approbentur, & obſerventur per Conſilium, Communæ, Poteſtatem, Conſilium, ſeu Conſules Communi, & hominum

Ripaltæ conſulatus. Item ſi vobis placet facere pacem, treguam, & guerram, militiam, & exercitum ad voluntatem dicti Domini Marchionis conſulatis ſecundum poſſibilitatem Communis, populi, & hominum Ripaltæ. Item ſi vobis placet fidelitatem facere per ſacramentum dicto Domino Marchioni, ſeu dicto Domino Georgio ejuſdem Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum nomine recipienti de conſervando, & manutenendo, & faciendo dicto Domino Marchioni omnia ſupraſcripta ſuo poſſe ſub pœna haveris & perſonarum. In reformatione cujus Conſilii, facto partito, prout moris eſt per ſupraſcriptum Dominum Petrum ſuper omnibus propoſitis ſupraſcriptis placuit omnibus Conſiliariis, nemine diſcrepante, in quo Conſilio quaſi omnes de conſilio extiterunt, quod fiat, quod in dictis propoſitis continetur in omnibus, & per omnia. Quæ omnia fiant, dentur, & concedantur dicto Domino Georgio, recipienti nomine dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum, & in ipſum Dominum Georgium dicto nomine recipientem, penitus transferantur, & pro datis, conceſſis, & translatis habeantur & nunc, & in perpetuum, ita quod ex nunc, & abhinc in antea dictus Dominus Marchio, & dicti ſui ſucceſſores habeant totaliter, & exerceant merum, & mixtum imperium, & quamlibet aliam juriſdictionem in dicto loco Ripaltæ, & ejus poſſe, & demum omnia ſpectantia ad merum, & mixtum imperium, & quamlibet aliam juriſdictionem, & quod dictus Dominus Marchio per ſe, & ſuos ſucceſſores ex nunc, & abhinc in antea habeat, & percipiat in perpetuum dicta banna, & proventus ipſorum bannorum in omnibus, & per omnia. Item quod dictus Dominus Marchio per ſe, & ſuos heredes, & ſucceſſores, ſeu dictus Dominus Georgius, ſeu aliquis alius certus Nuncius dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum poſſit emere, & acquirere inter villam Ripaltæ totum ſedimen, ut fiat caſtrum prædictum, quod eis melius videbitur; quod caſtrum ſit in perpetuum camera Domini Marchionis prædicti, & ſucceſſorum ſuorum, ad quam cameram pertineant, & perveniant omnes reditus, & proventus quicumque percipi poterunt ex bannis prædictis, & ex quibuſcumque bonis, & rebus modo aliquo dictæ cameræ acquirendis. Quod caſtrum non poſſit vendi, alienari, nec pignori obligari ullo modo, cauſa, nec ingenio per dictum Dominum Marchionem, ſeu per ſuos ſucceſſores. Item quod fiat pax, guerra, & tregua per Commune, & homines dicti loci Ripaltæ cum quibuſcumque perſonis ad voluntatem dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum, ad cujus Domini voluntatem, & ſucceſſorum ſuorum fiant etiam per prædictos homines, & Commune militiæ, & exercitus ſecundum poſſibilitatem ipſorum pro parte ſibi contingente, & impoſita. Item quod Caſtellanus, quem ab inde in antea dictus Dominus Marchio ponet, conſtituet, & ordinabit dicto caſtro, poſſit regere homines, & villam Ripaltæ, & ejus poſſe, & regimen facere bene ſufficienter, & plene ſecundum capitula dicti loci Ripaltæ, & jura communia, eo ſalvo, quod dicti homines, & Commune dicti loci Ripaltæ poſſint ſe regere per Conſules una cum dicto Caſtellano & ſi voluerint, vel eis videbitur, poſſint eligere Poteſtatem dicti loci Ripaltæ eis confirmandum per dictum Dominum Marchionem per eum modum, prout in propoſita ſuperius continetur, & quod Caſtellanus, ſeu Conſules, & Poteſtas, qui pro tempore fuerint, & prædicti homines, & Commune ſint adſtricti capitalis, & bonis conſuetudinibus dicti Domini Marchionis, quas ipſe Dominus Marchio habet in aliis ſuis terris, & ipſas, & ipſa teneantur obſervare, & inviolabiliter cuſtodire, & quod omnes cives, & habitatores dicti loci Ripaltæ a quatuordecim annis ſupra, & a ſexaginta infra, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint, teneantur, & debeant jurare, fidelitatem præſtare in manibus dicti Domini Georgii recipientis, quo nomine, ut ſupra, ſeu alicujus alterius Officialis, & Nuncii dicti Domini Marchionis ipſius Domini Marchionis nomine recipientis, & ex nunc hoc facere teneantur dicto Domino Georgio, nomine quo ut ſupra, ſub pœnis, & bannis, quæ contra facientibus, & recuſantibus imponere voluerit, vel ſecundum quod prædicti homines, & Commune erunt boni, & legales dicto Domino Marchioni, & ejus ſucceſſoribus, & quod dicto Domino Marchioni, & ſucceſſoribus ſuis conſervabunt, & defendent dictum caſtrum, villam Ripaltæ, & ejus poſſe, juriſdictionem, honorem, & banna ei ſuperius conceſſa, & in eum translata, & translatos, ſeu in dictum Dominum Georgium ejus dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum nomine recipientem, & prædicta omnia facere ut ſupra. Qua reformatione facta per Conſiliarios ſupraſcriptos, ecce quod dicti Conſiliarii in dicto Conſilio incontinenti, & ſine temporis intervallo ſuo, & communis, & hominum Ripaltæ de voluntate & conſenſu capitum Lanzavegiorum, & hominum foreſtium de Caſſinis dicto Domino Georgio ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice dicti Domini Marchionis, & ſucceſſorum ſuorum omnia ſupradicta attendere, & obſervare, & non contravenire promiſerunt ſub vinculo juramenti, & ſub obligatione haveris, & perſonarum, & ſub omni alia pœna dictus Dominus Marchio, vel ejus ſucceſſores capere volent, & cuilibet contrafacienti transferentes in ipſum Dominum Georgium recipientem, nomine, quo, ut ſupra, omnia ſupradicta, merum, & mixtum imperium, & quamlibet aliam juriſdictionem, & poteſtatem, quam habebat, & habere dictum Commune Ripaltæ dominium rerum, & perſonarum Communis, & hominum Ripaltæ, eo ſalvo, quod pedagium, & molendina, ſeu ripariæ ad faciendum dicta molendina, remaneant omnibus hominibus, quorum ſunt, ideſt illis de Turre pro quinta parte, illis de Guercinis pro una alia quinta parte, & illis de Murbello pro una alia quinta parte, ſecundum quod tenent, & poſſident, tenuerunt, & poſſiderunt, & etiam reſervatis omnibus juribus, & rebus omnibus ſuis, quæ, & quas habent in prædictis, & circa prædicta, de quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis dictus Dominus Georgius, nomine quo, ut ſupra, & dicti Conſiliarii ſuo nomine, & nomine dicti Communis præceperunt mihi Thomæ Prexiæ de Ripalta publico

Notario, & Officiali prædicti Communis tradere, & ſcribere duo inſtrumenta ejuſdem tenoris ad voluntatem, & ſenſum unius, vel plurium ſapientum juris, & quandocumque etiam ſi prædicta inſtrumenta tradita fuiſſent in publicam formam. Interfuerunt teſtes vocati, & rogati, primo Corſellus Pagliuccius Nuncius Communis, Paganus Barberius Notarius, Joannes de Lodulo de Caſſinis, & Petrus Tigna de Caſſin-.

Hæc autem pacta, ac conventiones fuerunt iterum ſolemni inſtrumento confirmatæ a M. Gulielmo Caſali die XIII. aprilis an. MDXVI., cui inſertum & hoc fuit ad majorem firmitatem.

Teſtamentum Manfredi IV. M. Salut. ex MS. C. Salut. n. 79.

214 MCCCXXXII.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ec. Anno Domini MCCCXXXII. Indict. decima quinta die octava menſis januarii in caſtro Cortemiliæ præſentibus Domino Bonifacio Marchione de Carretto, Thoma Miniſtro Eccleſiæ S. Marcellini de Gondiis, Nicolino Brezano ec. Franciſco Mulatio, Alerino de Polzaſch, Joanne de Muriana, Bernardo de Bonifaciis ec. teſtibus vocatis, Illuſtriſs. Dominus Manfredus Marchio Salutiarum ec. inter liberos ſuos ec. bona ſua ec. per modum diviſionis ec. & formis infraſcriptis ec. diſpoſuit. Primo ec. diviſionis jure adjudicavit Manfredo filio ſuo in partem ec. totam terram ipſius Domini Marchionis, quam ec. habet ec. citra Tanagrum cum omnibus ec. juribus ec. dictæ terræ ec. mero, & mixto imperio Monbarcharii, S. Benedicti, & Cameranæ, & feudorum Montisclari, & Bubli, & omnium acquiſitorum a Domino Marchione Montisferrati, & Salutias, Revellum, Bargias cum pertinentiis ec. earumdem ec. cum toto Marchionatu Salutiarum cum caſtris, villis, & homagiis, Vaſſallis, fidelitatibus, juribus; confidelitatibus Vaſſallorum ec. & cum omni juriſdictione ec tali tamen modo ec. quod ſi dictus Manfredus decederet ſine legitimis liberis maſculis ex ſe natis, in hunc caſum Teodorum, & Bonifatium filios ſuos, & fratres dicti Manfredi dicto Manfredo ſubſtituit pari parte ec. Teodoro vero, & Bonifatio ſupraſcriptis titulo diviſionis adjudicavit in partem caſtrum, villam Cardeti cum mero mixto imperio ec., & omnia jura pertinentia ad ipſum Dominum Marchionem in terra Domini Georgii. Item caſtrum, & villam Dragonerii cum tota valle cum mero, & mixto imperio ec., & jure Vaſſallorum Rochæ Brunæ, Roſſanæ, Verzolii, Vautignaſchi. Quæ omnia aſſignavit pro parte eorum ec. modis ec. infraſcriptis ec., quod ſi alter ipſius decedet, alium ſuperviventem ei ſubſtituit; quod ſi ambo decederent ſine liberis ec., ſubſtituit dictum Manfredum, & liberos ejus maſculos ec., & ſi continget ec., quod ec. dictos Teodorum, & Bonifacium habere non poſſent terram Domini Georgii, vel Dragonerium, ut ſupra, ſed ſolum Cardetum, in eum caſum dictus Manfredus dictis Teodoro, & Bonifatio ſingulis annis ec. dare debeat libras quingentas Aſtenſes de redditibus Mulaxani, & Farigliani ec. Si autem continget, quod ec. ſupradicti Teodorus, & Bonifatius habere non poſſent ſupraſcriptas terras dicti Georgii, & continget eis perdere Cardetum, in eum caſum dictus Manfredus teneatur ipſis fratribus ec. facere expedire decenter ſecundum qualitatem redituum terræ ſuæ. Si cum dicto Manfredo ſtare nollent, aut non poſſent ec. in eum caſum dictus Manfredus dictis Teodoro, & Bonifacio ec. dare teneatur omnes reditus Mulaxani, & Farigliani ec., & prædicti Teodorus, & Bonifacius poſſent ſtare in Cortemillia, Cairo, & Mulazano, vel Farigliano juxta beneplacitum. Volens ſuper aliis bonis ſuis ec., teſtamentum ec. in hunc modum facere ec. Primo ec. ſuam ſepulturam elegit Eccleſiam fratrum Prædicatorum de Salutiis, cui Eccleſiæ in remedio animæ ſuæ ec. jure legati relinquit libras mille Aſtenſes ec., quod omnia male ablata ec. reſtituantur ec., & pro incertis legavit 2000. libras Aſtenſes diſtribuendas per dictum haredem in pias cauſas ec. Item reliquit Joannono de Muriana familiari ſuo ec. Item Vigliono familiari ſuo ec. Item Elindæ filiæ ſuæ naturali ultra dotes ec. Item Odello familiari ſuo ec. Item Paerono Camerlengo ec. Item ec. ordinavit, quod Canonica Revelli fiat in villa Revelli, vel prope villam ec. Item legavit Thomæ Capellano ſuo ec. Item reliquit Monaſterio Beatæ Mariæ de Staffarda libras centum Aſtenſes pro miſſis canendis ec. Item legavit monachabus monaſterii Revelli libras centum Aſtenſes pro miſſis canendis ec. Item monaſterio Riviſrigidi libras ducentum Aſtenſes pro miſſis ec. Item legavit Dominabus S. Antonii ec. pro miſſis ec. libras vigintiquinque Aſtenſes. Item reliquit ec. Fratribus Minoribus de Cortemillia ec. pro miſſis ec. libras centum Januenſes ec. Item reliquit ec. Fratribus Minoribus de Cayro ec. pro miſſis ec. libras centum Januenſes. Item ec. reliquit ec. hoſpitali novo Revelli libras centum ec. Item reliquit fratribus Joannes de Revello ec. Item ec. ordinavit ec. quod Margaritæ, Alianæ, & Catherinæ ſororibus ſuis ec. reſtituantur eiſdem omnia quæcumque conſtabit ipſum habuiſſe de bonis ſuis ec. Item ordinavit, quod ſi Odonus de Ceva decederet ec., & Leonora filia dicti Marchionis, & uxor dicti Domini Odonis ſtare vellet in domo dicti Domini Marchionis, in ea ec. habere debeat ec. victum, & veſtitum. Quæ omnia ec. juſſit ſolvi ec. per hæredem ſuum ec. de fructibus, & proventibus Caramagnoliæ, Revelli, & Raconixii, ſi ad manus ipſius hæredis pervenerint. Habitationem vero ec. Revelli ec. legavit Dominæ Comitiſſæ ec. donationem autem quamcumque feciſſet ec. tamquam ingratis revocat ec. Item reliquit Dominæ Leonoræ nurui ſuæ, & uxor dicti Manfredi dotes ſuas ec., quas ſibi ſolvi voluit, & ſolutas eſſe ſupra locis Revelli, Caramagnoliæ, & Raconixii, quæ ec. jure hipotechæ obligat ec. Dominam Leonoram filiam ſuam, & uxorem Odonis Marchionis Cevæ hæredem inſtituit in dotibus ſuis, & ultra in libras viginti, jubens in ea eſſe contentam, Manfredo filio ſuo antepartem prælegavit

tertiam partem Cunei ec., & districtus cum mero, & mixto imperio, & omni jurisdictione, si Deo propitio ad manus ipsius Domini Marchionis, vel ipsorum filiorum poterit pervenire ec. Iure naturæ Federico ejus filio confratri eorum Teodori, & Bonifacii sibi hæredem instituit in cæteris duabus partibus dicti loci Cunei, & districti, & omnium jurium, quæ habet ec. in dictis locis ec., qua jussit, & voluit esse contentum. Et si contingat dictum Federicum ipsius Marchionis filium decedere, antequam ipsum Marchionem, dictus Marchio sibi hæredem instituit Thomam ipsius Friderici filium nepotem ipsius Domini Marchionis in debito jure naturæ, qua jussit ec. esse contentum ec. non attendens ipsorum Friderici, & Thomæ ingratitudines, quæ merito ingrati per ipsum Dominum Marchionem exheredari possunt causis inferius denotatis ec. Volens quod si contingat dictum Teodorum, & Bonifatium perdere Cardetum, vel non possint habere dictas terras D. Georgii, & Dragonerium, quod Manfredus toto suo posse teneatur eos juvare ad recuperandum eosdem ec., & si contingat eum venire ad concordiam aliqualem cum Federico fratre ec. eam facere non debeat, nisi in ea ponat dictos Teodorum, & Bonifacium in posse ec., ita quod ec. habeant ec. omnia supra assignata; & prædicta jurez Manfredus ec. Dicti vero Teodorus, & Bonifacius eodem modo ec. jurent ec. & si pro dicta concordia dictus Manfredus haberet aliquam terram ec. de suprascriptis assignatis prædictis Teodoro, & Bonifatio ec. illas ec. relaxare teneatur Teodoro, & Bonifatio supradictis ec., & si contingat nihil possit habere, dare debeat tantam terram, quæ ascenderit ad valorem fructuum prædictorum trium ec. Et in omnibus autem bonis suis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, & in toto Marchionatu suo sibi universalem hæredem instituit, solum Manfredum prædictum tam feudalibus, quam non ec. Jubens singulis Vassallis ec., & officialibus ec. quod dictum Manfredum pro vero Domino, & vero Marchione terræ Marchionatus prædicti ec. tenere debeant ec., & tamquam ec. Marchionem ec. obedire, & ne ex prædictis ec. admiratio inducetur ec. causam ingratitudinis denotatæ superius seriatim dixit exprimendam ec. Primo enim cum dictus Dominus Marchio concessit ec. fruendum castrum, & villam Racconixii dictis Friderico, & Thomæ, ipsi ec. cum armis prohibuerunt, ne dictus Dominus Marchio intraret castrum prædictum. Item existentes in rebellione prædicta fecerunt sibi fieri fidelitatem dicti loci, & compellerunt illos de Brayda Vassallos ec. Domini Marchionis ad fidelitatem eis faciendum ec., & ceperunt violenter ec. castrum Milliabrunæ ec., & expoliaverunt dictum Dominum Marchionem castri, & villæ Caramagnoliæ, capiendo castellanum, & clavarium ec., qui clavarius ec. fuit vulneratus, & incarceratus ab ipsis ec. in qua ec. plures homines dicti Domini Marchionis fuerunt interfecti, & acceperunt fidelitatem hominum dicti loci ec. Item fecerunt pacem ec. cum inimicis capitalibus, & rebellibus, & proditoribus dicti Domini Marchionis ec., & ipsorum auxilio intraverunt burgum Dragonerii ec., & ibi ceperunt potestatem, & clavarium, & ec. castrum ec. obsessum ec. ceperunt ec. Item ceperunt castrum, & villam Vallisgranæ, Montisoroli, Pratileveti, & eos posuerunt in manibus illorum de Cuneo inimicorum Domini Marchionis ec. Item cum auxilio prædictorum ec. intraverunt ec. cum armis villam Salutiarum, & obsederunt castrum ec. Tandem videns dictus Dominus Marchio iniquitates ec. ipsorum ec. compromissum fecit una cum ipsis in Dominos Joannem, & Georgium de Salutiis, qui pronuntiaverunt prout in sententia ec. qua pronuntiata dictus Federicus, & Thomas ceperunt castrum Salutiarum, & intraverunt villam Bargiarum ec., & castrum obsederunt ec., & finaliter ceperunt. Item ceperunt violenter ec. quædam fortalitia versus Paesanam ec. in quo plures homines dicti Domini Marchionis fuerunt interfecti. Item intraverunt villam Revelli, & obsederunt castrum, in qua obsidione quidam fideles ec. Domini Marchionis fuerunt interfecti, in quo castro ec. erant Domina Comitissa uxor dicti Domini Marchionis, & Leonora, & Manfredus ejus filii, & Leonora uxor dicti Manfredi; intraverunt villam S. Frontis, & obsederunt castrum, & villam Paesanæ, intraverunt, & fieri fecerunt fidelitatem hominibus, & dum Dominus Marchio intrare vellet villam Salutiarum, gentes dictorum Friderici, & Thomæ manu armata intraverunt ec. prohibendo ec. ne intraret in villa sua ec. percutiendo ipsum taliter, quod vulneraverunt equum supra quo erat, & a quo ipse cecidit in terra, & sibi fecit magnum damnum in persona. Item noluerunt restituere fortalitia Salutiarum, & aliorum locorum ec., quæ omnia facta fuerunt ec. contra honorem ipsius Domini Marchionis ec. Tandem durante obsidione castri S. Frontis ec. compromiserunt in egreg. virum Dominum Philippum de Sabaudia Principem Achajæ, qui sententiam protulit ec. quam dicti Federicus, & Thomas ec. minas faciendo Vassallos dicti Domini Marchionis ec. illos de Castellario, & Liagnascho compellendo ad fidelitatem ec. Item restituere noluerunt fortalitios ec. quos restituere tenebantur ex forma sententiæ prolatæ. Item post dictam sententiam ec. intraverunt castrum S. Frontis, & deinde in villa Villæ, quæ erant ec. Domini Marchionis ec. Item ec. solvere noluerunt dicto Marchioni proventus, & reditus Salutiarum, & Bargiarum, qui solvere tenebantur vigore dictæ sententiæ. Item contra dictam sententiam investiverunt Dominos Jacobum, Manfredum, & Thomam de Carretto, de Montebarcario, S. Benedicti, & Camerana, quæ loca pertinent ad dictum Dominum Marchionem, & de quibus dicti Domini de Carretto dictum Dominum Marchionem violenter detinent spoliatum. Item post dictam sententiam ec. disposuerunt de . . . feudis Curtis Burmidæ, Virguli, & Ulmorum, feuda jam dicti Domini Marchionis. Item observare recusaverunt ec. sententiam per locum Baldisser, & Farigliani, quibus causis non immerito dicti Federicus, & Thomas in prædicta ingatitudine existunt, & quia ipsum Dominum Marchionem insidiarunt affectantes Mar-

Digitized by Google

chionatum habere, & Marchiones vocari, in exheredatione vocaverat indignum a tota hæreditate Domini Marchionis prædicti. Item omnia, & singula supradicta divisionis jure ec., & jure testamenti, & cujusvis alio idem valere ec. voluit derogando cuique alii ultimæ voluntatis ec. mandans, ut præmissa firmiter serventur, & prædictis Manfredo, Teodoro, & Bonifatio omnia ec. tactis scripturis jurabunt attendere, & observare ec.

Et ego Joannes Brusafreddus de Mulazano ec. in protocollo ec. Jacobi Brusafreddi Notarii patris mei ec. fideliter exemplavi, & in publicam formam redegi ec.

Edictum Manfredi IV. M. Salut. de fidelitate facienda Frederico filio suo ex Ms. C. Salut. n. 77.

215 MCCCXXXIV.

Anno MCCCXXXIV. die vigesimanona decembris Nos Manfredus Marchio Salutiarum universis, & singulis vassallis, & fidelibus nostris ultra Tanagrum existentibus salutem, & mandatis nostris firmiter obedire. Volentes, in quantum nobis est executioni mandare, qua tenemus ratione, & occasione pacis, & concordiæ favente clementia noviter initæ, & firmatæ inter nos, & carissimum filium nostrum Federicum, vobis tenore præsentium districte præcipimus, & mandamus, quatenus eidem Federico nato nostro fidelitatem facere debeatis salva fidelitate in vita nostra, in quantum spectaret ad nos pro propriis factis nostris. Quam quidem fidelitatem eidem Federico nato ei, vel ejus procuratori legitimo præstetis solemniter, & juretis, quando ab ipso, vel ejus procuratore fueritis requisiti; in quantum pœnas contra negligentes præstare fidelitatem statutam cupitis evitare, quia prædicta sic fieri volumus, & mandamus omni jure, & forma prout melius, & efficacius possumus. Has autem literas nostras patentes transmittimus sigilli nostri apensione munitas ad majorem evidentiam veritatis omnium præmissorum. Dat. Caramagnoliæ, ut supra.

Excerptum ex tabulis fœderis initi inter Joannem M. Montisferrati, & Jacobum de Sabaudia ex coll. DD. in caus. Rochettæ Tanagr.

216 MCCCXLI.

Anno &c. in civitate Astensi in domo habitationis Illustris Principis Domini Joannis Marchionis Montisferrati, præsentibus ec. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod cum virtute pacis anno, & mense præsentibus interpositæ per Serenissimum Principem, & Illustrem Dominum Aymonem Comitem Sabaudiæ, inter Viros Magnificos Dominum Joannem Montisferrati Marchionem ex una parte, & Dominum Jacobum de Sabaudia Principem Achajæ ex alia, quibus dictorum Dominorum Marchionis, & Principis triginta ex nobilibus suis per ipsum Dominum Comitem nominandis ad sancta Dei Evangelia in manu unius, vel duorum Clericorum ordinandorum per ipsum Dominum Comitem jurare facere teneantur pacem ipsam in omnibus suis articulis intactam, & illibatam, ac gratam, & firmam perpetuis temporibus observare, nec alicui contrafacienti, vel contrafacere volenti consentire, sed ei, prout eis, fuerit possibile obviare, sicut in textu pacis prædictæ per Thomam Ponice Notarium publicum dicti D. Comitis receptæ latius continetur. Hinc est, quod in mei infrascripti Notarii, & suprascriptorum testium præsentia constituti nobiles infrascripti Vassalli, & subditi, ut asserunt, Domini Marchionis prædicti, ac nominati, & designati per Dominum Comitem suprædictum, videlicet Joanninus de Cocconato, Garvaignius de Montilio, Jordanus de Cella, Valenezanus de Anrelio, Victus de Montilio, Bertholotus de Cerisico, Bauduinus de Rocchetta de Enciſia, & Henrigonus de Montebono ad instantiam, & requisitionem dicti Domini Marchionis pro se, & suis hæredibus in manu mei dicti Notarii stipulantis, & recipientis vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, & interesse potuit in futurum, promiserunt, & juraverunt, corporaliter tactis Evangeliis sacrosanctis pacem prædictam in omnibus suis articulis intactam, & illibatam, ac gratam, & firmam perpetuis temporibus observare, nec alicui contrafacienti, vel contrafacere volenti consentire, sed ei, prout eis possibile fuerit, obviare; de qua quidem promissione, & juramento præfatus Dominus Marchio per me Notarium infrascriptum jussit fieri publicum instrumentum &c.

Item anno, & indictione quibus supra &c. in civitate Astensi infra domum, quam nunc inhabitat Dominus Marchio supradictus, præsentibus Bauduyno de Rocchetta, Joanne Majore de Valperga, & Francisco Canis de Casali Sancti Evaxii in Monteferrato ad hæc vocatis testibus, & rogatis. Per hoc instrumentum publicum cunctis pateat evidenter, quod ad instantiam, & requisitionem dicti Domini Marchionis Nobiles, & Vassalli ipsius infrascripti, videlicet Dominus Oddoninus de Roqueta, Jacquemetus Provana Condominus Castri Laynici, Othobonus de Coconato, Bertholinus de Mazadio, Wilielmus Roffini de Robella, Percivallus Gutuarius, Philippus de Montilio, Maynfredus Deatus de Villa, Obertus de Saluceto, Conradus Lanzavetula, & Conradus Guttuarius suis spontaneis voluntatibus in manu mei dicti Notarii infrascripti stipulantis, ut supra, juraverunt, tactis corporaliter Dei Evangeliis sacrosanctis modo, & forma, quibus juraverunt alii nobiles suprascripti, nil addito, vel mutato.

Testamentum Thomæ M. Salutiarum Ex Ms. C. Salut. n. 97.

217 MCCCLVII.

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem MCCCLVII Indictione decima die quinta mensis augusti Sa-

lutiis in caſtro dicti loci. Licet incerta mortis hora ec. ideo Illuſtriſſimus, & Magnificus D.D. Thomas Marchio Salutiarum filius quondam recolendæ memoriæ Illuſtriſſimi Domini Friderici de Salutiis præſens nuncupativum teſtamentum ſine ſcriptis in hunc modum facere procuravit. In primis ſepulturam elegit apud Monaſterium S. Mariæ de Revello, cui monaſterio reliquit petiam unam prati autinati ſitam tali modo, quod teneantur de reditibus dictæ petiæ duos Sacerdotes tenere, qui debeant diebus ſingulis duas celebrare miſſas pro remedio peccatorum ſuorum, & patris, & matris ejuſdem. Item inſtituit ſibi hæredem Galeatium ejus filium in toto, & omni jure, quod idem Dominus Marchio habet in omnibus, & ſingulis terris cum quibuſcumque juribus ipſorum locorum, quæ fuerunt Dominorum olim de Venaſcha, & cum juriſdictione quacumque, ſalvo jure fidelitatis præſtandæ per ipſum Galeatium Federico infraſcripto ejus primogenito, cum de more Marchionatus Salutiarum ſit, & eſſe debeat, quod filius Marchionis primogenitus ſit, & eſſe debeat univerſalis hæres, & Marchio. Item inſtituit Azonem ejus filium ſibi hæredem in omnibus locis, quos dictus Azo poſſidet de præſenti, quæ villæ ſunt caſtrum, & villam Monaſteroli, caſtrum Caſtellarii, & Payſanæ, & ultra prædicta ipſum Azonem ejus filium inſtituit in omni, & toto jure, quod ipſe Dominus Marchio habet in caſtro, & villa S. Frontis, & vallis Padi excepta Martiniana, & omnia prædicta cum pedagiis, ſalvo jure Vaſſalitio fidelitatis præſtandæ per ipſum Azonem Federico prædicto de dictis terris. Juſſit ipſe Dominus Marchio ipſum Azonem ejus filium eſſe tacitum, & contentum. Inſuper ſibi hæredem inſtituit Euſtachium, Conſtantium, Luchinum, & Jacobum ejus filios quemlibet ipſorum in florenis duobus millibus auri, de quibus eos, & quemlibet ipſorum juſſit eſſe tacitos, & contentos. Item reliquit Beatrici, filiæ ſuæ uxori Antonii Falletti ultra dotes ducentos florenos auri. Item Luchinæ filiæ ſuæ uxori Domini Joannoni de Becharia ultra dotes ducentos florenos auri. Inſuper Illuſtriſſimæ Magnificæ Dominæ Riccardæ Comitiſſæ Salutiarum conſortis ipſius Domini Marchionis reliquit omnes, & ſingulos fructus, reditus, quos habet in Revello, & ultra prædicta totum cenſum, quem ſibi dare tenentur homines Bargiarum. Inſuper voluit, quod ipſa Domina ejus uxor ſit toto tempore ejus vitæ gubernatrix totius Marchionatus, & totius terræ ſuæ, & habeat poteſtatem gratias faciendi. Federicum autem ejus filium primogenitum ſibi hæredem univerſalem inſtituit in omnibus, & ſingulis aliis bonis ſuis, juribus, & actionibus tam præſentibus, quam futuris, ſive ſint caſtra, terræ, villæ, & loca, ſive aliæ quæcumque res, ita, & tali modo, quod idem Federicus ſit, & eſſe debeat integraliter unicus, & in ſolidum Marchio Salutiarum, & Dominus Cunei cum toto territorio Cunei, cum Marchionatus, vel aliæ dignitates dividi non debeant de jure, & etiam ſit de more, & conſuetudine Marchionatus Salutiarum, quod primogenitum maſculum ex Marchione Salutiarum deſcendentem oportear eſſe unicum, & univerſalem hæredem, & Marchionem, & hanc ſuam ultimam voluntatem aſſeruit eſſe. Teſtes autem, qui præſenti teſtamento interfuerunt, vocati ſunt Franciſcus de la Rocha, Briancius de Coſtigliolis, Antonius de Romagnano, Antonius, & Laurentius filii dicti Briantii. Ego Gerardus de Galeiciis de Racconixio Notarius his omnibus interfui.

Acta pacis initæ a Johanne March. Montisferr. inter Remp. Januenſ., & Regem Aragoniæ.

MCCCLX. XXVII. martii 218

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, Fili, & Spiritus ſancti, & totius celeſtis curiæ amen. Nos Joannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius ecc. arbiter arbitramentator amicabilis compoſitor, & communis amicus electus, & aſſumptus per nobilem virum Dominum Franciſcum de Perilionibus militem conſiliarium, & camerlengum, ac procuratorem certum, & ſpecialem, & procuratorio nomine ſereniſſimi principis, & domini Petri Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, comitiſque Barchinoniæ, Roſſilioni, & Ceritanie avunculi noſtri cariſſimi, prout de ejus procuratorio baylia, & auctoritate ſibi ſuper infraſcriptis a præfato Domino Rege conceſſis, & tam ſpecialiter, quam generaliter attributis conſtat publico inſtrumento tradito & confecto, ac roborato ſigno, & juramento Domini regis prædicti ſub ſigno, & nomine Bernardi de Donaſtre præfati domini Regis ſcriptoris ſecretarii, ejuſque auctoritate notarii publici ſub annò Domini milleſimo triceſimo quinquageſimo nono XXV. die decembris (1) ex una, & pro una parte; & circumſpectum virum Dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum civem Januenſem, ſindicum, actorem, procuratorem, ambaxiatorem, & nuncium ſpecialem magnifici Domini Simonis Bucanigre Dei gratia Ducis Januenſis, & populi defenſoris fratris, & compatris noſtri cariſſimi, & communis Januæ ſpecialiter, & ſolepniter conſtitutum ad hoc per ipſum Dominum Ducem in præſentia, conſenſu, & voluntate infraſcriptorum ancianorum ſui conſilii, & officialium officii guerræ, nec non per ipſos ancianos, & officiales guerræ, auctoritate, & decreto dicti Domini Ducis, & quorum ancianorum, qui ad hoc interfuerunt, nomina ſunt hæc: Manuel de Caſſina procurator, Jacobus Campanetus, Dominus Petrus de Caſtiliono jurisperitus, Jacobus de Franciſchis, Jacobus de Ulmo, Nicolaus Salicetus, Lanfrancus Drizacorne, Nicholaus Oddonis, Antonius de Campagnono, Raphael Thome; Officialium vero guerræ nomina ſunt hæc: Giorgius Capellus Procurator, Lanzalotius de Caſtiliono, Bartholomeus Rubeus, Antonius de Struppa ſindicario, procuratorio, actorio, & ambaxatorio nomine prætatorum Dominorum Ducis ancianorum, & officialium guerræ, ac nomine, & vice communis Januæ, & pro ipſo communi, ac omnium, & ſingulorum Januenſium, & qui pro Januenſibus in quacumque mundi parte ſe tractant, & reputant, nec non nomine, & vice

quarumcumque civitatum, terrarum, & locorum ipſi communi Januæ in quacumque mundi parte ſuppoſitorum, ſeu convencionatorum cum ipſo communi, nec non etiam quorumcumque Comitum, Marchionum, Baronum, ſeu etiam dominorum feudatorum vaſſallorum, ſeu etiam conventionatorum ipſius communis, de cujus Domini Leonardi ſindicatu procuratorio, poteſtate, & bayla per præfatum Ducem in præſentia, conſenſu, & voluntate dictorum Dominorum ancianorum ſui conſili, & officialium officii guerræ, nec non per præfatos ancianos, & officiales guerræ, auctoritate, & decreto dicti Domini Ducis factis, conceſſis, datis, & tam ſpecialiter, quam generaliter attributis eidem conſtat publico inſtrumento recepto, abbreviato, & in publicam formam redacto per Georgium Oddoardi de Clavaro Imperiali auctoritate Notarium, & etiam præfati magnifici Domini Ducis, & communis Januæ ſub anno Domini MCCCLVIIII., indictione undecima ſecundum curſum Januæ (1) die vigeſimaſecunda marcii (3) ex parte altera de omnibus, & ſingulis guerris, diſcordiis, rancuriis, invaſionibus, occupationibus, captionibus, incendiis, dapnis magnis, ſive minimis cauſis, ſive quæſtionibus quibuſcumque cujuſcumque conditionis exiſtant, & quocumque nomine cenſeantur, inter ipſas partes motis, vel ortis, ſeu vertentibus, & quæ moveri, oriri, ſeu verti poſſent quovis modo de jure, vel de facto, & de omni, & toto eo, ac omnibus, & ſingulis, quæ una pars ab altera petere, exigere, vel requirere poſſet verbo, vel facto de jure, vel de facto, ſeu alio quovis modo ecc. prout de compromiſſo lato pleno, & generali in nos facto conſtat publico inſtrumento recepto, & abbreviato per Stibiotum Stibium Notarium, & Canzelarium noſtrum dicto anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo nono, indictione duodecima, die nono menſis aprilis ejuſdem anni (4). Viſſo inſtrumento procurationis, & bayliæ dicti Domini Franciſci, & inſtrumento ſindicatus, procurationis, & bayliæ dicti Domini Leonardi, de quibus duobus inſtrumentis procurationis, & ſindicatus ſuperius mentio facta eſt. Et viſſis litteris per nos ſubſequenter miſſis dicto Domino Regi, ac dicto Domino Duci, & communi Januæ pro carceratis hinc inde relaxandis, & incantamentis factis per ipſos carceratos, ſeu ipſorum occaſione, revocandis, & anullandis ecc. (5) Et ordine per nos dato inter ipſas partes, & ipſis partibus pro ceſſatione offenſarum hinc inde, quæ omnia per nos arbitrum antedictum ſuper his mandata, & ordinata in omnibus partibus, & capitulis, quæ voluimus, executioni mandata ſunt, & ea quæ reſtant exequi Chriſti gratia ad noſtri voluntatem, & placitum per partes ipſas totaliter exequentur (6). Viſſoque inſtrumento ratificationis factæ per dictum Dominum Regem ſuper compromiſſo prædicto, quod inſtrumentum receptum, & ſcriptum eſt per Petrum de Carrega notarium, & ſcribam dicti Domini Regis (7) corroboratum ſigillo pendente, ac ſignis dicti Domini Regis, & dicti Petri ſub dicto anno Domini MCCCLVIIII., die tertia auguſti (8). Ac viſſo inſtrumento ratificationis factæ ſuper dicto compromiſſo per dictum Dominum Ducem, & quatuor officiales habentes una cum dicto Domino Duce totam illam baylam, quam commune Januæ habet, quod inſtrumentum abbreviatum eſt, & in publicam formam redactum per dictum Giorgium Oddoardi de Clavaro Imperiali auctoritate Notarium, & Canzellarium dicti Domini Ducis, & communis Januæ dictis anno Domini MCCCLVIIII., indictione undecima ſecundum curſum Januæ, die VIIII. ſeptembris (9). Et alio inſtrumento ratificationis factæ ſuper dicto compromiſſo, & contentis in ea per dictum Dominum Regem cum conſilio, aſſenſu, & approbatione illuſtris Dominæ Alionoræ Reginæ Aragonum conſortis ejuſdem Domini Regis, ac venerabilis, & religioſi fratris Iohannis Ferdinandi de Heredia Caſtellani Empoſte, ac Prioris ſancti Egidii Caſtellæ, & Legionis nobilis Bernardi de Capraria, Gilamberti de Sintillis (10) Mathei Mercerii militum (11), Franciſci Roma legum doctoris (12) conſiliariorum dicti Domini Regis, quod inſtrumentum receptum eſt, & abbreviatum per Bernardum de Pinos notarium, & ſcriptorem ejuſdem Domini Regis, & roboratum ſigillo pendente ipſius Domini Regis, ac ſignis dictorum Dominorum Regis, & Reginæ, dictorumque conſiliariorum, & dicti Bernardi de Pinos ſub anno Domini MCCCLVIIII., quinta die decembris (13). Et viſſo alio inſtrumento procuræ dicti Domini Franciſci de Perellonibus militis Camerlengi, Domini Jaſperti de Tregueranno (14) juriſperiti promotoris curiæ dicti Domini Regis, & Romei Lulli (15) procuratorum, & conſiliariorum ipſius Domini Regis, quod inſtrumentum receptum, & abbreviatum, & in publicam formam redactum eſt per Petrum de Carrega ſcriptorem dicti Domini Regis ſub anno Domini MCCCLVIIII., die XIIII. novembris roboratum ſigillo pendenti dicti Domini Regis, & ſignis ipſius Domini Regis & dicti Petri de Carrega (16). Et viſſo inſtrumento ſindicatus Domini Fei de Henrico juriſperiti, & Gabrielis Adurni ambaxiatorum, ſindicorum, & procuratorum dicti Domini Ducis, & communis Januæ, de quo ſindicatu conſtat publico inſtrumento recepto, & in publicam formam redacto per dictum Georgium Oddoardi de Clavaro Notarium, & Canzellarium dicti Domini Ducis ecc., & communis Januæ ſub anno Domini MCCCLX., indictione duodecima ſecundum curſum Januæ, die XXVII. februarii inter tertiam, & nonam. Et viſſo inſtrumento ſindicatus, & bayliæ Dominici Fatinantis civis Januæ ſindici dicti Domini Ducis, & communis Januæ una cum dictis Domino Feo, & Gabrielle Adurno ſubſtituti, ſive conſtituti loco Pambelli de Caſali abſentis, qui conſtitutus ad hæc fuerat una cum dictis Domino Feo Gabrielle, quod inſtrumentum abbreviatum, & receptum eſt per Conradum Manæurcum Notarium, & Canzellarium Domini Ducis prædicti, & communis Januæ ſub hoc anno, die vigeſimatertia menſis præſentis marcii, indictione XII. ſecundum curſum Januæ; habitis etiam ſolepni tractatu, & matura deliberatione ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, & aliis nobis narratis per partes prædictas; intellectis etiam informationibus, rationibus, atque cauſis parcium per nos; habito etiam conſilio militum, doctorum, & aliorum quam

plurium ſapientum apud nos exiſtentium, & oculis mentis noſtræ ad divinæ Majeſtatis præſentiam erectis, de cujus vultu noſtrum procedat judicium, & Chriſti gratia perpetuo confirmatur ſedentes in his ſcriptis Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis glorioſæ, beatique Georgii militis celeſtis ſuffragio, & nominibus invocatis dicimus, præcipimus, & ſententialiter arbitramus, definimus, & arbitramentamur.

I. Bonam veram, & cordialem pacem Deo propitio perpetuæ duraturas inter partes prædictas, omneſque adhærentes ſequaces coadjutores, valitores, colligatos, & ſubditos partium prædictarum, & ſpecialiter magnifici Organi Turchi magni colligati dicti Domini Ducis, & communis Ianuæ, omneſque rancores, omniaque odia, qui & quæ occaſione dictæ guerræ inter dictas partes orta erant, & oriebantur, remittimus, & totaliter abolemus, & pro abolitis, & remiſſis de cetero haberi volumus, & mandamus.

II. Item quod omnia dapna, injuriæ, cedes, & offenſiones data, facta, & illata, & datæ, factæ, & illatæ qualitercumque, & in quibuſcumque rebus tempore vigentis guerræ inter partes prædictas ſint, & eſſe intelligantur hinc inde remiſſa, & remiſſæ, & quod de eis aliqua ipſarum partium non teneatur ad aliquam emendationem, vel reſtitutionem alteri parti de dapnis vero datis per partes hinc inde ante dictam guerram, vel a tempore citra, quo offenſiones ceſſare debuerunt nobis bayliam omnimodam reſervamus.

III. Item dicimus, definimus, & ſententialiter arbitramus, & arbitramentamur, quod dictæ partes videlicet ſereniſſimus Dominus Rex Aragonum ſupradictus, & magnificus Dominus Dux, & commune Januæ nobis, & in noſtri forciam, ſeu comiſſariorum noſtrorum pro nobis, & nomine noſtro ponere debeant, ac tradere realiter cum effectu loca infraſcripta, videlicet Dominus Rex prædictus villam, & locum Alegherii inſulæ Sardiniæ cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis, & hominibus mero mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, & aliis juribus, fortaliciis quibuſcumque, & præfatus Dominus Dux, & commune Januæ ſimiliter in noſtris forciam, ſeu comiſſariorum noſtrorum pro nobis ponere debeat, ac tradere realiter cum effectu locum, & terram Bonifacii inſulæ Corſicæ cum omnibus juribus, hominibus, mero mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, & aliis ipſius loci, & terræ Bonifacii juribus, pertinentiis, & fortalitiis quibuſcumque, quæ locorum, terrarum, hominum, fortalitiarum, & jurium prædictorum traditio nobis fieri debeat, ſeu dictis noſtris comiſſariis pro nobis a die feſti Pentecoſtes proxime venturi, deinde ad unum annum tunc proxime venturum remanentibus dumtaxat in dictis locis illis perſonis, quas nos Marchio arbiter, & arbitrator ut ſupra voluerimus, & duxerimus ordinandum. Quæ loca terræ, & homines cum juribus, & pertinentiis ſupradictis penes nos, & in noſtri forciam debeant remanere uſque ad finem termini prorogationis dicti compromiſſi jam factæ, quæ eſt annorum quinque a die feſti Pentecoſtes proxime venturi uſque ad quinque annos, & minus ſi & prout nobis videbitur pro ſecuritate, & integra obſervatione, & executione dictæ pacis, & omnium aliorum dicendorum, pronunciandorum, arbitramentandorum, præcipiendorum, & definiendorum per nos ſuper omnibus, & ſingulis cauſis, & quæſtionibus, quæ vertuntur, & verti ſperantur, aut quoquo modo ſunt, vel eſſe poſſent inter dictas partes, & ſpecialiter occaſione inſulæ Corſicæ, & omnium locorum inſulæ Sardiniæ, & ſpecialiter Alegheriæ, & aliorum locorum, in quibus dictæ partes prætenderunt jus habere, & locorum, villarum, & caſtrorum exiſtentium in eiſdem inſulis, & occaſione dapnorum omnium inter partes prædictas quovis modo datorum, vel illatorum in terra, vel mari, quibus annis elapſis, vel ante de dictis locis Alegherii, & Bonefacii fieri, & eſſe debeat, prout de eis per nos dictum Marchionem arbitrum ecc. fuerit dictum, vel ordinatum, vel infradictum tempus.

IV. Item dicimus, ſententiamus, pronunciamus, arbitramentamur, quod ſi aliqua dictarum partium recuſaret infra dictum tempus ſuum locum declaratum ut ſupra ponere in noſtri forciam, ſeu comiſſariorum noſtrorum, vel ipſum locum non poneret in forciam noſtram effectualiter, ut ſupra tunc, & eo caſu, & caſibus cadat in pœnam florenorum centum millium in compromiſſo contenta, & pars quæ ſuum locum in manibus, & forcia noſtra poſuerit, & obediverit prout ſupra poſſit, & ei licitum ſit ſua propria auctoritate locum partis non obſervantis vi armorum, & quocumque alio modo vi, & ingenio invadere, & apprehendere, & omnia alia facere, quæ principaliter pertinent, ad apprehenſionem dicti loci, & in manibus, & virtute noſtra ponere quod, effectualiter, & preciſſe facere teneatur, ut de ipſo loco poſſimus diſponere, & ordinare vigore noſtri arbitrii, ſeu poteſtatis, ſicut noſtræ placuerit voluntati. Et per hoc pars quæ invadet, & apprehendet (17), ſeu apprehendi faceret & in noſtris manibus, & fortia poni faceret locum illum ſic invaſum, & apprehenſum ut ſupra non intelligatur dictam partem fregiſſe, turbaſſe, vel violaſſe, aut in pœnas aliquas incidiſſe, ſed hoc non obſtante per utramque partem pars prædicta firma, & ſtabilis perſeveret, & inviolabiliter obſervetur, & invaſor hujuſmodi, vel apprehenſor, ſive pars invadens, & apprehendens, & illum in manibus noſtris ponens, vel invadi, apprehendi, & poni faciens nullam per hoc pœnam incurrat, ſed dicta pax ut ſupra firma, & ſtabilis perſeveret pro utraque parte ſub pœnis prædictis.

V. Item conſulto, & ex certa ſcientia, ac vigore, & auctoritate bayliæ, & poteſtatis nobis ex forma dicti compromiſſi conceſſæ, & omni jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, reſervamus, nobiſque retinemus integraliter omnem bayliam, & poteſtatem nobis per dictas partes conceſſas in compromiſſo prædicto, & aliter qualitercumque in quibuſcumque aliis obligationibus, juramentis, & pœnarum adjectionibus per dictas partes, & quamlibet earum factis, & ordinatis iterum ſemel, & pluries dicendi, ſententiandi, pronunciandi, arbitramentandi, præcipiendi, adjudicandi, donandi, tradendi, & remittendi, corrigendi, ſupplen-

di, declarandi, interpretandi, addendi, & diminuendi prout, & quomodocumque nobis videbitur, & placuerit, & prout voluerimus, & nobis placebit ad noſtram largam, abſolutam, & liberam voluntatem inter partes prædictas inſuper, & pro omnibus, & ſingulis quæſtionibus, cauſis, atque controverſiis, quæ inter dictas partes quomodocumque vertuntur vel verti poſſent quocumque modo, vel cauſa, re, verbo, vel facto in terra, vel mari, vel aliis mundi partibus quibuſcumque, & tam pronunciatis. Et prædicta omnia, & ſingula cum omnibus, & ſingulis connexis emergentibus, & dependentibus ex eiſdem dicimus, ſententiamus, definimus, arbitramur, & arbitramentamus debere per dictas partes, & quamlibet earum inviolabiliter obſervari, ac etiam de preſenti emologari debere per dictos ſindicos, & procuratores dictarum partium, procuratorio, & ſindicario nomine ipſarum ſub pœna florenorum centum milium auri in dicto compromiſſo contenta committenda, & applicanda prout in dicto compromiſſo plenius continetur ad ejus pœnæ exactionem, ſi forſitan committatur quod abſit pars obſervans, & attendens auxilium armorum, gentium, navigiorum, & expenſarum opportunum contra partem non obſervantem, & in pœnam invadentem nobis impendere, & dare teneatur, & ad hoc faciendum ex nunc prout ex tunc dictas partes, & quamlibet earum vigore dictæ noſtræ poteſtatis ſententialiter condepnamus. Lata, publicata, pronunciata, & aperta fuit ſupraſcripta ſententia per præfatum Dominum Marchionem arbitrum, & arbitratorem prædictum in civitate Aſtenſi in palatio habitationis ejuſdem Domini Marchionis arbitri, & arbitratoris prædicti, & lecta per me Stibiotum Stibium Notarium, & Canzellarium ipſius Domini Marchionis præſentibus dictis Domino Franciſco de Perellonibus milite, Domino Jaſperto de Trogurano juriſperito, & Romeo Lulli cive Barchinoniæ procuratoribus, & ambaxatoribus, & procuratorio nomine dicti Domini Regis Aragonum, & dictis Domino Feo de Henrico juriſperito Gabrielle Adurno, & Dominico Fatinanti ſindicis procuratoribus, & ambaxatoribus ſindicario & procuratorio nomine dictorum Domini Ducis, & communis Januæ emologantibus, laudantibus, rattificantibus, & approbantibus dictam ſententiam, & omnia ſingula ſupraſcripta, & eis, & quodlibet eorum jurantibus corporaliter ad ſancta Dei Evangelia tactis ſcripturis in animas omnium eorum, & ſingulorum, quorum procuratores, & ſindici ſunt ut ſupra prædictam ſententiam, & emologationem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetuo rata, & firma habere, & tenere, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto etiamſi de jure contravenire poſſent ſub pœnis præſcriptis, et præſente illuſtriſſima Domina Eliſabet Infantiſſa Majoricarum Marchioniſſa Montisferrati ecc. conſorte præfati Domini Marchionis, & præſentibus teſtibus illuſtri viro Domino Ottone Duce Brunſvicenſi, Reverendo Domino fratre Franciſco Dei Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Verinenſi (17), Domino Johanne de Coconato comite, & milite, Domino Jacobo de ſancto Georgio ex comitibus de Blandrate milite, Domino Oliverio Turcho de Caſtello milite, Domino Bonifacio de Coconato comite, & milite, & magiſtro hoſpitii dicti Domini Marchionis, & milite Domino Anthonio Lupo ex Marchionibus de Torania (18) Capitaneo Foreſtarie dicti Domini Marchionis in Aſt, Domino Nicholao de Captanea legum doctore poteſtate Aſt, Domino Raymundo de Solerio milite, & legum doctore, Domino Franciſco de Summo legum doctore, Domino Alberto de Guaſconibus legum doctore, Domino Ortolerio (19) de Guiſelbertis legum doctore, & comite Palatino Vicario præfati Domini Marchionis, Domino Rodulfo de Garretis decretorum doctore Vicario Domini . . . . . Aſtenſis Epiſcopi, Domino Petro de Zamoris Capitaneo populi Aſtenſis, Domino Frederico Guarleta legum doctore, Domino Franciſco Zopo licentiato in jure civili, Banduino de Rocheta, Oddono de Inciſia, Guillelmo de Inciſia, Johanne de Rocheta ex Marchionibus Inciſiæ, Johanne de Cerexeto Catalano de Mazadio ex comitibus de Valpergia, Nicholello de Tilio, Guillelmo de Gabiano, Ginetro de Cavagnolio, Conrado Aſinario, Petro de Sancto Giorgio, Anthonio ex comitibus de Valpergia, Anthonio de Montabono, Ottone, & Oddonino de Caſtello, Sadino de ſancto Giorgio de Advocatis, Guillelmo de Fraxinate ex comitibus Caballiate, Dominico de Montilio, Saglino de Fraxinello, & pluribus aliis. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo, indictione tertiadecima, die vigeſimoſeptimo menſis marcii (20), de qua quidem ſententia ex omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & contentis in ea præfatus Dominus Marchio arbiter arbitrator, & arbitramentator prædictus præſentibus dictis Domino Franciſcho de Perellonibus, Domino Iaſperto de Treguarno, & Romeo Lulli procuratoribus, & procuratorio nomine præfati Domini Regis Aragonum, & cetera, & præſentibus ſimiliter dictis Dominis Feo de Henrico Gabrielle Adurno, & Dominico Fatinanti Sindicis, & Ambaxiatoribus, & ſindicario nomine antedicti Domini Ducis, & communis Januæ, nec non præſentibus dictis teſtibus, & ipſi procuratores, & ſindici dicti Domini Regis, & dicti Domini Ducis, & communis Januæ præſente jam dicto Domino Marchione, & præſentibus, & teſtibus ſupradictis, & quilibet eorum præceperunt per me Stibiotum Stibium prædictum Notarium, & Cangellarium infraſcriptum fieri plura poblica inſtrumenta.

Et ego Stibiotus Stibius publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Canzellarius præfati Domini Marchionis prædictis omnibus, & ſingulis vocatus, & rogatus interfui, & dictam ſententiam, & omnia, & ſingula ſupraſcripta propria manu ſcripſi, & me ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui in teſtimonium omnium præmiſſorum.

(1) Actum in loco de Almunia. *In charta compromiſſi an. MCCCLIX. IX. aprilis deſignatur forma ſigilli hujus chartæ appenſi hoc modo* „In una parte ceræ rubræ ſculpitus erat equus cum perſona regali ſuper eum tenens cimmerium in capite, enſem in manu dextra, & clypeum in ſiniſtra, & circa formam dictæ bullæ hæc verba: *Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ,*

& Corſicæ, Comeſque Barchinonia, Roſilionis, & Ceritaniæ. In alia vero parte ſculpta erat imago regalis, tenens in capite coronam regalem, in manu dextra ſceptrum . . . . . in ſiniſtra pomum cum Cruce duplici ſedens ſuper regali ſolio, & tenens ſub quolibet pede formam duorum leonum. In circuitu vero dictæ bullæ . . . . . ſcripta erant hæc verba: *diligite juſtitiam qui judicatis terram, & oculi veſtri videant æquitatem.*

(2) *Hæc ideo adduntur, quia Januenſes uno anno ſerius exordiuntur indictionis curſum. Sic quæ hoc anno eſſet indictio duodecima, ipſis eſt indictio undecima. Quamquam non uno integro anno ſerius incipit eorum indictio, ſed ut ait Johannes a Janua novem menſibus ſerius, ſcilicet ab octo Kal. octobris, quo incipit indictio Januenſis.*

(3) Actum Januæ in teracia palatii Ducalis, ubi conſilia celebrantur. (4) *Si hoc menſe, & anno factum compromiſſum, quomodo conſtabit procurationem, ut antea aſſeritur, Franciſco de Perillionibus commiſſam fuiſſe die XXV. decembris hujus anni? dicendum potius errorem ibi irrepſiſſe, & LVIII. non LVIIII. anno ſæculi XIV. factam illam fuiſſe. Inter teſtes huic compromiſſo Aſtæ præſentes recenſentur:* Dominus frater Egidius Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Vicentinus, & Comes.

(5) *Data fuerunt Aſt die II. menſis aprilis MCCCLIX. XII. indictione.* (6) *Mandata Marchionis pro ceſſatione offenſarum hic memorata continentur in duobus chartis, quas infra hanc ſententiam integras dabo. Omiſi literas ad Regem Aragoniæ anno MCCCLIX. VI. julii, quæ in chartulario Stibii, quod præ manibus habeo, ſic inſcribuntur.* Pro relaxatione carceratorum ſereniſſimo Principi, & D.D. Petro Dei gratia Regi Aragonum, Majoricarum, Valenciæ ecc. eamquam Domino patri, & avunculo noſtro cariſſimo. Nos Johannes Marchio ecc. *In hiſce monet Regem, ut quoniam mandatum de liberandis carcere detentis die feſto S. Johannis menſis junii ſuum obtinere effectum non potuit, nec iſti Aſtam coram ſe venire potuerunt, curet tamen quantocius executioni mandare. Quia vero, ut videtur, impedimentum ceteris relaxationis ortum eſt ex obligationibus, quibus tenebantur illi erga detentores, idcirco definit illos adhuc liberandos protinus eſſe; & ſi redemtionis* (rexati) *cauſa Communitates regnorum, & terrarum ſuarum ſe obligaſſent, debeant illæ, vel Rex illorum loco integræ redemtionis debitum perſolvere.*

(7) *De villa Aerimonti Dioceſi Urgellenſis regni Aragoniæ, ut legitur explicatius in compromiſſo MCCCLIX. IX. aprilis.* (8) *In hoc juramentum continetur, quo promittit per ſe, & ſuos ſucceſſores ſemper compromiſſi ſententiam ſervaturum, jurans præterea per procuratores ſuos pro pacis obſervatione daturum* „ ſecuritates, atque cautelas coram SS. D. ſummo Pontifice, coram quo perſonaliter, & realiter nos, & noſtros ſubditos (ut ipſe proſequitur) promittimus effectualiter obligari. Actum in civitate Majoricarum teſtes fuerunt Petrus Jordani Durcies Majordomus, Bernardus de Chous gubernator Majoricarum, & Beruy de palatio milites conſiliarii D. Regis. „

(9) *Formulæ juramenti de obſervatione pacis, oblatione pignoris ſummo Pontifici in ſecuritatem executionis eadem, ac præcedentes Regis Aragonum. In iſto Dux Simon Bucanigra aſſumit titulum Amirali Generalis Reipublicæ.* (10) *Majordomi habet charta.*

(11) Camarlenghi militum. (12) Vicecancellarii.

(13) *Formulæ eadem, ac præcedentes: datum in villa Cervariæ.* (14) *In chartis varium eſt hoc nomen; ſic in hac legitur Treguarno.* (15) Barchinonenſis. (16) *Errore ſcriptoris erat in textu invadetur, & apprehendetur.* (16) Datum Cervariæ.

(17) *In prorogatione compromiſſi, ubi interfuerunt iidem teſtes, hic legitur Vericenſi.* (18) *Sovraniæ.*

(19) *Verius Ottolino.*

(20) *Hac etiam die, & anno prorogatum fuit compromiſſum uſque ad annos quinque a die nono aprilis anni MCCCLIX.; cum illud, de quo mentio in hac ſententia, eſſet ſolum ad annos duos. Sed de hac prorogatione vide chartam MCCCLX. II. aprilis.*

MCCCLVIIII. VI. julii. 220

Super facto offenſionum tollendarum inter Dominum Regem Aragonum, & gentes, & ſubditos ipſius infraſcripta videntur poſſe fieri, ac inter Dominum Ducem, & commune Januæ, & eorum ſubditos. Primo quod ſecretiſſime imponatur, & mandetur per Dominum Regem prædictum quibuſcumque armatoribus Capitaneis Dominis, ſeu patronis quarumcumque galearum, navium, ſeu lignorum, ſeu aliorum navigiorum quoruncumque exeuntium, ſeu exire volentium, vel debentium a medio madio proxime venturo ulterius de tota Catalognia, & regno Aragonum, & regno Majoricarum, & circumſtantibus inſulis, ſeu locis, quod Januenſibus, vel in ipſorum navigiis, ſeu bonis offenſionem non inferant, vel jacturam. Et e converſo per Dominum Ducem, & commune Januæ fiat diſtrictualibus ſuis, & quibuſcumque ultra dictum tempus exire volentibus, ſeu debentibus de civitate Januæ, & ripariis, & civitatibus, & terris convencionatis infra diſtrictum Januæ ſituatis; locis vero exiſtentibus in inſulis Sardiniæ, & Corſicæ mandetur quod non exeant, neque arment ultra calendas junii proximi. Siquæ vero galeæ, naves, vel ligna ipſarum partium inter inſulas Siciliæ, & Statum Hiſpaniæ, ſeu caput ſancti Vincentii forent, quod ordinetur ſecretiſſime, quod non offendant ultra dictas calendas junii. Et hoc eis denuncietur infra dictas calendas. Illis vero navigiis, & perſonis ipſarum partium, quæ eſſent ultra dicta confinia mandetur, & imponatur uſque ad medium menſem auguſti proximi, & ſi caſualiter ultra dicta tempora referendo ſingula ſingulis fieret aliquod dapnum, vel offenſio per aliquam ex ipſis partibus, vel ſingulares perſonas ipſarum partium, quod ſub ſpecie recati, ſeu redemptionis fieri debeat reſtitutio dapna paſſis in hac forma, videlicet quod Dominus Dux, & commune Januæ redimat, vel redimere ſimulent omnes res, & bona capta, ſeu ablata per aliquem Januenſem ab aliquo Catalano, vel Subdito, vel diſtrictuali dicti Domini Regis, & ipſi Catalano ſubdito, vel diſtrictuali prædicto fiat libera reſtitutio, vel ſatisfactio de ipſo dapno. Et e converſo fiat per dictum Dominum Regem Januenſibus ſubditis, & diſtrictualibus communis Januæ, a prædictis autem omnibus exceptæ intelligantur quæcum-

que galeæ gentes, & navigia irure seu itura in auxilium Regis Castelle secundum compositionem, & pacta super inhita inter Ambaxatores, & Procuratores dicti Domini Regis Castelle, & commune Januæ, de quibus apparet publicum instrumentum scriptum manu Conradi Mazurci Notarii, & Cancellarii communis Januæ hoc anno de mense martii, quæ offendere possint, & offendi prædictis non obstantibus, nec de dapnis per ipsas, vel eis inferendis, vel aliqua, seu alicui ipsarum nulla emendatio, vel cestitutio fieri debeat.

220 MCCCLVIIII. VI. julii.

Ordinatum est ut infra die sexto julii MCCCLVIIII. per Dominum arbitrum prædictum. Volunt procuratores. Primo quod per utramque dictarum partium, & omnes, & singulos subditos ipsarum partium cessetur ab omnibus offensis tam per mare, quam per terram sicut ordinatum est. Item quod Ambaxatores Domini Regis Aragonum procurabunt, & effectualiter facient cum eodem Domino Rege, quod omnes, & singuli Januenses carcerati in terris potencia, & virtute dicti Domini Regis libere a carceribus relaxentur, & libere consignentur, & tradentur illi personæ, vel personis, quam, vel quas pro ipsis carceratis Januensibus recipiendis mittet Dominus Dux Januæ, & quando illa persona, vel illæ personæ, quam, vel quas ipse Dominus Dux mittet ad consignationem recipiendam, scripserit dicto Domino Duci consignationem ipsam ei factam fuisse, ipse Dominus Dux habita notitia per literas de ipsorum carceratorum relaxatione teneantur facere rellaxari confestim omnes carceratos Catalanos, & alios, qui pro servicio dicti Domini Regis tam in Ianua, quam alibi sub ejus districtu carcerati existunt. Item quod omnes dicti carcerati tam Ianuenses, quam Catalani consignentur in Ast coram Domino Marchione, & quod cuilibet ipsorum carceratorum detur juramentum de se præsentando in Ast coram ipso Domino Marchione, & Domina Marchionissa exceptis dumtaxat infirmis, qui venire non possent. Item quod dicti Ambaxatores dicti Domini Regis dent literas fidancie personis itineris ex parte dicti Domini Ducis in Catalonia pro consignatione dictorum carceratorum recipienda, ne eis offendatur in persona, vel rebus suis. Item quod omnes obligationes, & incantamenta facta per carceratos Ianuenses quibuslibet Catalanis, vel subditis dicti Domini Regis anullentur, & revocentur, prout alias extitit ordinatum, & quod communitates regnorum & terrarum dicti Domini Regis, videlicet Aragonie, Valencie, Majoricarum, & Catalonie, & aliorum locorum, & terrarum dicti Domini Regis istud complere, & facere teneantur contentando illos, quibus factæ sunt dictæ obligationes, & incantamenta, vel aliter faciendo prout voluerint, dummodo anullatio fiat de ipsis incantamentis, & dicti Januenses liberentur ab ipsis obligationibus, & incarceramentis, & sicut incontinenti exequi facere teneatur Dominus Rex prædictus, & idem faciat Dominus Dux, & commune Januense de incantamentis factis per carceratos Catalanos. Et hæc de facto omnino, & incontinenti exequantur, ne relaxatio carceratorum ob id si obmitterur aliqualiter impediatur, & ad hæc facienda dictus Dominus Rex intelligatur, & sit obligatus. Quantum ad anullationem obligationum si quæ factæ fuerunt in regno Franciæ, vel terras aliorum Regum, non videtur fieri posse incontinenti, sed fiat quitatio per creditores, ut solepnius fieri poterit ad utilitatem obligatorum. Item quod omnia dapna, quæ data, vel illata fuerunt post tempora ordinata, & postquam offensiones cessare debuerunt, emendentur receptis probationibus per illum, cui committet Dominus Marchio in Janua, & satisfactio fiat in Janua Januensibus, ac Subditis Domini Regis prædicti in Barchilonia. Item quod dictus Dominus Rex de novo literas scribi, & mandari faciat, quod cessent ab omnibus offensis Januenses, & quod ab exeuntibus de terris suis recipiantur securitates, & eis præcipiant quod sub pena heris (1), & personarum cessent a dictis offensis, & idem faciat Dominus Dux Januæ de districtualibus suis. Item quod sub eadem pœna scribant gubernatoribus Calleri, & Largheri, quod non receptent aliquos offendentes, & quod si contingeret aliquos venientes de Sicilia, vel alia mundi parte cepisse, vel capere, & ibi reducere aliquos Januenses, vel ligna, vel res suas, quod personæ ipsorum Januensium per eos libertati tradantur, & eorum res retineantur, & ipsis Ianuensibus libere restituantur, & ultra ab eis, qui fecissent dictam captionem accipiantur, antequam ab ea promittantur securitates de non ulterius offendendo, & e converso fiat per Dominum Ducem, & commune Ianuæ de quibuscumque, qui intulerint dapnum subditis, & districtualibus dicti Domini Regis, & reperti fuerint sub districtu ejusdem Domini Ducis, & habeat locum præsens clausula, sive capitulum in quibuscumque piratis, & incursantibus maria causa prædæ, & non in illis, qui guerram palam haberent cum aliqua partium prædictarum. Item quod rattificationes firmissimæ fiant super compromisso per Dominum Regem, & Dominum Ducem prædictos, & quod per eosdem mittantur dicto Domino Marchioni. Item quod factum securitatum pacis fiendarum coram Domino Papa, videlicet quo ordine, & quo tempore fieri debeant, & secreta teneantur omnia supradicta, relinquatur dispositioni dicti Domini Ducis Januæ, & nihilominus fiat præsens rattificatio dicti Domini Regis, & Domini Ducis, & relaxatio carceratorum, ut supra dictum est. Item quod per prædicta, vel aliquod prædictorum non intelligantur, nec sint in aliquo innovata, mutata, variata, vel in aliquo diminuta aliqua, quæ inter ipsos ambaxatores hactenus facta sint, vel eis in aliquo derogatum, sed in præsentibus clausulis intelligantur exceptata omnia, quæ in aliis ordinationibus exceptata fuerunt, & intelligantur præsentialiter ordinata se referre ad illa, & ad corroborationem, & fortificationem eorum, quæ hactenus ordinata sunt.

(1) *Forte* haveris.

221 MCCCLX. XXX. martii.

Alia ſententia ſuper pluribus punctis, & articulis dictæ pacis.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Marchio Montisferrati Imperialis vicarius ecc. arbiter arbitrator arbitramentator, & communis amicus electus, & aſſumtus per nobilem militem Dominum Franciſchum de Perilionibus conſiliarium, & camerlengum, ac procuratorem, & procuratorio nomine ſereniſſimi Principis Domini Ducis Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valenciæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſque Barchiaoniæ, Roſſilioni, & Ceritaniæ ex una, & pro una parte, & ſapientem virum Dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum ſindicum, & ſindicario nomine magnifici fratris, & compatris noſtri cariſſimi Domini Simonis Buccanigræ Dei gratia Ducis Januenſis Imperialis vicarii populi defenſoris, & etiam Amirati generalis, & communis Januæ ex parte altera, prout de compromiſſo in nos facto conſtat publico inſtrumento recepto, & abbreviato per Stibiotum Stibium notarium, & cauſidicum noſtrum anno Dom. MCCLVIIII. indictione XII., die nono menſis aprilis viſſo dicto compromiſſo, & ratificationibus factis ſuper ipſo compromiſſo, & inſtrumentis procuræ, & baylarum dictorum Domini Franciſci de Perilionibus, & Domini Leonardi, de quibus in ipſo compromiſſo fit mentio, viſſoque alio inſtrumento procuræ conceſſæ per dictum Dominum Regem dicto Domino Franciſco de Perilionibus Domino Iaſperto de Tregurano jurisperito promotori curiæ ipſius Domini Regis, & Romeo Lulli civi Barchinoniæ, de quo inſtrumento procuræ, & baylia eis, vel duobus ex ipſis attributæ, & conceſſæ conſtat publico inſtrumento ſcriptæ manu Petri de Carrega ſcriptoris dicti Domini Regis, & roborato ſigillo pendente, & juramento ejuſdem Domini Regis, ac ſignis ipſius Domini Regis, & dicti Petri ſub anno Domini MCCCLVIIII., die XIIII. novembris, ac viſſo inſtrumento ſindicatus, & bayliæ Domini Frei de Henrico juriſperiti, & Gabrielis Adurni ambaxiatorum, ſindicorum, & procuratorum dicti Domini Ducis, & communis Januæ, de quo ſindicatu conſtat publico inſtrumento recepto, & in publicam formam redacto per Georgium Oddoardi de Cargnano Notarium, & Canzellarium magnifici Domini Ducis prædicti, & communis Januæ ſub hoc anno Domini MCCCLX., indictione XII. ſecundum curſum Januæ, die XXVII. februarii inter tertiam, & nonam, & viſſo inſtrumento ſindicatus, & bayliæ Domini Fatinanti civis Januæ ſindici dicti Domini Ducis, & communis Januæ, ut conſtat alio publico inſtrumento abbreviato, & in publicam formam redacto per Conradum Mazarcum Notarium, & Canzellarium dicti Domini Ducis, & communis Januæ. Sub hoc anno die XXIII menſis præſentis marcii indictione duodecima ſecundum curſum Januæ, viſſaque ſententia, & pronunciatione pacis per nos facta, & lata, ac promulgata inter partes prædictas, de qua conſtat inſtrumento recepto, & abbreviato per Stibiotum Stibium Notarium, & Canzellarium noſtrum ſub hoc anno, & indictione, die XXVII. menſis præſentis marcii; attentis bayliis nobis datis per quamlibet ipſarum partium, quas ſemper nobis reſervavimus, & nunc etiam reſervamus, cupienteſque quæcumque dubia, & cauſſas tollere propter quas, vel quæ ſcandalum aliquod inter dictas partes, vel aliquem, ſeu aliquos ſubditos, vel ſubditum ipſarum partium poſſet veriſimiliter provenire, & declarationes inter ipſas partes facere, & apponere, propter quas ipſa pax, & in ſententia, & pronunciatione noſtra contenta per quamlibet ipſarum partium, & omnes, & ſingulos ſubditos earumdem inviolabiliter, ac cordialiter obſerventur. Sedentes in his ſcriptis Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis nominibus invocatis dicimus, ſententiamus, definimus, pronunciamus, arbitramus, arbitramentamus fieri attendi, & inviolabiliter obſervari præcipimus per ipſas partes, & earum quamlibet, ac omnes, & ſingulos ſubditos earumdem prout ad quamlibet in futurum dignoſcitur referendo ſingula ſingulis pertinere, prout inferius continetur.

I. In primis quod omnia dapna data inter dictas partes, vel aliquas ipſarum partium ante inchoationem nuper parte guerræ, ſive tempore pacis, ſive treguæ, & ſive de eis eſſet aliqua aſſignatio facta, ſive non, ſint, & eſſe intelligantur remiſſa caſſa, & nulla, & omnes aſſignationes pro eis factæ, irritæ, & annullatæ, & per acceptilationem ſolepniter interjectam ſatisfacta eſſe intelligantur, ita videlicet quod dictus Dominus Rex ſuis dapna paſſis ſatisfactionem fieri faciat per viam impoſitionis quatuor denariorum pro libra ſuper mercatoribus apponendo, & colligendo in territorio ſuo ab illis, qui Januam, vel alia loca communis Januæ, vel ſubdita ipſi communi fuerint, & ipſe Dominus Dux, & commune Januæ ſuis dapnificantis ſatisfaciant verſa vice per modum eundem.

II. Item quod ab hinc in antea quicumque patronus, vel Dominus Magiſter, vel Præpoſitus Navis galeæ, ligni, vel cujuſcumque navigii, ſeu vaſis maritimis, in quo navigent ultra decem perſonæ recedendo ab aliquo portu, ſeu diſtrictibus, ripariis, vel plagiis terrarum dicto Domino Regi, ſeu ejus comitatibus, & ſimiliter dicto Domino Duci, & communi Januæ, ripariæ, & diſtrictui ejuſdem ubique ſubjectis, antequam recedat, teneatur ad ſancta Dei Evangelia jurare, & ſub obligatione bonorum ſuorum promittere de non offendendo, moleſtando, inquiettando, vel dapnificando in perſonis bonis, aut rebus in mari, nec in terra aliquam partem, vel ſubjectum, aut diſtrictualem partis alicujus in generali, univerſali, ſeu etiam particulari quoque modo. Quod ſi contra dictum juramentum, & dictam promiſſionem factum fuerit, dictus Dominus Rex pro recedentibus a portubus, terris, & diſtrictibus ſuis, & dictus Dominus Dux, & commune Januæ pro recedentibus a portubus, terris, & diſtrictibus earundem ſatisfaciant taliter dapnificatis, & ſatisfacere teneantur de bonis dictorum dapnificantium uſque ad eam quantitatem, in qua dapnificatos fuiſſe probetur, & nichilominus dictos cedentes proſe-

quantur, & puniant prout juris erit, & eis viſſum fuerit expedire. Quod ſi dicti patroni, vel Domini Magiſtri, ſeu Præpoſiti ipſarum navium, gallearum, lignorum, vel aliorum vaſſorum maritimorum, ſeu navigii cujuſcumque non præſtita prædicta cautione receſſerint, & navigando hinc inde aliqua dapna intulerint, ſeu ſubditos, & diſtrictuales ipſorum Dominorum Regis Ducis, & communis Januæ, ſeu alicujus ipſorum offenderint, moleſtaverint, inquietaverint, vel dapnificaverint in perſonis bonis, aut rebus in mari, vel in terra, dictus Dominus Rex, & dictus Dominus Dux, & commune Januæ prout ad quemlibet, & eorum diſtrictum pertinuerit omnimodam ſatisfactionem dapna paſſis de bonis dapnificantium facere teneantur, & ipſis emendam, & ſatisfactionem hujuſmodi ut prædicitur facientibus non incidant in poenam compromiſſi quamvis etiam cauptionem non receperint ſupradictam. Si vero ſubjecti tam dicti Domini Regis, quam dicti Domini Ducis, & communis Januæ extra jurisdictionem eorum armaverint, ſeu aliunde recedentes aliqua dapna intulerint ſubditis, vel diſtrictualibus partium jam dictarum in perſonis bonis, aut rebus in mari, vel in terra quoquo modo, dictus Dominus Rex, & Dominus Dux, & commune Januæ eos proſequi viriliter teneantur, & contra ipſos ut ſupra dictum eſt procedatur, videlicet quod dicti Dominus Rex, Dominus Dux, & commune Januæ, ut ad quemlibet ipſorum pertinuerit, ſatisfaciant, & ſatisfacere habeant dapna paſſis de bonis ipſorum dapnificantium, quæ repetiri poterunt ſuper juriſdictione, & diſtrictu ejus, cui ſubjecta fuerint ipſi delinquentes, & nihilominus ipſos dapnificantes proſequantur, & puniant ut juris ratio ſuadebit.

III. Item quod armantes in terra, & diſtrictu tam dicti Domini Regis, quam dicti Domini Ducis, & communis Januæ naves, galeas, lombos, & vaſſa quæcumque maritima navigabilia ab ipſis terris, & diſtrictu recedentes teneantur aſſecurare idonee cum ſidejuſſoribus unuſquiſque ſcilicet in poſſe ordinarii loci, ſeu locorum ubi armaverint, videlicet ſubditi dicti Domini Regis de non inferendo malum dictis Januenſibus, ſeu alicui eorum, & e converſo Januenſes prædicti de non inferendo malum ſubditis dicti Domini Regis, ſeu alicui eorundem.

IV. Item quod ſi armata dicti Domini Regis, vel dicti Domini Ducis, & communis Januæ qualemcumque fuerit dapnum inferat alteri parti, ſeu ſubditis ejuſdem, tunc ipſe Dominus Rex pro ſua armata, & nomine ſuo facta ad faciendum reſtitutionem dapna paſſis, & emendam de dapnis eis illatis in ſolidum teneatur, & e converſo Dominus Dux, & commune Januæ ad faciendum reſtitutionem dapna paſſis, & emendam de dapnis eis illatis in ſolidum teneantur.

V. Item quia Colombus Lomellinus dicit ſe dapnificatum fuiſſe per aliquos Catalanos in Barbaria de menſe julii proxime præteriti, de certis mercibus, ideo nos arbiter, & arbitramentator prædictus terminum aſſignamus eidem Columbo unius anni ad probandum in Janua coram Domino Anthonio De-ſtephanis juris utriuſque perito Vicario, & Conſiliario noſtro de dapno prædicto, qui annus incipere intelligatur die, qua ipſe Columbus, vel alia perſona pro eo legitime conſtituta requiſiverit coram dicto Domino Anthonio ejus probationes admitti, & quarum probationum receptionem eidem Domino Anthonio ex nunc ducimus committendam.

VI. Item quia Johannes Ermergaudi de Perpiniano, & Petrus Fighera de Barchinonia, & multi ex ſubditis, & diſtrictualibus dicti Domini Regis aſſeruntur dapnificatos fuiſſe per ſubditos dicti Domini Ducis, ac communis Januæ, ac die, & tempore citra quo poſt factum compromiſſum prædictum in nos ordinavimus quaſcumque offenſiones inter ipſas partes, & quamlibet earum ceſſare debere, & e converſo multi ex ſubditis, & diſtrictualibus dicti Domini Ducis, & communis Januæ afferentur dapnificatos fuiſſe per ſubditos dicti Domini Regis, ut emende condigne ipſis dapnificatis fieri poſſint, ex nunc committimus Domino Bernardo de Palatiolo licentiato in jure civili quod in civitate Barchinonæ recipiat, & admittat omnes, & ſingulas probationes per teſtes, vel alio debito modo faciendas, ab omnibus, & ſingulis Catalanis, vel ſubditis Domini Regis prædicti, quas facere voluerint ad docendum de ipſis dapnis illatis, eiſque uſque ad præſentem diem, & ſic etiam verſa vice committimus dicto Domino Anthonio de Stephanis utriuſque juris perito Vicario, & Conſiliario noſtro, quod in civitate Januæ recipiat, & admittat omnes, & ſingulas probationes per teſtes, vel alio debito modo recipiendas ab omnibus, & ſingulis Januenſibus, & civibus, vel ſubditis, vel diſtrictualibus dicti Domini Ducis, & communis Januæ, quod facere voluerint ad docendum de ipſis dapnis illatis eiſdem uſque ad præſentem diem, quod Dominus Bernardum, & Anthonium, & quemlibet eorum, ac ipſas probationes recipiendas, & deinde nobis mittendas ſub eorum ſigillis, vel per publica inſtrumenta noſtros ſpeciales Comiſſarios elegimus, & eligimus, & eis, & eorum cuilibet vices ad hoc opportunas duximus committendas, quæ probationes fiant infra unum annum incipiendum die, qua volentes probationes eorum facere requiſiverint ipſas probationes admitti. Sane tamen intellecto quod de dapnis datis per quatuor galeas, quæ fuerunt anno proxime præterito in auxilium Regis Caſtelle non obſtantibus prædictis fuerunt in omnibus, & per omnia ſecundum formam tractatus facti ſuper ceſſatione offenſe, ſeu facti ante pacem pronunciatam.

VII. Item quod uſque ad diem ſecundum menſis februarii proxime venturi anni MCCCLXI. inclusive non utantur in regnis, in terris dicti Domini Regis immunitatibus conſuetis, & Catalani, & ſubditi dicti Domini Regis in Janua a diſtrictu, & & locis communis Januæ immunitate non utantur, quo tempore elapſo ex inde locum habeat hinc inde immunitas conſueta.

VIII. Item quod ſi qua ex aliquo contractu, vel quaſi ex aliquibus privilegiis non occaſione dapni præcedentis deberentur a dictis partibus hinc inde, vel aliquibus ſingularibus perſonis ex dictis partibus ab alia parte, vel ſingularibus perſonis ejuſdem illa jura firma remaneant, & illeſa, quemadmodum erant ante inchoatam nuper præteritam guerram, & nullo

modo immutata per præsentem pacem, & quod eis privilegiis prout utebantur, vel uti poterant tempore quo incepit seu ante.

IX. Item quod omnes possessiones, quæ essent Domini Regis, vel subditorum suorum in Janua, & districtu, vel versa vice quod essent Domini Regis, vel communis Januæ, vel suorum districtualium etiam Burgensium dicti Domini Regis in Majoricis, vel Aragonia, vel Catalonia libere restituantur eisdem ut ipsi gaudeant, & possideant libere, sicut faciebant ante guerræ inchoationem, et specialiter infrascriptis videlicet Benedicto de Levanto olim Burgensi Majoricarum Johanni de Belognet, & alii in simili casu existentibus.

X. Item quia Simon Cibo olim carceratus in carceribus Catalanorum asserit solvisse de mense junii proxime præterito florenos ducentum quinquaginta pro recato suo indebite, & contra ordinationem per nos factam super relaxionem carceratorum, & super ipsorum carceratorum obligationibus, & incarceramentis annullandis ecc. Arbitramentamus, & ordinamus ecc. quod ipse Simon suas probationes faciat coram Domino Anthonio de Stephanis supradicto, & si solvit post ordinationem capituli super hoc ordinati, quod dicti floreni ei restituantur. Et idem in omnibus, & per omnia fiat pro Andriano Peregano, qui dicit simile de causa se recipere debere florenos quadringentos, quod fuit ut dicit coactus solvere contra dictam nostram ordinationem pro recato suo ita quod eo casu dicti floreni sibi restituantur, si restituti non sunt.

XI. Item quod de terris, villis, possessionibus, jurisdictionibus, redditibus, & pacis illorum de Auria in insula Sardiniæ situatis videbitur, quid de eis per nos arbitrum antedictum debeat declarari, Dominus Franciscus de Perilionibus præditus debeat nobis dimittere suam informationem in scriptis. Et cum Dominus Leonardus de Montaldo venerit debemus ejus informationem sub ejus juramento recipere, & sic ipsorum duorum informatione visa, & ostensa informatione ipsius Domini Francisci de Perilionibus dicto Domino Leonardo provideatur, & declaretur secundum informationem nobis cum dicto juramento fiendam per dictum Dominum Leonardum. Et prædicta omnia, & singula dicimus, sententiamus, arbitramus, arbitramentamus fieri attendi, & observari præcipimus sub pœna in dicto compromisso contenta, & omni jure, modo, & forma, quibus melius possumus reservantes nobis omnem nostram laudem, arbitrium, & potestatem nobis per dictas partes, & earum quamlibet quomodolibet attributam. Item eum prædicta sententiandi ..., pronunciandi, arbitrandi, arbitramentandi, definiendi, præcipiendi, adjudicandi ecc. prout, & quandocumque, & quotiescumque nobis placuerit, & voluerimus de, & super omnibus, quibus voluerimus tam pronunciatis, quam pronunciati. ad nostram liberam voluntatem præsentibus dictis Domino Francisco de Perillonibus Domino Jasperto de Treguarano, Romeo Lulli procuratore dicti Domini Regis, ac Domino Feo de Henrico jurisperito, Gabrielle Adorno, & Dominico Fatunanti sindicis, & procuratoribus dicti Domini Ducis, & communis Januæ. Et eisdem procuratoribus, & sindicis Domini Regis, ac Domini Ducis, & communis Januæ prædicta omnia, & singula suprascripta dicta, & pronunciata emologantibus, & approbantibus, lata, & dicta fuerunt hæc omnia, ac publicata, & pronunciata per dictum Dominum Marchionem arbitrum supradictum in civitate Astensi in palatio habitationis dicti Domini Marchionis. Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione tertiadecima, die penultimo mensis marcii præsentibus illustrissima Domina Elisabet Infantissa Majoricarum, Marchionissa Montisferrati, & consorte dicti Domini Marchionis, & præsentibus testibus illustrissimo viro Domino Ottone Duce Brunsvicensi Domino Johanne de Cochonato comite, & milite, Domino Raymondo de Solerio milite, & legum doctore, Domino Francisco de Summo legum doctore vicariis, & Johanne de Cereacto omnibus consiliariis dicti Domini Marchionis, & de prædictis dictus Dominus Marchio, & dicti procuratores, & sindici dicti Domini Regis, & dicti Domini Ducis, & communis Januæ præceperunt per me Stibiorum Stibium Notarium infrascriptum fieri plura publica instrumenta.

Et ego Stibiotus Stibius publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Cancellarius dicti Domini Marchionis omnibus, & singulis suprascriptis, & me subscripsi, signumque meum consuetum appolui in testimonium omnium præmissorum.

MCCCLX. II. aprilis (1) 223

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius ecc. Arbiter arbitrator amicabilis compositor, & communis amicus electus, & assumptus per nobilem virum Dominum Franciscum de Perilionibus militem consiliarium, & camerlengum, ac procuratorem, & procuratorio nomine serenissimi Principis, & D. D. Petri Dei gratia Regis Aragonum ecc. ex una parte, & sapientem virum Dominum Leonardum de Montaldo juris peritum sindicum, & sindicario nomine magnifici Domini Simonis Buccanigre Dei gratia Ducis Januensium ecc., & communis Januæ ex altera parte, prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento recepto, & abbreviato per Stibiotum Stibium publicum Notarium, & Cancellarium nostrum anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, indictione XII., die IX. mensis aprilis. Visso dicto compromisso, & omnibus usque nunc factis, & subsecutis ex eo. Et specialiter sententia, & pronunciatione pacis per nos lata, & facta inter dictas partes, de qua sententia, & pronunciatione pacis constat per instrumentum receptum, & abbreviatum per dictum Stibiotum sub hoc anno, & indictione XXVII. mensis marcii proxime præteriti. Et visis, ac examinatis omnibus, & singulis capitulis, & articulis, & aliis contentis in ipso instrumento sententiæ, & pacis, & specialiter capitulo, sive articulo tercio dictæ sententia, quod incipit. Item dicimus, definimus, & sententialiter arbitramus quod dictæ partes videlicet Serenissimus Dominus Rex Aragonum supradictus, & magnificus Dominus Dux, & commune Januæ nobis, & in nostris forciam, seu comissariorum nostrorum pro nobis, &

nomine noſtro ponere debeant, ac tradere realiter cum effectu loca infraſcripta videlicet Dominus Rex prædictus villam, & locum Alegherii inſulæ Sardiniæ cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis, & hominibus mero mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, & aliis juribus, & fortiliciis quibuſcumque, & præfatus Dominus Dux, & commune Januæ ſimiliter in noſtri forciam, ſeu comiſſariorum noſtrorum pro nobis ponere debeat, ac tradere realiter cum effectu locum, & terram Bonifacii inſulæ Corſicæ cum omnibus juribus hominibus, mero mixto imperio, & omnimoda juriſdictione ecc. prout hæc, & alia in dicto capitulo ſine articulo plenius continetur, viſſoque alio ſubſequenti capitulo ſive articulo dictæ ſententiæ, & pacis, quod capitulum ſive articulus continet. Item dicimus, ſententiamus, pronunciamus, arbitramus, arbitramentamus, quod ſi aliqua dictarum partium recuſſaret infra dictum tempus ſuum locum declaratum ut ſupra ponere in noſtri forciam, ſeu comiſſariorum noſtrorum, vel ipſum locum non ponent in forciam noſtram effectualiter, ut ſupra tunc, & eo caſu, & caſibus cadat in pœnam florenorum centum milium in compromiſſo contenta, & pars quæ ſuum locum in manibus, & forcia noſtra poſſuerit, & obediverit prout ſupra poſſit, & eis licitum ſit ſua propria authoritate locum partis non obſervantis vi armorum, & quocumque alio modo vi, & ingenio invadere, & apprehendere, & omnia alia facere, quæ principaliter pertinent ad apprehenſionem dicti loci ecc. prout hæc, & alia ſimiliter in dicto capitulo ſine articulo plenius continentur. Viſſo etiam alio capitulo ſine articulo dictæ ſententiæ, & pacis quod capitulum incipit: et prædicta omnia, & ſingula cum omnibus, & ſingulis conexis emergentibus, & dependentibus ex eiſdem ecc., nec non viſis omnibus aliis in ſententia ipſa contentis, & deſcriptis. Et ſcientes quod in ipſa pace, & pronunciatione, ac ſententia reſervavimus nobis poteſtatem iterum pronunciandi ſemel, & pluries, ac addendi, declarandi, mutandi, diminuendi, & corrigendi, prout in ipſa ſententia, & pronunciatione pacis plenius continetur volentes ex dicta poteſtate, & authoritate ipſius poteſtatis, ac bayliæ noſtræ addere, mutare, minuere, corrigere, & declarare. Ideo ſuper his habitis conſilio, & deliberatione matura ſedentes in his ſcriptis Chriſti nomine invocato dicimus, addimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus ut infra ſidelicet, quod caſtrum terra, & locus Bonifacii inſulæ Corſicæ pleno jure ſpectat, & pertinet dicto communi Januæ, nec debet in obligationem cadere dicto Domino Regi Aragonum, vel nobis arbitro ſupradicto, niſi ſolum in hoc, quod per aliquem poteſtatem, vel rectorem noſtrum cum ſervientibus vigintiquinque, vel uſque in quadraginta, & non pluribus, ſed paucioribus ſi nobis videbitur, debemus habere detemptationem, & gubernationem dicti loci per menſes quatuor, & non ultra, quibus etiam quatuor menſibus elapſis teneamur dictum locum libere dimittere in virtute dicti communis Januæ taliter etiam quod occaſiones dictæ detemptationis, & gubernationis nullum dicto communi præjudicium ſuis juribus generetur. Lata, & actum Aſt, in palatio habitationis dicti Domini Marchionis anno Domini MCCCLX., Indictione XIII., die ſecundo aprilis præſentibus teſtibus illuſtri Domino Ottone Duce Brunſvicenſi, & Domino Franciſco de Summo legum doctore, vicario ec. & præſentibus Ambaxatoribus Januæ. Qui Dominus Marchio, & Ambaxiatores præceperent plura fieri inſtrumenta publica de prædictis per me Stibiotum Stibium notarium infraſcriptum.

(1) *Eadem hac die D.D. Franciſcus de Neurico I. P., Dominicus Fatinantius, & Gabriel Adurnus legati Januenſium expoſuerunt Marchioni Montisferrati*,, quod cum inter dictas partes dictis nominibus fuerint aliquæ controverſiæ, ſeu quæſtiones de quibuſdam locis in diverſis locis, & partibus conſtitutis, & non poſſit pax pronunciata cordialiter obſervari, niſi fiat declaratio, ſeu deciſio per vos ſaltem arbitramentaliter ſuper his, de quibus quæſtio vertebatur ideo, inſtamus . . . . . quatenus . . . . ſtatuatur dictis partibus certus terminus, infra quem dictæ partes debeant produxiſſe coram vobis omnia jura, tractatus, & ſcripturas quaſcumque ut exinde poſſit procedere veſtra pronunciatio. „ *Inde factum puto, ut hac eadem die duas ſententias protulerit Marchio Johannes, in quarum una caſtrum Boniſacii Januenſibus addicit, in altera de negotiis Corſicæ remittit ad arbitramentum Card. Florentini, & recepta* 26. *maji declaratione Leonardi de Montaldo circa capitulum* item quod etc. *num. XI. ſententiæ penult. martii pronunciatæ, devenit ad ultimam ſententiam circa quæſtiones DD. de Auria editam MCCCLX. XXI. junii cujus infra exemplum exhibeo.*

MCCCLX. II. aprilis.

Sententia pro communi Januæ.

In nomine Domini, amen. Nos Johannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius ec. arbiter arbitrator, & amicabilis amicus communiter electus, & amicabilis amicus communiter electus, & aſſumptus per nobilem virum Dominum Franciſcum de Rerilionibus militem conſiliarium, & camerlengum, ac procuratorem, & procuratorio nomine ſereniſſimi Principis, & D. D. Petri Dei gratia Regis Aragonum ecc., de cujus procura conſtat publico inſtrumento ſub ſigno, & nomine Bernardi de Bonaſtre ſcriptoris dicti Domini Regis, & ejus authoritate notarii ſub anno Domini MCCCLVIIII. XXV. die decembris ex una parte, & magnificum Dominum Simonem Buccanigram Dei gratia Ducem Januæ, & commune Januæ, ſeu Dominum Leonardum de Montaldo ſindicum, & ſindicario nomine ipſorum Domini Ducis, & communis Januæ ex parte altera, de cujus domini Leonardi procura, & ſindicatu conſtat publico inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Georgii Odoardi de Clavaro notarii ſub anno Domini MCCCLVIIII., indictione XI. ſecundum curſum Januæ, die XXII. marcii, prout de compromiſſo in nos facto conſtat publico inſtrumento recepto, & abbreviato per Stibiotum Stibium Notarium, & Cancellarium noſtrum ſub anno Domini MCCCLVIIII., indictione XII., die nono menſis

aprilis. Visso dicto compromisso, in quo inter cetera continetur, quod possumus de quibuscumque civitatibus, terris, & locis suppositis, vel existentibus sub dominio, seu ad obedientiam dicti domini Regis, vel dictæ civitatis Januæ etc. tam in Sardinia, & Corsica, quam in quacumque alia mundi parte dare, tradere, donare, tribuere, adjudicare ipsis partibus, & cuilibet, seu alteri earum etc., prout nobis placuerit tam de concordia, quam de jure prout hæc, & alia lacius continentur, & scripta sunt, ac apparent ex forma ipsius compromissi, & visa sententia pacis per nos pronunciatæ inter dictas partes, de qua constat per publicum instrumentum scriptum, & abbreviatum per Stibiotum prædictum sub hoc anno, & indictione, die XXVII. mensis marcii proxime præteriti, in qua nobis reservavimus omnem bayliam semel, & pluries dicendi, sententiandi, pronunciandi, & prorogationem dicti compromissi factam per nos, de qua prorogatione constat publico instrumento recepto, & scripto ante pronunciationem pacis prædictæ per dictum Stibiotum dictis anno, & indictione præsentibus, die XXVII. mensis marcii proxime præteriti attendentes etiam tractata promissa, & ordinata coram nobis in tractatu pacis prædictæ per dictos procuratores, & sindicos partium prædictarum, & super eis omnibus, & singulis habita deliberatione matura, & consilio diligenti sedentes in his scriptis Christi nomine invocato dicimus, sententiamus, pronunciamus, arbitramus, & arbitramur, præcipimus, & ordinamus, quod de negotiis insulæ Corsicæ, & factis ipsius insulæ fiat, & fieri possit, & debeat, prout, & sicut inter Dominos Cardinales Florentinum alium, sive alios Cardinales ordinatum fuit, & Ambaxatores Januæ fuit anno prædicto per eos oblatum, vel ordinatum, & sicut per literas ipsorum poterit apparere. Et prædicta dicimus, sententiamus, & pronunciamus, ac præcipimus fieri attendi, & inviolabiliter observari debere per dictas partes, & quamlibet ipsarum sub pœna in dicto compromisso contenta toties committenda, quoties fuerit contrafactum, & omni jure, modo, & forma, quibus melius possumus. Lata, & actum Ast in palatio habitationis dicti Domini Marchionis anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione XIII., die II. mensis aprilis, præsentibus testibus illustri viro Domino Ottone Duce Brunsvicensi, & Domino Francisco de Summo legum doctore, vicario dicti Domini Marchionis. Qui Dominus Marchio præcipit de prædictis per me Notarium infrascriptum fieri unum, & plura instrumenta publica.

Et ego Stibiotus Stibius publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Cancellarius præfati Domini Marchionis omnibus, & singulis suprascriptis vocatus, & rogatus interfui, & sic scripsi.

MCCCLX. XXI. junii

Sententia pro illis de Auria.

In nomine Domini amen. Nos Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius ec. Arbiter arbitrator, & amicabilis compositor, & communis amicus electus, & assumptus per nobilem militem Dominum Franciscum de Perilionibus consiliarium, & camerlengum, ac procuratorem, & procuratorio nomine Serenissimi Principis, & D. D. Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie, Majoricarum Sardinie, & Corsice, Comitisque Barchinonie, Rossilioni, & Ceritanie ex una, & pro una parte, & sapientem virum Dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum Sindicum, & sindicario nomine magnifici Domini Symonis Buccanigre Dei gratia Ducis Januæ, Imperialis Vicarius, & Amirali Generalis, &c., & communis Januæ ex parte altera prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento recepto, & abreviato per Stibiotum Stibium Notarium, & Cancellarium nostrum anno Domini MCCCLVIIII. Indictione XIII. die nono mensis aprilis. Visso dicto compromisso, & rattificationibus factis super ipso compromisso instrumentis procurationum, & Bayliarum dicti Domini Franciſci ac Domini Jusperti de *Tregurano* Jurisperiti promotoris curiæ dicti Domini Regis & Rome Lulli procuratoris dicti Domini Regis. Et instrumentis procuræ Domini Fei de Henrico jurisperiti Gabrielis Adurni, & Dominici Fatinanti omnium Procuratorum, & sindicorum dicti magnifici D.D. Ducis, & communis Januæ coram nobis prædictis per ipsos sindicos, & procuratores prædictos, & visa quædam Sententia, & pronuntiatione per nos lata inter partes prædictas præsentibus dictis Dominis Fifico Jasperto, Romeo Feo, Gabrielle, & Dominico Sindicis, & procuratoribus ante dictis, & de ipsorum puri concordia, & assensu sub hoc anno, & Indictione die penultimo mensis marcii proxime, præteriti in qua quidem sententia, & pronuntiatione continetur capitulum tenoris hujusmodi. Item quod de terris villis possessionibus, jurisdictionibus, reditibus, & locis illorum de Auria in insula Sardiniæ situatis, videlicet quid de eis per nos arbitrum ante dictum debeat declarari Dominus Franciscus de Perilionibus prædictus debeat nobis dimittere suam informationem in scriptis. Et cum Dominus Leonardus de Montaldo venerit, debemus ejus informationem sub ejus juramento recipere, & sic ipsorum duorum informatione ipsius domini Franciſci de Perilionibus dicto domino Leonardo teneamur pronunciare, & declarare secundum informationem nobiscum dicto juramento fiendam per dictum Dominum Leonardum, cumque dictus Dominus Leonardus venerit, & visa informatione nobis dimissa per dictum Dominum Franciscum de Perilionibus, cujus tenor talis est. Informatio, quam facit Domino Marchioni Franciscus de Perelionibus super eis, quæ olim dicta fuerunt inter ipsum Franciscum, & Leonardum de Montaldo dum incipe-rent tractare de pace per Dei gratiam facta nunc, & hoc pro locis, quæ Barones de Auria consueverant habere in Sardiniæ insula. Primo videlicet quod si dicti Barones pro se, vel procuratores legitimos venerint ad obedientiam Domini Regis Aragonum, & essent sibi legales, & veri Vassalli. Item Dominus Rex remitteret eis de gratia omnes injurias per eos factas contra officiales, & subditos dicti Domini Regis, & omnia etiam, & quæcumque, quæ cons-

miserint contra eundem, & faceret processus exinde scriptos totaliter irritari. Item quod restitueret eisdem Baronibus omnia, & singula loca plana, quæ ipsi, seu aliquis eorum consueverunt habere in Sardiniæ insula antedicta, quæque per ipsum Dominum Regem, seu officiales suos essent pro guerra quomodolibet occupata, & hoc cum hominibus, & feminis, redditibus, jurisdictionibus, & juribus quibuscumque ejus informationem sub ejus juramento nobis dederit in hac forma, & per publicum instrumentum tenoris hujusmodi. Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione XIII., die XXVI. madii. In præsentia testium infrascriptorum ego Leonardus de Montaldo habens notitiam, quod in instrumento pronunciationis pacis pronunciatæ per illustrem Dominum Marchionem Montisferrati imperialem vicarium inter serenissimum Regem Aragonum, & suos ex una parte, & magnificum Dominum Ducem, & communem Januæ ex alia scripto manu Stibioti Stibii notarii infrascripti sub hoc anno, & indictione, die penultimo mensis madii proxime præteriti continetur capitulum tenoris infrascripti. Item quod terris etc. (*V. supra sententiam MCCCLX. penult. martii N. XI.*) memor, & certificatus, quomodo in tractatu dictæ pacis initæ per præfatum Dominum Marchionem tamquam medium, arbitrum arbitratorem, & amicabilem compositores inter dictas partes, & me Leonardum tunc syndicum, & procuratorem dicti Domini Ducis, & communis Januæ actum fuit, & ordinatum, quod de terris, locis, possessionibus, jurisdictione, castris, & aliis quibuscumque, quæ dicti nobiles de Auria in dicta insula Sardiniæ tenere solebant. Inter dictas partes fieri observari, ac exequi deberent, eaque per certos Cardinales inter Ambaxiatores dicti Domini Regis, & communis Januæ tractata, & ordinata fuerunt in Avinione ultima vice, & habens noticiam, quod in dictis tractatibus, prout per literas unius ex dictis Cardinalibus vidi, fuit capitulum tale. Puncta autem, quæ recepimus a dictis Ambaxatoribus Regiis, sunt hæc. Nam primo restituere volunt nobilibus de Auria omnia sua bona, possessiones, castra, villas, & loca, quæ, seu quas ipsi nobiles de Auria, vel antecessores eorum, vel aliquis ex eis possedissent, seu possideret anno MCCCXXX., vel aliquo tempore ab inde citra, portum Alegherium Gallarum, Saffarum, & villam Ecclesiæ scilicet ipsa castra, & loca tantum, non autem excipitur de villis, possessionibus, terris, & locis eorum existentibus infrà territoria dictorum locorum, quæ illi de Auria possedissent ut supra. Et processus factos contra eos in effectu revocare, & eos omnes nobiles restituere in integrum quantum ad bona predicta, & ad omnem gratiam regiam, ipsosque deinceps bene tractare ipsi Domino Regi remanentibus semper omnibus suis juribus, quæ habebat in dictis locis restituendis ut supra ante ipsorum inobedientiam, & processus predictos juramento corporaliter præstito in manu dicti Notarii infrascripti. Dico, protestor, informo, & declaro in omnibus, & per omnia prout, & sicut in proximo præcedenti capitulo per ordinem est descriptum; et sic per ipsum Dominum Marchionem pronunciandum, declarandum, & executioni mandandum esset inter dictas partes, salvo mihi dicto Leonardo omni potestate, & jure iterum declarandi, & informandi de prædictis, in quantum mihi de jure competat vigore dictæ sententiæ præcipiens de prædictis fieri unum, & plura publica instrumenta per te Stibiotum Stibium Notarium infrascriptum actum in civitate Astensi in domo Conçoni de Revello hospitis, præsentibus testibus Domino Francisco de Summo legum doctore, vicario dicti Domini Marchionis, Bonifacio Gut. de Castello, & Nicholio de Galvagnis de Garzano Notario. Cognoscentes quod vigore dictæ sententiæ per nos latæ dicta die penultima marcii, & dicti capituli in ea contenti tenemur pronunciare, & declarare secundum formam dictæ informationis nobis datæ per dictum Dominum Leonardum, licet sit contraria informationi prædictæ nobis dimissæ per dictum Dominum Franciscum de Perillionibus volentes facere, quæ teneamur, Christi nomine invocato sedentes in hiis scriptis dicimus, sententiamus, pronunciamus, arbitramentamur, arbitramur, & definimus, quod præfatus Dominus Rex Aragonum faciat, exequatur, attendat, & observet in omnibus, & per omnia prout, & sicut in dicto instrumento informationis nobis datæ, & factæ per dictum Dominum Leonardum continetur, & secundum formam dicti capituli tractati inter dictos Dominos Cardinales, & per eos quod capitulum incipit: puncta autem, quæ recipimus a dictis Ambaxatoribus Regiis sunt hæc. Nam primo restituere volunt nobilibus de Auria omnia sua bona, possessiones contra villas, & loca, quæ, seu quas etc. dicti capituli, & prædicta dicimus, sententiamus, pronunciamus, arbitramentamur, & attendi, ac observari inviolabiliter definimus vigore nostræ potestatis, & bayliæ nobis a dictis partibus attributæ, & omni jure, modo, & forma, quibus melius possumus, & sub pœna in dicto compromisso contenta reservantes nobis omnem nostram bayliam, arbitrium, & potestatem nobis per dictas partes, & earum quamlibet quomodolibet attributum. Iterum semel, & pluries dicendi, sententiandi, pronunciandi, arbitrandi, arbitramentandi, definiendi, præcipiendi, adjudicandi etc. prout, & quandocumque, & quotiescumque nobis placuerit, & voluerimus de, & super omnibus, quibus voluerimus tam pronunciatis, quam non pronunciatis ad nostram liberam voluntatem. Lata, dicta, publicata, & pronunciata fuit hæc pronunciatio, & sententia per dictum Dominum Marchionem arbitrum supradictum in castro Montiscalvi. Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo, indictione XIII., die vigesimoprimo mensis junii, præsentibus testibus Domino Jacobo Provana, Domino Anthonio Lupo militibus, Johanne de Cerexeto, Oddonino Gutoario de Castello, & Guillelmo Cicolello de Virolengo Cancellario dicti Domini Marchionis, de quibus omnibus, & singulis præfatus Dominus Marchio præcepit per me Stibiotum Stibium Notarium, & Cancellarium infrascriptum fieri unum, & plura publica instrumenta ad postulationem omnium, & singulorum, quorum interest, & poterit interesse.

Et ego Stibiotus Stibius publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Cancellarius dicti Domini

Marchionis omnibus supradictis vocatus, & rogatus interfui etc.

Datum partibus in forma publica.

Ultimum, quod in chartulario Stibioti Stibii Astensis Notarii in hac causa reperitur documentum, est charta anni MCCCLX. VIII. octobris, in qua Christophorus de Paulo Sindicus Ducis Januensis requirit a Domino Rege, ut pacis fœdus in tribus sententiis a Johanne Marchione Montisferrati firmatum, atque conclusum executioni mandare dignetur, sicuti ipse ex parte Reipublicæ Januensis promisit ex integro observandum. Actum Barchinonæ in Camera consilii D. Regis coram testibus Andriolo Pelegrino, Johanne de Bonfegnor civibus Januæ, Georgio Constantio de Finario, & Jacobo Rastello cive Astensi, quibus omnibus Stibiottus interfuit.

Testamentum D. Ricciardæ uxori Thomæ M. Salut. ex MS. C. Salut. p. 132.

225 MCCCLXI.

In nomine Domini anno millesimo tricentesimo sexagesimo primo, die secunda augusti in monasterio Revelli illustrissima, & magnifica Domina Ricciarda de Vicecomitibus Mediolani relicta illustrissimus, & magnificus Vir, & Dominus dicti Thomæ Marchionis Salutiarum præsens testamentum modo, quo sequitur, facere procuravit. In primis voluit sepeliri apud Ecclesiam præfati monasterii in sepulchro præfati Domini Thomæ. Item præcepit, quod dictum monasterium debeat perpetuo tenere duos sacerdotes, qui teneantur omni die celebrare duas Missas, una pro anima dicti Thomæ, & alia pro anima dictæ Dominæ. Item debeat facere unum annuale. Item duas donas, pro quibus omnibus dari præcepit ex bonis paraphernalibus, quæ ultra dotem habuit, scilicet octo mille florenorum, quos expendit pro defensione Marchionatus, cum Dominus Thomas vir ejus tenebatur in carcere per Seneschalum Regium, residuum applicari voluit Galeatio, Azoni, Eustachio, Constantio, Luchino, & fratri Jacobo ejus filiis, & filiis quondam Domini Thomæ Marchionis ejus viri. Item instituit Dominum Fedricum Marchionem ejus filium hæredem in tertia parte terrarum, quæ habet in judicatu Galuriæ in Sardinia ex aliis partibus: prælegavit antipartem dicto Azoni castrum unum, quale voluerit eligere. In reduo vero ipsarum terrarum, quæ habet in Sardinia dictos filios suos æqualibus portionibus heredes instituit. Et ego Nicolaus de Giraudis de Vigono Notarius præsens testamentum recepi.

Investituræ ab Amedeo Principe concessa Azoni de Salutiis. Ex eod. Ms. pag. 133.

226 MCCCLXIII.

Anno Domini MCCCLXIII. indictione I. die IV. mensis julii ec. Constituti illustrissimus, & magnificus Princeps Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ ex una parte, & Azo de Salutiis filius Domini Thomæ Marchionis Salutiarum quondam ex altera, idem Dominus Comes considerans, quod ad ipsum pervenerunt emptionis titulo castra Castellarii, Sanctifrontis, & villam Paysanæ cum ipsorum locorum finibus, & pertinentiis mero mixto imperio ec. per venditionem sibi factam per dictum Azonem in anno, & indictione currentibus in die tertia hujus mensis ec., & animadvertens idem Dominus Comes ad dilectionem, quam habet ad ipsum Azonem: idcirco idem Dominus Comes ex sua certa scientia pro se, & suis dicto Azoni præsenti, & pro se, & suis dicta castra Castellarii, & Sancti Frontis, & villam Paysanæ cum ipsorum finibus, quos acquisivit a dicto Azone emptionis titulo, nec non villas Crisolii, & Uncinis cum ipsarum juribus, finibus ec. donavit in feudum nobile, antiquum, & paternum, & de ipsis idem Dominus Comes ipsum Azonem infeudavit, & per traditionem ipsum Azonem pro se, & suis investivit, jure tamen feudi, & homagio sibi, & suis reservato, & promisit idem Dominus Comes dictas res in feudum datas eidem Azoni, & suis manutenere ec. quibus sic conventis ad instantiam dicti Domini Comitis dictus Azo recognoscit pro se, & suis dicta castra tenere ab ipso Domino Comite, quod quidem homagium idem Azo fecit manibus ipsius Azonis positis, & interjectis inter manus ipsius Domini Comitis, & osculo interveniente, & promisit idem Azo per juramentum eidem Domino Comiti fidelis existere ec. Acta sunt hæc apud Bargias infra domum sitam juxta portam suburbii a parte Bagnoli præsentibus ec. Et ego Joannes de Alleius ec.

Donatio Friderici Marchionis Salutiarum hospitali ejusdem civitatis. Ex eod. Ms. pag. 126.

MCCCLXXVIII. 227

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Nos Fridericus Marchio Salutiarum — offerimus — Deo — reditus infrascriptos — distribuendos modis infrascriptis. Primo offerimus sextarios sexaginta quinque, & eminam vini puri — quod — volumus capiatur — super fictum annualem, & perpetuum alteni nostri quod dicitur ad pascherium — Item offerimus sextarios sexaginta sex grani siliginis capiendis — super molisio molendinorum — Salutiarum — Item volumus — hanc eleemosinam in perpetuum — grani, & vini dividendam in duodecim partibus, & singula pars pro singulo mense in prima die dominica pauperibus largiatur —; & quia domus — hospitalis — Salutiarum — est habilis ad prædictam eleemosinam ut supra exhibendam pauperibus Christi —, ac etiam rectores — dictæ domus — probos viros novimus, ipsis — prædictos reditus grani, & vini pauperibus modo, quo supra ordinavimus largiendam — annuatim —; & ad hoc, ut — hanc nostram ordinationem — observent, volumus — quod Prior FF. Prædicatorum Salutiarum — sit ipsa die dominica, qua — eleemosina fiet ad ipsam domum, & videat, si eleemosina prædicta in integrum fiat — quibus priori & fratribus conventus prædicti pro prædicta cura habenda, damus sextarios sex vini —,

Digitized by Google

quod — vinum — capiatur ſuper alterno — prædicto — Actum Salutiis anno Domini MCCCLXXVIII. Indictione II. die XIX. decembris. Et ego Petrinus Laurentius de Salutiis ec.

Conſilium Antonii de Carlino J. C. ſuper quæſtione inter D. Johannem de Ceva, & Sindicos Caſtellini, ſolvendum ne ſit fodrum in florenis de fabrica Cevæ, an de Florentia inter ſindicos.

228 MCCCLXXIX.

IN nomine Domini amen. Cauſa talis eſt. D. Oddo Marchio Cevæ per ſe, et ſuos heredes, et ſubceſſores remiſit, et abſolvit Sindico Communis Caſtellini vice, & nomine dicti Communis recipienti fodrum, debita, porchetos, ſpallas, gallinas, capones, et annonas; et hoc ideo quia dictus Sindicus dicto nomine promixit, & convenit ſolempni ſtipulatione dicto d. Oddono, et ſubceſſoribus ſuis dare, et ſolvere omni anno in perpetuum nomine fodri libras LXXXV. Januæ currente floreno per ſolidos XXVII. ſolidos (*hic forte error irrepſit pro* denarios) X. Januenſes, et currente Turono de ... O. Rotundo per ſolidos 11. denarios IX. Januenſes. Modo oritur quæſtio inter D. Joannem unum ex heredibus DD. Oddoni, cui in diviſione, quam DD. Johannes fecit cum fratribus ſuis villa, dicti loci Caſtellini cum caſtro, hominibus, et juriſdictione dicti loci pervenit in partem ex una parte, et Sindicum dicti Communis, ſeu ipſum Commune ex alia, quæ talis eſt. Dicit namque dictus D. Joannes, quod appellatione dicti floreni intelligitur de floreno Florentiæ, et non de alio floreno, quia florenus dictus a Florentia, francus a Francia, januinus a Janua, ducatus a Duce Venetiarum. Ex adverſo dictus Sindicus dicto nomine opponit, & dicit, quod appellatione floreni continentur dicto nomine infraſcriptæ monetæ, et qui conſueverunt fabricari in Saona, in Aſt, in Janua, in Florentia, in Mediolano, in civitate Venetiarum, in Avinione, in fabrica Reginali Provinciæ, in fabrica Imperatoris, et in pluribus aliis fabricis aliorum dominorum, et Civitatum. Et ſic dicit dictus Sindicus dicto nomine, quod dicta promiſſio, quæ facta fuit D. Oddono, et heredibus ſuis debet intelligi de minori floreno, et non de floreno Florentino, vel de alio floreno majori. Et maxime debet intelligi de florenis, qui tempore dictæ promiſſionis fabricabantur in fabrica Cevæ, potiſſime quia anno MCCCLI. de menſe januarii citra ſemper fecerunt computum, et rationem melioramenti monetæ pro medietate ad melioramentum florenorum de fabrica Cevæ, et pro alia medietate ad melioramentum Turonorum de O. Rotundo.

Modo quæritur quid juris.

Ego Antonius de Carlino, cui dicta quæſtio fuit conſulenda commiſſa per dictum D. Johannem de conſenſu, et voluntate Vaceri, et Benedicti Ballatoris Sindicorum, et Sindacario nomine dicti Communis Caſtellini ſuper prædictiis coram me propoſitis habita deliberatione matura, participato quoque conſilio ven. viri D Frederici de Rocca Juriſperiti Chriſti nomine invocato, dico, et conſulo, quod ſi tempore dictæ promixionis dicti fodri floreni aliqui fabricabantur in fabrica Cevæ, ſeu fabricari conſueverant annis proxime elapſis de voluntate dominorum Marchionum Cevæ, & ipſi floreni curſum habebant in Ceva, & in Marchionatu Cevæ, quod dicta promixio ſolutionis dicti fodri intelligitur fuiſſe facta de iliis florenis, qui fabricabantur in fabrica Cevæ tempore ipſius promixionis, ſeu qui fabricari conſueverant in ipſa fabrica annis proxime elapſis, & curſum habebant in Ceva, & in Marchionatu Cevæ, & quod non intelligitur fuiſſe facta de florenis, qui tunc fabricabantur, ſeu fabricari conſueverant in fabrica Civitatis Florentiæ, & prædicta probantur per L. *nummis* ff. de legatis III, & ff. de Regulis juris. L. *Semper.*, ff. eod. L. *Quotiens.*, extra de cenſibus cap. ea parte. Et ſic notat Speculator in ſpeculo in tit. de oblig. & ſolue. nunc aliqua de ſolutionibus in verbo, pone in ſtatuto ec. Ubi dicit quod ſi ſunt duæ monetæ, de minori debet intelligi. Ita etiam notat Cy. in tit. in quib. caſib. in integrum reſtit. non eſt neceſſaria L in minor. Item per alias duas rationes motus fui ad ſic conſulendum. Primo quia in ratione melioramenti, & curſus monetæ, quam penes me habeo, & fuit in Ceva dicta ratio curſus, & melioramenti monetæ diutiſſime uſitata inveni, quod tempore dictæ promixionis dicti fodri florenus de Florentia valebat ſolidos XXVIII. Januenſes, & ſic apparet quod dicta promixio non fuit facta de dicto floreno Florentiæ, ſed de alio floreno, ſcilicet de floreno, qui fabricabatur in fabrica Cevæ, qui minus valebat tempore dictæ promixionis ſex denariis Januenſibus, quam valeret florenus de Florentia. Item alia ratione quia melioramentum, & computum dictæ monetæ ſemper fuit computatum ad florenum, qui fabricabatur in Curia Cevæ pro medietate, & pro medietate ad Turonos de O. Rotundo a tempore dictæ promixionis dicti fodri uſque nunc. Et prædicta dico, & conſulo participato conſilio dicti D. Friderici, ut dictum eſt, ſalvo ſemper conſilio cujuslibet melius ſentientis. Datum Cevæ in domo mei conſultoris prædicti anno Domini MCCCLXXIX. Indic. I. die XXI Januarii.

Aliud Conſilium in eadem quæſtione I. C. Oddonis Vinacia de Albenga.

MCCGLXXIX. 229

IN nomine Domini amen. Cauſa talis eſt *uti ſupra.* . . . . . Modo quæritur quid juris.

Et certe ſi vera eſſent quæ dictus Sind. dicit, & affirmat, videlicet quod a dicto tempore de MCCCLI. de menſe Januarii citra ſemper factum fuerit computum, & ratio melioramenti monetæ pro medietate ad melioramentum florenorum de fabrica Cevæ, & non aliorum florenorum credo, & certus ſum quod ad rationem eorum deberet fieri melioramenti computatio, ut Lege *minime*, & L. *diuturna*, & L. *cum de conſuetud.*, & L. *ſi & ſed*, & L. *de quibus*, & *quæ ibi notantur per Doctores* ff. *de legibus*, & L. *Paulus* (1) alias incipit Lex

Digitized by Google

creditorem (2) ff. *de solutionibus*, & L. *ubi autem*, ff. *de verb. oblig.* Sed quia prædicta non constant vel probatione, vel confessione dicti domini Joannis, idcirco attentis verbis promissionis dictæ dictam rationem melioramenti attendi debere secundum valimentum floreni de Florentia, vel Janua, quod idem est, tam per rationem dicti domini Ioannoni, quæ est quod florenus dicitur a Florentia pro hoc leg. 1. ff. de reb. cred., & si cert. petat, & ibi per doctores, & L. 1. ff. de testibus, & ibi per glossam, & d. Bar. quam & alia ratione, videlicet quia in promissione continentur libræ LXXXV. Jan. currente floreno per solidos ec., Primo namque expressum est Januinorum, postea sequitur currente floreno, & certe intelligitur repetita dictio Januinorum, quia quæ in prætatione dicuntur, postea repetita intelliguntur, ut lege *Titia* §. *inde Resp.* ff. de verb. oblig., & lege *item* quia ff. de pactis, & solet notari in leg. *si ita* stipulatus fuero §. Grisogonus de verborum oblig., & lege *Seja* §. *Gajo* ff. de fundo instr., & instru. legato & ibi per Bart.

Nec obstant legg. pro parte adversa in contrarium a legale, videlicet L. nummis ff. de leg. III. & C. ex *parte* extra de cens., & quæ notat Spec. in tit. de oblig. et solu. §. nec aliquis, verficulo: pon. in statuto, et quæ notat Cy. in L. in minorum cod. in quib. cas. in int. rest. non est necess. quia in dictis juribus oratio erat in certum non ex interpretatione legis, quia nummi essent legati, seu deberentur, quia eorum erat indistincta prolatio, ut patet ibidem, et ad nullos specialem relationem habens Nil ergo mirum, si lex interpretatur, ut de minoribus intelligatur, ut leg. *semper*, et L. *quotiens* ff. de regul. jur. sed in casu nostro non fuit indistincta prolatio librarum, seu florenorum, sed clara, et certa, quia dicitur Januinorum, ergo de eis intelligi debet quia in incertis, non certis locus est conjecturæ, ut leg. *continuus* §. *cum ita* ff. de verb. oblig. Et prædicta credo de jure procedere in casu nostro, salvo semper consilio saniori

Oddo Vinacia de Albenga Jurisperitus.

(1) *L.* 101. *Lib.* 46. *tit.* 3. (2) *Creditor.*

Testamentum Friderici Marchionis Salutiarum
Ex eod. MS. pag. 127.

230 MCCCLXXXI.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis anno Domini MCCCLXXXI., indictione XIV. in castro nostro Salutiarum, die XXVII. mensis maii noverint universi, quod nos Fridericus Marchio Salutiarum filius quondam recolendæ memoriæ illustris Principis Domini Thomæ Marchionis Salutiarum etc. nunc nostrum testamentum facimus etc., & dividimus in quatuor particulas. Primo &c. 2. &c. confirmamus donationem per nos factam de certis decimis vallis nostræ Maire cum certa pensione grani, & vini &c. abbati S. Constantii assignata &c. Item confirmamus donationem per nos factam dominabus &c. S. Antonii de Dragonerio, videlicet partem aquæ bealeriæ nostræ Maire, & pratum per nos eis concessam &c. Item confirmamus, donamus per nos factam Priori Cartusiani Montisbrachii de domibus &c. Item confirmamus donationem per nos factam prioratus B. Michaelis Arcangeli etc. fundatum per nos infra fortalitium castri nostri Verzolii una cum decimis nostris Brosaschi, Melli, & Fraschaneræ &c. Item assignamus super pedagium nostrum Salutiarum flor. XII., & ubi ipsum non sufficeret assignamus illud, quod sufficeret supra nostro molendino dicti loci, & hoc pro Missa, & Officio defunctorum celebrando omni mense in Ecclesia prædicta super tumulum illustris quondam Domini Frederici avi nostri pro animabus nostris, & Ill. parentum nostrorum &c. Relinquimus &c. Domui Disciplinatorum vineam, & altenum, qui vocatur delle casane tali conditione, quod ex proventu &c. teneatur unus servitor, qui continuo serviat in hospitali &c. Item relinquimus monasterio fratrum prædictorum pro constructione Ecclesiæ francos CCCC. &c. Item relinquimus domum &c. sitam in burgo Revelli &c. dominabus monasterii neri &c., & hoc sub tali conditione, quod omni anno in futurum in die obitus &c. Missam, & suffragium defunctorum facere teneantur etc. Volumus quod corpus nostrum sepeliatur in Ecclesia B. Dominici Ordinis fratrum Prædicatorum Salutiarum in sepulcro, in quo jacet Ill. Dominus Fredericus avus noster. IV. Volumus quod filius noster Ugo habeat castrum, & villam S. Frontis tenendam tamen in feudum, & homagium a successore nostro generali, qui erit verus Marchio Salutiarum per primogenitum descendens. Item relinquimus Roberto filio nostro minori pro ejus legitima florenos 4000. &c. Et ultra eidem Roberto donamus omnes reditus castri nostri S. Laurentii in Vianesio in vita sua. In omnibus autem aliis bonis, & dignitate Marchionatus Salutiarum &c. heredem relinquimus Thomam primogenitum nostrum, & filios suos masculos per lineam primogenitam ab eo legitime descendentes: & ipsi Thomæ cum ejus linea primogenita deficiente relinquimus Hugonem filium nostrum, & filios suos per primogenituram ab eo descendentes ut supra, & ipso Hugone cum ejus linea ut supra deficiente relinquimus Robertum filium nostrum, & filios suos, modo ut supra, & quia sic hæc est voluntas nostra, has scripsimus nostra manu, & sigillo nostro sigillavimus.

Testamentum Manfredi M. de Salutiis
ex eod. MS.

MCCCLXXXIX.

In nomine Domini anno MCCCLXXXIX., indictione duodecima, die quinta augusti. Ego Manfredus Marchio Salutiarum filius quondam illustrissimi Principis alterius Domini Manfredi Marchionis Salutiarum sanus corpore meum nuncupativum testamentum facere volo. In primis volo toto tempore vitæ meæ frui omnibus meis bonis. Item si decessero citra Duriam Baltiam, lego mihi sepulturam ad domum fratrum Minorum in Papia in monumento, in quo jacet Domina Eleonora de Sabaudia consors Maria filia, & Philippus Galeatius nepos mei, & si decedero ultra dictam Duriam, elego sepulturam in Ecclesia S. Joannis de Farigliano cum patre meo, qui ibidem jacet, & ordino, quod in monasterio

Staffardæ, in quo jacet mater mea, fiat unum pulchrum monumentum. Item jubeo, quod Dominus Antonius filius meus Archiepiſcopus Mediolanenſis poſſit habitare ſupra caſtris meis, & auctoritate propria accipere fructus, & retinere, & hæc ad libitum voluntatis ſuæ. Item volo, quod Manfredus, & Joannes fratres filii quondam Hugolini olim filii mei antepartem de denariis, quos habeo in præſtitis Venetiarum, & ultra prædicta de bonis, quæ habeo in Janua loca quadraginta. Item quia Ludovicus filius meus propter ejus mortis interventum, & quia Joannes filius meus propter ejus mortem non potuit ſe immiſcere de hereditate mea, lego eorum filiis naturalibus &c. Item volo, quod ſi Deo concedente heredes mei recuperare poſſent terras, caſtra, & loca, quas, & quæ pater meus mihi in ſuo teſtamento reliquit, quod ipſi mei heredes debeant adimplere, quæ præfatus pater meus ordinavit. Item ſtatuo, quod ſi non haberent in vita mea denarios, quos mihi legavit illuſtriſſimus Dominus Galeaz Vicecomes olim Mediolani Imperialis Vicarius generalis in teſtamento, qui fuerunt floreni 6600., quod dictus Antonius filius meus ipſos exigere poſſit. Item volo, quod prædicti Thomas, Galeaz, Manfredus, & Joannes debeant ſervire eorum poſſe illuſtriſſimo Principi Domino Comiti Sabaudiæ, & ſuis heredibus, & Domino Joanni Galeatio Comiti virtutum, & heredibus ſuis. Item dico, quod in recompenſatione Eccleſiæ S. Joannis de Farigliano, & pro remedio animarum illuſtriſſimi Domini Mantredi Marchionis Salutiarum olim patris mei, matris meæ, fratrum meorum, qui ibidem jacent, in Janua duodecim loca aſſignavi ipſæ Eccleſiæ S. Joannis pro reditibus florenorum 30. omni anno, qui perpetuis temporibus eſſe debeant ipſius Eccleſiæ, quæ volo, habeat unum Capellanum, qui ibidem celebret ſingulis diebus pro animabus prædictorum. Item dico, quod emi in impreſtitis Venetiarum proprietatem florenor. mille auri, quorum reditus diſpoſui debere diſtribui per procuratores S. Marci Venetiarum in veſtimentis pauperum, & quia etiam emi in ipſis impreſtitis proprietatem ducatorum tria millia auri reditus, ordinavi aſſignari debere dictis Procuratoribus S. Marci, & diſtribui pauperibus Chriſti. Item cum emerim, & donaverim in communi Januæ fratribus minoribus de Pinerolio loca octo, & fratribus Prædicatorum de Saviliano alia octo, quorum reditus debeat diſtribui inter veſtimenta fratrum Prædicatorum. Pro quibus dicti fratres de Pinerolio perpetuis temporibus, & diebus unam Miſſam a mortuis, & dicti fratres de Savillano unam aliam celebrare teneantur pro animabus mei, & meorum defunctorum. Item inſtituo heredem Antonium filium meum nunc Archiepiſcopum Mediolani in florenis mille auri. Item ut infraſcripti filii, ſeu nepotes, heredes mei magis in uno fœdere exiſtant ad recuperandum jura mea Marchionatus Salutiarum, & alia inſtituo heredes univerſales in jure Marchionatus Salutiarum, & in omnibus meis bonis Thomam, & Galeaz filios meos, & Manfredum, & Joannem nepotes; videlicet Thomam pro tertia parte, Galeatium pro tertia, & ſupraſcriptos pro alia tertia, & ſi Thomas decederet ſine filiis maſculis, quod Galeaz, & filii Ugolini praedicti ſuccedant pro medietate. Si autem Galeaz decederet ſine maſculis, quod Thomas ſuccedat pro medietate, & filii Ugolini pro alia. Si vero unus ex filiis Ugolini decederet ſine liberis, ut ſupra, quod alius frater ſuccedat. Si vero ambo decederent ſine maſculis, ſubſtituo Georgium filium Theodori fratris mei. Volo, quod ſupraſcripti Thomas, Galeaz, & Manfredus, & Joannes, nec aliquis ſeu aliqui eorum aliquo modo proprietates ipſas poſſint, ſeu alteri eorum liceat quovis modo alienare, nec in dotem aſſignare ſalvo inter ipſos, & volo omnia bona remanere in ipſos, & eorum heredes, & deſcendentes, & ſi contrafacerent ipſa alienatio non valeat ſalvo quod eis liceat in territorio Cardeti, Fariliani, & S. Georgii, & cujuslibet alterius loci, quæ tempore mortis meæ locare ſecundum quod pater meus, & ego facere in vita mea ſolebam, & hoc ordino eſſe meum teſtamentum.

Actum in Civitate Mediolani in Curia Illuſtriſſimi Principis, & Magnifici D. D. Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum Domini Mediolani, praeſentibus Guglielmoto Cagola, Hungolo Comite ambobus Notariis praeſentibus R. P. Fratre Petro Dei gratia Epiſcopo Novarenſe, Domino Fratre Ambroſio de Gallate (1) Ordinis Minorum, Fratre Stephano de Glafexio Ordinis Minorum, Chriſtophoro de Medicis, Fratre Baſſiano de Luxano (2), Joanne de Carnago, Joanne de Landriano.

Ego praedictus Guglielmottus Cagola pro Notario interfui.

Ego Hungolus Comes pro Notario interfui.

(1) Gallarate. (2) Lugano.

Bulla Bonifacii IX. PP. concedentis in feudum caſtrum, ac locum S. Juliæ de S. Juliæ Ant. & Galeotto de Carretto ex MM. Saonæ ad XXIX. annos ſub annuo cenſu unius uncia auri eidem Monaſterio ſolvendae. Ex Autographo archiv. D. Comitiſſae de Carpeneto &c.

MCCCXCIV.

Bonifacius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris Antonio & Galeoto De-Carreto germanis Marchionibus Saonæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Multiplicium, grandiumque virtutum congeries, quibus perſonas veſtras novimus inſignitas, nec non ſincere & magne devotionis affectus, quem erga nos, & Romanam Eccleſiam gerere comprobamini, merito nos inducunt, ut non ſolum eaſdem perſonas veſtras, verum etiam poſteros vestros apoſtolicis graciis, & favoribus proſequamur. Hinc eſt quod nos volentes, vos tamquam noſtros & Romanæ Eccleſiæ fideles, & devotos premiſſorum intuitu, & ut in fidelitate & devocione hujuſmodi eo devocius, & efficacius perſiſtatis, quo a nobis majores gracias fueritis conſequuti, favoribus proſequi graciæ ſpecialis, caſtrum S. Juliæ, & ejus villam Aquenſis Dioceſis ad Monaſterium S. Juliæ de S. Julia Ordinis S. Benedicti dictæ Dioceſis pleno jure pertinencia, quæ de manibus infidelium, & indevotorum virorum, & perdicionis filio Roberto olim Baſilicæ duodecim Apo-

solorum Presbitero Cardinali nunc Antipapa, qui se Clementem VII. ausu temerario nominare praesumit adhærentium, & ea occupantium, ex quibus vobis & aliis fidelibus, & devotis nostris plurima scandala inferebant, cum magnis laboribus, & expensis vestris propriis eripuistis, & ad fidelitatem, & devocionem nostram reduxistis, in quibus extunc ea tenuistis, & possedistis, prout tenetis, & possidetis eciam de praesenti cum eorum territoriis, omnibusque, & singulis juribus, & pertinenciis eorumdem, necnon fructibus, emolumentis, commoditatibus, & honoribus, & cum illis mixto, & mero imperio, ac omnimoda jurisdictione temporali, quae per abbatem pro tempore existentem, & dilectos filios Conventum ipsius Monasterii, seu eorum Officiales de jure, privilegio, vel consuetudine exercita ibidem fuerunt hactenus, & potuerunt exerceri, vobis pro nobis & singulis heredibus, & successoribus vestris usque ad viginti novem annos a data praesentium computandos sub annuo censu unius uncia auri per vos, & heredes, ac successores hujusmodi annis singulis ipsorum viginti novem annorum eisdem Abbati & Conventui ipsis in fidelitate & devocione nostra persistentibus, alioquin Cameræ Apostolicæ persolvendo secundum naturam contractus censualis, auctoritate apostolica de speciali gracia concedimus per praesentes, volentes, & auctoritate apostolica decernentes, ac tenore praesentium mandantes, quod finitis dictis viginti novem annis castrum, & villa praedicta cum territoriis, juribus, & pertinenciis eorundem, nec non fructibus, emolumentis, commoditatibus, honoribus, ac mero & mixto imperio, ac jurisdictione hujusmodi ad praedictum monasterium eo ipso libere revertantur, seu devolvantur, & quod hujusmodi concessione durante vos, ac heredes, & successores vestri hujusmodi per vos, & eos, aut vestros, vel suos officiales, terrigenas, & incolas Castri, Villæ, & territoriorum praedictorum secundum morem, & consuetudinem ibidem in similibus hactenus observatas in temporalibus regatis, & quod iidem terrigenæ, & incolæ eam obedienciam, fidelitatem, emolumenta, responciones, atque servicia, quæ dictis Abbatis, & Conventui communiter, vel divisim quovis modo dare tenentur, quantum videlicet ad temporalitatem pertinet, vobis, ac eisdem heredibus, & successoribus dicta concessione durante facere, & praestare integre, & omnimode teneantur, & quod vos, ac heredes, & successores hujusmodi fructus, commoditates, & emolumenta quæcumque inde provenientia, quæ per ipsos Abbatem, & Conventum, seu officiales eorum exinde quomodolibet percipi consueverunt, percipere, & habere, & in vestros usus convertere cum integritate libere valeatis, & illis debeatis remanere contenti, absque eo, quod de ipsis dictis Abbati & Conventui, vel cuivis alteri sitis astricti aliquam reddere racionem. Sed nihilominus teneamini de fructibus, commoditatibus, & emolumentis hujusmodi castrum, villam, ac territoria praedicta custodire, & si expedierit reparare, & fortificare, ac defendere diligenter, hoc adjecto, quod racione expensarum praedictarum per vos, ut praefertur, aut alias pro ipsorum castri, & villæ, ac territoriorum praedictorum conservacione usque in praesentem diem factarum, & durante concessione hujusmodi fiendarum, aut si forsan in illis de novo aliquod fortalicium, seu aliud aedificium interim faceretis, & expense pro praemissorum regimine, gubernacione, custodia, reparacione, fortificacione, defensione, & nova constructione necessarie, seu etiam voluntarie superarent fructus commoditates, & emolumenta supradicta, propterea vobis, aut eisdem heredibus, & successoribus ad repetendum expensas hujusmodi, vel aliquam earum partem actio nulla fiat, nec vobis, aut eis in illis, aut aliqua earum parte dictum monasterium in aliquo teneatur; Vobis quoque possessionem Castri, Villae, territoriorum, jurium, & pertinenciarum praedictorum, auctoritate propria, & alicujus licentia super hoc minime requisita apprehendendi, & retinendi plenam tenore praesencium concedimus potestatem. Sic tamen quod antequam possessionem aprehendatis, fidelitatem praestetis in manibus dilecti filii Prioris S. Theofredi de Cerveris Ordinis S. Benedicti Taurinensis Diocesis, quod praemissa, & in novis, & veteribus vassalagii, & feudorum formis contenta . . . & quod quantum in vobis erit, dabitis opem, & operam efficacem, quod finita praesenti concessione Castrum, & Villa cum territorio, fortaliciis, juribus, & pertinenciis supradictis ad ipsum monasterium libere revertantur, & alias in forma debita juramentum, quod quidem juramentum in singulis renovacionibus eciam debeat renovari. Decernimus insuper ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum X. Kal. januarii, Pontificatus nostri anno quinto.

Donatio Azonis Com. Paesanæ Hospitali Salutiens. Ex Ms. C. Salut.

MCCCXCV.

Anno Domini 1395., indictione tertia, die vigesima nona aprilis. Actum in platea Burgi superioris Salutiarum ante &c. Illustrissimus & Magnificus DD. Azo de Salutiis Dominus Paesanæ, & Castellarii &c., & amore Domini nostri Jesu Christi &c. fecit donationem &c. hospitali domus Disciplinæ Salutiarum pro pauperibus Christi reficiendis &c. de quodam furno &c., aedificio ejusdem, & pertinentiis, reditibus, & obventionibus eidem in burgo Salutiarum situato, cui cohærent &c. ad habendum &c. Quam donationem Illustrissimus & Magnificus D. D. Azo praedictus per se &c. promisit habere perpetuo gratam sub obligatione &c. renuntiando &c., de quibus praeceptum fuit per me Notarium &c. fieri publicum instrumentum consilio sapientis, si opus fuerit &c. Et ego Antonius de Auspiciis de Raccenixio Notarius hanc cartam rogatus scripsi &c.

Donatio Azonis Com. Caſtellarii &c. Hoſpitali & conventui S. Dominici Salut. ex cod. MS. p. 215.

MCCCXCIX.

In anno Domini amen. Quas gratias, & quas laudes ipſi Domino Jeſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens hominis poteſt concipere, nec lingua proferre. Multas quidem ego Azo de Salutiis filius quondam felicis memoriæ Illuſtriſſimi Principis, & magnifici D. D. Thomæ Marchionis Salutiarum meis diebus a Deo recolo largitates, & innumerabilia erga me ejus beneficia profiteor, pro quibus nihil dignum egiſſe cognoſco, & ut aliquid dignum agam, & ut ipſe Deus Omnipotens per ſuam ineffabilem miſericordiam ad meorum remiſſionem peccatorum, & ad ſalutem animæ meæ mei ſervuli chriſtianiſſimi, qui ſemper lege Salica me vixiſſe profiteor, & vivere volo dignetur inclinare titulo donationis irrevocabilis inter vivos perpetuo, & proprio jure pro me, heredibuſque meis dono, & trado tibi Thomæ Calligario Rectori domus diſciplinatorum, & hoſpitalis de Salutiis, & tibi Ludovico de Pariſetto Notario infraſcripto pro officiis veſtris publice recipientibus ad commodum, & utilitatem dictæ domus, & hoſpitalis, & in quantum eum tangit pro commodo, & utilitate Conventus Fratrum Prædicatorum de Salutiis poſſeſſiones infraſcriptas jacentes in finibus Salutiarum, & hoc ad habendum &c. tali videlicet modo, quod de fictu, aut de fructibus, ſeu de reditibus dictarum rerum anna quolibet in S. Martino, vel ante, dictum hoſpitale, ſeu Gubernator, vel Gubernatores ejuſdem in perpetuum donet ſextaria triginta vini ad menſuram Salutiarum Conventui Fratrum Prædicatorum de Salutiis, & reſiduum dicti fructus, qui in præſenti eſt ſextariorum viginti quatuor vini, vel alias reſiduum reditus, aut fictus dictarum rerum dicti Gubernator, vel Gubernatores annuatim diſtribuant pauperibus Chriſti donando dicto Conventui dicta ſextaria triginta vini anno ſingulo in feſto S. Martini in perpetuum, ut pro ſalute animæ meæ, & pro animarum ſalute eorum, quos in corde meo ordinavi, ad altare Capellæ per me ordinandæ in Eccleſia dicti Conventus Fratrum Prædicatorum S. Sacrificium unius Miſſæ perfecerint, & ultra ſemel in hebdomada cum omni Conventu in eadem Capella, & in cantu de requie æterna, habendo ibidem a principio ipſius Miſſæ uſque ad finem ſemper unam caſſiam copertam cum duobus accenſis ceriotis, quamdiu dixerint unam Miſſam, & completa Miſſa immediate dixerint conventualiter exequias mortuorum; tali modo, quod Miſſa prædicta quotidiana poſt mei ab hoc ſæculo deceſſum dicatur de requie æterna, & pro ipſa Miſſa ſingulis diebus hebdomadæ celebranda omni anno, vel omni menſe elegerint conventualiter unum ſufficientem Sacerdotem ex Fratribus ipſius Conventus, & ipſis Fratribus ceſſantibus in celebratione ipsarum miſſarum, vel alterius earum pro tempore, quo ceſſabunt, non poſſint petere largitionem dicti vini, ſed Rector, vel Rectores id vinum pro tempore ceſſate præmiſſo cum licentia Illuſtriſſimi Domini Marchionis Salutiarum, qui tunc fuerit, & cum conſilio ſex bonorum hominum de Salutiis dictum vini fictum in pias diſtribuant cauſas, & e converſo, ſi dictum hoſpitale deficeret, vel per dicti hoſpitalis Gubernatores non fieret de dicto vino eis contingente ſecundum ordinationem meam præſentem, videlicet deſpenſare pauperibus Chriſti, volo quod dictum vinum, videlicet ſextaria viginti quatuor vel plus, vel minus prout fuerit, perveniat ad manus Prioris dicti Conventus Fratrum Prædicatorum, qui cum conſilio aliorum bonorum Fratrum, & ſex bonorum hominum Salutiarum ex præcepto Illuſtriſſimi Domini Marchionis, qui tunc erit, diſpenſent dictum vinum pauperibus Chriſti qualibet die, vel ſaltem qualibet hebdomada, & propter brigham ipſorum Prioris, & Fratrum volo, quod de prædicto fictu habeant quartam partem, & hoc etiam ſub tali modo, & conditione, quod dictæ poſſeſſiones nullo modo, & nullo tempore per aliquam licentiam poſſint vendi, alienari, & tranſmutari, ſed ſemper maneat affittatum in manibus bonorum hominum ſicut modo ſunt, ut poſſint ſervire per integrum, ut infra ſcribetur ad pias cauſas, & ſi forte aliquis præſumpſerit contrafacere, non valeat, ſed ad damnationem animæ ſuæ revertatur. Quas quidem res ego idem Azo nomine dicti hoſpitalis conſtituo nomine dicti hospitalis poſſidere, donec poſſeſſionem acceperit, quam accipiendi liberam licentiam dono, & promitto ſingula ſupraſcripta perpetuo rata, grata, & firma habere, & non contrafacere ſub pœna dupli, & obligatione meorum bonorum. De quibus omnibus tibi Ludovico de Pariſeto de Salutiis Notario publico injungo, quod facias duo inſtrumenta publica, unum tradendo dicto hoſpitali, & aliud dicto Conventui. Acta fuerunt hæc in Eccleſia S. Dominici Ordinis Prædicatorum de Salutiis, præſentibus Magiſtro Jacobo Barberio de Salutiis, Gerardo de Paſchalibus de Mediolano Magiſtro Organorum, Joannino de Fontanis de Saviliano, & Petrino de Birono de Burgondia habitatore Saviliani teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis ſub anno 1399., indictione ſeptima, & die vigeſima quarta ſeptembris; & ego Ludovicus de Pariſeto de Salutiis hanc cartam rogatus tradidi, & ſcripſi &c.

Bulla Innocentii VII. concedentis caſtrum, & villam S. Juliae ad monaſterium S. Juliæ de S. Julia O. S. B. ſpectantia perpetuo in feudum Antonio & Galeoto de Carretto ex M. M. Saonae ſub annuo cenſu unius unciae auri eidem monaſterio ſolvendo. Ex autogr. archiv. D. Comitiſſae de Carpeneto.

MCCCCV.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis nobilibus viris Antonio, & Galeoto de Carreto Germanis Marchionibus Saonæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exigit veſtræ præclaræ devotionis integritas, qua nos & Romanam

Ecclesiam intentis studiis reveremini, ut tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam etiam posteros vestros, præcipuis favoribus, & gratiis prosequamur. Dudum siquidem felicis recordationis Bonifacius Papa nonus prædecessor noster castrum sanctæ Juliæ, & ejus villam Aquensis Diocesis ad monasterium sanctæ Juliæ de sancta Julia ordinis [illegible] Benedicti dictæ Diocesis pleno jure pertinentia, quæ de manibus quorumdam infidelium, & indevotorum dicti prædecessoris, qui damnatæ memoriæ Roberto olim Basilicæ duodecim Apostolorum Presbitero Cardinali tunc Antipapæ, qui se Clementem septimum ausu sacrilego nominare præsumpsit, adherebant, & castrum, ac villam prædicta occupabant, ex quibus eidem prædecessori, & aliis fidelibus & devotis ipsius prædecessoris plurima scandala inferebant, cum magnis laboribus, & expensis vestris propriis eripueratis, & ad fidelitatem & devotionem ejusdem predecessoris reduxeratis, quæ ex tunc tenueratis & possederatis, prout tunc tenebatis, & possidebatis cum eorum territoriis, omnibusque & singulis juribus & pertinentiis eorundem, necnon fructibus, emolumentis, commoditatibus, & honoribus, & cum illis mixto, & mero imperio, & omnimoda jurisdictione temporali, quæ per Abbatem pro tempore existentem, & dilectos filios Conventum ipsius Monasterii, seu eorum Officiales de jure, privilegio, vel consuetudine tenta erant tunc, & potuerant exerceri pro vobis, ac universis & singulis heredibus & successoribus vestris usque ad viginti novem annos ex tunc in antea computandos sub annuo censu unius unciæ auri per vos & heredes, ac successores hujusmodi annis singulis ipsorum viginti novem annorum eisdem Abbati & Conventui ipsis ex fidelitate & devotione ejusdem predecessoris persistentibus, alioquin Cameræ Apostolicæ persolvendo secundum naturam contractus censualis, auctoritate Apostolica duxit concedenda, volens, & auctoritate prædicta decernens, ac tenore literarum suarum mandans, quod finitis dictis viginti novem annis castrum, & villa prædicta cum territoriis, juribus, & pertinentiis eorundem, necnon fructibus, emolumentis, commoditatibus, honoribus, ac mero, ac mixto imperio, ac jurisdictione hujusmodi ad prædictum monasterium, eo ipso libere reverterentur, seu devolverentur, & quod hujusmodi concessione durante vos, & heredes, ac successores vestri hujusmodi per vos, & eos, ac vestros, vel suos officiales, terrigenas, & incolas castri, villæ, & territoriorum prædictorum secundum morem & consuetudinem ibidem in similibus tunc observatos in temporalibus regeretis, et quod iidem terrigenæ & incolæ eam obedientiam, fidelitatem, emolumenta, responsiones, atque servitia, quæ dictis Abbati & Conventui communiter, vel divisim, quovis modo dare tenebantur, quantum videlicet ad temporalitatem pertinerent, vobis, et eisdem heredibus, ac successoribus, dicta concessione durante facere, & præstare integre, & omnino tenerentur, & quod vos, ac heredes & successores hujusmodi fructus, commoditates, & emolumenta quæcumque inde provenientia, quæ per ipsos Abbatem, et Conventum, seu officiales eorum exhinde quommodolibet percipi consueverant, percipere, et habere, et in vestros usus convertere cum integritate libere possetis, & de illis deberetis remanere contenti absque eo, quod de ipsis dictis Abbati et Conventui, vel cuivis alteri essetis adstricti aliquam reddere rationem, sed nihilominus teneremini de fructibus, commoditatibus, & emolumentis hujusmodi castrum, villam & territoria prædicta custodire, et si expediret, reparare, & fortificare, ac defendere diligenter, hoc adjecto, quod rationem expensarum prædictarum per vos ut præfertur, aut alias pro ipsorum castri & villæ, ac territoriorum conservatione usque in diem datæ literarum prædictarum factarum, & durante concessione hujusmodi faciendarum, aut si forsan ex illis de novo aliquod fortalicium, seu aliud ædificium interim faceretis, & expensæ pro præmissorum regimine, gubernatione, custodia, reparatione, fortificatione, defensione, & nova constructione necessarie, seu etiam voluntarie superarent fructus, commoditates, & emolumenta supradicta, propterea vobis, et eisdem heredibus, et successoribus ad repetendas expensas hujusmodi, vel aliqua earum parte actio nulla fieret, nec vobis, aut in illis, aut aliqua eorum parte dictum monasterium in aliquo teneretur, prout in dictis literis plenius continetur. Postmodum vero præfatus prædecessor videlicet XI. Kalendas Januar., pontificatus sui anno quarto decimo inter cetera cessavit, revocavit, & annulavit omnes et singulas concessiones, & donationes per eum factas sub quacumque forma, vel expressione verborum quibuscumque laicalibus personis, de quibusvis bonis, mobilibus, seu stabilibus quarumcumque Ecclesiarum, aut monasteriorum, vel mensarum episcopalium, seu abbatialium, aut aliorum quorumlibet ipsorum locorum, etiamsi essent castra, terræ, ac villae, ac voluit, quod hujusmodi concessiones, & donationes ex tunc haberentur pro non factis, et talia bona ad hujusmodi ecclesias, & monasteria, ac alia pia loca eo ipso libere reverterentur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, vos ante hujusmodi concessionem, castra, et villam prædicta a dilectis filiis Alberto abbate, et Conventu dicti monasterii ad id etiam superioris ejusdem abbatis accedente consensu, titulo emptionis pro non modica pecuniae quantitate per vos eidem abbati realiter assignata de facto acquisiveritis, illaque ex tunc tenueritis, & possideritis prout tenetis, et possidetis de præsenti, ac etiam magnam pecuniarum summam exposueritis pro custodia et reparatione castri, et villæ prædictorum, pro parte vestra nobis fuit humiliter suplicatum, ut castrum et villam hujusmodi cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis vobis, ac heredibus, et successoribus antedictis pro hujusmodi annuo censu unius unciæ auri in feudum perpetuum concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur volentes vos præmissorum consideratione, favoribus prosequi gratiosis hujusmodi supplicationibus inclinati castrum et villam prædictam cum eorum territoriis, juribus, et pertinentiis, necnon fructibus, emolumentis, commoditatibus, honoribus, ac mero & mixto imperio, nec

non omnimoda jurisdictione temporali supradictis, ac alias juxta tenorem literarum prædictarum nobis, ac heredibus & successoribus præfatis per vos, & illos perpetuo tenenda, regenda, & possidenda sub hujusmodi annuo censu unius unciæ auri per vos, ac heredes, & successores eosdem annis singulis prædictis abbati & conventui, ipsis tamen in fidelitate, & devotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & dictæ Romanæ Ecclesiæ persistentibus, alioquin Cameræ prædictæ ut præmittitur persolvendo in feudum perpetuum eadem auctoritate de speciali gratia concedimus per præsentes hujusmodi revocatione, cassatione, annulatione, & voluntate ejusdem prædecessoris, necnon constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac aliis contrariis non obstantibus, quibuscumque; & insuper ex tunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. Si quis autem &c., datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

Donatio D. Azonis de Salutiis Fratribus Prædicatoribus, & Hospitali hujus Civitatis ex MS. C. Salutii.

MCCCCXII.

In nomine Domini &c. Anno Domini 1412, , indictione quinta, & die vigesima septima mensis julii in castro Paesanæ, præsentibus &c. Noverint universi, & singuli, quod quas gratias, & quas laudes Domino nostro Jesu Christo ego Azo de Salutiis filius illustrissimi Principis, & Magnifici Domini Thomæ Marchionis Salutiarum exhibere debeam, nec mens hominis potest concipere, nec lingua proferre largitates, & innumerabilia beneficia, quæ profiteor ab eo continue recepisse, pro quibus nihil dignum egisse cognosco. Unde ut aliquid dignum agam, et ut ipse Deus &c. propitiare dignetur &c. ad ipsius gloriam pro me, & successoribus meis &c., et salute &c. antecessorum meorum &c. titulo etc. donationis etc., nulla causa &c. possit retractari &c., dono &c., omnes reditus, & proventus locorum viginti dimidium librarum tres, solidorum sex, denariorum octo Januenses, quæ habeo in Commune Januæ, in compra videlicet S. Georgii libras mille novecentum viginti duas, solidum unum, & denarios octo Januenses, & in compra S. Petri officio salis libras centum triginta unam, & solidos quinque, acquistata fuerunt de mea propria pecunia &c. Pro medietate Conventui Fratrum Prædicatorum de Salutiis, & pro alia medietate hospitali batutorum de Salutiis; ita tamen quod dictum hospitale ante partem, et ultra dimidiam habeat libras sex cum dimidio Januenses; & facio hanc donationem etc. formis infrascriptis, videlicet quod de parte etc. dicto Conventui etc. fiat etc. distributio per Capitulum dicti Conventus in festo omnium Sanctorum pro vestiariis eorumdem, videlicet Priori &c. libras octo &c., et cuilibet fratri sacerdoti etc., et si quid residui fuerit etc. distribuatur in Conversos, et Novitios etc. tali quippe modo, quod dicti &c. sacerdotes &c. statim incipiant celebrare &c. missas triginta S. Gregorii quilibet eorum &c., & ipsis completis in omni hebdomada missam unam, quam celebrare teneantur nedum me defuncto, sed etiam me vivente &c., & quilibet Novitiorum, seu juvenum non sacerdotum dicant &c. omni mense salterium &c., & qui &c. nescit, dicat Pater noster cum Ave Maria viginti quinque vicibus. De parte vero dimidii tangente dictum hospitale &c., volo distributam fieri per Rectores &c. singulo anno &c. in pauperes &c. villæ Salutiarum pro medietate, & in pauperes loci Paesanæ pro alia &c. in raxiis ducentis panni albi grossi pro vestiendo dictos pauperes. Ego Azo prædictus præsentem donationem juro, & promitto observare, & renantio quod infringi, vel revocari possit &c. Et ego Ludovicus de Pariseto de Salutiis &c.

Donatio facta ab Azone Comite Castellarii Monasterio Montis Brachii ex cit. ms.

MCCCCXV.

Noverint universi, quod Illustrissimus & Magnificus D.D. Azo ex Marchionibus Salutiarum &c., illustratus a Spiritu Sancto &c. dedit Conventui Monasterii Montisbrachii Ordinis Cartusiensis intuitu pietatis &c. pro remedio animæ suæ, parentumque suorum ducentos florenos aureos causa &c. construendi duas cellas pro habitatione duorum Monachorum, qui teneantur pro ipso orare omnibus temporibus &c., & hæc ego Prior pro me, & conventu meo promitto hæc fideliter facere in pura conscientia mea &c. Has enim literas ego prædictus Prior de consensu, & voluntate omnium Monachorum, nemine discrepante manu mea propria scripsi, ac sigillo dicti Monasterii proprio signavi ad testimonium omnium præmissorum sub anno Domini 1415., die ultima julii &c.

Testamentum Thomae III. M. Salutiar. ex ms. C. Salut. p. 149.

MCCCCXVI.

In nomine Domini &c. Actum in castro Salutiarum anno Domini 1416., indictione nona, die quinta mensis octobris Illustrissimus Princeps, & Magnificus D. D. Thomas Marchio Salutiarum, quamquam aeger corpore, mentis tamen sanæ hoc præsens testamentum in hunc modum pronunciavit. In primis &c. animam suam &c. recomendavit Altissimo &c. Corpus vero suum elegit sepelliri in cemeterio Sancti Dominici de Salutiis, videlicet in Capella Sanctæ Crucis, & statum totius suæ dominationis devote recomendavit Superillustrissimo Principi, ac excelso D. D. Duci Sabaudiæ, in quem gerit totam suam spem post Deum, & Imperatorem Romanorum &c. Item ordinavit quamdiu Curia Marchionalis erit, quod Magister hospitii in die Nativitatis Domini cum ejus octava usque ad Epiphaniam mittat in prandio libras octo carnium recentium coctarum cum vianda carnis, & canestro panis pauperibus hospitalis Salutiarum &c. Item jussit

&c. quod de melioribus bonis per executores ſuos acquirantur &c. tot loca in Commune Januæ, quæ reddant annuatim florenos parvos triginta quinque, de quibus manuteneantur Eccleſiæ Sancti Dominici ædificia &c. cum capella ſepulchri Domini, & Cruce. Item præmio remunerationis &c. relinquit &c. Valerano filio ſuo naturali domum &c. plateæ Salutiarum &c. Item legavit dicto Valerano pro ſe, filiis ſuis ex eo legitime deſcendentibus caſtrum, & villam Mantæ &c. Item jure inſtitutionis reliquit cuilibet filiarum ſuarum naturalium, & legitimarum in florenos duo millia Januinos, & ad eas ad invicem ſubſtituit, ſi moriantur ſine liberis &c. In omnibus autem ſuis bonis ſibi univerſalem heredem, & Marchionem inſtituit Ludovicum ſuum filium legitimum, & naturalem, & eo moriente ſine liberis ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum Bertramum de Salutiis ejus nepotem, & eo Bertramo moriente ſine liberis ſubſtituit modo, quo ſupra Joannem de Salutiis fratrem dicti Bertrami, & nepotem ipſius Domini teſtatoris, & ipſis omnibus morientibus ſine liberis ſubſtituit modo præmiſſo proximiorem agnatum de ſanguine cognationis, ſeu hoſpitio aliorum de Salutiis. Tutricem, curatricem analogiſtam filiorum, & filiarum ſuarum, natarum, & naſciturarum, & gubernatricem totius terræ ſuæ elegit, & conſtituit illuſtrem conſortem ſuam Dominam Comitiſſam Salutiarum, adminiſtrando tamen, & gubernando quamdiu vitam vidualem ſervaverit, & cum, & de conſilio infraſcriptorum ſuorum executorum &c. Executores vero ſuæ ultimæ voluntatis cum omni libera poteſtate elegit ipſam Dominam Comitiſſam, prædictum Valerianum, & me Bergadamum Bonellum, quos etiam elegit Conſiliarios ſuos, heredumque ſuorum, & dictæ Dominæ Comitiſſæ una cum fratre Antonio Provana milite Jeroſolimitano, Domino Arcello de Salutiis milite, & Domino Jordano juriſperito. Quam Dominam Comitiſſam relinquit dovariam Dominam, & uſufructuariam omnium bonorum ipſius Domini teſtatoris vivendo vidualiter &c. Et hanc voluit eſſe ultimam voluntatem ſuam, & juſſit claudi, ſigillari ejus ſigillo, & ſubſcriptione ſeptem teſtium ſubſcribi &c., & ſigillo ſigillari ad plenam fidem hic contentorum &c. Ego Bergadamus de Bonello &c. Ego Jordanus Alioni &c. Ego Andreas de Eccleſia &c. Ego Ludovicus de Pariſeto &c. Ego Conſtantius de Pariſeto &c. Ego Georgius de Paganis &c. Ego Franciſcus Cantarellus &c. Ego Lucas de Urceolis &c. Ego Franciſcus Roſſagni &c.

Donatio domus in Civitate Albæ facta a D. Jo. Jacobo M. Montisf. Beatæ Margheritæ Marchioniſſæ Montisfer.

MCCCCXXII.

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo, quattercenteſimo, vigeſimo ſecundo, indictione decimaquinta, die penultima menſis ſeptembris. Actum in Civitate Albæ, videlicet in domo, quæ alias fuit nobilis quondam Petri de Cereto, & quæ nunc eſt infraſcripti Illuſtriſſimi viri Marchionis, & in qua præſentialiter habitat infraſcripta Illuſtriſſima Domina Marchioniſſa, præſentibus Venerabili Domino Fratre Tibaldino de Alba Ordinis Prædicatorum, egregiis, & nobilibus viris Righino ex Comitibus Valpergha, Joanne Ferrerio de Clavatio, & Magiſtro Luchino de Belocurtis Fiſico, teſtibus ad infraſcripta vocatis, & rogatis, in quorum, & mei infraſcripti Notarii præſentia Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus D. D. Joannes Jacobus Marchio Montisferrati per ſe, & heredes, ſucceſſores ſuos cognoſcens ſe multa grata ſervitia recepiſſe, & habuiſſe ab Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Domina Margherita de Sabaudia Marchioniſſa Montisferrati, relicta Illuſtriſſimi claræ memoriæ Domini Theodori Marchionis Montisferrati genitoris ipſius illuſtriſſimi D. D. Joannis Jacobi, etiam exigentibus virtutibus, & benemeritis ejuſdem illuſtris Dominæ Margheritæ Marchioniſſæ, dedit, tradidit, & donavit, pure, mere, ſimpliciter, & irrevocabiliter ad præſens, & inter vivos abſque ulla impoſterum revocandi, ſeu repetendi lege eidem illuſtri Dominæ Margheritæ Marchioniſſæ Montisferrati ibidem præſenti, & per ſe, & quibuſcumque ſuis heredibus, ac ſucceſſoribus recipienti, & acceptanti domum una cum ſuis ædificiis omnibus, & ſediminibus ad eam pertinentibus, ſitam in Civitate Albæ in quarterio, ſeu Parochia Sancti Damiani, cui cohærent ab una parte Oddonus Gagnonus, & frater, via publica a duabus partibus, & ab alia Georgius, & Thibaldus fratres de Caſtaldenghis, & nepotes, & ſi quæ aliæ cohærentiæ reperiantur non obſint, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quidquid eidem illuſtri Dominæ Margaritæ Marchioniſſæ deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus, & ſingulis, quæ ipſa domus, & ſedimina habent ſuper ſe, in ſe, ſeu infra ſe in integrum, & cum omnibus ſuis acceſſibus, ingreſſibus, egreſſibus, utilitatibus, & juribus ipſi domui, & ſediminibus pertinentibus, & ſolitis pertinere uſque in vias publicas, & ex merito, & occaſione præſentis donationis, & traditionis præfatus Illuſtris Dominus Marchio ceſſit, & datum jus fecit, & facit præfatæ Illuſtri Dominæ Marchioniſſæ Dominæ ſuæ ibi præſenti, & recipienti, de omnibus, & ſingulis ſuis juribus, & actionibus realibus, & perſonalibus, ſive mixtis, utilibus, & directis, & his omnibus, & ſingulis, quæ & quas prædictus Illuſtris Dominus Marchio habebat, & habet, & habere videbatur, & eidem ſpectabant, & pertinebant ante præſentem contractum, & ſpectant, & pertinent, & ſpectare, & pertinere poterant, & poſſent contra quaſcumque perſonas, tam Collegium, & Univerſitatem in & de prædictis ſuperius donatis, & traditis, & quolibet eorum, & cujuslibet occaſione eorum ponens, & conſtituens præfatus Illuſtris Dominus Marchio eandem Illuſtrem Dominam ſuam Dominam Marchioniſſam in prædicta domo, ſediminibus, & juribus ſupraſcriptis in ejus locum, & ſtatum in integrum, volens præfatus Illuſtris D Marchio prætatam D. Marchioniſſam de prædictis Dominam, & poſſeſſorem, & conſti-

Digitized by Google

tuens constituit se tenere, & possidere prædictam domum, sedimina, & jura nomine ipsius illustris Dominæ suæ Dominæ Marchionissæ, donec de ipsis habuerit corporalem possessionem, & tenutam, quam accipiendi, & retinendi, & de iis disponendi pro suo libitu voluntatis præfatæ Dominæ licentiam et auctoritatem concessit, & concedit, perinde constituens eandem Illustrem Dominam Marchionissam Procuratricem et in rem ipsam tradens præfatæ Illustri Dominæ Marchionissæ omnem domum, & omnem possessionem dictorum bonorum, & eam, & ad effectum se totaliter spoliandi; & promisit, & promittit præfatus illustris Dominus Marchio solemniter præfatæ Dominæ Marchionissæ stipulanti ut supra sub obligatione sui, & omnium suorum bonorum præsentium, & futurorum prædictam domum, sedimina, & jura suprascripta defendere in judicio, & extra ab omni persona, Ecclesia, Collegio, & Universitate de jure antefacto, & si quo tempore controversia eidem Illustri Dominæ Marchionissæ moveretur in se suscipere omne judicium, omnem litem, & quæstionem, quæ moveretur per prædictos, & reficere omnes impensas, damna, & interesse, quæ perinde pati contingeret quocumque, & qualitercumque, attendere, & observare sub integra solutione, & restitutione omnium & singulorum damnorum, interesse, & expensarum, quæ inde præfatæ Dominæ Marchionissæ in casu evitionis, & cujuscumque restitutionis de jure, & facto prædictorum superius donatorum totius, vel partis ipsorum . . . .

Pro quibus omnibus, & singulis firmis attendendis, & observandis præfatus illustris Dominus Marchio omnia sua bona pignori obligavit, & obligat eidem Illustri Dominæ suæ Marchionissæ. Insuper præfatus Illustris Dominus Marchio ex mera liberalitate, & retributione, ac benemerentis ipsius Illustris Dominæ suæ Marchionissæ similiter fecit puram, meram, simplicem, & irrevocabilem donationem ad præsens, & inter vivos eidem Illustri Dominæ suæ Dominæ Margaritæ Marchionissæ Montisferrati ibidem præsenti, ac per se, & quibuscumque habentibus, seu habituris ab ea in perpetuum recipienti de florenis centum monetæ currentis in prædicta civitate Albæ solvendis per ipsum Illustrem Dominum Marchionem, & ejus heredes, ac successores perpetuo de intrata ordinaria, quam habet ipse Illustris Dominus Marchio in dicta Civitate Albæ ita, & taliter, quod ipsa Illustris Domina Marchionissa quocumque, & quotiescumque voluerit & pro ejus ultima voluntate possit, & valeat dictos florenos centum pro remedio animæ suæ, & prout sibi libuerit, & placebit legare, donare, relinquere & per eam judicare omni anno, & in perpetuum cuicumque personæ, & personis, Ecclesiæ, Conventui, Collegio, & Universitati, ac de ipsis in ipsa sua ultima voluntate disponere, & ordinare, & ad ejus purum arbitrium, & liberam voluntatem. Et promisit, & convenit, promittit, & convenit præfatus Illustris Dominus Marchio per se, & dictos suos heredes, & successores solvere, ac solvi facere cum effectu singulis annis. Et ipsos dictos florenos centum monetæ currentis in dicta civitate Albæ de dicta sua intrata ordinaria, quam nunc habet, & habebit, & de qua sibi respondebitur in futurum illi personæ, seu personis, Ecclesiæ, Monasterio, aut Conventui, cui seu quibus præfata illustris Domina Marchionissa in dicta sua ultima voluntate ordinabit, legabit, relinquet, & disponet realiter, & cum effectu sine exceptione, & contradictione quacumque statim, semper, & perpetuo post excessum Illustris Dominæ suæ Dominæ Marchionissæ, & prius, & quemadmodum ordinabit, & disponet in sua ultima voluntate praedicta, sub obligatione, & hypotheca omnium suorum bonorum, quæ eidem Dominae Marchionissae obligavit, & obligat pro observantia omnium praemissorum renuntians praefatus Illustris Dominus Marchio, exceptioni praesentis donationis sic non factae, actioni in factum doli mali, conditioni sine causa, ut etiam exceptioni ingratitudinis, & ignorantiae, quam dictus Dominus profitetur, quod ista omnia fecit, & facit ex certa scientia, sponte, & nullo errore victus, renuntiansque privilegio fori, ac probationibus, exceptionibus, & quibuscumque defensionibus.

Et inde de praedictis praefatus illustris Dominus Marchio praecepit per me Notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Et ego Ludovicus de Ticionibus filius quondam Joannis civis Vercellensis Notarius publicus, & Cancellarius Illustris Principis &c.

Bulla erectionis Ecclesiæ Collegiatæ Carmagnoliæ ad postulationem March. Salutiar. ex ms. C. Salut. p. 159.

MCCCCLXXIV.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam &c. Inter curas multiplices, quibus rerum occurrentium varietate distrahimur illam libenter amplectimur, per quam nostris potissime temporibus quarumlibet Ecclesiarum decor, & venustas amplietur &c. sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Ludovici Marchionis Salutiarum, ac populi oppidi Carmagnoliæ Taurinensis Diœcesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod oppidum ipsum prædicti Marchionis temporali dominio subjectum insigne, decorum, & populosum admodum, & intra metas trium Parochialium Ecclesiarum, videlicet S. Mariæ de Viverso, & ejusdem S. Mariæ de Moneta, & s. Joannis extra mœnia dicti oppidi existentium, altis mœnibus circumdatum, imbribus, & aquarum inundationibus adeo subjectum extitit, quod Christifideles intra mœnia hujusmodi degentes hiemali, nocturno, pluvioso, & guerrarum temporibus ad easdem Parocchiales Ecclesias pro missis, & aliis divinis officiis audiendis non sine magna difficultate recurrere possint. Verum si intra mœnia dicti oppidi una Parochialis, & etiam Collegiata Ecclesia adinstar Parochialium, & Collegiatarum Ecclesiarum, nec non in ea tres Dignitates cum decem Canonicatibus de novo erigerentur, Marchio, & populus prædicti erectionem ipsam facilius adimple-

rent, & magnam exinde consolationem reciperent. Nos igitur ipsius Marchionis, & populi laudabile propositum commendantes ad laudem Omnipotentis Dei unam parochialem Ecclesiam Collegiatam sub vocabulo SS. Petri & Pauli in ipso oppido cum insigniis Parochiæ, & Collegiatæ, cœmeterio, & fontibus baptismatis, nec non in ea tres Dignitates videlicet Præposituram, quæ principalis, & Archipresbiteratus secunda & curata, & cantoria, quæ tertia, & omnes tres electivæ existant, ac decem Canonicatus, & totidem præbendas auctoritate apostolica de novo erigimus, nec non de Viverso, & de Moneta, & S. Joannis Ecclesias, ac S. Petri de Rentenasco, & S. Georgii Prioratus præfatus, ac S. Mariæ de Salasio, & S. Michaelis, ac S. Laurentii, & S. Laxari capellas cum omnibus juribus, & pertinentiis suis perpetuo mensæ capitulari ejusdem erectæ Ecclesiæ applicamus &c. Quodque Præpositus, Archipresbiter, Cantor, & Canonici ejusdem erectæ Ecclesiæ Almutias de gryso adinstar Ecclesiæ de Cherio deferre possint, ipsique Canonici, & alii beneficiati in illam personalem residentiam continuam facere teneantur per novem menses cujuslibet anni, & per alios tres si de licentia, & consensu Præpositi, & Capituli fuerint absentes, unum idoneum Capellanum dimittere debeant, & quod ista prima vice electio Canonicorum ad Præpositum, Archipresbiterum, & Cantorem; & deinde usque ad viginti annos a die datæ præsentium electio Canonicorum ad Capitulum ipsius erectæ Ecclesiæ; lapsis vero ipsis annis Apostolicæ Sedi, ac Capitulo ejusdem Ecclesiæ absque confirmatione pertineat; Episcopo vero Taurinensi pro tempore in eadem Ecclesia visitationem, & tales habeat præeminentias, quales habet in cæteris antiquis Parochialibus, & Collegiatis Diœcesis Taurinensis. Datum Romæ anno 1474., quarto decimo Kal. januarii, Pontificatus nostri anno quarto. Signatum Policarpus L. Grifus-Sinolsus &c.

Erectio Ecclesiæ Salutiarum in Collegiatam ad petitionem Marchionis Salutiarum. Ex eod. MS. p. 177.

MCCCCLXXXIII.

Dominicus, miseratione Divina, titulo S. Clementis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbiter Cardinalis ad perpetuam rei memoriam. Sane pro parte tam nobilis viri Ludovici Marchionis, quam Universitatis hominum Salutiarum nuper nobis exhibita petitio continebat, quod licet oppidum prædictum insigne admodum, & populosum existat, & caput Marchionatus dicti Ludovici Marchionis reputetur, tamen si Parochialis Ecclesia in Collegiatam de novo erigeretur, profecto cederet in singularem Marchionis, & oppidanorum complacentiam. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati ad honorem Omnipotentis Dei, & gloriosæ semper Virginis Mariæ, nec non dicti Marchionis, & ejus illustris familiæ gloriam, ac dicti oppidi decus præfatam Parochialem Ecclesiam in Collegiatam cum Capitulo, choro, sigillo, & aliis Collegialibus insigniis auctoritate Apostolica tenore præsentium de novo erigimus, & in ea decanatum, qui inibi principalis dignitas sit, nec non Archidiaconatum, Præposituram, Archipresbiteratum, cui cura immineat animarum, Cantoriam, Præcentoriam, Thesaurariam, ac duodecim Canonicatus, & duodecim præbendas etiam inibi de novo erigimus, & S. Laurentii extra muros Salutiarum, ac de *Papo* apud Verzolium, qui de jure Patronatus dicti Ludovici Marchionis, & sine cura existunt, & S. Eusebii præposituram nuncupatam in finibus Salutiarum. Prioratus rurales ordinibus illorum penitus extinctis ac S. Vitalis de Martono sine cura, ac decimas prædictas cum omnibus juribus, & pertinentiis mensæ capitulari dictæ Ecclesiæ erectæ ex nunc perpetuo unimus, incorporamus, nec non jus patronatus, seu præsentandi personas idoneas ad decanatum, & Archidiaconatum prædictos, quoties illos deinceps vacare contigerit, eidem Ludovico Marchioni, & successoribus suis Marchionibus Salutiarum pro tempore existentibus in perpetuum, & illorum institutionem Reverendo Episcopo Taurinensi reservamus, concedimus, & assignamus, ipsosque Ludovicum, & successores, defensores, & protectores Ecclesiæ erectæ hujusmodi, ac personarum, & bonorum ejusdem facimus, nec non decano pro tempore existenti, quod mitra, baculo pastorali, & annulo, & chirothecis uti, ac eidem, & capitulo præfatis, quod una cum præfato R. Patre Episcopo Taurinensi pro tempore existenti quæcumque statuta, & ordinationes pro felici statu, & directione ipsorum, dummodo factis canonibus non sint contraria edere, & edita mutare, illisque addere, & minuere prout opportuna fuerint, ipseque Decanus, Archidiaconus, Præpositus, Archipresbiter, Cantor, Præcentor, & Thesaurarius, ac singuli Canonici supradicti Almutias adinstar Ecclesiæ Taurinensis deferre, ac certos redditus, & proventus quarumdam Confratriarum in dicto oppido Salutiarum, quæ ut asseritur per laicos in certos usus minus utiles certis diebus in anno dispensari solent pro fabrica dictæ Ecclesiæ erectæ ad quinquennium percipere, & levare libere, & licite possint auctoritate prædicta concedimus. Volumus autem quod Prioratus, Præpositura, & Ecclesiæ campestres prædictæ propter unionem, annexationem debitis non defraudentur obsequiis, sed eorum congrue suportentur onera consueta. In quorum fidem præsentes litteras fieri, sigillique nostri jussimus, & fecimus appositione communiri. Datum Taurini in nostro episcopali palatio anno 1483., duodecimo Kal. februarii Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Papae anno tertiodecimo.

Testamentum Ludovici II. M. Salutiarum. Ex eod. MS. pag. 172.

MCCCCXCVIII.

In nomine Sanctæ individuæ Trinitatis. Anno Domini 1498., indictione prima, die sexta mensis februarii. Actum in castro Salutiarum, videlicet in camera juxta turris magnæ rotundæ, præsentibus Reverendo Domino Petro de Salutiis Sedis Apostolicæ Protonotario, & Archidiacono Ecclesiæ Col-

legiatæ Beatæ Mariæ Salutiarum, Magnifico Ludovico de Salutiis, Condomino Valgranæ, nec non ſpectabili juris Doctore Domino Petro Condomino Cellæ vicario Generali, Georgio de Eccleſia etiam Vicario, ac Franciſco Cavatia Vicario, & Judice appellationum, & Bartholommæo de Eccleſia Conſiliario, ac nobili Stephano de Serpont Secretario infraſcripti Illuſtriſſimi Domini teſtatoris, teſtibus vocatis &c., Illuſtriſſimus Princeps, & Chriſtianiſſimus Dominus Ludovicus Marchio Salutiarum ſanus &c., teſtamentum in hunc modum, qui ſequitur, facere procuravit. In primis animam &c. commendavit &c. Altiſſimo; corpus &c., ordinavit ſepelliri in capella nova Eccleſiæ S. Joannis Salutiarum &c., quam capellam mandat perfici ſecundum ordinationem prædeceſſorum ſuorum. Item ejus filio, nec non dilectiſſimæ conſorti recomandat omnes Eccleſias, hoſpitalia, pauperes, & alios miſerabiles, ut & illos cum juſtitia, & miſericordia tractent. Item recomandat fratres legitimos ipſius Domini teſtatoris, quam eius filios naturales. Item legavit Illuſtriſſimæ Dominæ Margaritæ de Fuxo ejus conſorti omnia jocalia ſua, & ornamenta pretioſa. Item voluit, quod præfata Domina, dum vidua permanebit, & cum infraſcripto ejus filio ſtare voluerit, ſic Domina, tutrix, gubernatrix omnium bonorum, & totius Marchionatus, & mandat, ut ejus filius primogenitus, & alii filii, quod eorum matri pareant. Si vero ipſa Domina conjux non vellet ſtare cum filiis, legavit eidem pro ejus habitatione villam Carmagnoliæ cum omnibus reditibus, & attento legato prædicto non habeat eadem Domina reditus alios ſibi aſſignatos, & de quibus conſtat inſtrumentum pactorum matrimonii, ſive dotis. Item reliquit Margaritæ Comitiſſæ Montis majoris ejus filiæ ex quondam Illuſtriſſima Domina Joanna de Monteferrato ejus dotes &c. Item ex quo dignitas Marchionatus ſolet tam de jure, quam ex antiqua conſuetudine devolvi ſemper in primogenitum maſculum, & omnia etiam bona Marchionatus ipſius ſunt pro majori parte feudalia. & in quibus pariter primogenitus ſuccedit adeo, quod alii filii ſint excluſi a ſucceſſione prædicti Marchionatus &c., quia tamen juſtum, quod &c. ſecundum conditionem domus ſe manutenere poſſint, ordinavit quod Illuſtriſſimo Ioanni Ludovico ejus ſecundogenito aſſignentur reditus, qui aſcendant ad ſummam florenorum mille, & quingentorum, pro quibus voluit eſſe tacitum, & ſi alios filios maſculos habere contigerit, ordinavit dari &c. per ejus heredem infraſcriptum dictam ſummam, & nihil ultra percipiant. Si vero contigerit ipſum unam, vel plures filias habere, illam, ſeu illas, & quamlibet ipſarum inſtituit in ducatis quatuor millium pro dote. In dicto autem Marchionatu, & in omnibus aliis bonis ſuis heredem ſibi, & ſucceſſorem inſtituit Illuſtriſſimum Michaelem Antonium ejus filium primogenitum, & eo decedente ſine filiis maſculis inſtituit ſecundumgenitum, & ordine ſucceſſivo alios maſculos prout, & quemadmodum dignitas Marchionalis defertur tam de jure, quam de conſuetudine. Tutricem vero ipſius Domini teſtatoris filiorum conſtituit præfatam Dominam Margaritam eorum matrem, cui poteſtatem dedit adminiſtrandi filios, & eorum bona, ac dictum Marchionatum, & hanc ſuam ultimam voluntatem præfatus Illuſtriſſimus Dominus Ludovicus Marchio aſſeruit eſſe velle; de quibus omnibus juſſit per me Franciſcum Stangam de Valſeneria Notarium, & Secretarium ſuæ Excellentiæ fieri publicum inſtrumentum.

M D X.

Notitia cujuſdam chartæ ad Marchiones Ponzoni ſpectantis. Anno MDX., die XXII. maii, Denice. In nomine Domini amen Nos Chriſtophorus de Carreto ex DD. Ponti, & Chriſtophorus Rogerus de Chartoſio arbitri . . electi per & inter magnificum D. Georgium ex Marchionibus Ponzoni & Dominum caſtri & loci Denicis ex una parte & nobilem Catharinam relictam quondam Magnifici D. Theodori etiam ex Marchionibus Ponzoni, & Juveninam matrem dictæ Catharinæ & Georgium Turchum ex altera parte. *Eſt ſententia arbitramentalis circa rationes dotales ejuſdem Catherinæ, & legati a Theodoro ei facti aſſecutionem.* Extat penes J. C. Math. Boccaccium.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM COLLECTIONIS DIPLOMATICÆ

Donatio Othæ, & Odilonis Monaſterio S. Petri Savilani de decima parte rerum ſuarum in Lugo, & capellis duabus, item de omni re in loco Cuccari, & Mediolani, poſtea ab Adila Comitiſſa, & Marchionibus filiis huic Monaſterio confirmata. Vide par. I. n. 21. ad an. MLV. ex ſchedis Terranei, qui eam habuit a q. Clar. V. Carena.

MXXVIII.

In nomine Domini noſtri, & Salvatoris noſtri Dei Jeſu Chriſti Corradus Dei gratia Imperator auguſtus anno imperii ejus Deo propitio tertio die . . . . . menſis octobris, indictione duodecima (1) Monaſterio S. Petri Principis Apoſtolorum, quod eſt ſitum in loco Saviliano, & eſt in regimine, & poteſtate (2) urbis Romæ, ipſiuſque imperii, nos Otha filia quondam Odoni, & Odilo, qui & Vido vocatur filius quondam Odoni, nos mater, & filius, qui profeſſi ſumus ex natione noſtra lege vivere Salica offertores, donatoreſque ipſius Monaſterii præſentes præſentialiter (3) diximus. Quiſquis in ſanctis, & venerabilibus locis aliquid de ſuis contulerit rebus in hoc ſæculo juxta auctoris vocem in futurum centuplum accipiet; inſuper & quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideoque nos qui ſuper donamus, & offerimus in præſenti die pro animæ noſtræ mercede ſupraſcripto Monaſterio, ideſt decimam partem de noſtra Curte, quæ nominatur Lugo, cum caſis, & ſediminibus, & omnibus rebus ad ipſam decimam partem pertinentibus donamus, & a præſenti die capellas duas una in onorem S. Benedicti cum omnibus pertinentiis earum, & dotis: donamus ſimiliter a præſenti die omnes res juris noſtri, quæ ſunt poſitæ in loco, & fundo Cucharo, illas etiam omnes, quæ ſunt in loco, & fundo Mediolano. Reliquas vero novem partes, quæ remanent, & omnes alias res mobiles, & immobiles, ſervos, & ancillas eo tenore ordinamus, ſi nos, aut filii noſtri filios maſculinos habuerimus, venient in poteſtate illorum excepto illæ, quæ ſunt poſitæ in loco, & fundo villæ Majranæ, illæ venient in poteſtate Richildæ filiæ meæ, & ſi nos, qui ſupra ſine filiis maſculis mortui fuerimus, omnia quæ ſupra veniant in poteſtate ſupraſcripti Monaſterii, omnia quæ nunc habemus, & omnia, quæ in antea acquiſtare potuerimus &c. Inſuper per cultellum, feſtucam, nodatum, vantonem, & vaſonem terræ, atque ramum arboris ad partem ipſius Monaſterii exinde legitimam facimus traditionem, & inveſtituram, & exinde foris varvivimus (4), & expulimus, & abſentes nos fecimus ad partem ipſius Monaſterii donamus, & relinquimus, ut cui pars ipſius Monaſterii dederit faciendum, & exinde jure proprietario nomine quidquid voluerit ſine omni noſtra & heredum, & preheredum contradictione. Si vero quod futurum eſſe non credimus &c. Actum infra Caſtellum, quod dicitur Monteſalconio feliciter. Signum manuum ſupraſcriptorum Othæ, & Odili, qui & Wido matris, & filii, qui hanc cartam offerſionis fieri rogaverimus.

Signum manuum abbatis Adami, ſeu Martini, atque . . . . omnes viventes lege Salica.

Signum Joannis, & Bernardi, ſeu Petri Teſtavere. Ego Olprandus Notarius ſacri Palatii ſcriptor hujus cartæ offercionis traditam complevi, & dedi.

(1) *Indict. XII. non concurrit cum menſe octobris anni III.* Imp. Conradi: *quare ſic emendanda*: anno imperii ejus Deo propitio ſecundo, tertio die menſis octobris. *Quare hæc donatio facta fuiſſet die III. octobris MXXVIII. paucos poſt menſes a fundatione Monaſterii.*

(2) *Hic error gravis irrepſit. Emendavit Terraneus hoc modo* ſub regimine, & poteſtate S. Petri urbis Romæ, ipſiuſque Monaſterii.

(3) Præſentibus. (4) Warpivimus.

Donatio quarumdam poſſeſſionum infra civitatem Albæ, & in Comitatu Aſtenſi, ac Monferadienſi, aliiſque locis facta a Secundo ex ſchedis Cl. Bertæ R. Bibliothecæ Præf.

MLXIV.

Anno I. D. N. J. C. MLXIX. (LXV.) II. Kal. martii, indict. III. Monaſterio S. Trinitatis, nec non ſanctorum Juſti, & Mauri conſtructum infra civitatem Secuſiæ, videlicet ſub regimine, & poteſtate domnæ Addalaſiæ Comitiſſæ, & filiorum ejus . . . . . Anſelmus abbas ordinatus eſſe videtur. Ego Secundus, & Judex filius quondam Rolandi, qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Longobardorum offertor, & donator ipſius Monaſterii propterea dixi quiſquis &c. . . . . ſecundoque ego qui ſupra Secundus, & Judex dono, & offero in eodem Monaſterio per remedium tam animæ meæ, quam parentum meorum in omnibus rebus illis tam caſis, ſediminibus quamque ceteris rebus tam infra civitatem Alba, & quamque Torino (1) ejus, ſeu in paiſo, atque caſtellatione prope ſancti Steph. ..... richo (2) qui dicitur Belva (3) & in comitatu Aſtenſi, & in prædicto Taurinenſi, ſeu Monteferradienſi, & per ceteris locis ubicumque rebus juris mei inveniuntur, & ſunt prædictis omnibus rebus illis, ut ſupra continetur ſupra totum jugias L., & ſi amplius de meis juris rebus infra illis locis, & fundis, & territoriis inventum fuerit, quam ut ſupra menſura . . . . . per hanc cartam offerſionis facio tam pro remedio animæ meæ, quam parentum meorum a parte ipſius

Digitized by Google

Monaſterii . . . . . poteſtatem proprietario jure, quæ autem iſtis omnibus rebus illis juris mei ſimiliter dono, & offero in eodem Monaſterio mobilia familia juris mei ſupradicta unacum acceſſionibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus earum, quæ ſupra . . . . una cum prædicta familia, & præfata familia . . . . . ab hac die in eodem Monaſterio dono, & offero, & per præſentem cartam offerſionis ibidem habendum confirmat faciendum exinde a præſenti die pars ipſius Monaſterio, aut cui pars ipſius Monaſterit dederit jure proprietario nomine quidquid voluerit ſine omni mea, & hæredum meorum contradictione. Quidem & ſpondeo, atque mitto (4) me. Ego qui ſupra Secundus Judex una cum meos hæredes pars ipſius Monaſterii, aut cui pars ipſius Monaſterii dederit iſta offerſio qualiter ſupra . . . . . ab omnj hom. . . . . defenſare; quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi pars ipſius Monaſterii exinde aliquid per quovis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum iſta offerſio pars ipſius Monaſterii reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerint ſub extimacione in conſimiles locos, & territoria. Hanc enim cartam offerſionis Aldeprandi Notarii ſacri Palatii tradavi (5), & ſcribere rogatus, in qua ſubter confirmans, teſtibuſque obtulit roborandam. Actum infra civitatem Secuſiæ feliciter.

Signum † manu iſtius Secundus Judex, qui hanc cartam offerſionis fieri rogavi, & eique relecta eſt.

Signum ††† manibus Beraldi, & Magnifredi, ſeu Ingilmondi teſtes.

Ego qui ſupra Aldeprandus Notarius ſacri Palatii ſcriptor hanc cartam offerſionis poſt tradita complevi, & dedi.

(1) *Legerem* territorio. (2) Rivo. (3) Belbo. (4) Promitto. (5) Tradidi.

Epiſtola Gregorii VII. ad Gulielmum Papienſem Epiſcopum, qua eum monet, ut ipſe eum Azone Marchione, accuſato de inceſtuoſa conjunctione cum ipſius Epiſcopi ſorore, vidua ex morte Marchionis Widonis de Sezadio, ad ſe veniat, ut hujus cauſa agitari poſſit. Conc. Coll. Lab. T. XX. lib. I. Ep. 57. fol. 105.

MLXXIV.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Guilielmo Papienſis Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. ſignificandum tibi duximus Marchionem Azonem (1) in Romana Sinodo ſuper inceſta copulatione ſorori tuæ accuſatum eſſe; qua de re ipſe per propinquos mulieris ſatisfactionem pollicitus inducias poſtulavit. Propterea rogamus, & Apoſtolica auctoritate fraternitatem tuam admonemus, ut ad ſervitium S. Petri paratus, & ut melius poſſit inſtructus cum eodem Marchione ad nos venire nullo modo prætermittas &c. Dat. &c. Romæ in Sinodo XVI. Kal. april. indic. XII.

(1) Egregium *videlicet* Marchionem Azonem nobis quidem inter cæteros Italiæ Principes valde dilectum, ut *loquitur Epiſt. LVIII. ad Geuſam Ducem Hungarorum ejuſdem libri, quod præclarum ſummi Pontificis teſtimonium de Azone II. Eſtenſi a Muratorio prætermiſſum fuit in Antiquitatibus Eſtenſibus.*

Epiſtola Gregorii VII. ad Beatricem, & ejus filiam Mathildem, qua inter cætera ſcribit ſe Romam vocaſſe Papienſem, & Mutinenſem Epiſcopos pro dirimenda cauſa circa conjugium Azonis March. T. XX. Coll. Conc. Lab. Lib. II. Epiſt. 9. Col. 134.

MLXXIV.

Gregorius Epiſcopus &c. . . . . Præterea vobis notum eſt, Marchionem Azonem in Synodo nobis promiſiſſe, & fidem in manum noſtram dediſſe ſe in noſtram præſentiam quandocumque eum commoneremus pro reddenda ratione ſui conjugii venturum. Et nos quidem hac de cauſſa ipſum vocavimus. Gulielmum Papienſem Epiſcopum, & Heribertum Mutinenſem, qui propinquitatem mulieris ſciunt ad nos venire per epiſtolas noſtras invitavimus, quatenus rei veritate percognita quod juſtum fuerit Deo adjuvante ſtatuamus. Quapropter dignum nobis videtur, ut præfato Marchioni per certum veſtrum nuncium mandetis, quatenus per terram veſtram in eundo, & redeundo ſecurus tranſire poſſit &c. Data Romæ XVIII. Kal. novem. ind. XIII.

Epiſtola Gregorii VII. ad Gulielmum Papienſem Epiſcopum, qua eum arguit, quod ad ſe vocatus non venerit, & præcipit, ut accedat ad Concilium, in quo ei dabitur facultas defendendi conjugium ſororis ſuæ cum Azone. Coll. Conc. Lab. T. XX. Col. 152. Lib. II. Epiſt. 35.

MLXXIV.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Guilielmo Papienſi Epiſcopo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Licet contra nos id egiſſe videaris, ut nec etiam apoſtolicam benedictionem tibi mittere deberemus, ſcilicet quia ad conſtitutum tibi terminum nec veniſti, nec legalem excuſationem miſiſti: malumus tamen de pietatis moleſtia reprehendi, quam canonum rigorem ſequendo inobedientiam tuam acriter ulciſci. Quapropter apoſtolica tibi auctoritate præcipimus, ut ad Synodum quam Deo annuente celebraturi ſumus prima hebdomada Quadrageſimæ venias, & de cauſa ſororis tuæ reſpondeas. Licet enim clariſſimum ſit enim Guidonem Marchionem conſanguineum Azonis Marchionis maritum habuiſſe, illud etiam Sacramentis, & teſtibus in præſentia noſtra probatum ſit, eandem ſororem tuam atque Azonem quartam propinquitatis lineam nondum excedere: dabimus tamen vobis audientiam in præfata Synodo, quatenus ſi legalem defenſionem vos habere confiditis & teſtimonia, & ſacramenta ante nos facta improbare poteritis, conjugium illorum permaneat &c. Data Romæ XVII. Kal. jan. ind. XIII.

Digitized by Google

Epistola Gregorii VII. ad Comitissam Mathildem, qua ei praecipit, ut a consortio Azonis se sejungat: quod si illum suum consanguineum non esse probare se posse confidat, ad proximum Concilium mittat, ubi se ejus probationes auditurum promittit. Coll. Conc. Lab. T. XX. col. 151. Epist. Lib. II. Ep. 56.

6 MLXXIV.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Mathildi salutem, & Apostolicam benedictionem. Qualiter testibus, & sacramentis in praesentia nostra probatum sit te habuisse virum consanguineum Azonis, te etiam & Azonem Marchionem in quarta propinquitatis linea consanguineos esse, ipsi qui eidem causae interfuerunt, poterunt tibi referre. Unde quia Azonem Marchionem sacramento constrinximus nullam deinceps sine licentia nostra maritalem tecum conversationem habere, tibi etiam ex parte B. Petri praecipimus, ut a consortio, & cohabitatione omnino te auferas, & de perpetrata iniquitate digne poeniteas, quatenus gratiam Dei valeas recuperare, & tanti tamque turpissimi incestus infamiam deliuare. Quod si &c. Data Romae XVII. Kal. jan. indict. XIII.

Huic ac superioribus Epistolis Gregorii illustrandis prodesse potest sequens documentum ex Chartulario Terdonensi, de quo vide tabulas Genealogicas.

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MLXXXI., XV. die Kalendas aprilis, indictione III. Constat me Marchionem Guidonem Clericum filium quondam Alberti Marchionis, qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum accepisse sicut & in praesentia testium accepi a te Giruino Subdiacono filio quondam .... argentum denariorum bon. lib. sexcentas finito pretio pro mea portione, quae est medietas de castris IIII. cum turris, & muris, cum fossatis, & ..... & cum omnibus rebus tam de intus, quamque & de foris ad ipsam medietatem pertinentibus juris mei, quae castra habere visus sum infra comitatum Terdonensem. Haec sunt Grondona, Catorba, Montemorixino, Nazano cum omnibus rebus, & cum omni jure, & redditu ad ipsam medietatem pertinentibus omnia ex omnibus in integrum, quam autem infrascriptam medietatem de infrascriptis castris juris mei superius dicta cum accessibus, & ingressibus, seu cum superioribus, & inferioribus suis qualiter superius legimus in integrum ab hac die, cui super Gyrvino Subdiacono pro infras. pretio vendo, trado, & mancipo nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnoxiatis, vel traditis nisi tibi; & facias exinde a praesenti die tu aut cui tu dederis, vel habere statueris jure proprietario nomine quidquid volueritis sine omni mea, & haeredum meorum contradictione quidem & spondeo, atque promitto me qui S. Guido Marchio, & una cum meis haeredibus, cui super Gervino, aut cui tu dederis, vel habere statueris infrascriptam venditionem qualiter supra legitur in integrum ab omni omine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si no .... exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quaesierimus tunc in duplum eamdem venditionem, ut supra legitur, vobis restituamus sicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis, & non liceat mihi ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me semel factum, vel conscriptum est inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixa, & nihil mihi ex ipso precio aliquid debere dico. Actum infra castro Precipiani feliciter.

Ego Guido scripsi signum manuum Guidonis, seu Teuzo, atque Idonis testes. Signum manuum Rubaldi, atque Gazonis testes. Ego Valfredus Notarius, & Judex sacri Palatii scriptor hujus cartae venditionis post tradita complevi, & dedi.

Donatio facta ab Adalasia Comitissa Agnete, & nepte alia Agnete Ecclesiae Astensi. Ex Chartul. Eccl. Ast.

MLXXXIX. 7

Die jovis idibus junii ind. XII. anno Dominicae Incarnationis MCLXXIX. In N. S. & I. T. ego Adalasia Comitissa cum nuru mea Agnete, & filia ejus Agnete reddimus, concedimus, & donamus Ecclesiae S. M. ad partem Astensis Episcopatus, & D. Oddoni ejusdem Ecclesiae designato Episcopo abbatiam S. Dalmatii, & plebem de Lovaldeso sicut Episcopus Girelmus aliquo tempore eas melius tenuit, silvam etiam de Banalli sicut inveniri poterit per incolas Bajennae, & S. Albani, qui jurejurando obstricti ulam judicaverint. Insuper etiam concedimus omnem terram, de qua cumtemptio fuit inter castrum Noni, & Rocham, atque propter illud, quod in supradicta Ecclesia habet in curte Bredolensi, quod nos eciam dicto Episcopo pro beneficio accipimus, donamus ei totam illam terram, quae glarea dicitur, hoc est quidquid habere videmur a medietate Tanagri fluminis usque ad castellum de la Rocha cum quinquaginta libris, ita tamen ut prorsus semper in nostro jure permaneat. Et si Episcopatus in sua rippa molendina facere voluerit, faciat & portum alium in alio loco si voluerit constituat, nec nostri nostram rippato, seu portui prohibeant. Remittimus etiam contentionem de Lavicia sicut finitum fuit inter D. Petrum Marchionem, & Episcopum Ingonem, haec omnia sicut praediximus, remittimus, concedimus, & donamus, remota omni nostra, nostrorumque haeredum, ac prohaeredum contradictione per bonam fidem, & sine malo ingenio.

Diploma Henrici IV. Imperatoris, quo Wilelmi Marchionis Montisferrati rogatu confirmat jura Ticinensis Ecclesiae in multis Monasteriis. Ex Murat. A. I. M. Æ. Tom. VI. col. 327.

MLXXXIII. 8

Anno D. .... interventu quoque Marchionis Wilelmi, Arduinus .... civium Papiensium majorum, & minorum, Papiensi Ecclesiae beatissimi Syri glorioso Confessoris, cujus pio interventu nostrum viget imperium .... legantur per hanc preceptalem paginam jure perhenni donamus, atque concedimus: nominatim videlicet Brementensem abbatiam cum omnibus, quae ad illam pertinent, castris, curtibus &c. cellis quoque nominatim hic notatis: S. Petrum in Novalesio, campum Merleti, S. Andream in Taurino, Babbianum, Serram S. Petri, Cellam Cavallariae, S. Petrum in Pagno, Polentiam, S. Petrum ad Wascum,

S. Mariam in Polexi, Cellam de Supunigo, Cellam de Laumello, S. Agatham in Balfula, Rometam, Caſtella etiam Caſtagnetum, Gunzove, S. Salvatorem, Cano .... Tanetum, Palaciolum, Ciſalum, ſeu cæteras Cellas .... Curtes, & omnes res ad prædictam Abbatiam, & Cellas pertinentes .... in integrum. Si quis igitur &c.

Signum D. Heinrici &c. Ego Oglerius Dei gratia Hiporenſis Epiſcopus, & Cancellarius &c.

Anno Dominicæ Incarn. MLXXXXIII., indict. I., regnante Henrico XXXVIIII. imperante autem IX. menſe madio. Actum eſt Papiæ feliciter.

Addenda ad chartam editam par. II. *c.* 311. *n.* 30. *cum notis C. V. Terranei.*

M C X C.

In nomine Domini. Amen. Noverint univerſi, & ſinguli hoc præſens publicum inſtrumentum tranſumpti infraſcripti inſtrumenti ..... D. Oddonum Marchionem de Carreto ad inſtantiam, & poſtulationem Ven. D. Gullielmi Præpoſiti Eccleſiæ S. Petri ....., & Canonicorum ibidem pro Capitulo reſidentium de inſtrumento facto per illuſtrem D. Marchionem Bonifacium filium illuſtris D. Thetonis dictæ Eccleſiæ recepto per Anſelmum de Treſio ſacri Palatii Notarium de anno Domini MLXXXX, die XXI. januarii, & ſubſcripti per Gullielmum de Montevici, Oddonum Dardanellum, Corradum Maojerium, Oddonum de Bogilio, & Jacobum de Ramundis Notarios publicos de anno Domini MCCLXXXIX., die decimo auguſti, quod nos Bartholomeus Bibrera J. U. Doctor Archidiaconus, & Canonicus Eccleſiæ Aquenſis, Vicarius generalis Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. D. Auguſtini Spinulæ miſeratione divina Presbyteri Cardinalis Perufini, tituli S. Cipriaci in Thermis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Camerarii, ac Presbyteri administratoris Epiſcopatus Savonenſis ſedentes ſuper una cathedra exiſtente in mediano domus reſidentiæ noſtræ, ubi Curia tenetur, habuimus, vidimus, legimus, palpavimus, & diligenter inſpeximus dictum inſtrumentum tranſumpti ſupraſcripti inſtrumenti facti ad inſtantiam ſupraſcripti D. Gullielmi Præpoſiti, ſubſcriptum per infraſcriptos Gullielmum Oddonum Conradum, & Oddonem, ac Jacobum etiam Notarios ſub eodem tranſumpto deſcriptos ſanum quidem integre illæſum, & non abraſum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpentione caren. coram nobis exhibiti, & præſentati per Ven. Presbiterum Petrum Dragum procuratorem Reverendi in Chriſto Patris D. Bartholomei Scarampi Protonotarii Apoſtolici, & perpetui Commendatarii Præpoſituræ prædictæ Eccleſiæ ſanctorum Petri, & Pauli de Ferrania, cujus ſiquidem inſtrumenti tranſumpti tenor ſequitur, & eſt talis.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCLXXXIX., indict. V., die X. auguſti i præſentia teſtium infraſcriptorum D. Oddonus Marchio de Carreto ad inſtantiam, & poſtulationem D. Gullielmi Præpoſiti Eccleſiæ S. Petri de Ferrania, & Canonicorum ibidem pro Capitulo reſidentium, quorum nomina ſunt hæc: ſcilicet fratris Jacobi Prioris, fratris Petri præceptoris, fratris Arnaldi ſacriſtæ, D. Gullielmi de S. Victoria præceptoris Fornelli, fratris Ruffini de Aſt, fratris Bertolini de Bagnaſco præcepit mihi infraſcripto Notario, ut exemplarem, & in publicam formam redigerem ad æternam rei memoriam quoddam inſtrumentum factum manu Anſelmi de Treſio Notarii ſub MXC., indictione V., die XXI. januarii, cujus tenor talis eſt: *Hic ſequitur relatum doc. ſupra relatum c.* 311. *n.* 30., *quo finito hæ Notariorum ſubſcriptiones addantur.*

Unde ego infraſcriptus Notarius ſupradictum inſtrumentum publicum receptum per manum Notarii ſupradicti vidi, & legi coram teſtibus infraſcriptis, & præcepto, & auctoritate dicti D. Oddoni Marchionis exemplavi, & ſcripſi. Qui prædictus D. Oddonus Marchio voluit, & pronuntiavit, ut præſens inſtrumentum per me exemplatum, & factum tantam quantam ſupradictum obtineat perpetuo firmitatem. Actum in claustro Eccleſiæ S. Petri de Ferrania, præſentibus D. Henrico Templario Marchione de Ponſono (1), D. Gullielmo de Pruxetto, D. Presbitero Oddono de Bogilio, Oddono Croto de Carcaris, Taliapati de Cremona, & Manfredo de S. Julia, teſtibus vocatis, & rogatis. Et ego Gullielmus de Montevici ſacri Palatii Notarius rogatus tradidi, & ſcripſi. Ego Oddonus Dardanellus Notarius ſacri Palatii ſupraſcripti inſtrumenti, una ſemel cum dicto Gullielmo de Montevici ſacri Palatii Notario vidi, & legi, & excultavi, & non plus in uno, quam in altero inventum fuit, & ipſo excultato in ipſo me teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui. Ego Conradus Maorierius ſacri Palatii Notarius ſupraſcriptum inſtrumentum una ſemel cum dicto Gullielmo de Montevici ſacri Palatii Notario vidi, & legi, & excultavi, & non plus in uno, quam in altero inventum fuit, & ipſo excultato, in ipſo me teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui. Ego Oddo de Bogilio ſacri Palatii Notarius ſupraſcriptum inſtrumentum una ſemel cum dicto Gullielmo de Montevici ſacri Palatii Notario vidi, legi, & excultavi, non plus in uno, quam in altero inventum fuit, ipſo excultaro, in ipſo me teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui. Ego Jacobus de Raymondis de Bogilio ſacri Palatii publicus Notarius ſupraſcriptum inſtrumentum una ſemel cum dicto Gullielmo de Montevici ſacri Palatii Notario vidi, & legi, & excultavi, & non plus in uno, quam in altero inventum fuit, & ipſo excultato in ipſo me teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui.

Quod quidem inſtrumentum tranſumpti ſupraſcripti inſtrumenti, ſignati, & ſubſcripti, & nobis, ut ſupra, exhibiti, ſic inſtante, & rogante dicto Venerabile Presbitero Petro dicto nomine, per Jacobum Jordanum Notarium publicum Savonenſem, & dictæ Curiæ Cancellarium infraſcriptum exemplari, & tranſumi mandavimus, ac in publicam formam redigi, unacum Nicolao Corſario, & Ottobono Jordano etiam Notariis Savonenſibus. Decernentes, & volentes, ut huic inſtrumento ſupraſcripti tranſumpti, ſeu exempli inſtrumenti ſupraſcripti, quod cum dicto inſtrumento ſupraſcripti tranſumti, ut ſupra, exhibito, collationari mandavimus per ſupraſcriptos Jacobum, Nicolaum, & Ottobonum Notarios ſupra, & infraſcriptos in præſentia noſtra, & nobis Vicario auſcultante, & uno ex dictis Notariis legente, & aliis duobus Notariis etiam auſcultantibus, cum quo concordare invenimus, plene, & indubitata fides deinceps ubilibet

n locis omnibus, & ſingulis, quibus fuerit opportunum tam in judicio, quam extra adhibeatur, ipſumque tranſumptum ſupraſcripti exempli, ſeu tranſumti ſupraſcripti inſtrumenti fidem faciat, ac illi ſtetur, ac ſi originale inſtrumentum ſupraſcripti tranſumpti appareret, ſeu præſentatum foret. Quibus omnibus, & ſingulis cauſa prius per nos plene cognita, auctoritatem noſtram ordinariam impoſuimus, & imponimus pariter & decretum, ac ad ampliorem omnium, & ſingulorum præmiſſorum evidentiam ſigillum dictæ Curiæ, quo in ſimilibus utimur, duximus imprimendum. De quibus omnibus dictus Presbyter Petrus dicto nomine publicum rogavit fieri inſtrumentum per me ſupra, & infraſcriptum Notarium. Actum Savonæ in dicto mediano dictæ domus reſidentiæ dicti Domini Vicarii ſitæ in contrata Quardæ, cui cohærent ab una parte, & ante via publica, & ſi qui alii ſunt veriores confines, præſentibus teſtibus Antonio Riccio Notario, & Petro Jordano civibus Savonenſibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Animadverſiones Terranei.

„ In hoc documento tria videntur animadvertenda „ primo actum donationis Marchionis Bonifacii. II „ Tranſumtum a variis Notariis de eo factum poſtulante Gulielmo Præpoſito Ferraniæ. III Tranſumptum extractum a Babrera (*corrige* Chiabrera) „ Vicario Generali Cardinalis Auguſtini Spinulæ an. „ 1534. Ultimum hoc ſincerum eſſe nullum eſt dubium. „ Quoad primum tranſumtum legitimum puto, „ modo legatur anno MCCLXXXIX. juxta lectionem pag 1. hujus collectionis non vero centum „ annos antea, ut male in ſequenti pagina editum fuit. Probabile autem eſt in primo hoc tranſumto ſcriptum indictione II non indict V. „ Quod autem hoc ad annum 1289. pertineat, patet „ ex chartis ad annos 1285., die 17. 26. & 29. „ martii allatis in dicta collectione, in quibus mentio fit de Gullielmo Præpoſito Ferraniæ.

„ Quoad actum donationis notandum anno MXC. „ indictionem fuiſſe XIII. non V. II titulum hujus „ Eccleſiæ primævum fuiſſe S. Nicolaum, nec Apoſtolorum nomina Petri, & Pauli occurrere, niſi „ in charta anni MCCCXVII. III inſuetum eſſe hoc „ ſæculo inſtrumenti vocabulum ad publicam chartam deſignandam. Suetonius in Veſpaſiano: *inſtrumentum imperii pulcherrimum confecit*, ideſt collectionem documentorum. Abbo patricius in teſtamento anni DCCXXIX. n. VII. *ad ipſa Eccleſia* „ *per ſua eſtrumenta delegare voluit*: Carolus in diplomate pro Aſtenſi Eccleſia anni DCCCLXXXIII. „ *in quo varia inſtrumenta chartarum* oblationes videlicet Imperatorum, Ducum, Comitum &c. Attamen ad denotandum chartam ſingularem nuſpiam adhibita fuit vox illa a Notariis ante ſæc. „ XIII., ſed ejus loco uſurpabantur hæc nomina „ *hanc chartam*, *hanc chartulam*, *hoc breve*. Poſt annum vero MCC. commune evaſit. Guichenon „ Preuves pag. 49. ann. 1207. *teſtes adhibiti ſunt* „ *Humbertus Prior Hamedei*, *qui inſtrumentum hoc* „ *ſcripſit*. Spon Hiſt. de Geneve Tom. II. pag. 53. „ *præſens inſtrumentum ſigillorum munimine confirmaverunt*. Videantur etiam chartæ Ulcienſes an 1227. „ 1229-1230-1231. Guichenon Preuves pag. 63. „ an. 1239., & *ut hoc ratum, & illibatum permaneat in futurum præſens hoc publicum inſtrumentum inde fecimus fieri*. Chart. Ulcien. pag 212. „ anni 1240. *præſentem chartam vim obtinentem publici inſtrumenti*. Spon. Hiſt. de Geneve pag 67. „ an. 1291. *præſens inſtrumentum publicum rogatus ſcripſi*. IV Formula *vocati & rogati* videtur inducta poſt centum annos ab hac donatione &c.

(1) *De Henrico Marchione Ponzoni Equite Templario vide chartas* 25. *maii* 1307. *pag.* 40. *Collect. DD. Ferraniæ, &* 25. *ſeptemb. ejus anni pag.* 42.

Donatio Eccleſiæ S. Stephani Boveſii facta a Bonifacio Marchione Eccleſiæ Fructuarienſi ex autographo exſcripta a P. M. Rulfio Ord. S. Auguſtini, ac dono data J. C. Carenæ, qui notas adjunxit. V. Dur. Piem. Ciſ. p. 164.

MXCV.

Anni ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimi nonogeximi quinto (1) decimo Calendas ſeptembris, indictione tercia præſencia bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur, dedit Dominus Bonusfacius M. (*a*) cum Ottrone de Monte Baſilio Vaſſallo ſuo una Eccleſia, quæ eſt ædificata in honore S. Stephani (*b*) cum omnibus illis (2), ſeu quæ pertinent ad illam Eccleſiam ad Fructeriam (*c*) pro ſe, & anteceſſoribus, & ſucceſſoribus ſuis, ita ut Monachi ſemper aberent (3) illam Ecclexiam S. Stephani, & jacet illa Ecclexia in loco, ubi dicitur Boves (*d*).

Signum manibus illius Bonifacii Marchionis, & Ottonis, qui nunc brevem fieri juſerunt.

Signum manibus Robaldus VVilielmus Anſaldus Segnorinus Erenbertus (*e*) Romani (*f*) teſtes.

Signum manibus .... Ego Otto Judex ſcripſi hunc brevem. (1) *Videtur legendum nonageſimiquinti.*

(2) *Adde* rebus. (3) *Forte* abitent.

Animadverſiones Cl. J. C. Carenæ.

„ (*a*) Teotonis Marchionis filius.

„ (*b*) Extat adhuc Eccleſia S. Stephani prope fontem Brobii fluvii, ſeu lacum Bagennettarum, quæ „ idcirco vocatur Eccleſia S. Stephani ad fontem „ Brobii in confirmationibus factis ab Impp. Eccleſiæ Aſtenſi, quas vide apud Ughelli.

„ (*c*) Ideſt Monaſterio Fructuariæ. Poſſeſſiones „ quaſdam, & cellam ipſam S. Blaxii in ſequenti „ charta (vid. an. 1121. m. januar.) memoratum „ olim acquiſierat Cœnobium Fructuarienſe in agro „ Morocii, itemque poſſeſſiones alias in Comitatu „ Bredulenſi. Illæ itaque, non vero villæ, & vici „ ipſi confirmantur Cœnobio præfato ab Henrico I. „ Imperatore an. 1014. (poſſidebat tamen integram „ villam *Morox*, ut ex charta anni 1020.).

„ (*d*) Nomen ſervat oppidum ſitum ad dexteram „ curſus Vermegnanæ, oppidum toto Comitatu Bredulenſi, & Segnoria Morocii (cujus fines uſque „ ad alpes ſummas inter Cluſam, & Brigam oppida protenſos fuiſſe docent chartæ duæ ſæculi „ XIII., & XIV. a Marchionatu Cevæ, & fines &c.

Digitized by Google

„ *Signorili* Morocii ibi deſignantes) diviſum, puto
„ olim pertinuiſſe ad comitatum Auriatenſem, qui
„ ſimiliter uſque ad alpes ſummas protenderetur: &
„ ideo oppida Alvernantis, & Limonis in eo in-
„ cluſa fuiſſe, quum tamen jam anno 1279. (quo
„ Petrus Balbus Comes Vintimilii, & Dominus
„ Tendæ, Brigæ, Saorgii, Berbii, Pignæ, Roc-
„ chettæ, Caſtellarii, Bazanæ, Limonis, & Alver-
„ nantis conventionem init cum Cuneenſibus ex lib.
„ ſtatut. Cunei) ad comitatum Vintimilienſem per-
„ tineret: cum forte ipſi veteres Vintimilii Comites
„ occupaverint poſt mortem Adelaidis ex ejuſdem
„ hæreditate, vel dotis nomine acquiſierint. Ca-
„ ſtrum Bovixii inter tria præcipua memoratur a
„ Bonifacio Marchione (teſtam. an. 1125.) quæ oc-
„ cupaverat filius ipſius Bonifacius de Inciſa, & a
„ Marchionibus Cevæ deinceps poſſeſſum fuit (vid.
„ chartas plures in III. parte allegat. Ferran.).
„ Mons Baſilius intra fines Marchionatus Cevæ
„ eſt, & prope Nucetum, & Bagnaſcum, quæ in
„ diplomate Ottonis I. Aleramo conceſſo recenſen-
„ tur, item prope Violam, Lezegnum, & ſanctum
„ Michaelem, quæ omnia loca Marchionatus Cevæ
„ ſunt, & in chartis Ferranicis recenſentur.
„ (*e*) Hic Erebertus ſubſcribit chartis duabus in-
„ veſtituræ unius manſi factæ Guntelmo filio q.
„ Natalis an. 1082., indictione V., I. menſis aprilis
„ a Richeza ex natione ſua lege Langobarda vi-
„ vente filia quondam Rodulfi, & a Rodulfo filio
„ quondam Wilielmi ex natione ſua lege Salica
„ vivente.
„ (*f*) *Forte* lege Romana viventes.

11 MCXIII.

Rainerius Marchio filius cujuſdam Gulielmi Marchionis obtulit Monaſterio S. Secundi de turre rubea abbatiæ Fructuarienſis membro omnem portionem, quæ ad illum ſpectabat de lacu Langiano.

Ugh. in Ep. Aſt in Landulfo n. 29.

Donatio Bonifacii Marchionis cum filiis Eccleſiæ S. Donati de Monte dono data a J. C. Delphino Muletti Saluſienſi.

12 MCXXI.

In nomine Domini amen. Anno MCXXI. nona die menſis julii actum in caſtro Vici chartam donationis fecerunt Dominus Bonifacius Marchio cum filiis ſuis Manfredo, atque Ugone . . . . Eccleſiæ & Canonicæ S. Donati de Monte, & Canonicis in ea ſervientibus in augmentum dotis, quam pridem fecit ipſi Eccleſiæ & Canonicæ D. Otto Marchio patronus, & fundator ipſius Eccleſiæ, & Canonicæ, & prædictus Dominus Bonifacius filius qui & Marchio . . . . . decem jugera terræ aratoriæ in Baennis ſuperioribus. Inſuper petiam unam terræ, quæ eſt apud Morocium loco dicto . . . . . mei juris. Ego qui ſupra Manfredus Marchio jugerum quinque cum dimidio . . . . . vineas duas in Baennis inferioribus, & in Bajen. . . . . ad Sanctum . . . . . mei juris eſt ſupra Ugonis qui & Marchio . . . . . *reliqua deſunt.*

Subjectio Monaſterii S. Laurentii de Varegotho Abati Monaſterii Lerinenſis facta ab Othone Epiſcopo Albingaunenſi probante Bonifacio Marchione cum Agnete ſua uxore, & filiis. Ex archiv. Mon. Lirin., a quo eduxit, humaniterque communicavit C. Gaſpar Sclavius.

MCXXVIII. 13

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis anno milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo, indictione VI. Pontificatus in Chriſto Patris D. Honorii Papæ anno IV die vigeſima martii Monaſterio S. Mariæ, & S. Honorati quod conſtructum eſt in inſula Lerinenſi in pelago provinciæ Diœceſis Grimicenſis, cui Dominus Garinus abbas nunc præeſſe videtur in manibus Fulconis Prioris ejuſdem Monaſterii. Nos Otto D. G. S. Johannis ſacræ Albinganenſis Eccleſiæ Epiſcopus ad religionis augmentum, & meliorem ſtatum S. Matris Eccleſiæ, & pro ſecuritatis remedio animæ meæ coram Canonicis, & Clericis in præſentia Conſulum . . . . . concedimus, donamus Monaſterium S. Laurentii, quod conſtructum eſt in loco, qui appellatur de Varegothi Diœceſis Albinganen, ut ſecundum regulam, & inſtituta Lerinenſis Monaſterii Tu Garino abbas gubernes, & regas de hodie in antea, tibique omne jus, & partem, quam in eodem Monaſterio, & PP. hucuſque habuimus, & ſucceſſoribus tuis in eo legitimis in perpetua tempora tradimus, & in Domino elargimur. Quam donationem ut ſupra laudavit Dominus Bonifacius Marchio cum domina Agnete comitiſſa conjuge ſua, & filiis. Nomina Conſulum, qui huic . . . . oni interfuerunt. Petrus Agaccia quondam Uberti, Johannes Nicol. Oglerius . . . . Clavarius. Actum Albinganni in aula majori palatii Domini Ottonis Epiſcopi coram teſtibus anno die, & indictione præmiſſis. Ego Manuel de Richardis Notarius ſacri Palatii, & Apoſtoli hanc cartam ſcripſi, & tradidi.

MCXCLII. 14

Notitia chartæ anni MCXLII., qua Marchiones Buſcha filii dicuntur Gulielmi, & plura eorum feuda recenſentur: ſic enim eam indicavit Jofredus in ſuo Chronico pag. m. 98. cap. della caſa de' Marcheſi di Buſca. A quei dì la caſa de' Marcheſi di Buſca era molto potente . . . . Si trovan coſtoro molto meſcolati nel dominio del Marcheſato di Saluzzo, e riconoſcevano il dominio loro dal Marcheſe di Saluzzo, come ſi trova nell' iſtromento loro nel 1142. coſtoro avevano parte in Carmagnola circa quello ſopradetto milleſimo, et quelli, che vivevano allora, erano figli d'un Guglielmo quondam Marcheſe di Buſca, che doveva eſſere figliuolo d'Otto Boario. Tenivano Buſca, Dogliani, et certe coſe in Cortemiglia, Lagnaſco, Dronero con tutta la valle tra eſſi, e li ſignori del Piaſco, et quelli di Montemal. La terza parte di Saluzzo con la giuriſdizione per rata tenendogli il ſuo Guaſtaldo, che faceva inveſtiture per rata una cum l' Officiario, e Caſtellano del Marcheſe; tenevano Villa, Roſſana, Brondello, Pagno, Cervignaſco, Broſaſco, S. Yſolie,

Digitized by Google

il Mele, Murello, Monaſterolio, Montemale, Baruel (*al.* Barolo) la Morra (*al.* la Manta) il Villar piccolo verſo Dronero.

15 MCXLV.

Donatio Raimondi Comitis Tripolitani Hoſpitali Hieroſolymitano. Inter ultima teſtium nomina ſic quidam indicatur P. de Monteferrario. *Animadvertit autem Sebaſianus Pauli, qui hanc edidit in ſuo codice diplomatico* T. 1. pag. 22. n. 23. *quendam Marchionem de Monteferrato, qui aderat Tolemaidis obſidioni, appellatum a Matheo Paris in Ricardo ad an.* MCXC. Marchionem Montisferrarii. *Quapropter in opinionem veni hic quoque agi de aliquo ex eadem Marchionum familia.*

16 MCLI.

Notitia diplomatis, quo Frid. I. Rex Guigoni Dalphino coram Gulielmo Marchione Montisferrati, aliisque argenti fodinam concedit. Incipit: In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus Rex &c. Regalis providentiæ decet &c. Notum igitur facimus, quod noſtro fideli Guigoni Dalphino Comiti Gratianopolitano &c. argenti fodinam, quæ eſt in poteſtate noſtra Remæ &c. conceſſimus. Aſſuerunt ... teſtes ... Willelmus Marchio de Monteferrato &c. Ego Arnoldus Colonienſis Archiep. &c. Actum an. Dom. Inc. MCLI., indic. IV., anno vero Regni ejus III. Datum apud caſtrum Reuerul (1) idibus januarii. *Fuit autem inſertum in diplomate an. MCCXXXVIII., de quo infra ad h. a., ac confirmatum a Friderico II. Imperatore.*

(1) *Forte* Rovereti *in agro Alexandrino.*

Diploma Friderici Imperatoris, quo teſte M. Montisf. confirmat Monaſt. Veron. S. Zenonis omnia bona &c. Ex Murat. A. I. M. Æ. T. VI. col. 245.

17 MCLIX.

Fridericus etc. Habemus in exemplis anteceſſorum noſtrorum etc. nos quoque ex noſtra imperiali clementia ei (*abbati Gerardio*) concedimus, & confirmamus .... curtem Caſtrinovi: curtem in Caſſinis (forte *Caſſinis, in cujus agro erat Eccleſia S. Zenonis; nam ſequuntur nomina vicorum Montisferrati*) curtem Galiune, curtem Breni, curtem vallis Salarie, curtem Capari, curtem S. Viti, curtem Parone (Pavone), villam Caſſiani, ſilvam quæ dicitur Manticum, caſtrum Romajani, & montem Alferie, in Lugo Eccleſiam S. Apollinaris etc. Hujus rei teſtes ſunt ... Comes Wido Blanderatenſis, Marchio Montisferrati Wilelmus etc.

18 MCLXI.

MCLXI. VIII. id. apr. Papiæ dipl. Friderici I. Imperatoris, quo civitatem Piſæ civibus fiduciarie concedit teſtes Wilelmus Marchio de Monteferrato, D. Manfredus, Ugo magnus Marchiones de Vaſto, Dumont ſupplem. T. II. pag. 52. It. Lunig. T. I. pag. 1054.

Promiſſio ſecuritatis facta a Friderico I. Imperatore Piſanis, & a MM. de Monteferrato de Waſto, & de Boſco apud Lunig. Cod. Ital. dipl. T. I. col. 1051.

MCLXI. 19

In nomine Domini amen. Imperator D. Fridericus nec per ſe, nec per alium faciet finem, vel pacem, vel treguam, vel guerram revedutam (1) ſine concordatione omnium Conſulum Piſanorum ..... Janu ..... & Piſanos, & eorum res ſalvabit, & eos non derelinquet, niſi juſto impedimento Dei remanſerit, remota fraude, & malo ingenio, & faciet jurare Marchiones de Monteferrato, & de Baro, & del Guaſto, & de Buſto (2), & Opizonem Malaſpinam, & Comites Lavaniæ &c.

(1) Recredutam. (2) De Boſco.

Conventio inter Fridericum I. Imperatorem, & Lambertum Conſulem Piſanum teſte M. Montisferrati, & MM. de Waſto ap. Lunig. Cod. dipl. Ital. T. I. pag. 1052-4.

MCLXI. 20

In nomine Domini amen. Ego Lambertus Conſul juro, quod ab hac hora in antea fidelis ero Domino Friderico Romanorum Imperatori etc. ..... teſtium, in quorum præſentia ..... confirmata ſunt ..... nomina hæc ſunt ..... Wilelmus Marchio Montisferrati, Manfredus Marchio del Vaſto, Ugo magnus Marchio del Vaſto, Obizo Marchio Malaſpina, & alii multi Comites etc.

Diploma Friderici Imperatoris pro Monaſterio Cellenſi ad Muldam præſente Gulielmo M. Montisferrati ap. Eccard. Origin. Saxonic. Lib. 2. cap. 6. pag. 75.

MCLXII. 21

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis amen. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus cognoſcant omnes imperii noſtri fideles qualiter dilectiſſimus princeps noſter Otto Marchio Miſſinenſis etc. ut autem hæc noſtra donatio, & confirmatio rata ſemper, & inconvulſa ..... permaneat .... ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt: Garſendonius Mantuanus Epiſcopus, Albericus Laudenſis Epiſcopus, Anthelmus Aſtenſis Epiſcopus, Willelmus Marchio Montisferrati, Guido Comes Blandraten.

Ego Udalricus Cancellarius vice etc. recognovi anno Dominicæ Incarnationis (1) MCLX., indict. X. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus ..., imperii VII. date (2) Laudæ IIII. Kal. martii feliciter.

(1) *Legatur MCLXII. loco MCLX. qui error typographo adſcribendus: nam Eccardus ipſe ſcribit* diplomate anno 1162. Laude dato.

(2) *Imo* datum.

Digitized by Google

Inveſtitura Comitatus Provinciæ, & Forcalquerii facta Raimundo Berengario juniori a Friderico I. Imperatore coram MM. de Waſto. Ex Honoré Bouche hiſt. de Prov. T. II. pag. 132.

22 MCLXII.

In nomine etc. Fridericus divina etc, & præſentis privilegii auctoritate confirmamus adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc ..... VVillelmus Marchio de Monteferrato, Manfredus Marchio de VVaſto, Hugo magnus Marchio de Waſto, Heinricus Weze de Waſto .... Signum Friderici etc.

Acta ſunt hæc A. D. I. MCLXII., indictione X. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus X., imperii vero VIII. Datum apud Taurinum poſt deſtructionem Mediolani XV. Kal. ſeptembris.

23 MCLXIII.

Diploma Friderici Imperatoris pro Veronenſi S. Zenonis Monaſterio teſte M. Montisfer. Ex Bianch. Not. Stor. delle Chieſe di Verona Lib. V. par. 1. pag. 95., ubi hæc in rem noſtram.

. . . . . .

Marchio Montisferrati Willelmus teſtis .... Actum eſt hoc anno ſub Incarnatione Domini MCLXIII., indictione XI. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus XI. imperii autem VIII. Datum apud Medoitiam (Modoetiam) ſedem Regalem VIII. id. decemb.

Reſtitutio Comitis Forcalquerii in omnia ſua bona, quæ amiſerat ex ſententia Henrici Marchionis de Waſto, conceſſa a Friderico I. Imperatore ex Hiſt. Prov. Honor. Bouche T. II. pag. 134.

24 MCLXIV.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus divina favente gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus. Excellentiæ benignitas juſtis honeſtorum petitionibus inclinari conſuevit, & eas perſonas beneficiorum gratia obligare, quæ ob fidei ſuæ claritatem, & nobilitatis prærogativa dignas cenſuit honorari. Notum ſit igitur univerſis imperii noſtri fidelibus tam futuris, quam præſentibus, quod Gulielmus Forcalquerii Comes præſentiam noſtræ majeſtatis adiit poſtulans a nobis, ut eum comitatu Forcalquerii inveſtire dignaremur, cujus perſonam ſicut noſtratis decuit clementiam honorifice ſuſcipientes, & petitionis ſuæ affectum diligenter attendentes, habito cum principibus noſtris conſilio prædicti comitatus inveſtituram cum omnibus pertinentiis ejus in omni plenitudine honoris, ſicut anteceſſores ſui tenuere in feudum ei ſolemniter dedimus, & conceſſimus; ipſe vero fecit nobis, & fidelitatem juravit ſicut quod per collatum beneficium ad omne mandatum noſtrum ſtare propoſuit, & honorem imperii, & coronæ noſtræ gloriam uſquequaque promovere efficaciſſime compromiſit. His itaque peractis Comes petit ſibi dare ſententiam, ſi de jure in irritum deberet renovari (1) quidquid ab anteceſſoribus de juriſdictione, & de jure hoſpitiorum, & dignitate Comitatus alienatum eſſe conſtaret, ſive per venditionem, donationem, ſeu quamlibet ſubtractionem ſpontaneam, vel violentam. Prolata eſt igitur ſententia in medium a fideli noſtro Henrico Marchione Wercio de Waſto, & ab omnibus unanimiter approbata, quod nequaquam firmum, ac ſtabile deberet, nec poſſet permanere, ſicut de comitatus juriſdictione, & dignitate ab aliquo ſupradictorum modorum fuiſſet alienatum, vel diminutum nulla in præſentibus (&) futuris litibus defenſione, ſubſcriptione (ſeu præſcriptione) temporis huic reſtitutioni, ſeu privilegio opponenda. Nos itaque eamdem ſententiam juſtam, & ratam eſſe decernentes jam dicto fideli noſtro Gulielmo Comiti comitatus dignitatem, juriſdictionem, & regalia cum omni plenitudine honoris, & utilitatis noſtra imperiali auctoritate reſtituimus, & in perpetuum ſalva imperiali juſtitia confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, Arnaldus Trevirenſis Archiepiſcopus, Hermannus Ubelgenſis, Epiſcopus Conovenſis, Bononienſis Epiſcopus, Hugo Virdunenſis Epiſcopus, Cunradus Palatinus Comes Rheni, Henricus Comes de Dieſche, Albertus Comes Derbeſtein, Fridericus Comes Altenſ., Henricus Delinc, Girardus de Rendenorde, Conradus de Bellemibus HENRICUS MARCHIO de WASTO, GULIELMUS MARCHIO DE MONTEFERRATO, & filius ejus GULIELMUS DE PALCE, Umbertus Comes Blandicenſis (Blanderatenſis) Guido de S. Nazario, Arnaldus Flotte, Gulielmus de Bulbone, Petrus Groſſus Forcalquerii Præpoſitus, Petrus Pelican ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, Bertrandus de S. Maximo, Guilelmus de Fontana, Petrus de Mota, Guillelmus de Moror, Guidonus de Sarmou, & alii quamplures. Signum ✠ Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici regni Archicancellarius recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXIV., indictione VII. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anni regni ejus XXIII., imperii vero XXXI. Datum in Epiſcopatu Papienſi in obſidione Roboreti XII. Kal. junii feliciter.

(1) *Mallem* revocari.

Litera Vilelmi M. Montisferrati Ludovico Regi Franciæ apud Duchen. Tom. IV.

MCLXVII. 25

Suo reverendo domino Ludovico Regi Franciæ VV. Montisferrati Marchio fidele ſervitium. De veſtris literis, quas mihi miſiſtis, & de ſumma, atque honorabili filii mei receptione Deo & vobis gratias referimus, & de hoc quod filio meo feciſtis bene feciſtis. Quia ego & uxor mea, & filii mei, homines quoque mei, ac terra noſtra in

vestra dispositione, & voluntate sumus. Et quoniam noster nuncius ad vos venire tantum est moratus, magna domini Imperatoris negotia fuerunt impedimento: de quibus per misericordiam Dei melius omnium suorum procerum ei servivimus, & in tantum quod modo cum in teutonica terra cum uxore sua revertatur, unicum filium suum nobis ad custodiendum dereliquit; & hoc quod nobis de vestro servitio præcipere placuerit per Ottonem nostrum militem mihi notificate. Sciatis enim in veritate me omnia vestra adimplere. Insuper excellentiam vestram rogamus, ut Henricum mei filii socium, & domini Marcualdi fratrem tamquam meum filium, & etiam magis honorifice teneatis.

Alia ejusdem Marchionis.

26 MCLXVII.

Ludovico Dei omnipotentis nutu Regi Franciæ nobilissimo viro per omnia sapienti, & inlustri VV. eodem nutu Marchio Montisferrati, quidquid suo fidelis, & amicus domino. Pro meritis vestra gratuita, & inclita bonitate non meritis nostris a vobis nobis, & filio nostro collatis Deo optimo, & vobis gratias referimus, & quantascumque possumus, & valemus grates, & licet longa terrarum spatia prohibeant nobis, prout desideramus, & optatus vestris interesse obsequiis, & pro certo agnoscamus nobilitatem vestram in temporalibus nostris minime indigere subsidiis; in veritate tamen cognoscat bonitas vestra, nos per omnia, prout tempus exegerit, & voluntas vestra fuerit semper paratos fuisse, & esse vestris obtemperare, & obsecundare imperiis. Quapropter si cordi vestro insidet, & vobis placet aliqua, quæ ad honorem, & servitium vestrum spectent, litteris, vel verbis nobis significate per præsentium latorem, Patrem nostrum, virum valde religiosum, & honestum, & abbatem domus nostræ sanctæ videlicet Mariæ de Locedio fidelissime, & omni dubitatione postposita mandare curate. Rogamus insuper nobilitatem vestram ut verbis ejus, & consiliis adquiescatis, & fe his quæ ab ipso fuerint prolata, maxime de pace, & concordia sanctæ Ecclesiæ fidem, & amicitiam vestram applicetis, ac si ab ore meo ipsa audiretis: & tanto utique certius, & securius, quanto per Dei gratiam in veritate, ac religione præ nobis est confirmatus.

Alia ejusdem.

27 MCLXVII.

Ludovico Dei gratia Regi domino suo VV. Marchio Montisferrati fidele servitium. Vestra serenitas noscat, domine carissime de vestra gloria, ac de honore me multum gaudere; & si aliquid est obsequii, in quo valeamus præbere solamen, firmiter præcipiatis. Et quoniam Odonem nostrum militem in præsentiarum non misi, minime mireris, quia per nuncios, quos in Constantinopolim misi, & in Alamania, quos expecto, redire remansit. Sed sciatis, quod Ottonem nostrum certum nuncium in Quadragesima vobis mittere non dilatabo, per quem totam nostram voluntatem vobis pandere non dubitamus.

Sacramentum II. societatis Lombardorum adversus Fridericum Imperatorem, & Marchionem Montisferrati. &c. Murat. T. IV. diss. XLVIII. col. 265.

MCLXX. 28

In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen. Concordia civitatum Lombardiæ, & Marchiæ, & Romagnæ, & locorum, & omnium, qui sunt, vel erunt in hac societate, & juramenta, quæ ad invicem præstiterunt bona fide . . . . ex mea parte observabo. Et guerram vivam faciam Imperatori Federico si intraverit Longobardiam, & Marchioni Montisferrati, & Comitibus Blanderate, & filiis Malparlerii de Castello (1), & cæteris, qui sunt, vel erunt in Italia in parte Imperatoris . . . . . eorum bona destruam . . . . . nec faciam pacem . . . . . cum Imperatore Federico, vel cum Marchione Montisferrati, nec cum aliis inimicis absque communi parabola, & manifesta omnium Civitatum.

(1) *De hac Novariensi familia, ejusque nobilitate, & potentia vide Julin. ad hunc annum. Item docum. nostrum* infra ad an. MCCX.

Tabulæ contractus matrimonii Johannis fil. Henrici Regis Angliæ, & filiam Humberti Comitem Mauriana subscripiæ a proceribus Regni, & Marchione Montisferrati Rimer T. I. pag. 33.

MCLXXIII. 29

Hoc est chirografum inter Regem, & Comitem Maurianæ de matrimonio inter Johan. filium (Henrici) Regis & A (*idest Aalis*) Comitis (*idest* Humberti) filiam .... Noverit igitur tam prior & præsens ætas, quam futura posteritas, quod Humbertus Comes Maurianensis, & Marchio Italiæ concedit totum comitatum suum, & omnes alias terras quascumque habet, vel deinceps adquisierit Johannis filio Henrici illustrissimi Regis Angliæ cum filia sua primogenita, Aalis nomine, si filium ex uxore sua non habuerit etc. hanc præscriptam conventionem tenendam inter dominum Regem Angliæ, & Comitem Mauriannæ juraverunt ipse Comes Maurianæ, & comes Gebenæ, Eimericus de Brienzion, Willelmus frater Comitis, Odo de Voiron, Willelmus de Bocozel, Henricus de Fulcimaro, Emericus Vicecomes de Brierceon, Petrus quoque Tarantasiensis Archiepiscopus, & Ardunno Gebennensis, & VVillelmus Manriavensis Episcopi, & abbas S. Michaelis etc. In terram regis Angliæ venerunt ex parte Comitis Maurianensis Marchio Montisferrati, & Gaufridus de Ploizasc, & Nérilo (Merlo) filius ejus, & Ricardus Comitis Cancellarius.

Compromiſſum Friderici I. Imperatoris, & Civitatum Longobardiæ &c. in Comitem Sabaudiæ, & Henricum de VVaſto arbitros; & juramentum Marchionis Montisferrati, & aliorum de tregua cum Alexandria ſervanda teſte Henrico, & Uberto de Inciſa. Ex Murat. A. I. M. Æ. Tmo. IV. diſſ. XLVIII. col. 275.

MCLXXV.

Talis concordia facta eſt inrer dominum Fridericum Dei gratia Romanorum Imperatorem, & Lombardos etc., & Comes Savoyæ, & cæteri principes Imperatoris concordes fuerunt cum domino Ecilino, & cum Conſulibus Civitatum . . . . . & iſti tunc de unaquaque Civitate juraverunt ita attendere . . . . . de Vercello Johannes Benedictus . . . . . de Alexandria Succus de ſtrata Conful . . . . . , & hæc omnia facta ſunt, & ordinata in concordia principum electorum a domino Imperatore: hi ſunt . . . . . Comes Savoyæ . . . . . Enricus Guertius . . . . . & hoc actum die Mercurii qui fuit XV. exeunte aprili in territorio Papiæ in campo ſubtus Montebeilum . . . . . .

Altera vero die jovis . . . . . Conſul Papiæ . . . . . juravit tenere . . . . . firmam tregnam in perſonis, & rebus omnium Alexandrinorum, ideſt illius loci, quem Paleam vocant . . . . hoc idem juravit Marchio Gullielmus Montisferrati per ſe, & per ſuos filios . . . . . teſtes qui aderant, fuerunt . . . . . Marchio Henricus Guercius, Ubertus de Inciſa. Item in eorum præſentia, & . . . . . Comitis Uberti de Savoje . . . . . & aliorum multorum dominus Imperator . . . . . treguam Alexandriæ conſtituit . . . . . negotium Alexandriæ, & de tota ea diſcordia, quæ inter Lombardos, & ipſum Imperatorem eſt, & de emendatione debet remanere in arbitrio illorum ſex electorum, qui electi ſunt, vel electi erunt: & ſi diſſenſerint in aliquo, arbitrio omnium Conſulum Cremonæ etc. . . . . factum in territorio Papiæ infraſcriptis locis anno a Nativitate Domini MCLXXV. imperante domino Friderico anno imperii ejus XX. indictione octava . . . . . Enricus Guercius fecit ſecuritatem per manum, & oſculum, quod Imperator Fridericus tenebit firmam treguam Alexandrinis uſque ad medium junium, & illud idem fecit Comes Savoje. Et ita ſi non tenuerit Imperator, quod venient, & mittent ſe in carcerem ad Vercellas in poteſtate Lombardorum . . . . . .

Conventiones de tregua ſervanda inter Imperatorem, & filium ejus Henricum MM. Montiſf. de Waſto, de Boſco ex una parte, & omnes Lombardos ex altera. Ex Murat. A. M. Æ. T. IV. diſſ. XLVIII. col. 283.

MCLXXVII.

Inter dominum Imperatorem, & partem ſuam .... Papiam, Januam, Terdonam, Aſti, Albam, Taurinum, Ypoream, Vintimiliam, Savonam, Albingam, Caſale S. Evaſii . . . . . Marchionem Montisferrati, & filios ſuos, & . . . . . cum omni terra, quam tenent Marchiones de Vaſto, cum omni terra, quam tenent Marchiones de Buſco, & ſocietatem Lombardorum . . . . . Novariam, Vercellas, Alexandriam, Garſinum (Caſſinum), & Belmontem . . . . . Tregua conſtituta eſt ab iſtis Kalendis auguſti uſque ad VI. annos, quæ ſic firmabitur. Dominus Imperator faciet jurari . . . . & filius ſuus Henricus . . . . & Marchio Montisferrati, & filii ſui, & Marchiones de Vaſto, & de Buſco . . . . quod . . . . bona fide . . . . treguam obſervabunt . . . . . ita quod uſque ad VI. annos non offendent eos . . . . . ſimiliter Conſules Civitatum . . . . . ad obſervationem treguæ, de ſingulis Civitatibus utriuſque partis, & de terra Marchionis Montisferrati duo eligentur, qui jurejurando firmabunt, quod bona fide dabunt operam ad obſervandum treguam, & ſi qua Civitas, vel perſona infregerit etc.

Diploma Friderici I. Imperatoris pro bonis Monaſterii Veneti S. Georgii majoris in Romano imperio poſitis teſte Corrado M. Montisferrati. Ap. Flamin. Corn. Eccl. Ven. illuſtr. T. 8. pag. 241.

MCLXXVII. 31

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Ad omne vitæ meritum, & temporalis imperii gubernaculum apud Regem Regum credimus nobis proficere etc. teſtes quoque placuit annotari Sebaſtianus Ziani Dux Venetiæ, Conradus Marchio Montisferrati.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVII., indictione X. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſo anno imperii ejus (regni ejus) XXVI. imperii autem XXIII. Datum Venetiis in palatio Ducis XVI. Kal. ſeptembris feliciter. Amen.

Fragmentum pacis Carienſium, Teſtonen., & Balborum, in qua Balbi promittunt tueri Carium adverſus M. Montisferrati etc.

MCLXXIX. 32

Pacta, & conventa Carienſis, & Teſtonenſis, & Balborum . . . . . ſicuti per ſecula preterita uti conſueverunt illi de Balbis quod ſemper fuit ſic, & eſſe debebit unus de illis Balbis inter eos electus, qui præcedat in conſilio Carienſi .... item quod illi de Balbis teneantur guerriare pro Cario, & defendere toto eorum poſſe a Marchione Montisferrati, a Tertonenſibus, & ab omnibus aliis hominibus. Dominus Berardus Balbus, Guido Bertonus, Simeon Balbus, & eorum filii, & alii de Balbis nomine omnium de genere Balbis promiſerunt facere pacem cum hominibus Teſtone, & ſalvare eos ab hominibus Carii .... & hoc per unum annum proxime venientem .... Teſtonenſes

Digitized by Google

vero pacem tenebunt Cariensibus; illi quoque de Balbis pacem tenebunt Tesbonensibus.

Anno MCLXXIX., indict. XII., nono Kal. augusti Ogerio Boverio Notario palatino in castro nigro Carii.

Ex hist. dela maison Balbe de Quiers apres la vie de Louis Balbe Berton de Crillon surnomé le Brave par M. de Lussan a Paris 1757. Tom. II. pag. 221, 222.

MCLXXXIII.

Anselmus ab Ecclesia adfuit testis donationi cujusdam possessionis agri Scarnafixii a Manfredo Marchione alterius Manfredi filii Canonicæ Lombriaschi factæ. Piem. illus. T. IV. pag. 63. ex archetipo.

Litera Friderici Imperatoris, quibus Gulielmo Episcopo Astensi, & Henrico Guercio Marchioni Saonæ, F. Teodorico, & Rodulpho dat integram facultatem de pace instituenda inter ipsum, & societatem Lombardiæ ex Murat. T. IV. diss. XLVIII. col. 291.

MCLXXXIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIII., indictione I. die sabbati pridie Kal. maii in civitate Placentiæ in præsentia . . . . . dominus Gulielmus Astensis Episcopus, & Marchio Henricus Guercius . . . . . fecerunt legi litteras . . . . . in quibus continebatur, quod dominus Imperator dederat licentiam prædictis Astensi Episcopo, & Marchione Henrico . . . . . tractandi verbum pacis . . . . . Quibus literis sic lectis prædicti Astensis Episcopus, & Marchio Henricus . . . . . tale fecerunt juramentum: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti juro ego quod faciam dominum Imperatorem, & filium ejus Regem Henricum habere ratam, & firmam concordiam pacis inter nuncios Imperatoris, scilicet dominum Gulielmum Astensem Episcopum, & Marchionem Henricum Guercium . . . . & Rectores Lombardiæ . . . . . *Sequuntur litteræ Imperatoris.*

Fridericus . . . . . dilectis, ac fidelibus suis Astensi Episcopo, Marchioni Henrico Guercio, & fratri Teodorico gratiam suam . . . . . quia vestræ devotionis, ac studii fidem in multis rerum experimentis probatam nobis, & cognitam habemus magna imperii negotia industriæ vestræ sincera fidelitate tractanda committere non dubitamus. Itaque verbum tractandæ pacis, & concordiæ inter nos, & Lombardos, qui rebelles sunt imperio sinceritati vestræ proponendum, & consummandum committimus, plenam vobis nostræ auctoritatis potestatem conferentes, ut quæcumque vos acceptaveritis, nos quoque acceptemus, & quæ promissioni, vel juramento firmaveritis, nos rata habeamus, & exequamur.

Transactio inter D. Belengarium filium D. Wilelmi M. de Busca, & D. Wilelmum Abatem S. Petri de Saviliano de Castagneto Roxanæ. Ex Tabul. S. Petri Savilian. a D. Charisio Abate, & Præside Congreg. Cassin. desumta, mihique humanissime tradita.

MCLXXXIV.

Anno Dominicæ Incarnat. MCLXXXIV. mense aprilis XIV. Kal. aprilis, indict. secunda. Præsentia hominum, quorum nomina subtus leguntur, fecit dominus Marchio Belengarius filius quondam domini VVilelmi Marchionis de Busca pacem, finem, & refutationem in manibus domini VVilelmi Abatis sancti Petri de Saviliano, Monachorumque illius de Castagneto Roxaniæ alodio sancti Petri, quod Castagnetum jam dictus Marchio confitetur patrem, & matrem, & semet usque nunc injuste tenuisse; & si aliquid in præfato Castagneto ullo tempore habuit, donavit illud jus prædicto Monasterio. Hoc autem fecit amore, & timore Dei, quatenus Omnipotens Dominus, & Beatus Petrus Apostolus condonent patri, & matri, & sibimet peccatum, quod inde habuerint. Similiter & dominus VVilielmus Abas prædicti Monasterii cum suo conventu, sicut poterunt condonare promiserunt. Tali vero pacto, & tali tenore, quod de cetero nullam debent movere querimoniam nec ipse, nec sui hæredes de prædicto Castagneto, sed tueri ab omni homine, ac defensare debent præfatum Castagnetum ad proficuum, & utilitatem Monasterii. Quapropter suprадictus Marchio Belengarius accepit a prædicto Monasterio septem libras denariorum secusinorum, vel reforciatorum nomine transactionis domino Gregorio Ecclesiæ S. Andreæ Prælato hoc totum cooperante. Quæ omnia sicut supra leguntur, & in integrum dominus Belengarius conservare promisit per se, & per suos successores. Si vero prædictus Marchio, vel sui hæredes, quod futurum esse non credimus contra suprascriptam transactionem ire quandoque tentaverit, & subvertere, vel decreloere aliquid voluerit componat adversus prædictum Monasterium mille solidos denariorum secusinorum scilicet, vel reforciatorum nomine pœnæ, pœnaque soluta postea totum quod factum est per transactionem sit pax, finis, refutatio, & donatio stabile, ratum omni tempore, firmumque permaneat. Actum est hoc in Saviliano apud S. Quiricum feliciter, regnante domino Frederico Imperatore potentissimo, & semper augusto. Manuum domini Abatis, & domini Marchionis, qui hanc cartam fieri rogaverunt. Signa testium Johannes Alciatus Prior Monasterii, dominus Sicardus Monacus ejusdem Cenobii, item dominus Oglerius, & Odo nepos domini Gregorii, presbiter Ainaudus, presbiter Rubaudus, Obertus Vilicus Monasterii, Odo Alferius, Bux, Jacobus Caloci, VVilielmus filius Maenfredi Celerarii, presbiter Anricus, Beia, Ardicio Franciscus, VVilielmus Burianus, Anricus, dominus Jacobus Bricius, & ambo filii ejus, Sica Milica, Olderius, Uliverius, Bajamunt, Leo, Cutradus, Alinerius, Petrus, Anselmus de Casasco. Ego Obertus Notarius sacri

Digitized by Google

Palatii hanc cartam tranſactionis ſcripſi, & compoſui.

37 MCLXXXVII.

Epiſtola Corradi Marchionis Archiepiſcopo Cantuarienſi, qua eum certiorem reddit de Tyri defenſione a ſe ſtrenue non minus, quam feliciter peracta, ac de ſubſidiis ſibi ab Hoſpitalariis ſuppeditatis. Dat. Tyri XII. Kal. octobris. Ex Radulpho de Diceto lib. 2. p. 642., & relata in cod. diplom. Sebaſt. Pauli T. I. pag. 315. Hujus etiam meminit Schiavina ad h. a. in ſuis annalibus MSS.

Privilegium Conradi, Guilielmi Monferratenſis Marchionis filii conceſſum ſocietati Umiliorum Piſanorum in civitate Tyri, & in aliis locis. Ex Murat. A. M. Æ. Tom. II. diſſ. XXX. col. 911.

38 MCLXXXVIII.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Ut omnibus in poſterum clareat, & nulla ambiguitatis quæſtio inde emergat, manifeſtum facio ego Conradus Marchionis Montisferrati filius, quod de communi voluntate, & pari concordia fratrum militiæ Templi, videlicet fratris Terricii tunc ejuſdem militiæ magni præceptoris, & fratris Gaufredi Morini tunc Mareſcalchi, & aliorum quamplurium ejuſdem militiæ fratrum, necnon & fratrum domus Hoſpitalis ſancti Joannis, videlicet Borelli, tunc ejuſdem domus magni præceptoris, & fratris Ermengaldi Prioris ſancti Egidii, & aliorum quamplurium ipſius domus fratrum, & Baynaldi Sydonenſis, & aliorum Gualteri Ceſariæ, & omnium Capitaneorum, & Valvaſſorum, atque militum tunc in Tyro congregatorum, donavi, atque tradidi, & conceſſi hominibus Civitatum, & aliis, & Communitatibus eorum, quos in defenſione ipſius Tyri, & commodo totius Chriſtianitatis domos, & poſſeſſiones, & alia beneficia, prout mihi dignum, & rationabile videbatur, optime remunerare uniuſcujuſque obſequia, & ad ipſius Civitatis beneficium ipſos reddere ferventiores, ac promotos. Quocirca donavi, & conceſſi Piſanis viris de ſocietate Umiliorum, quia mecum in ipſius Tyri defenſionem pro honore nominis Unigeniti filii Dei, totiuſque Chriſtianitatis fideliter, atque conſtanter permanſere, furnum unum, qui poſitus eſt in Tyro in Ruga S. Joannis, cum omni ſuo jure, & pertinentiis. Et extra Tyrum in partibus Tyri Caſale Zoie cum omni ſuo jure, & pertinentiis. Item donavi, atque conceſſi, & tradidi præfatis Piſanis in pertinentiis Tyri Caſale Anſdele cum omni ſuo jure, & pertinentiis, & Caſale Aitichi cum omni etc. & Caſale Elfrerachiæ cum omni etc. & Caſale Berdegajæ, & Caſale Medicarchi, & Caſale Darelnfecan, & Caſale Marcumſachalr, & Caſale Darzibinæ, & Caſale Orache, cum omni jure ſuo, & pertinentiis. Hæc omnia prædicta donavi, & conceſſi præfatis hominibus ſocietatis Umiliorum, & eorum ſucceſſoribus, vel quibuſcumque ea eis dare placuerit, ad tenendum, & vendendum, & pignorandum, ſeu alienandum, & quidquid eis inde placuerit faciendum. Et donavi, & conceſſi eiſdem omnia præſcripta libera, & abſoluta ab omni talia, & tributo, ita quod nullum ſervicium mihi facere teneantur, neque Regi, neque alicui potenti; eo quod in defenſione ſæpe dictæ Tyri plurimos labores die noctoque indefinenter pertulere cum nimiis ſuarum rerum expenſis. Spopondi quoque me eiſdem Piſanis viris omnia prætaxata ab omni perſona, & loco defenſurum; & quod nulla arte, vel ingenio faciam, vel fieri permittam, quod in aliquod de prædictis eis fiat diminutio, ſed omnia ea integra, & illibata eis, & eorum ſucceſſoribus obſervabo per me, & meos ſucceſſores, & obſervare faciam meo poſſe eis omnibus. Et ſi prædictas res prædictis hominibus Piſanis a me ipſo, qui ſupra, Conrado donatas, & conceſſas ipſi diviſerint, eas diviſiones firmas tenebo, donec ipſa ſocietas duraverit, & etiam poſt ſocietatis diviſionem omni tempore, ita quod non permittam, ut aliquis eorum aliquid ex prædictis rebus perdat, ſeu amittat, ſed liberam ſuam partem unuſquiſque ad tenendum, & vendendum, & pignorandum, & alienandum, & quidquid voluerit inde faciendum, & in Piſanorum Curia vendendi, impignandi, alienandi communiter, vel diviſim liberam facultatem habeant. Et ut hæc mea donatio, & conceſſio eis firma, & immutabilis præſervetur, hoc præſens privilegium plumbeo meo ſigillo coram ſubſcriptis teſtibus muniri feci. Hujus quoque rei vocati ſunt teſtes dominus Paganus de Caipha, Obertus Nepos, Lovellus quondam Caſtellani Tyri, Bernardus de Templo tunc Tyrenſis Vicecomes, Bellamutus, Obertus Orgioli.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII, indictione ſexta in Caſtello Tyri, menſe madio. Rogatum per dominum Benincaſam Caſcinenſem, domini Frederigi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Judicem, & Notarium.

Emptio duorum manſorum in Strepelo facta in Camera Ven. Abatis Wilelmi Montisferrati b. m. pro Monaſterio S. Petri Saviliani. Ex Tabul. ejuſdem Monaſterii.

MCLXXXVIII. 39

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII. menſe junii, indictione VII. vendicionem nomine alodii fecit dominus Aicardus Villanus de Manciano Monaſterio ſancti Petri de Saviliano de duobus manſis pretio viginti, & quinque libris bonorum reforciatorum, & jacent in loco, & fundo, & territorio de Sterpeto, quos tenent etiam filii Stephani Pennelli. Quam vendicionem fecit jam dictus dominus Aicardus Villanus ipſi memorato Cœnobio nomine alodii, faciendum quidquid voluerit ſine omni ſua, hæredumque ſuorum contradictione, ſeu repetitione.

Actum eſt hoc in camera venerabilis Abatis Wilelmi Montisferrati bonæ memoriæ, & in manu ejuſdem feliciter.

Nomina teſtium Johannes Glerna Monacus, Johannes Sinapius Monacus, Nicolaus Monacus, Manifredus Monacus, Jacobus Monacus, Conſul Monacus; item Odo Piloſus de Perle, Obertus Gaſtal-

dus, Martinus, VVilelmus de Ponciano, Jacobus Glot.

Ego VVillelmus Notarius ab utraque parte rogatus interfui, & ſcripſi, & compoſui, complevi, & dedi.

40 MCLXXX.

MCXCI. *Charta, qua Henricus Marchio de Carreto decimamſextam partem comitatus Laureti, Caſtagnolarum, & caſtrum Lequii, ſuam partem Marchionatus Curtiſmiliæ ob mortem Bonifacii patrui ſui ſine liberis defuncti ad ſe pertinentem, & reliqua ſua bona Reipublicæ Aſtenſi ſubdidit, ac ſe civem Aſtæ futurum, & bellum adverſus eorum hoſtes excepto Ottone fratre, Bonifacio Marchione Cravexanæ, & Communitate Albæ geſturum promiſit.* Aug. ab Eccl. deſcr. Piem. MS. C. VII. Vol. I.

Diploma Henrici VI., per quod Bononienſi populo jus monetæ largitur teſte Bonifacio Marchione Montisferrati, & Rainerio Com. Blanderaten. apud Murat. Ant. Med. Ævi Tom. II. diſſ. XXVII. col. 665.

41 MCXCI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Rex . . . . . Noverit . . . . . poſteritas, quod nos noſtrorum fidelium Communis Bononienſis amore inducti eis conceſſimus licentiam in civitate Bononiæ cudendi monetam . . . . . Hujus rei teſtes ſunt . . . . . Guilielmus Aſtenſis Epiſcopus . . . . . Bonifacius Novarienſis Epiſcopus . . . . . Bonifacius Marchio Montisferrati . . . . . Rainerius Comes de Blandrate . . . . . .

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCXCI. . . . . regnante domino Henrico VI. . . . . anno regni ejus XXII. Data Bononiæ idibus februarii &c.

Confirmatio jurium, ac privilegiorum facta Piſano populo a Conrado principe Tyrii, & Iſabella ejus conjuge. Ex Murat. A. I. M. Æ. Tom. III. diſſ. XXX. col. 915.

42 MCXCI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Ut veritatis memoria in poſterum conſervetur, omnibus tam præſentibus, quam futuris liquidum appareat, quod nos Conradus Marchionis Montisferrati filius, per Dei gratiam Tyri dominus, & domina Iſabella quondam illuſtris Armalrici regis Jeroſolymitani filia uxor ejus inſimul conſentientes concedimus, & confirmamus, atque corroboramus vobis Guelfo, & Mathenſi Conſulibus Piſanorum recipientibus pro communi Piſano, omnes domos, terras, & poſſeſſiones, honores, & libertates, quæ in Tyro, & extra Tyrum, & qualibet parte regni Jeroſolymitani Piſana civitas, & ejus Commune habuit, & tenuit antiquitus. Similiter omnes domos, terras, & poſſeſſiones, honores, & libertates, quæ vobis, vel anteceſſoribus veſtris pro Communi Piſano ego Conradus Marchio Comes Tripolitanus donavimus, & conceſſimus in Tyro, & extra Tyrum, & in qualibet parte Regni. Confirmamus etiam, & corroboramus vobis pro Communi Piſano, & omnia privilegia de prædictis a me Marchione eidem Communi, & aliis pro eo facta, ſicut in tenore pacis, & concordiæ inter me Marchionem, & Conſules Piſanos pro eorum Communi a Manfredino Pithi, & Gualfredo, & Philippo inter nos arbitris electis de nobis viſum fuerat. Et omnia privilegia de prædictis honoribus, & donationibus a nobis, vel aliis pro Communi facta Regio Jeroſolymitano ſigillo juſſimus communiri. Ut autem hæc noſtra confirmatio, & corroboratio firma, & inlibata permaneat, nullaque ſuper his valeat pullulare dubietas, præſens privilegium teſtibus ſubſcriptis, & ſigilli noſtri plumbei impreſſione juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt dominus Balianus, dominus Rainaldus Sydoniæ dominus, Paganus de Caypha, Manfredinus Pithi, Bruſcus, Paraſon, & Aſcianenſis.

Actum in Caſtello Tyri, Incarnationis anno 1191., indictione octava.

Data Tyri per manum Bandini, domini Marchionis Cancellarii, quinto nonas martii

Ego Benencaſa quondam Leonardi Caſcinenſis filius domini Frederigi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Judex, & Notarius autenticum hujus vidi, legi, & obſcultavi Accon in Eccleſia ſancti Petri Piſanorum, præſentibus Opithone Buzaciaro, Pipino Conetti, Ildo de Gombo, & Ugolino Notario quondam Bandini, & aliis teſtibus ad hæc rogatis, currente Dominicæ Incarnationis anno ſecundum curſum Piſanorum MCLXXXXVIII., indictione ſexta (erat X.), quarto idus martii. Ideoque prout inveni in originali munito ſigillo plumbeo pendenti, in quo ab utroque latere erant impreſſæ duæ ſimiles imagines cujuſdam hominis armati ſuper equo tenentis in manu dextra quoddam vexillum, circumdatæ his literis CONR. MARCHIONIS MONTISFERRATI, non vitiato, non cancellato, non abolito, nec in aliqua ſui parte raſo, ita per ordinem de verbo ad verbum, nihil addens, neque minuens, de mandato nobilis viri domini Guidonis de ſancto Caſſiano Conſulis Communis Piſanorum Accon, & totius Sytiæ tranſumſi, & in publicam formam redegi.

Diploma Henrici VI. Imperatoris Monaſterio S. Salvatoris Brixian. Dioc. teſte Bonifacio Marchione Montisferrati ap. Murat. Tom. I. diſſ. XV. col. 843. &c.

MCXCIV. 43

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus ſextus divina &c. ſi Eccleſiarum Dei uſibus &c. Quocirca omnium &c. Hujus rei teſtes ſunt . . . . . Odo Novarienſis Epiſcopus . . . . . Ubertus Bobienſis Epiſcopus, Bonefacius Marchio Montiſferrati . . . . . .

Digitized by Google

Acta sunt hæc anno Incarnationis Dom. MCXCIV., indictione XII. regnante domino Henrico . . . . . anno regni ejus XXIV., imperii vero III. datum apud Placentiam . . . . . III. nonas junii.

Diploma Henrici VI. Imperatoris Morimundano Cœnobio teste Bonifacio Marchione Montisferrati ap. Ughellium Tom. IV. n. LXXXV. in Milone col. 173.

MCXCV.

44 Henricus VI. Dei gratia Romanorum &c. Notum sit omnibus vobis nos Ecclesiam Morimundi, quæ inter Papiam, & Mediolanum prope Ticinum sita est &c Hujus rei testes sunt Milo Archiepiscopus Mediolanensis, Ubertus Vercellensis Episcopus, Bonifacius Marchio Montisferrati . . . . .

Acta sunt anno Dominicæ Incarnationis MCXCV., indictione XIII regnante domino Henrico VI. Rom. Imp. Glor. anno regni ejus XXIV., imperii vero IV. Mediolani, die Dominico IV. die mensis junii.

Investitura Henrici VI. Cremonensibus concessa teste Bonifacio Marchione Montisferrati. Murat. Tom. I. diss. XI. col. 621. & Lun. Cod. It. Dipl. Tom. I. col. 395.

MCXCV.

45 Anno Dominicæ Incarnationis MCXCV. die martis, qui fuit sextus dies intrante mense junii, indictione XIII . . . . . dominus Henricus Dei gratia Romanorum Imperator invictissimus . . . . . cum lancea, & confanono . . . . . investivit . . . . . Consules Communis Cremonæ . . . . . de hoc, quod in privilegio ipsius Communis Cremonæ continetur. Et hanc investituram fecit . . . . . ante portam Cumanæ civitatis . . . . . huic interfuerunt dominus Bonifacius Marchio Montisferrati: & de Cumis . . . . . de Laude . . . . de Papia . . . . de Cremona . . . . de Bergamo . . . . &c. *Hæ quinque Civitates erant fœdere junctæ cum Imperatore Henrico, nec in societate Lombardiæ cum reliquis contra Imperatorem conspiraverant.*

Conventio inter Ugonem Abbatem S. Dalmatii de Pedona, & Manfredum Marchionem Salutiensem circa oppidum Centalli ex charta authentica Arch. Episc. Eccl. Monregalensis.

MCXCV.

46 Anno Domini millesimo tricentesimoseptimo, indictione quinta, die Veneris decimasexta mensis junii, Conei præsentibus domino Johanne Rodulpho jurisperito, domino Jacobo de Alaxiis, & Sparone de Gastaudo notis testibus vocatis, & rogatis, dominus Otto Biglonus Regius Vicarius Cunei præcepit mihi Frederico Marcho Notario infrascripto, quatenus ad instantiam, & postulationem Petri Bazalarii Notarii Procuratoris domini Johannis de Salutiis Regii militis, ut asserit, infrascriptum instrumentum autenticarem, & in publicam formam redigerem, instrumenti cujus tenor talis est.

Anno Domini Nativitatis MCCXLIII., indictione quarta (*erat indictio* XV., & *minime* IV.), die sexto intrante julio, regnante domino nostro Frederico Romanorum Imperatore, dominus Albertus de Braida imperialis Potestas Cunei præcepit mihi Notario infrascripto, ut instrumentum infrascriptum tenore autenticarem, & in publicam formam redigerem, tenor cujus talis est.

In nomine Domini, cum inter dominum Abatem de Burgo sancti Dalmatii Ugonem nomine, & dominum Manfredum Marchionem Salutiarum fuissent duo instrumenta per abecedarium divisa de contitu, & redditibus Centalli, & aliis rebus, quæ ad dominos in eodem loco noscuntur pertinere composita, & illud quod Monasterium sancti Dalmatii dicebatur habuisse cum præfato Burgo, & Monasterio fuisset combustum, ne aliqua discordia posset oriri inter hæredes præfati Marchionis, & successores jam dicti domini Abatis ad preces, & petitiones domini Pepini præfati Monasterii Abatis, & fratrum suorum, domina Alaxia Comitissa de Salutiis tutrix Manfredi nepotis sui, una cum præfato Abate Pepino præcepit Segnorino Notario, ut simile instrumentum ei quod combustum fuerat, deberet facere ad exemplum illius, quod prædictus Marchio habuerat, quod & ipsa habebat, præcipiens domino Petro Judici, & Notario, & Magistro Johanne, & Magistro Gulielmo Notario, ut subscripto instrumento autenticarem, robur præstarem, & subscriberem: præcepit etiam, & rogavit præsentibus coram ea viris nobilibus, ut testes adessent, quorum hæc sunt nomina, dominus Anselmus, dominus Raynaldus Monaci prædicti Monasterii, dominus Vido de Plosasco, Gulielmus de Carallio, Gullielmus de Montealto, dominus Anselmus Mussus Potestas Burgensium, Gualla de Gorzano, Conradus de Manziano, Manfredus, & Albricus de Drua, Henricus de Vignolis, Gulielmus, & Jacobus Dalmacius. Hoc præcepit præfata domina apud Ecclesiam sancti Martini de Vignolis in plena Curia ipsius Curiæ præsentia, & consensu anno a Nativitate Christi millesimo ducentesimo decimosexto, indictione quarta, die Jovis decimoseptimo Kalendis octobris. Anno Dominicæ Nativitatis MCLXXXXV., septimo idus maii, indictione decimasexta (1) super discordia, quæ erat inter dominum Ugonem Abatem Cœnobii sancti Dalmatii, & dominum Manfredum Marchionem de Salutiis de facto Centalli talia inter eos concordiæ, & amoris pacta interposita, sive statuta fuerunt: retinuit etiam dictus Abas proprio, & præcipuo jure dicti Monasterii omnes furnos, omnia molendina, quæ sunt, vel amodo erunt in loco Centalli, & ejus pertinentiis, & omnes dictus, & redditus, & omnes obventiones directas, quos quasvis ipsum Cœnobium debet habere, & solitum est tenere in prædicto loco, & ejus pertinentiis tam in hominibus, quam in sedimibus, & terris cultis, & incultis, vineis, pratis, & omnibus omnino rebus aliis. Item retinuit omnes suos Dompniales, quos visum est jam dictum Monasterium tenere, & habere usque nunc in prædicto loco, & ejus pertinentiis. Item retinuit, ut possit augere

Digitized by Google

ipſos Domniales, quos nunc habet uſque ad viginti yornatas. Item retinuit omnia acconſamenta terrarum, & dicta venditionum, & ſucceſſiones rerum omnium immobilium in prædicto loco, & ejus pertinentiis. Item retinuit in ſuo arbitrio tantum, & diſpoſitione & ſuorum ſucceſſorum conſtituatur Gaſtaldus in prædicto loco, per quem jura utriuſque tam Abbatis, quam Marchionis colligantur, ſive exigantur ſimiliter, & in ſuo arbitrio, & ſuorum ſucceſſorum ipſum rejicere, & removere poſſit, cum vero ipſe Gaſtaldus ab eo, vel ejus ſucceſſoribus conſtitutus fuerit pro libito ſuo debebit jurare coram Marchione, vel ejus Miſſo quod ſalvabit, & dabit Marchioni, vel ejus Miſſo omnia ſua jura Centalli, ſicut infra ſunt in hoc inſtrumento definita. Hæc omnia, quæ jam dicta ſunt, retinuit dictus Abbas, ut ſint propria, & præcipua prædicti Monaſterii, & ea omnia ipſum Monaſterium quiete amodo teneat, & poſſideat, & exinde proprio, & pleno jure ad utilitatem prædicti Monaſterii quidquid voluerit per ſe, & ſuos ſucceſſores faciat ſine omni contradictione prædicti Marchionis, & ejus ſucceſſorum. His & a Abbate retentis, conceſſit idem Abbas prædicto Marchioni, ut ipſe habeat amodo dimidium ſodri prædicti loci, & placitorum, & bannorum, & ſuccetſionum mobilium rerum, & paſquorum, & omnium aliorum, quæ obvenerint Domino in prædicto loco, & ejus territorio, exceptis his, quæ Abbas ſupra retinuit; aliam vero dimidiam prædictum Monaſterium habeat, & quiete teneat, & exinde quidquid voluerit, faciat ſine contradictione omni prædicti domini Marchionis, & ejus omnium ſucceſſorum. Item tam Abbas, quam Marchio quiſque videlicet illorum poſſit accipere duas albergarias omni anno in prædicto loco, unam tempore fœni, aliam tempore erbarum, ita tamen ut nullus eorum data opera fraudulenter, ſeu inopportune circa ipſas albergarias capiendas vexetur, vel modum competentem maligne excedat, ultra vero duas albergarias neuter eorum in prædicto loco aliquo ingenio liceat capere. Hanc autem conceſſionem ſupradictæ dimidiæ ipſe Abbas præterea facit jam dicto Marchioni, quod ipſe teneatur, & ita promiſit ſalvare, & defendere bona fide jura prædicti Monaſterii, & maxime Centallum, & omnia quæ Abbas habet in Centallo, & ejus pertinentiis ſecundum quod ſupra diſtintum, ſeu ſtatutum eſt, & debet id quod Abbas ei dedit cognoſcere a dicto Monaſterio, & ejus hæredes ſimiliter, ſed & ejus hæredes tenentur ſimiliter ſalvare, & defendere prædicta Monaſterii jura ſicut ſupraſcripta, & diſtincta ſunt, ſi vero hæc quæ ſupradicta ſunt ipſe Marchio non obſervaverit, & aliquid de jure ipſius Monaſterii in prædicto loco ceperit, aut capi fecerit ultra hoc quod ſupra ei conceſſum eſt, ſive ſui hæredes contrafecerint, ipſum quod captum eſſet ab eo, vel ejus hæredibus, vel nunciis eorum, non eſſet reſtitutum infra quadraginta dies poſtquam manifeſtum eſſet, non poſſit poſtea ipſe Marchio, vel ejus hæredes uti aminiculo ſupradictæ conventionis, ſive conceſſionis, nec aliquo modo poſſit ei, vel ejus hæredibus prodeſſe, quod nunc ab Abbate factum eſt, ſed omnia pacta, & conventiones iſtæ ad irritum decadant, & præterea non poſſit convenire Burgenſes ſancti Dalmatii de eo quod ei dare, aut facere debent, ſed imo prædicto Monaſterio competat id totum, in quo ei aliqua ratione tenetur, & inde tacitus, & quietus exiſtere debeat, ex quo ea, quæ ſupra dicta ſunt, fecerit, & infra quadraginta dies poſtquam manifeſtum erit exinde Abbati non ſatisfecerit. Inſuper promiſit Marchio Abbati, quod faciet Dominos de Brufaporcellos jurare ſi poterit, quod ipſi deerunt Marchioni, nec aliquo modo ipſum juvabunt, imo omnino ei contrarium exiſtent, ſi prædictas conventiones non obſervaverit. Et hæc omnia, quæ ſupra dicta ſunt jam dictus Marchio promiſit Abbati ſe obſervaturum per ſe, & ſuis hæredibus, quam promiſſionem idem Marchio jurejurando corporaliter præſtito confirmavit, bonam fidem circa hæc, quæ ſupra dicta ſunt obſervanda, eodem juramento omni tempore ſe habere promittens. Similiter Abbas promiſit jam dicto Marchioni ſe bona fide ea, quæ ſupra dicta ſunt obſervaturum omni tempore per ſe, ſuoſque ſucceſſores; ſic etiam Marchio quæ ſupra taxata ſunt per ſe, ſuoſque ſucceſſores, & aliquid quod juris ſit Marchioni in Centallo ſecundum quod ſupra definitum eſt, ceperit per ſe, vel per nuncios ſuos, vel per ſuos ſucceſſores, & ipſum infra quadraginta dies poſtquam manifeſtum eſſet, reſtituere non poſſet, ipſe Abbas, vel ejus ſucceſſor uti auxilio, ſuis exceptionibus convention is ſibi a Marchione factæ. Actum eſt in villa Quadraginta feliciter, ubi fuerunt rogati teſtes Manfredus de Drua, Gulielmus de Summaripa, Ruffinus ejus frater, Petrus Conſtantius, Jacobus Palonus, Conradus de Romaniſio, Gullielmus de Burgo, Gullielmus Marpinus, Raimondus de Solario, Nicolaus Garzia, Johannes Gener de Rabinella, Raimundus dictus judex, qui & Notarius interfui, & rogatus ſcripſi. Ego Segnorinus Notarius ſacri Palatii autenticum inſtrumentum hujus cartæ vidi, & legi, & ſicut in eo continebatur, ita in hac carta continetur, & hæc ſcripſi nil addito, vel dempto, vel mutato præter literam, vel ſillabam, vel punctum. Ego Otto judex Notarius autenticum inſtrumentum hujus cartæ vidi, & audivi, & ſicut in eo continebatur, & in iſto continetur, & ideo ſubſcripſi. Et ego Petrus judex de Vico ſimiliter interfui, & vidi, & ſicut in eo continebatur, & in iſto continetur, & ideo ſubſcripſi. Et ego Johannes Notarius ſimiliter interfui, & vidi, & ſicut in eo continebatur, ita & in iſto continetur, & ideo ſubſcripſi. Et ego Guillielmus ſacri Palatii Notarius interfui, & ſubſcripſi. Actum eſt hoc Cunei ſub porticu juſtitiæ, interfuerunt teſtes vocati dominus Albertus de Braida, dominus Robertus de Laveno judex, Richelmus dominæ Alaxiæ, dominus Bonifacius Baratatus. Ego Nicolaus Faracina Notarius præcepto Poteſtatis prædicti hanc cartam autenticavi, & ſcripſi nil addens, vel minuens præter literam, vel ſillabam, vel punctum, quod mutet ſignificationem. Ego Petrus Brocardi Notarius autenticum inſtrumentum hujus cartæ vidi, & audivi, & ſicut in eo continebatur, ita & in iſto continetur, & ideo me teſtem ſubſcripſi. Et ego Jacobus Brunus Notarius autenticum inſtrumen-

tum hujus cartæ vidi, & audivi, & ſicut in eo continebatur, ita & in iſto continetur, & ideo me teſtem ſubſcripſi. Et ego Federicus Marca Notarius de præcepto dicti Vicarii autenticavi, & rogatus ſcripſi nil addens, vel minuens præter literam, vel ſillabam quod mutet ſignificationem, & meum ſignum appoſui conſuetum. Et ego Arducio Brunus Notarius autenticum inſtrumentum prædictum vidi, & audivi, & ſicut in eo continebatur, ita & in iſto continetur, ideo me teſtem ſubſcripſi, & meum ſignum appoſui. Et ego Jacobus Richicia Notarius autenticum inſtrumentum prædictum vidi, legi, & audivi, & ſicut in eo continebatur, ita & in iſto continetur, & ideo me teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui. (1) *Error irrepſit* pro decimatertia.

47 MCXCVI.

MCXCVI. XVI. Kal. octob. apud forum nonum. diploma Henrici VI. filiis Comitis Guidonis de Biandrate editum coram teſtibus Alberto Vercellenſi Epiſcopo, Bonifacio Marchione Montisferrati, Wilelmo Marchione de Palodio. Ex Hiſt. MS. Comitum de Blandrate pag. mihi 62. ad 96.

48 MCCII.

MCCII. *Inducia inter Manfredum Marchionem Saluttarum, & Marchiones Montisferrati, & Buſchæ, & civitatem Aſtæ peractæ in quodam campo* ſub una nuce ante Eccleſiam S. Damiani. Piem. Illuſ. T. IV. pag. 63

Sententia D. Alberti Vercellenſis Epiſcopi arbitri circa quæſtionem inter Monaſteria Lucedii & S. Januarii de quadam valle Monaſterio Lucedienſ. conceſſa a Marchione Montisferrati. Ex ſchedis Terranei, qui & notas adjecit.

49 MCCIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCIII., indictione VI., II. die menſis januarii. Caeſa talis verebatur inter dominum Vilielmum Priorem Monaſterii Lucedienſis, ipſius Monaſterii nomine, & ex alia dominum Ardicionem Monaſterii ſancti Januarii Abbatem ejus Monaſterii nomine ſub examine domini Alberti dei gratia Vercellenſis Epiſcopi. Dicebat namque prædictus Prior nomine illius Monaſterii Laucedienſis, homines illius Monaſterii debere paſcare cum eorum beſtiis, & boſcare in tota valle Pelara; aſſerendo terram illam Marchionis (1) fuiſſe, & ejus anteceſſorum, ex quorum conceſſione dicebat homines illius Monaſterii in omnibus ipſius Marchionis nemoribus debere paſcare, & boſcare. Item alia ratione dicebat illud ipſi Monaſterio jus acquiſitum fore, cum per multa tempora diceret illos de eodem Monaſterio in eadem valle paſcaſſe. & boſcaſſe. E contra prædictus Abbas nomine illius Monaſterii ſancti Januarii allegabat dicens prædictum Monaſterium Lucedii in illa valle Pelara, nullum jus habere; in faeiendo (2) terram illam prædicti Marchionis fuiſſe. Cumque ſuper iis ab utraque parte teſtes multi fuiſſent producti, commiſit ſe utraque pars per tranſactionem ſtare arbitrio illius domini Epiſcopi Vercellenſis, ut quidque per tranſactionem diceret ab utraque parte firmiter obſervaretur, ſicut in inſtrumento inde facto continetur.

Unde prædicta die apud illud Monaſterium Laucedii, præſentibus teſtibus Bonino de Fontaneto, Rodolfino Paſtore, Anſelino de Valdonaſca, præſentia namque infraſcripti Prioris Dominus Oliverius, D. Mathæus ſacriſta, D. Henricus de Bruſaſco, D. Durius, D. Johannes de Guiſca, D. Dotius, D. Jacobus de Bugella, D. Guido ſub-Prior, D. Roglerius, D. Jacobus de Soavango, D. Johannes de Fontaneto, D. Bonellus, D. Vilielmus de Aſt, D. Johannes de Bardoneſca, D. Aymo de Caſtellono, D. Opizo, D. Bardus, D. Antonius, D. Aribertus, D. Vilielmus de Brozo, D. Brigondius de Papia, D. Cova, D. Petrus de Alice, D. Bonus Johannes de Vercellis, D. Vercellinus de Vercellis, D. Robertus, D. Jacobus de Ronco Siceo, D. Albertus de Bugella, D. Petrus de Bardoneſca, D. Petrus de Zobiena, D. Jacobus de Papia, D. Aymo Monaci illius Monaſterii Laucedienſis tantum exiſtentibus tunc apud illud Monaſterium quadraginta & ſeptem Monachis, ut ibi dictum fuit, quod factum fuerat, ut ratum habuerint, & quod de prædictis D. Epiſcopus ſtatuerat ſe ratum habituros, & conſenſerunt (3).

Ibique coram iiſdem teſtibus frater Ardicio, & frater Lanfrancus ejuſdem Monaſterii converſi ratum habuerunt, & conſenſerunt, ſicut prædictum ut ſupra.

Ibidem coram infraſcripto Priore, & Durio Dominus Petrus de Paciliano Monacus prædictis conſenſit, & ratum habuit.

Eodem die in infirmaria Monacorum eodem Priore, & Antonio Dominus Petrus de ſancto Juliano Monacus ſimiliter eadem habuit rata, & conſenſit.

In clauſtris namque converſorum præſentibus infraſcriptis Priore, & Vidone Superiore, & Oliverio frater Germanus, frater Azo, frater Valroterius, frater Steranus, frater Aycardus, frater Aymo, frater Bartholomeus, frater Petrus Bonus, frater Wibertus niger, frater Johannes Caldora, frater Valla de Monte Caſtello, frater Jacobus de Pergamo, frater Johannes de Placentia, frater Benedictus ejuſdem Monaſterii converſi conſenſerunt ſimiliter prædictis, & ea eo modo ſicut alii rata habuerunt, & habebunt, ut ſupra memoratum eſt.

Ibique ſtatim coram eiſdem Priore, & ſub-Priore frater Albertus niger Converſus eodem modo, ſicut alii conceſſit.

Et poſtea ſtatim coram eiſdem Priore, & ſub-Priore D. Vivianus, D. Martinus Monaci, ſicut alii prædictis conſenſerunt, & ea rata habuerunt, & habent, ut ſupra.

Ibidem coram eiſdem Priore, & ſub Priore, & Durio frater Jacobus de Caſſali, frater Michael,

(1) *Hic deeſt nomen Marchionis, quod aderat procul dubio, ut poſtea indicat formula prædicti uſurpata a Notario. Teran.* (2) *Inficiandum. Teran.*

(3) *Legendum videtur*, quod factum fuerat ratum habuerunt, & quod de prædictis D. Epi. ſtatueret ſe ratum habiturum promiſerunt, & conſenſerunt.

Digitized by Google

frater Andreas, frater Johannes de Alfiano, frater Rodulphus, frater Jacobus de Paſiliano, frater Humbertus de Aviliana, frater Otto Caligarius, frater Aymo, frater Jacobus de Bugella Converſi ipſius Monaſterii eodem modo conſenſerunt, ut ſupra.

Poſtea eodem die in clauſtro memorati Monaſterii ſancti Januarii præſentia teſtium domino Johanne Priore de Vetiolano, Henrico de Torzello Canonico Vetiolani, Arditione de Zeneveto ejuſdem Monaſterii Advocato, præſentia quoque infraſcripti domini Arditionis Abbatis illius Monaſterii, Dominus Ubertus Prior, D. Thebaldus, D. Johannes, D. Jacobus, D. Anſelmus ſacriſta, D. Germanus, D. Obertus de Felegio, D. Bernardus Provincialis prædicti Monaſterii ſancti Januarii Monaci ratum habuerunt, quod factum fuerat, & quod per præfatum Epiſcopum ſuper illa diſcordia ſtatuetur, dixerant ſe ratum habituros, & conſenſuros.

Ibique coram eiſdem teſtibus frater Albertus, frater Durant, frater Otto, frater Manfredus ejuſdem Monaſterii Converſi eodem modo conſenſerunt, ut ſupra legitur, nullis aliis Monachis in illo Monaſterio tunc exiſtentibus præter Wilelmo de Campagnola minore ætate, ut videbatur, & ibi dictum fuit, unde poſtea IV. die infraſcripti menſis januarii præſentibus teſtibus domino Manfredo Præpoſito, domino Opizone Canonico Beati Euſebii, Magiſtro Jacobo de Ciriono, Prevoſto de Elena de Liburno, Jacobo Vicecomite, Vidone de Benivolio, Ottono de Oeglio, Arditione de Monte Caprello, Jacobo filio illius Prevoſti, Mannara Scutaro de Vercellis, item infraſcripto Arditione de Zeneveto, Jacobo Camerleto de Fontaneto, præſente etiam infraſcripto domino Arditione Abbate, & domino Uberto Priore ſancti Januarii, nec non & infraſcripto Priore Wilelmo, & Durio, & Bonello, & domino Ottone Cellerario Monaſterii illius de Locedio Monacis, & de Converſis fratre Jacobo de Pobleto, fratre Manfredo, fratre Arditione, fratre Nicolao in civitate Vercellarum in palatio ejuſdem Epiſcopi præfatus dominus Epiſcopus dixit, & ſtatuit, ut illi de Monaſterio Lucedii habeant medietatem illius totius terræ cum nemore, quod ſupereſt de valle Pelara, & quod cum illis de Monaſterio ſancti Januarii æqualiter dividant ipſis de ſancto Januario ſimiliter aliam medietatem libere habentibus; ita tamen quod illi de Lucedio pro eorum medietate teneantur illis de Monaſterio ſancti Januarii denarios XII. Papienſes pro annuo cenſu præſtare ſemper in feſto Beati Michaelis. Item ſtatuit idem dominus Epiſcopus, & dixit, ut illi de Lucedio inſuper debeant dare prædicto Abbati nomine ſui Monaſterii libras CLX. Papienſes tali modo videlicet quod ſi illi de Locedio (de) prædicta earum medietate appellarentur ab aliquo, & de jure perderent eam, dum tamen teneantur ſe jure ſuo, & jure, & defenſionibus illorum de ſancto Januario, teneantur illi de ſancto Januario prædictis de Locedio infraſcriptas libras C., & LX. Papienſes cum integritate reſtituere. Et ibi præfatus Abbas confeſſus fuit ſe nomine ſui Monaſterii accepiſſe a prædictis de Locedio infraſcriptas libras CLX. Papienſes renuncians omni exceptioni non ſolutæ pecuniæ. Ideo quia (ideoque) idem Prior cum prædictis fratribus ſuis, qui aderant debitores pro illo Abbate ſe conſtituerunt verſus Prevoſtum de Elena, cui idem Abbas eas dare debebat, ut dixit, & a quo dixerat ſe mutuo accepiſſe libras CXL. Papienſes, quas pro illa terra dixit ſe domino Bonifacio Marchioni Montisferrati dediſſe. Prædictæ vero terræ, de qua agebatur, ſunt fines verſus Laucedium a columna, ubi crux poſita fuit recta linea uſque in porta Bertani, & ab illa parte ſicut vadit foſſatum uſque ad portam Livornaſcam a tertia ſicut vadit Ampotelus uſque in fines Bonzeti, & a finibus illis uſque in rivo Paono, & ſicut vadit ille rivus uſque ad ſignum poſitum juxta viam, qua itur a Laucedio verſus ſanctum Januarium; a quarta vero a ſigno illo recta linea uſque ad ſignum factum in finibus . . . . . & a ſigno illo uſque ad illam columnam, ſicut poſtea per illum dominum Epiſcopum deſignata fuit.

Ego Lanſelinus Vercellenſis ſacri Palatii Notarius prædictis interfui, & juſſu memorati domini Epiſcopi, inde duas cartas unius tenoris ſcripſi.

Mutuatio molendinorum Monaſterii Locedienſ. facta a Vilielmo Marchione, & Agnete Comitiſſa Montisferrati. Ex membrana arch. Loced. N. 1. exſcripta a cl. De-Levis, & mihi humaniſſime communicata.

MCCIII. 50

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimotertio, indictione VII, quartodecimo die madii. Manifeſtus, & contentus fuit Dominus VVilelmus Montisferrati Marchio, atque Domina Agnes Comitiſſa Montisferrati ſeſe recepiſſe mutuo hinc ad unum annum molendina, quæ habet, & poſſidet Monaſterium ſanctæ Mariæ de Lucedio precio ducentarum librarum conſilio, & voluntate Domni Prioris Jacobi, & Domini Ottonis Cellararii, & Domni Roglerii, Domni Oliverii, fratris Jacobi de Pobleto, & fratris Manfredi, atque Petri Laurnii. Tali modo quod placuit Domino Marchioni, atque Comitiſſæ ſe conſtituiſſe, & ordinaſſe prædictis fratribus nomine prænominati Monaſterii pignus ſpeciale pratum, quod jacet apud ſanctum Johannem, & braida, & enveana (de Ricaveria), & alia braida de curte, & pratum de gannienella ſic dicens, quod ipſi habeant, & teneant prænominata pignora, donec prænominatus Marchio, vel Comitiſſa redderet prædicta molendina, ut illo actuve quæ anno die illa, quo recep̄ (1) ea cum reſtitutione tocius damni, in quo prædicti Monachi provehere poſſent de hac pignoria, niſi pro eis remaneret. Præterea Dominus Marchio, & Domina Comitiſſa dedit eis Cœnobii prænominati debent habere godimenta illarum p̄arum (2) Equidem promiſerunt ambo omnia prædicta his fratribus defendere, & guarentare ab omni perſona volente contradicere ſuis ſumtibus, quia ſic inter eos convenit. Actum in inſula de Rocca. Interfuerunt teſtes Ferrarius de Valencia, Comes Ubertus e Blandrato, Boſius de Vinto, Viviatus Bucca, Vivlielmus Ravanus.

Ego Girardus Notarius juſſu uttiuſque partis hoc breve ſcrip. S. J.

(1) *Hic ſcripturæ vitio ſenſus obſcurus. Intelligitur tamen Marchionem cavere voluiſſe, ut, ſi ex reſtitutione intempeſtiva damnum Monachis ſine eorum culpa obveniſſet, ipſe ad illud reſtituendum teneretur.*

(2) *Sc li. pignoriarum, niſi forte loco a legendum ſit, o ut lectio ſit illorum prædictorum.*

Ceſſio pedagii Felizzani facta a Vilelmo Marchione Montisferrati civibus Alexandrinis. Ex Ghilin. An. d' Aleſſan. ad an. 1205. n. 5.

551 MCCV.

Anno Domini MCCV., indictione VIII., die Mercurii VIIII. intrantis martii in Alexandria in Eccleſia majori S. Petri in pleno conſilio ibi per campanam collecto dominus Vermus Marchio Montisferrati fecit donum domino Amizoni Batraſſo Alexand. Poteſtati nomine, & ad partem Communis Alexand., & ſpecialiter negotiatorum, qui ſunt, vel pro tempore fuerint in Alexand. de pedagio Felizanì; promittens eidem domino Amironi ſtipulanti nomine Communis Alexandriæ, & ſpecialiter negotiatorum, quod non auferet de cetero, nec auferri permittet pedagium hominibus Alexandriæ in toto diſtrictu præfati loci Felizani, neque per aquam, neque per terram; & hanc cartam fieri juſſit. Interfuerunt teſtes rogati dominus Taliaferrus de Mediolano, Ubertus Salvaticus, Otto Scriba, Magiſter Syrus, Jacobus Guercius, Vermus Predavus, Andreas de Ottobonello. Petrus Ferrarius Scriba ſubſcripſi.

Diploma Ottonis IV. Comitibus de Caſtello conceſſum præſente Marchione Montisferrati. Ex ſchedis Cl. Terranei.

552 MCCX.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperialis munificentiæ dignitas exigit, ut omnes ad ſinum miſericordiæ noſtræ confugientes conſuetæ benignitatis manu ſuſcepiamus. Ea propter omnibus chriſtifidelibus tam futuris, quam præſentibus volumus eſſe cognitum, quod fideles noſtros Conradum filium Uberti Crolamontis de Caſtello pro ſe, & Martignone; Andreottam Barbavaria pro ſe, & omnibus conſanguineis ſuis de la ca di mezzo; Martinum Abbatem pro ſe, & hæredibus Abbatis, & Mantii, & Guilliermi omnes de Caſtello; omnes prædictos ſcilicet Comites de Caſtello cum omni benefitio ſuo, atque cum univerſis rebus juſte conquiſitis, & juſte conquirendis tam mobilibus, quam immobilibus ubique conſtitutis ſub noſtri Mundiburdii protectione ſuſcipimus, ſicut a prædeceſſoribus noſtris retro Divis Principibus, ideſt Carolo ſanctæ memoriæ, Ottone, Enrico, & aliis Imperatoribus hactenus eorum majores, fideles regni ſuſcepti ſunt. Poſſeſſiones quoque, & eorum jura, videlicet caſtrum ſancti Angeli cum curte, & omni honore ad ipſam curtem pertinente; & ripam Pallantiæ cum mercato, & tholoneo, & caſtrum de Cerro cum tholoneo, vel aliis honoribus; cum Toxa, & aliis fluminibus, quæ de valle Oſſola deſcendunt; cum flumine etiam Strone, & cum omni honore ad ipſam curtem de Cerro pertinentem. Advocatitiam quoque quorumdam hominum, Monaſteriorum, & diſtrictuum in prædicta valle, quod hactenus poſſederunt, Imperiali authoritate prædictis fidelibus noſtris concedimus, & confirmamus. Præterea omnia loca eorum, videlicet caſtrum de Cavallo, & caſtrum de Agamio, Revislatum, & Gatticum, & Caron, & caſtrum Maioranum cum ſuis pertinentiis, & quidquid eis pertinet in Pombia, cum omni honore, diſtricto, & fodro ibidem pertinenti, & tholoneis ſuis, & mercatum de Scozola ex utraque parte fluminis; portum etiam de Sexto eiſdem fidelibus noſtris concedimus; & ut in omnibus prædiis ſuis habeant poteſtatem legem faciendi, lites definiendi, ſive per duella, ſive alia legis inſtrumenta, veluti ſi ipſa legalis actio coram noſtra præſentia ventillaretur. Statuentes, atque præcipientes, ut nullius Archiepiſcopus, Dux, Comes, Marchio, Vicecomes, nec aliqua magna, vel parva perſona prædictos fideles noſtros de prædictis poſſeſſionibus moleſtare præſumat. Similiter etiam allodia Domine Berte uxoris Manfredi de Caſtello in noſtram protectionem ſicut omnia ſupraſcripta ſuſcipimus. Si quis igitur huic noſtræ ſcripturæ temere contrahire temptaverit, centum libras auri optimi, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem noſtris fidelibus prædictis ſolvet. Et ut hæc omnia firma, & illibata permaneant, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignari præcipimus. Huic noſtræ majeſtatis indulto interfuerunt Henricus Mantuanus Epiſcopus, Imperialis aulæ Vicarius, Villelmus Cumanus Epiſcopus, Villelmus Marchio Montisferrati, Izolinus de Onaria, Salenguerra de Ferraria, Galfredus de Turricella Papienſis Imperialis Curiæ Judex, Albertus Trucius Cremonenſis Curiæ Judex, & alii quamplures. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimodecimo, indictione decimaquarta, regnante Domino Ottone Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus duodecimo, imperii vero primo. Datum Placentiæ decimaquinta die menſis aprilis.

Signum Domini Ottonis IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Theodori Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi.

Diploma Othonis IV., quo Civitati Mediolanenſi confirmat privilegia ei a Friderico I., & Henrico VII. conceſſa teſtibus MM. Montisferrati, de Salutiis, de Saona. ap. Julin. mem. di Milano parte 7. pag. 570.

MCCX. 553

Ea, quæ a prædeceſſoribus noſtris circa fideles ſuos facta ſunt rata, & firma habere volentes ſignificamus imperii noſtri fidelibus.

Hujus rei teſtes ſunt Aliprandus Vercellenſis Epiſcopus, Jacobus Taurinenſis Epiſcopus, Vidottus Aſtenſis Epiſcopus, VVilielmus Marchio Montis-

ferrati, VVilielmus Marchio Malaſpina, Manfredus Marchio de Saluciis, Hotto, & Henricus Marchiones de Saona &c.

Joſredus ab Eccleſia in Chronico Salutienſi mentionem hujus Diplomatis facit referens eadem teſtium nomina, quæ hic adſcribuntur eo excepto quod Marchionem de Salutiis Marchioni Malaſpinæ anteponit.

Diploma Ottonis Imperatoris confirmantis antiquas conſuetudines Bononienſium a Murat. e regeſto Reipublicæ Bononienſis erutum, ac in antiq. Med. Ævi Tom. IV. diſſ. XLVIII. col. 281. editum. In eo inter teſtes ſubſcripſerunt omnium primi.

54 MCCX.

Jacobus Taurinenſis Epiſcopus, Aliprandus Vercellenſis Epiſcopus, VVilielmus Marchio Montiſferrati, VVilielmus Præpoſitus Aquenſis &c.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnat. MCCX., indictione XIII. regnante Domino Ottone IV. Romanorum Imperatore glorioſo anno regni ejus XII., imperii vero I. datum apud Vercellas . . . . . III. Kal. julii.

Venditio bonorum Eccleſiæ ſancti Stephani apud Cingium facta Henrico Marchioni Savonenſi. Ex arch. Mon. ſancti Petri Saviliani humanitate Domini Chariſii Abatis, & Congreg. Caſſin. Præſidis mihi largita.

55 MCCXI.

Anno MCCXI., quod fuit tertio nonas decembris, indictione decimaquarta. Vendere, & eademmet venditionis fecit Domnus Albertus Abbas Monaſterii S. Petri de Saviliano voluntate, & conſenſu ſuorum fratrum, & Monachorum infraſcriptorum, videlicet Domni Nicolai de Montecalvo, & Domni Manfredi, & Domni Jacobi de Secuxia, & Domni Nicolai de Strepeto, & Domni Prandi, & Domni Amedei, & Domni Gulielmi de Arentia, & Domni Gulielmi Graſi, & Jacobini, & Presbiteri VVilielmi Capellani, & Domni Alberti Capellani, Domno Bonifacio Judici de Cortimio, & in ejus manibus ementi nomine Domini Henrici Marchionis Savonenſis, ac ejus Procurator, & Procuratorum ab ipſo ſuper hac conſtitutus de omnibus prorſus poſſeſſionibus, & juribus, quæ, vel quas præfatum Monaſterium de Saviglano, & Eccleſiam ſancti Stephani jacentem, & ſitam in terratorio, ſeu poſſe Cingii, ibi, ubi dicitur in Milleſimo, habent, vel uſſe ſunt habere in terris cultis, & non cultis, vineis, pratis, nemoribus, zerbis, ripis, ruynis, & de omnibus deſuper poſitis, & contentis, & exiſtentibus cum introitus, & exitus pro pretio quatuor viginti, & decem libris Genuenſis monetæ; de quibus quieti, & numeratas fuiſſe confeſſi ſunt, & exceptioni non numeratæ renuntiationi pecuniæ, & illi exigere, ſi res plus valuerit dimidia juſti pretii, vel ſi iniquitas eſſet in re illa, & omni alii exceptioni, quibus ſe tueri poſſent, vel ajuvare eumdem Bonifacium nomine dicti Marchionis, & præfatum Marchionem in poſſeſſionem, vel quaſi omnium prædictarum rerum intereſſe juxerunt tali modo, & tenore, ut liceat ſæpe dicto Domino Henrico Marchioni de omnibus ſupradictis poſſeſſionibus jure alodii, & proprietatis facere quidquid voluerit, & ejus hæredibus, aut cui dederit ſine contradictione præfati Abbatis, & dictorum Monachorum, & omnium Abbatum, ſeu Canonicorum, ſeu Monachorum, qui poſt iſtos fuerint in præfato Monaſterio, & deberi ab omnibus contradicentibus rationabiliter defendere promixerunt. Quod ſi defendere noluerint, vel non potuerint, vel quovis ingenio dici, vel alii, qui poſt iſtos, vel cum iſtis in præfato Monaſterio venerint, moleſtare tentaverint in duplum eis ſupra bona dicti Monaſterii dicta reſtituere promixerunt, præbentes eis licentiam, & authoritatem, ut intereſt, ſine abſolventia alicujus poteſtatis ſua authoritate poſſint duplum emptionis accipere ubicumque, & quandocumque potuerint. Item donavit prædictus Abbas prædictam Eccleſiam ſancti Stephani tali modo, ut liceat jam dicto Domno Henrico eam facere honorari, & ſervire cui voluerit, & ita eam tenere, ut ſibi placuerit, vel ſuis hæredibus poſſit eam ſupponere cui religioni, ſeu Eccleſiæ voluerit ſolvendum tantum modo pro dicta Eccleſia S. Stephani annuatim in perpetuum Monaſterio de Saviliano ad feſtam S. Stephani libram unam incenſi. Quod ſimiliter facere voluntate conſilio prædictorum fratrum, quod in perpetuum firmum habere promixerunt per ſe, & per eorum ſucceſſores, & ſi aliquo modo, vel juris futilitate (ſubtilitate) prædicta, vel eorum ſucceſſores contra hæc venire tentaverint, vel ita ab omnibus cum ratione defendere noluerint, vel non poterint, quod promiſerunt in duplum prædictum pretium ſupra bona dicti Monaſterii reſtituere promiſerunt, ut ſua authoritate iſtud duplum pro iſta donatione poſſit accipere. Eodem modo quemadmodum ſupra ſcriptum eſt de duplo venditionis poſſeſſionum, & ſi per duos annos, vel tres, vel plus remanſerit prædicta libra incenſi ad ſolvendum ſi non ultro offeratur, vel ſolvatur, poſſit dictum Monaſterium in duplum dictam libram incenſi petere, & omnes ſpenſas, quas ſimiliter pro hoc fecerint exigere, & habendas ſupra ipſius Domini Henrici, & Eccleſiæ, quæ promiſit, & convenit, & ut dicta eorum authoritate accipere poſſint ſine metu alicujus Poteſtatis; præterea Rubaldus Ruzinus dicto Abbate, & prædictis fratribus ei præcipientibus poſt eorum confeſſionem, quod pro bono dictæ Eccleſiæ faciebant illis præcipientibus tacto libro juraverunt, ſi Deus eos adjuvaret, & Evangelia, quod dicta faciebant pro bono Eccleſiæ. Quæ acta ſunt in clauſtro Monaſterii S. Petri de Saviliano ibi fuerunt rogati, & convocati teſtes Obertus Villicus, Robaldus Ruzinus, Vilielmus de Carretis, Joannes de Vulpiano, Odinus de Vulpiano, Ayzardinus de Marceracho.

Et ego Ruffinus Notarius præſcriptis interfui, rogavi, & ſcripſi: Quibus omnibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis dictus Domnus C. de Carretis cauſa cognita legitime ſuam authoritatem interpoſuit, & Decretum. Actum in Burgo Milleſimo, interfuerunt teſtes vocati Domnus Girardus Caideria, Henricus

Digitized by Google

de Monexilio, Francolinus Fixicus, Capellanus de Milleſimo, Pralocus de Milleſimo.

56 MCCXII. IV. id. febr. *Mediolani. Sententia Ottonis Imperatoris pro Bonifacio adverſus Azonem VI. Marchionem Eſtenſem ejus patruum teſte in primis Manfredo, qui ſic ſe inſcribit* Manfredus Marchio dictus Pannaſius de Saluz. *Murat. Ant. Eſt. par.* 1. *pag.* 399.

Confirmatio Thomæ Comitis Sabaudiæ omnium jurium, ac bonorum a ſuis anteceſſoribus Monaſterio S. Juſti donatorum, inter quæ recenſetur ſubjectio, & ordinatio Monaſterii S. Mauri de Pulcherada facta ab Alrico Epiſcopo Aſtenſi, Manfredo, & Berta Marchionibus: ex ſchedis Cl. Terranei.

57 MCCXII.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Nos Thomas Dei gratia Comes Sabaudiæ, & Marchio in Italia. Notum eſſe deſideramus cunctis Chriſtianis anteceſſores noſtros, ſcilicet Alricum ſanctiſſimum Epiſcopum . . . . . Eccleſiæ, atque Mainfredum glorioſum Marchionem, nec non & Bertam Comitiſſam ſuam jugalem pro redemtione animarum ſuarum, & ſuorum anteceſſorum conſtruxiſſe religioſum Monaſterium in civitate Secuſiæ, in quo ſanctiſſimi Monachi Redemtori noſtro die, noctuque deſerviunt, & non ſolum mobilibus præfatum Monaſterium ditaverunt, ad immobilia manus largitate ſuas extenderunt; & ſicut in ipſorum præceptis veraciter cognovimus tertiam partem civitatis Secuſiæ, & ejus territorii excepto caſtro quod infra eamdem Civitatem conditum eſt, prædicto Monaſterio contulerunt. Inſuper tertiam partem de tota valle Secuſia tam in montibus, quam in planitiebus ſicut detinent montes, qui vocati ſunt Genevii, & Ciniſii uſque in territorium, & finem de Villa, quæ vocatur Vaya in locis, & fundis Ceſana, Ultii, Bardoneſca, Salabertani, Exiliis, Capud Gallionis montes (*legendum* Capudmonti Gallionis) Medianæ, Mattingo, Foreſto, Baxoleno, ſancto Georgio, Canuſco, Bruſolio, Burgoni, Villarii Fulcardi, & in ſancta Agatha cum caſis, capellis, univerſiſque rebus eiſdem locis, & territoriis pertinentibus. Et etiam contulerunt, atque donaverunt cortes duas integras, atque eorum pertinentias, quæ Almeſii, & Rubiane vocata ſunt: itemque Monaſterium ſancti Mauri conſtructum in Pulcherada, & ejus pertinentia in ordinatione, ſubjectione jam dicti Monaſterii de Secutia donaverunt; & obtulerunt etiam aliam cortem juxta ipſam Pulcheradam cum ejus pertinentia, quæ Sambuceſo eſt vocata, & cortem, quæ vocatur Matingo, & ejus pertinentia a fluvio Stura uſque in cacumina montium. Inſuper aliam cortem, quæ vocatur Vigodone, & ejus pertinentia, & medietatem de altera corte, & ejus pertinentia, quæ vocatur Volveria, & medietatem de altera corte tam de caſtro, quam de cappellis, quæ vocatur Ripalta cum ſuis pertinentiis, & duas cortes, ideſt Mauci, & Petra auriola jam dicto Monaſterio dederunt. Et hæc omnia ita libera eſſe voluerunt glorioſi anteceſſores noſtri, ut nullius eorum hæres, vel ſucceſſores in præfatum Monaſterium, vel Monacos, vel qualeſcumque perſonas clericos, vel laicos, milites, vel ruſticos, maſculos, vel fœminas ad præfatum Monaſterium pertinentes, & in eorum mobilia, vel immobilia ullam oppreſſionem, aut violentiam facere auderet pœnam interentes eis, ſcilicet centum oncias auri, & cetera, quæ in eorum præceptis apertiſſime inveniuntur, ſi quis eorum beneficia in jam dicto Monaſterio collata in totum, vel in partem abſtulerit, vel ſubtraxerit. Cognovimus etiam ſtrenuiſſimum, & bonæ memoriæ Comitem Umbertum Genitorem noſtrum, nec non & Oddonem glorioſum Marchionem, & prudentiſſimam Comitiſſam Adelagiam non ſolum cuſtodiſſe, & illæſa obſervaſſe in præfato Monaſterio a conſtructoribus prædictis quæcumque bona conceſſa, ſed etiam ipſi largiſſimas elemoſinas in ſæpe dicto Monaſterio contulerunt quartam partem de Ferruſiaſco cum ſuis pertinentiis, & medietatem de duabus cortis, ideſt Cauria, & Condono, quæ omnia nos, qui ſupra Thomas Comes, & Marchio ſæpiſſime ad memoriam reducentes, ſcilicet quanta largitione Monaſterium ſancti Juſti noſtri prædeceſſores dotaverunt, & nihil ex prædictis (propriis) facultatibus ibi tam ſanctæ Congregationi donaſſe reperientes, imo peccatis exigentibus noſtrorum Conſiliariorum nefando hortatu homines, poſſeſſiones, jura, & bona ad præfatum Monaſterium pertinentes ſæpiſſime occupavimus, leiſivimus, & perturbavimus per banna, & per alias oppreſſiones innumeras; ideoque nos qui ſupra ſano conſilio, & divina admonitione noſtra ingemiſcentes delicta pura intentione decernimus, promittimus noſtrorum anteceſſorum beneficia in jam dicto Monaſterio collata laudare, venerari, cuſtodire, defendere, & ſervare, ut ne per nos qui ſupra, nec per hæredes noſtros, nec per qualeſcumque perſonas nobis ſubjectas in religioſos Monacos, aut qualeſcumque perſonas clericos, vel laicos præfato Monaſterio deſervientes, vel pertinentes, vel in eorum bona mobilia, vel immobilia aliqua oppreſſio per bannum majoris, vel minoris offenſionis deinceps in perpetuum inferatur. Et quia longum enumerare mala, quæ cogitare, vel machinari poſſunt perſecutores ſanctæ Dei Eccleſiæ tam nobis, quam noſtris hæredibus, vel quibuſcumque noſtris ſucceſſoribus omnem viam cujuſcumque oppreſſionis, occupationis, & leiſitionis inferendæ in homines, & poſſeſſiones, jura, & bona cujuſcumque modi ſint præfato Monaſterio excludimus, atque amputamus. Præterea nos qui ſupra Comes Thomas, & Amedeus filius meus pro redemtione animarum noſtrarum, anteceſſorumque noſtrorum donamus, oblationem facimus præfato Monaſterio, & Domino Petro Abbati dicti Monaſterii recipienti nomine dicti Monaſterii omnia jura, quæ hactenus quæcumque ſint, vel quacumque de cauſa ſive ratione nobis pertinent, vel pertinere poſſent in hominibus prædicti Monaſterii ſive in rebus ipſorum, quæ ſunt de feudo, ſive de dominio dicti Monaſterii ubicumque ſint, & in quibuſcumque locis conſiſtant, & a quibuſcumque poſſideantur, ſive

pro toto pertineant, vel pro aliqua parte dicto Monasterio. Hoc excepto, quod si nos, vel hæredes nostri haberemus guerram in partibus illis, quod homines de Secuxia, qui sunt dicti Monasterii teneantur ire nobiscum, & cum hominibus nostris in cavalcatam pro defensione nostræ terræ. Item damus, & concedimus eidem Abbati recipienti nomine, quo supra omnia banna, omnes offensiones, quæ perpetrari possent ab hominibus dicti Monasterii ex quacumque de causa, & in quibuscumque locis fuerint perpetrata, sive in nostro dominio, sive in suo, & ea, quæ possunt nobis pertinere in ipsis ratione alicujus maleficii, sive in corpore debeant puniri, sive in aere nullo retento. Siquis vero quod futurum esse non credimus, si nos quod absit, aut ullus de hæredibus nostris, seu quælibet opposita persona contra hanc donationem, sive oblationem ire quandoque tentaverimus, aut illud per quodcumque ingenium infrangere quæsierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus pro pœna auri optimi oncias centum argenti pondera ducenta. Insuper res ipsas in duplum parti ejusdem Monasterii, sicut pro eo tempore fuerint melioratæ, aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis, & quæ repetierimus habere, vel vindicare non valeamus. Præterea nos Thoma, & Amedeus filius meus quascumque possessiones jura, & bona de feudo, & dominio nostro, quæ in præsentiarum juste detinetis, & possidetis, aut in futurum concessione, sive oblatione fidelium, seu aliis justis titulis poteritis adipisci firma vobis, & illibata permaneant, atque persistant. Præterea nos qui supra Thomas, & Amedeus filius meus promittimus, & juramus supra sancta Dei Evangelia per nos, & successores nostros omnia suprascripta defendere, servare, & custodire ab omni persona, & contra omnem personam, & in perpetuum nunquam contravenire in manibus ven. viri Domini Petri Abbatis dicti Monasterii, & Monachorum ejusdem Monasterii, quorum nomina sunt hæc Stephanus Prior, VVilelmus de Gritiaco, Petrus de Graziaco, VVilelmus de Candiolis Cellerarius, Aimo Elemosinarius, Obertus Sacrista, Johannes de Duceis, Bernardus Bertrand, Jacobus Rostagni, VVilelmus Præpositus Ferrusasci, Petrus de Mensa, Petrus de Canibus, Albertus Pett, Petrus.

Actum est hoc Secusiæ in claustro sancti Justi anno Dominicæ Incarnationis MCCXII., V. die martii, indictione XV. Testes fuerunt vocati, & rogati Dominus Ugo Præpositus Ulciensis, Umbertus de Testona Judex, Albertus de Bargiis Judex, Dominus Ricardus de Camera, Amedeus de Villeta, Petrus de Seysello, Bernardus Bartholomeus, Petrus Bartholomeus, Borno de Avallono, Rodulphus Baralis, Petrus Baralis, Petrus de Amaissino, Manuensis (Mauritius) scriptor, Johannes Albus, & alii quamplures. Ego Petrus Imperialis aulæ Notarius, & hanc cartam, & alias quamplures unius tenoris præcepto Domini Comitis, & filii ejus Amedei, & Domini Abbatis scripsi.

558 MCCXIII.

Notitia confirmationis conventionis initæ inter Episcopum Astensem Guidotum, & Manfredum M. Buschæ de feudo Bovisii, & Bagiennis facta ab Ariprando Episcopo Vercellensi Delegato Apostolico. Ex indice lib. vetid. Eccl. Astensis N. 30. S. C. D.

MCCXIV. 59

Notitia cessionis Episcopo Astensi facta a Manfredo Lancea Marchione Buschæ de qualibet re sibi antea cum Bagiennarum feudo donata. Extat in lib. Vir. Eccl. Asten.

Diploma Friderici II. Regis popularibus S. Miniatis præsente Marchione Montisferrati. Apud Johan. Lamium in deliciis eruditorum Hist. Sicul. tom. 1. pag. 289., & seq.

MCCXVI. 60

Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus, & Rex Siciliæ .... Attendentes fidelitates, & grata plurimum, & accepta servitia, quas homines S. Miniati fideles nostri nobis, & Dominis augustis prædecessoribus nostris exhibuerunt. Concedimus, & donamus eis burgum sancti Genesii. . . . . Hujus rei testes fuerunt Marchio Montisferrati.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnat. MCCXVI. V. indictione (1) regnante domino nostro Friderico Dei gratia Romanorum Rege Imperatore augusto (2), & Rege Siciliæ; anno Romani Regni ipsius in Germania V., & Siciliæ nonodecimo feliciter amen. Data apud Hulma anno, mense, & indictione præscriptis.

(1) *Indictio pertinet ad tres ultimos menses annī MCCXVI.* (2) *Nondum Fridericus erat Imperator.*

MCCXVII. 61

MCCXVII. die XIIII. intrante mense aprili. *Investitura Honorii III. Papæ de Marchia Guancrii* (Anconitana) *Azoni VII. Marchioni Estensi concessa teste inprimis rogato* domino VVilielmo Marchione Montisferrati in palatio Lateranensi in consistorio Cardinalium. *Mur. Ant. Est. par. I. cap. XLII. pag. 424. Modena 1717.*

Diploma Friderici II. Imperatoris pro Monasterio Camaldulensium S. Mariæ de Vangaditia teste Rodigerio (Raginerio) Marchione Montisferrati. Ex Murat. T II. diss. XXX. col. 875., qui ex autographo exscripsit.

MCCXIX. 62

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus divina &c. . . . . pro quorum omnium certa, & inviolabili observatione, & memoria præsentem paginam . . . . . communivimus testibus subscriptis, qui sunt . . . . RODIGERIUS Marchio Montisferrati . . . . .

Ego Curadus Metensis Episcopus &c. Datum apud Agn̄e anno Dominicæ Incarnationis MCCXIX. V. Kal. aprilis, indictione VII. regnante domino Friderico Rom. Reg. anno VII. feliciter.

Digitized by

Diploma Friderici II. Imperat. filiis Guidonis Guerræ præsente Gulielmo Marchione Montisferrati. Ap. Lamium in deliciis eruditorum in notis ad F. Leonis Urbevetani Chronicon Impp. pag. 244.

63 MCCXX.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus, & Rex Siciliæ gloriosus. Notum facimus universis, quod dilectos carissimos principes nostros viros illustres Guidonem, Tigrinum, Roggerium, Marcoaldum, & Aghinulfum filios quondam Guidonis Guerræ Turciæ Comites Palatinos . . . . , & omnia bona ipsorum sub nostra, & imperiali protectione suscepimus . . . . Hujus rei testes sunt . . . . . Gulielmus Marchio Montisferrati, & alii . . . . . .

Hæc acta sunt anno ab Incarnatione Domini MCCXX. Datum in castris apud Montem-Rossum prope Sutrium III. Kal. decembris, indict. VIII. &c.

64 MCCXXII.

Notitia fœderis inter Jacobum Episcopum Taurinensem, & Manfredum Marchionem Salutiarum filium Bonifacii adversus Thomam Comitem Sabaudiæ. Ex lib. virid. fol. 143. Vid. le Capitulazioni A. lib. fol. 7. Terran.

65 MCCXXIII.

Diploma Friderici II. Monasterio S. Mariæ in portu Ravennatensi ap. Murat. Ant. It. Med. Ævi Tom. II. fol. 68. diss. XIX. . . . . . adhibitis testibus, quorum nomina hæc sunt . . . . . Guilielmus Marchio Montisferrati . . . . . Signum Domini Friderici II.

Hæc acta sunt apud Capuam in anno Dominicæ Incarnationis MCCXXIII., & tertio anno imperii ejus mense februarii, indictione XI.

Remissio injuriarum, & revocatio constitutionum adversus Lombardos, & Marchionem Montisferrati facta a Friderico II. Ex Murat. Ant. Ital. M. Æ. T. III. col. 909. diss. 44.

66 MCCXXVII.

Fridericus &c. Rectoribus civitatum Mediolani . . . . . Alexandriæ . . . . . Taurini . . . . . Marchioni Montisferrati, Comiti Gotifredo de Blandrate . . . . . gratiam suam . . . . . causam offense, quam nuper contra celsitudinem nostram commisistis, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terræ sanctæ in providentia, & dispositione Domini Papæ, ac Fratrum suorum ven. Cardinalium posuimus absolute. Eorum igitur provisione super hoc intellecta pro reverentia Jesu Christi, & Terræ sanctæ negotio vobis universis remittimus . . . . . injurias, offensas, omniaque banna . . . . . quæ imposuimus per nos, vel per alium . . . . . Ad hæc civitates, & loca, & personas vestras recipimus in nostræ gratiæ plenitudinem, & vobis reddimus firmam pacem. Reservantes tamen nobis contra prædictum Marchionem Montisferrati omnia jura, omnesque actiones, quæ nobis competunt tam de debito, quo nostræ celsitudini est adstrictus, quam de terra, quæ propter ipsum debitum est nobis obligata. Faciemus etiam restitui capros occasione prædictæ offensæ cum bonis suis, ac alia, quæ occasione hujusmodi capra sunt, vel detenta . . . . . Datum Cataniæ primo die februarii XV. indictionis.

Fidelitas Bonifacio Marchioni Montisferrati Jacobo Ep. Taur. præstita, jam indicata in collectione DD. n. 181. col. 422. nunc vero facultatem largiente Victorio Gajetano Costa ab Arignano Archiepiscopo Taurinensi, ac amplissimo Cardinali ex membrana a me exscripta.

MCCXXVIII. 67

In Christi nomine amen Anno Nativitatis ejusdem MCCCXIII., indictione XI., die XII. mensis novembris. Actum hoc est in civitate Taurin. in domo Episcopali. Interfuerunt ad hoc testes domini Gulielmus Montecalerii, & Johannes Plebanus de Publicis discretus vir dominus Petrus de Fiano Vicarius Rev. Patris domini T. Dei gratia Episcopi Taurinensis præcepit mihi infrascripto Notario ad petitionem dicti domini Episcopi ut quoddam publicum instrumentum coram ipso, & dictis testibus lectum, & offensum autenticarem, & in publicam formam redigerem ut de cetero hoc transumtum vim & robur obtineat publici, & perpetui instrumenti, cujus quidem instrumenti tenor talis est.

Anno Dominicæ Nativitatis M. ducentesimo vicesimo octavo, die mercurii sexto exeunte januarii indictione prima præsentibus testibus infrascriptis. Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati pure, libere, & precite fecit fidelitatem nomine Taurinensis Ecclesiæ domino Jacobo Dei gratia Taurinensi Episcopo sicut vasallus facere debet, & tenetur domino, & suprascriptus dominus Episcopus ipsum fidelitate facta de suo recto feudo investivit hoc dicendo, & protestando nomine Ecclesiæ Taurinensis, quod non investiverat ipsum de castro sancti Raphaelis cum injuste, & violenter, & absque ulla ratione ipsum detineret Ecclesiæ Taurinens. Actum est hoc in Gerboraliis, quæ sunt inter Casellas, & Ciriacum. Fuerunt hujus rei testes rogati dominus Mainfredus Vascus, & dominus Guido, & ipsius filius Valfredus de Plozasco, & dominus Rufinus Vascus Præpositus Taurinensis, de Alex. Potestas Taurinensis, & dominus Arducio de sancto Martino de Canapicio, & dominus Jacobus de Ruvere, & dominus Gulielmus Zucha cives Taurinenses, & principales, aliique. Et ego Distrutus S. P. N. R. hanc scripsi, & ss. cartam. Et ego Franciscus Baracus civis Taurinensis Not. publ. prædictis interfui, & d. instrumentum autenticatum vidi, & legi, & ipsum de dicti Vicarii mandato autenticavi nihil addens, vel minuens, per quod ss. substantia varietur, & ideo me subscripsi.

Digitized by Google

Notitia inveſtiturae Albugnani factae a Vicario Friderici II. Imperatoris Praepoſito S. Mariae de Vezolano coram Marchionibus Montiſferrati, & Salutiarum ap. Ughel. T. IV. Eporedienſ. Epiſc. n. XXV., qui eam citat ſub an. MCCXXVIII. ind. I. intrante feb., at in autographo R. A. ſic verius legitur.

68 MCCXXXVIII.

Anno Domini MCCXXXVIII., indictione XI., die VII. intrante februario, quae fuit dies Dominica dominus Viguerras Vicarius &c. cum uno enſe . . . . . inveſtivit dominum Henricum Praepoſitum . . . . . de caſtro . . . . . Albugnani. Actum in civitate Aſtenſi in Eccleſia S. Secundi. Interfuerunt teſtes Bonifacius Marchio Montiſferrati, & Thomas Marchio Salutiarum . . . . .

Donatio regalium in flumine Orchi Eccleſiae S. Petri facta a Bonifacio Marchione Montiſferrati cum confirmatione alterius donationis a q. Gulielmo Marchione ex archivo civitatis Clavaſii exſcripta a praeſtanti viro D. Torelli, & mihi humaniſſime tradita.

69 MCCXXVIII.

Anno Domini MCCXXVIII., indictione prima, die martis duodecimo calendas aprilis coram teſtibus infraſcriptis Dominus Bonifacius Marchio Montiſferrati per ſe, & ſuos haeredes laudavit, & confirmavit in manibus Olderici Diaconi Clerici Eccleſiae S. Petri de Clavaſio (1) recipientis vice, & nomine ejuſdem Eccleſiae donationem, quam quondam dominus Gulielmus Marchio fecerat praedictae Eccleſiae de rebus quondam dominae Raccaldae, & filii ejus Arducionis. Item inſuper praenominatus Marchio per ſe, & ſuos haeredes fecit meram, & puram donationem in manibus ſupraſcripti Diaconi recipientis vice, & nomine ejuſdem Eccleſiae nominatae certa regalia, quam habebant, & videbantur habere in flumine Orchi a Pado uſque ad nemus Viglelmi Irrici de Prato regio, eo modo, pacto, & tenore cum ſupraſcripta Eccleſia, & miniſtri, & clerici, & omnes eorum ſucceſſores de cetero in perpetuum habeant, teneant, atque poſſideant praedictam regaliam, & omnes res ſupraſcriptae Raccaldae, & filii faciendi in perpetuum quidquid voluerint, & praedictae Eccleſiae utile fuerit ſine omni ſupraſcripti Marchionis, ſuorumque haeredum contradictione, ita quod nullus alius poſſit, nec debeat facere aliquam conciam de nemore cauſa capiendi piſces in praedicto flumine ſine eorum licentia, & verbo, ſalvis tamen conſortibus qui ibidem dum jus habent in praeſcripto flumine. Quam autem donationem totam ut ſupra praefatus dominus Marchio per ſe, & ſuos haeredes ipſi Eccleſiae, & miniſtris, & canonicis, & eorum ſucceſſoribus omni tempore, & ab omni homine, & ab omni inquietatione ſemper anteſtare, & defenſare propriis ſuis expenſis promixit quia ſic placuit ei, & ſua bona fuit voluntas. Actum in caſtro Clavaſii in camera. Interfuerunt teſtes rogati, & avocati Jacobus de Graffagno, Bonifacius de Graffagno, Viglermus de Prato, Anſaldus de Laneriis, Rogerinus Capitaneus.

Ego Bellotus ſacri Palatii Notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

(1) *De Clavaſio prima ni fallor mentio extat in diplomate Fridericiano an. 1164. ap. Benv. pag. 29.*

MCCXXVIII. 70

Notitia libelli, quo

Anno MCCXXVIII. Obertus Epiſcopus Eporedienſis inveſtivit Bonifacium Montiſferrati Marchionem de quibuſdam oppidis, & juribus. *Ughel T. IV. Epiſcop. Epored. N. XXV. Obertus pag. 1073.*

Charta, qua Manfredus Marchio Saluciarum res ab Alaſia Comitiſſa ejus avia Monaſterio S. Mariae de Stapharda donatas confirmat penes C. V. Jac. Durandum.

MCCXXX. 71

Anno Dominicae Incarnationis MCCXXX., indictione III., XVIII. Kal. ſeptembris in infirmitorio Monacharum Riviſrigidi praeſentia teſtium infraſcriptorum. Domina Alaſia Salutiarum Comitiſſa dixit Manifredo Marchioni nepoti ſuo, & publice confeſſa eſt, quod quondam dominus Manfredus vir ſuus Marchio Salutiarum avus iſtius Manfredi, qui nunc eſt, injunxit, dixit, & praecepit eidem dominae Comitiſſae in infirmitate, de qua obiit, quatenus ipſa de poſſeſſionibus dicti Marchionis, quae poſſent Monaſterium, & Capitulum de Stapharda magis pacifice tenere, deberet dare uſque ad plenam ſatisfactionem in compenſationem pro damnis &c. . . . . ab ipſo illatis contra voluntatem, & praeceptum dicti domini Marchionis avi praedicti Manfredi Marchionis, qui nunc eſt, ipſa adimplevit ſicut apparet per unum, vel plura inſtrumenta per Magiſtrum Segnorinum &c. . . . . Unde petiit dicta Comitiſſa a dicto Manfredo Marchione nepote ſuo, ut praedicta deberet confirmare, qui Manfredus Marchio habita deliberatione omnia ſupradicta &c. . . . . confirmavit &c. . . . . confitendo ſe eſſe majorem XXV. annis &c., & ſi reperiretur, quod non eſſet, renunciat beneficio minoris aetatis &c. . . . . Nomina teſtium ſunt haec dominus Jacobus Aſtenſis Epiſcopus, dominus Petrus Taurinenſis Archidiaconus, dominus Valfredus Canonicus Taurinenſis, dominus Bonifacius de Plozaſca, dominus VVilelmus Zuche de Taurino, Petrus Notarius, Ogerius Notarius de Carmagnola. Ego Thomas ſacri Palatii Not. &c.

Sententia Gregorii IX., qua pacis conditiones inter Fridericum II., & civitates Lombardiae, & Marchionem Montiſferrati proponit &c. Ex Murat. Ant. M. Aevi T. IV. diſſ. XLVIII. col. 325. &c.

MCCXXXIII. 72

Gregorius Epiſcopus S. S. D. dilectis filiis Rectoribus ſocietatis Lombardiae &c. (*col. 326.*) Nos itaque iis, & aliis, quae fuerunt hinc inde pro-

Digitized by Google

posita, plenius intellectis .... sic duximus ordinandum. Ut videlicet Imperator suo, & filii sui, & imperii nomine iis, qui sunt de societate ..... remittat omnem rancorem ..... injurias, & offensas; omnia quoque banna ..... penitus revocet ..... ad hæc Civitates, loca, & personas de ipsa societate ..... in plenitudinem suæ gratiæ recipiat, & eis faciat firmam pacem, specialiter nobili viro Marchioni Montisferrati, Mediolano, Brixiæ &c. datum Laterani VII. idus junii Pontificatus nostri an. VII.

Conventiones ex compromisso inter Jacobum Episcopum Astensem, Marchiones Salutiarum, & Cevæ, Abates S. Petri Saviliani, & S. Dalmatii, & civitates Montisregalis, Cunei, & Saviliani. Ex antiquo apographo Tabularii S. Petri Saviliani.

73 MCCXXXIIII.

Anno Domini MCCXXXIIII., indictione septima, die Veneris VI. intrantis januarii. In nomine Domini amen. Dominus Alericus de Cayrano Potestas Astensis, & Consilium Civitatis ejusdem electus arbiter pro Communi, seu arbitrator, nec non & ipsi Consiliarii pro communi vice, & nomine Communis Astensis super litibus, rixis, & controversiis, & discordiis, quæ erant, vel esse poterant inter dominum Jacobum de Portia gratia Episcopum Astensem nomine Astensis Ecclesiæ, & Episcopatus, & dominum Manfredum Marchionem Salutiarum, & Marchiones de Ceva dominum Leonem, Manuelem, Benedictum, & Georgium, & dominum Raymundum de Busca, & Nepotes, & Castellanos consortiti Manzani, Sarmatoris, & Montis Falconii, & dominum Philippum Abatem Monasterii S. Petri de Savigliano, nomine Monasterii, & Castellanos consortiti Bredolii, Caraxoni, & Moroxii, & dominos de Caharalio ....., nec non & alios Marchiones, & Condominos pro sese, & eorum parte ex una parte, & Commune Cunei, Savigliani, & Montisregalis, & dominum Ottonem Abatem Monasterii S. Dalmatii nomine ipsius Monasterii, & eorum coadjutores ex altera pro bono pacis, & concordiæ manutenendæ, & conservando definiendo dixerunt, pronunciaverunt, ordinaverunt, & arbitrati fuerunt, sicut infra per distincta capitula continetur. Inprimis quod dictus Episcopus nomine Ecclesiæ, & Episcopatus, & ipsa Ecclesia, & Marchiones de Ceva, & Salutiarum, & dominus Philippus Abbas nomine Monasterii S. Petri de Savigliano habeant, teneant, & possideant, vel quasi possideant libere, & quiete, & jus percipiendi, & habendi habeant in omnibus suis hominibus habitantibus in prædictis locis sine contradictione prædictorum locorum communium, & hominum habitantium in prædictis locis, vel alicujus personæ pro eis universa jura, & rationes, ficta, dicta, pedagias, albergarias, mores, & consuetudines, reditus, rodias, & carrigia, banna, & successiones, exercitus, cavalcatas, & omnia alia, quæ ad consule, & jurisdictionem pertinent in personis, & rebus ipsorum hominum prout habebant, & habere consueverunt ante Cuneji, & Montisregalis ædificationem, & ante guerram ineeptam ab aliqua partium prædictarum exceptis fodris, quæ a prædictis hominibus non præstentur. Item quod Communia prædictorum locorum, & homines habitantes in prædictis locis locis non possint, nec debeant recipere, tenere, nec habere in habitatores, neque pro habitatoribus homines, & vassallos prædicti Episcopi Ecclesiæ Astensis, & Marchionum, & Castellanorum, & Abbatis Savigliani, vel homines supradictorum Vassallorum Episcopi Abbatis Marchionum, & Castellanorum, qui non habitarent intra prædicta loca tempore compromissi. Et si aliquos, vel aliquem hominem prædictorum Dominorum, vel Vassallorum ipsorum in habitatores, seu pro habitatoribus receperunt a tempore compromisso citra ipsos modo absolvere teneantur, & debeant, & eos ulterius recipere non debeant. Item quod Communia prædictorum locorum, & homines habitantes in prædictis locis non possint, nec debeant aliquam societatem conspirationem, juram, seu ligam facere cum vassallis, & hominibus prædicti Episcopi, & Ecclesiæ Astensis, Marchionum, Castellanorum, & Abatis, & Vassallorum eorumdem sine consensu, & voluntate cujuslibet prædictorum Dominorum, vel ipsorum successorum. Et si a tempore compromissi citra prædicta Communia cum vassallis, & hominibus aliquibus prædictorum sine eorum consensu hoc fecerunt in totum, vel in parte cassum, & irritum sit, & hoc ipsum cassare, & irritare teneantur, & hoc de illis hominibus intelligatur, qui habitabant extra dicta loca tempore compromissi. Item quod Communia prædicta, & homines habitantes in prædictis locis non possint, nec debeant adjuvare, valare, nec defendere vassallos, & homines excepto Communi Astensi, prædicti Episcopi, Marchionum Castellanorum, & Abatis, & Vassallorum ipsorum contra ipsos Dominos sub aliquo ingenio pro Communi, nec pro diviso. Item quod Communia prædictorum locorum, & homines habitantes in dictis locis non Communi, vel pro diviso nullam inferant molestiam vel violentiam hominibus dicti Episcopi, seu [illegible] Ecclesiæ, Marchionum, & Castellanorum, [illegible]is, & eorumdem Vassallorum. Item si aliquæ [illegible]stationes obvenerunt de suis hominibus supradicto Episcopo, & Ecclesiæ, Marchionibus, & Castellanis, & Abati illas habeant, teneant, & possideant, & percipiant sicut olim habere consueverunt sine omni contradictione hominum supradictorum locorum, vel alicujus personæ pro eis. Item quod omnes conventiones factæ, & habitæ inter Episcopum Astensem, & Ecclesiam Astensem, & Commune, & homines Montisregalis, nec non & omnia verba tractata inter prædictos per dominum Jacobum de Bagnasco, & Brexanum ab utraque parte integraliter observentur. Item quod Ecclesiæ omnes Episcopatus Astensis consueta gaudeant libertate; ita quod prædicta Communia, & homines habitantes in dictis locis non possint, nec debeant fodrum, nec aliquam exactionem aliquo modo ab ipsis Ecclesiis, & personis habitantibus in eisdem, & hominibus ipsorum exigere, vel extorquere. Item quod homines Burgi sancti Dalmatii, qui habitant in Cuneo, tribuant, & solvant pro fictu libras vigintiquinque Januenses annuatim Astensi Episcopo, & Ecclesiæ prout sol-

vere consueverunt, & libras quinque Januenses pro albergaria. Similiter annuatim idem faciant Marchioni Saluciarum, sicuti consuetum habuere, & in eo quod consuevit habere. Item quod Commune Cunei dimittat eidem Marchioni Saluciarum vallem Stuiranam integraliter, & possessionem omnium terrarum, & locorum, quam, & quos eidem abstulerunt, sicuti modo sunt; salvo jure quod in his habent habitatores Cuney, & Jacobus Pictenatus. Ita tamen quod dictus Marchio possit, & debeat in suo laborare, & ædificare extra locum Cuney ad suam voluntatem sine contradictione prædictorum Communium scilicet Montisregalis, Cunei, & Savigliani. Item quod omnes imprixonerii ex utraque parte sint penitus absoluti, & deliberati ipsis solventibus .... secundum quod in forma compromissi continetur. Item quod homines Savigliani restituant, vel restitui faciant hominibus Romanixii boves viginti septem, quos eis abstulerunt tempore treguarum, quod si non acciderit tempore treguarum non restituantur. Item quod homines Cunei, & Savigliani non possint, nec debeant aliquid capere, vel facere supra homines Romanisii, vel eorum res, aut supra habitatores Romanisii, vel eorum res, & quod similiter non possint, nec debeant homines Romanisii, vel eorum habitatores recipere, tenere, nec habere pro habitatoribus absque voluntate Communis Astensis. Et quod homines Savigliani, & Cunei non possint, nec debeant boscare in boscis hominum Romanisii, nec hominum de Centallo, nec aliquorum qui sint habitatores loci Romanisii absque voluntate Communis Astensis. Item quod omnia capta, & ablata in personis, & rebus ab utraque parte, & per utramque partem tempore treguæ, vel sub fidantia, & specialiter hominibus Romanisii integraliter restituantur. Item quod instrumenta, quæ habent homines Savigliani de ostagiis, seu m[illegible]levatoribus hominum Romanixii sint cassa, & [illegible] & quod restituantur prædictis hominibus Ro[illegible]. Item quod Dominus Abbas Savigliani, [illegible]asterium sancti Petri de Savigliano, & [illegible]ni, & Domini consortiti Mantiani, Sarmatoris, & Montisfalconi habeant, teneant, & possideant omnia dominea in terris, possessionibus, sedimimibus, domibus, furnis, molendinis, & mercato, aquatu, pascatu, & contili sicuti tenere, & habere consueverunt ante inceptionem guerræ in Savigliano, Genevola, & Soleris, & Marenis, & aliis villis suis, quæ sunt circumstantes Savigliano, & super suo possint ædificare ad suam voluntatem sine omni contradictione Communis, & hominum Savigliani. Item quod Commune, seu homines Savigliani non possint, nec debeant facere statutum, vel ordinamentum, vel defensionem aliquam propter quod, vel quam impediantur jura, dicta, & rationes, & contilia dominorum, vel in aliquo diminuantur Item quod homines Savigliani, & posse, seu districtus faciant pacem, & guerram, exercitus, & cavalçatas pro prædictis dominis sicut facere consueverunt ante guerram inceptam. Item quod homines Savigliani qui sunt homines prædictorum Dominorum, & Abbatis dent quartum pretium supradictis Dominis, sicuti tertium antea dare consueverunt de terris, & possessionibus, quas vendiderint. Item quod omnes homines, qui steterunt ex parte Episcopi Astensis, Marchionum, Castellanorum, & Abbatis, & de dictis locis, vel de aliquo ipsorum exierunt pro ipsis Dominis, vel alia de causa, restituantur in integrum sine aliqua retributione, & habeant finem, & pacem de omni offensa, & pœna, banno, & fodro, & specialiter Andreas Balsenius, & generi, & omnes Gualfredi de suis rebus utantur ad eorum voluntatem. Item quod homines Savigliani permittant, & nullum impedimentum præstent Domino, vel Dominis de Cavalario majori per se, nec per alium, neque per aliquem de sua parte, quin ipse Dominus, vel Domini dictum locum Cavalarium, & villam, & territorium, & totum posse in aquaticis, in pascaticis, in boscis, venationibus, piscationibus, rupibus, & ruinis, furnis, & molendinis, & in omnibus aliis contili, & jurisdictione, fictis, dictis, & redditibus teneant, & possideant, & quasi possideant sine omni contradictione hominum, & Communis Savigliani, & alterius personæ pro eis, quemadmodum tenebant, & faciebant ante inceptionem guerræ, & quod homines Savigliani non utantur, nec se intromittant de omnibus prædictis, neque de aliquo, vel aliquibus prædictorum sine voluntate Domini, vel Dominorum Cavalerii, & specialiter Communis Astensis. Item quod Dominus Raimundus de Busca prædictus possit, & debeat laborare, & ædificare in suo in loco Monetairolii, & posse ad suam voluntatem sine contradictione Communis, & hominum Savigliani, & cujuslibet personæ salvo Communi Astensi. Item quod feuda restituantur ab Episcopo, & Ecclesia Astensi, & a Marchionibus, & Castellanis Domino Ottoni Abbati Monasterii sancti Dalmatii, & omnibus hominibus montis Cuney, & Savigliani, & militibus, ita quod eadem feuda habeant, & teneant, sicuti tenere consueverunt ante inceptionem guerræ, & inde faciant fidelitates, & servicia, sicuti fieri debent secundum quod continetur in forma, & tenore compromissi. Item quod Episcopus Astensis absolvat a vinculo excommunicationis homines Cuney secundum quod jus Ecclesiæ postulat, & secundum formam compromissi. Item quod dictus Episcopus restituat Communi Montisregalis unam cartam, quam ei fecerunt homines Vici, in qua continetur quod homines Vici non debeant habitare in loco Montisregalis. Et exinde fit cassa, & irrita. Item quod omnes injuriæ, & omnia dampna data, & illata ab utraque parte usque ad tempus treguarum sint remissa penitus, & absoluta, & remittantur, & absolvantur secundum tenorem compromissi ex utraque parte. Item quod homines Caraxoni, qui remanserunt in loco Caraxoni, ibi habitent, nec inde possint aliquo modo removeri facere, nec pro habitatoribus recipi ab hominibus Montisregalis, nec ab alia persona, & ædificare possint in suo ad eorum voluntatem. Item quod homines Cunei teneantur redire facere homines de Clusia ad locum Clusie, ita quod ibi habitent, nec possint inde removeri ab hominibus Cunei, nec ab aliqua alia persona, & ibi habent, & stent, sicut stabant tempore compromissi. Item quod [illegible]acta, & conventiones, & arbitramenta, quæ habuerunt inter

ſeſe Commune Cunei, & Domini de Caharaglio debeant obſervari, & firma teneri ſicut in cartis tunc factis continetur. Item quod omnes Marchiones, & Caſtellani, & eorum homines hanc pacem jurent, ſicut alii homines juraverunt perpetuo obſervare. Item quod Marchionibus Cevæ reſtituatur per Poteſtatem, & homines Montis, & ſolvantur libræ vigintiquatuor Januenſes, & libræ quinque, & ſolidi duodecim reforzialiorum, quæ debentur ipſis Marchionibus Cevæ reſtitui occaſione maxime incarceratorum, qui erant apud Cevam, & Mulazanum, & ſi non ſolverent, Brexanus hos denarios ſolvat, qui fuit inde .... Quæ omnia ſupradicta, & ſingula ſuper omnibus, & ſingulis capitulis ſuperius memoratis, & ſcriptis dictus Dominus Poteſtas Aſtenſis, & ipſi Conſiliarii vice, & nomine Communis Aſtenſis, & pro Communi prædicto dixerunt, ſtatuunt, pronuntiant, & arbitrantur ſalvo tenore, & forma compromiſſi, & his, quæ in ipſo compromiſſo continentur, quæ volunt firma, & illibata ab utraque parte integraliter obſervari exceptis illis duobus capitulis, quæ ſunt remiſſa per Ambaxatores, & Sindicos Savigliani, & per ipſum Commune Savigliani, ſcilicet de ſucceſſionibus Dominorum, & de omnibus domineis, & poſſeſſionibus ipſorum, ſuper quibus obtineat, ſecundum quod ſuperius continetur. Eo ſalvo quod ſi aliqua dubietas, vel obſcuritas, ſeu contrarietas, vel contenſio oriretur, vel appareret, ſeu verteretur inter partes, vel aliquos de dictis partibus occaſione ſententiæ, & compromiſſi, vel unius capituli, vel plurium ſupradictorum, & illorum, quæ ſcripta ſunt in compromiſſo ſuper his fiat interpretatio, & definitio, & cognitio per Commune Aſteaſe, & in Commune Aſtenſe. Quæ omnia dicunt, & pronuntiant ſalvo omni jure, & juribus, rationibus, & conſuetudinibus, quæ pertinent, vel pertinere viſa ſunt ad Commune Aſtenſe. In quibus omnibus Commune Aſtenſe jus ſuum habeat, & proinde ipſi Communi nullum jus ſuum in aliquod minuetur, nec aliquod præjudicium generetur. Actum Aſte in Eccleſia ſancti Secundi. Teſtes interfuerunt Dominus Otto de Gorzegno Abbas Monaſterii Apoſtolorum, Dominus Ulricus Prior de Turre rubea, Dominus Grazapalea, Dominus Gulielmus Pictavinus de Janua, Robaldus Cicia, & Obertonus nuntii Communis Aſtenſis, & Dominus Allericus Poteſtas Aſtenſis præcepit fieri plures cartas unius tenoris inde illis perſonis, & Communi, quæ & quod recipere voluerint, & ſimiliter quod de quolibet capitulo, titulo, & articulo uno, & pluribus confectis, & ſeparatim poſſit fieri inſtrumentum præſens. Ibi venerunt, & interfuerunt ad audiendam ſententiam Dominus Jacobus Aſtenſis Epiſcopus, D. Philippus Abbas ſancti Petri de Savigliano, D. Otto Abbas Monaſterii ſancti Dalmatii de Burgo, D. Leo, & D. Manuel de Ceva, de Monteregali, D. Jacobus Cantuarius Poteſtas Montisregalis, & Ambaxatores ejuſdem loci, Obertus Lavagina; VV. de judice, de Cuneo Nicolaus Arduti, Jordanus Palea; de Savigliano Jacobus Bovetus, Mainfredus Porcellas; de Morotio, & Conſortito, & pro Bredolo D. Rufinus de Morotio, Otto Pulixetus, Nicolaus de Domina Cicia. Pro Caraxono D. Bonifacius de Caraxono, Andreas Caraxonus; de Caharaleo . . . . . pro Marchione Salutiarum D. Robaldus de Drua, Nicolaus de Lavaxanis; pro conſortito Manzani, & Salmatoris, & Montistalconi D. Gulielmus Piloſus, D. Blanchotus de Manzan; pro Communi Romanixii D. Petrus Laurentius Poteſtas Romanixii. Item de Caraxono Aycardus, & Ardicius de Caraxono. Et ſimiliter eorum pignora, & manulevatores ſint abſoluta (1). Ego Ruffinus Franciſcus a Francolaoſio Notarius Palatinus interfui, & juſſu prædicti Poteſtatis Aſtenſis præſentem cartam ſpecialiter pro Communi Savigliani ſcripſi.

(1) *Hæc ut puto in fine chartæ erant adſcripta cum ſigno loci, ubi ſuperi debuerunt; quod cum hujus ſcriptor animadvertere prætermiſerit, ideo hic extra locum poſuit.*

In animo erat publicum hoc fœdus utpote jam nuper a Cl. V. Eq. Graſſi in Tom. II. Mem. Stor. di Monteregale N. XVIII. editum omittere; at cum diligenter meum hoc apographum cum illo contuliſſem, tot in edito deprehendi variantes, ſphalmata, ac omiſſiones, ut, cum commode hæc annotare vix poſſe intelligerem, & alioqui nimis multa eſſent non ſine legentium faſtidio conciſe exſcribenda, eam demum integram hic referre deliberaverim.

Fœdus inter Henricum Romanorum Regem, & Mediolanenſes, & Marchionem Montisf. &c. ap. Julinium Mem. di Milano part. 7. pag. 593. & ſeq.

MCCXXXIV. 74

Deeſt initium

. . . . . cum Mediolanenſibus, & eorum amicis, & ſocietate Lombardiæ, quæ ſunt de ſocietate, & amicitia Mediolani juraverunt (1) ad ſancta Dei Evangelia ſuper eorum animas, & in animas prædicti domini Regis, quod ille dominus Rex attendet, & obſervabit, & attendere faciet infraſcriptam concordiam in omnibus, & per omnia ſicut ſcripta ſunt, & quod facient jurare prædictum dominum Regem, & Principes Alemanniæ, ut in concordia præſcripta continetur, cujus tenor talis eſt.

In nomine Domini. Jurabunt Mediolanenſes, Brixia, Bononia, Marchio Montisferrati, Novaria, Lauda, & aliæ Civitates, aliaque loca, & univerſitates de ſocietate Mediolani, qui nunc ſunt, vel in poſterum erunt, & quæ volent, & quibus facere placuerit infraſcriptam fidelitatem, & recipere infraſcriptum juramentum fidelitatis domino Henrico ſereniſſimo Regi Romanorum hoc modo, quod non erunt in conſilio, vel adjutorio, quod perdat vitam, vel membrum, vel mentem, aut ſuum honorem, vel fortiam, aut coronam regni, ſed ſecundum ſuum poſſe prohibebunt, & valebunt ei, ſicut Regi, & eum defendent, & ejus honorem manutenebunt, & hoc in provincia Lombardia . . . . . quam fidelitatem ut ſupra facere volunt, ſi dictus dominus Rex, & principes Alemanniæ volunt jurare adjuvare, & manutenere, & defendere Mediolanum, Brixiam, Bononiam, & Marchionem Montisferrati, & quod non facient ipſe Rex, vel Principes aliquam concordiam, vel pactionem, vel conventio-

nem, vel pacis cum inimicis Mediolani, Brixiæ, Bononiæ, Marchionis Montisferrati, & præsertim cum Cremona, & Papia, vel aliis civitatibus, vel locis, seu personis, vel universitatibus de societate Cremonæ, vel Papiæ sine voluntate Communis Mediolani &c,

Privilegium Carienſibus ab Oddone Marchione de Carreto conceſſum ex archiv. oppidi.

75 MCCXXXV.

Anno Domini MCCXXXV. VI. decemb. in Cario. Ego Otto Marchio de Carreto dono, & confirmo vobis populo, sive Communi Carii, & adjuvabo omnes conventiones, & conventus, quas hactenus habuistis cum avo meo, & malas omnimodo relinquo, quæ bonæ, & boni tales sunt videlicet, quod filius succedat patri, & matri, & pater, & mater filio præmortuo, & frater fratri si non sunt divisi, succedat; & si est divisus, nec condidit testamentum de hæreditate fratris præmortui sine hærede legitimo se debeat concordare cum Marchione cum modico pretio. Item si quis, vel si qua fuerit habitator Carii possit de rebus suis testari libere, & ipsas legare, & dimittere cuicumque voluerit, dummodo tertiam partem legaret domino Marchioni tam de rebus mobilibus, quam immobilibus, hoc est de illis, qui non habent hæredem, sive hæredes. Item quod possit pasturare, & allevare in Valdo Marchionis sine dricto, & fictu, & aliqua dacita. Item quod domos, & possessiones, quæ sunt in Burgo Carii, possint, & debeant legare, donare, & vendere quisquis cuicumque voluerit, & non dimissa aliqua parte Marchionis, nec inde ejus requisita voluntate. Item homines Carii possint, & debeant constituere banna, & ordinamenta ad eorum voluntatem ad Ecclesiam Carii de bonis, & vastis territoriis, & boschis, & mandando semper ad consilium unius sapientis, & plurium, & inde sunt præcepta plura instrumenta unius tenoris &c.

76 MCCXXXVI. *Antonii Marchionis Buschæ donatio Oddoni nepoti suo facta. Hanc Augustinus ab Ecclesia exscriptis Baronis Cardeti refert in MSS. Collectaneis sæpe memoratis in meis tabulis Genealogicis. Cæterum puto hic erratum in nomine Antonii, qui forte eris Anselmus, cui Henricum junxit Jofredus in notitia hic inserta col. 380 l. 57 Atque ad hunc Henricum Villelmi, & Raimundi fratrem pertinere videtur altera nota, quam in cit. Collect. inveni quæ sic habet MCCXXXVI. Henricus Marchio Buschæ ex Galatea uxore habuit Brunam ex lib. jurium March. Saluttarum adversus DD. Subp.*

77 MCCXXXVIII. *Notitia libelli, quo Ubertus Episcopus Astensis requisitus a Bonifacio Marchione Montisferrati feudum Caminum, Pontem Sturiam, quamdam partem de sancto Salvatore, aliaque plura, quæ dixit se accepta habere ab Ecclesia Astensi coram testibus domino Oberto Comite de Blandrate &c ei concessit. Terran. in suis Collect., & indicaverat Ughel. in Ep. Uberto.* Adest in lib. Viridi Eccl. Asten.

Diploma Friderici II. confirmantis Beatrici uxori Guidonis VI. Dalphini quoddam vectigal ab ejus patre Gulielmo ei in dotem traditum. Hist. du Dauphiné. Genève 1722. fol. T. I. pag. 88.

MCCXXXVIII. 78

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper augustus Jerusalem, & Siciliæ Rex per præsens scriptum notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam præsentibus, quam futuris, quod pro parte Beatricis filiæ quondam Guillelmi Marchionis Montisferrati dilecti consanguinei, & fidelis nostri quoddam scriptum dicto Marchioni patri suo, & hæredibus ejus olim a nobis indultum nostræ fuit celsitudini præsentatum, & supplicatum humiliter, quod cum per idem scriptum concesserimus eidem Marchioni, & suis hæredibus pro pedagio, seu theloneo ubicumque voluerit in comitatu Viennensi de quolibet trosello, vel soma transeunte plenam habeat potestatem accipiendi duodecim denarios Viennenses, & idem Marchio in dotem hoc ipsum dederit dictæ Beatrici filiæ suæ, nos ipsam potestatem ipsi Beatrici, & Guigoni Dalphino filio suo Comiti Viennensi, & Albonis, ac eorum hæredibus concedere, & confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur istius modi supplicationibus inclinati potestatem eamdem accipiendi XII. denarios &c. prout olim concesseramus jam dicto Marchioni, & ejus hæredibus prædictæ Beatrici, & Guigoni Dalphino filio ejus &c. concedimus &c. Datum apud Albam anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXVIII. mense martii XI. indict.

Notitia apparatus bellici a M. Montisferrati instructi adversus expeditionem Comitis de Sabaudia. Ex Epistola Henrici de Villariis Archiep. Lugdun. ad dominum Dalphinum Humbertum Sedis Apostolicæ Capitaneum Generalem, & Ducem exercitus Christianorum contra Turchas. Hist. du Dauph. T. II. p. 557.

MCCXLVII. 79

Item villa Querii se dedit nuper dicto Comiti Amedeo VI. Viridi nuncupata (1), & iverunt dominus Ludovicus de Sabaudia, & Comes Gebennensis ad apprehendendum possessionem, & homagia dictæ villæ ducentes magnum exercitum terræ suæ, & etiam de vestra iverunt. multi requisiti, videlicet domini Clarimontis, Breyssiaci, Vinayci, Castrinovi, & multi alii de terra Fucigniaci, & alia terra vestra, & fertur, quod Marchio Montisferrati adjutus domino Marchioni proponit contradicere, & resistere toto posse, & jam habere dicitur magnum exercitum congregatum, nuperque scripsit idem Marchio literam unam apertam consilio vestro, ac Baronibus, & nobilibus terræ vestræ commemorans antiquam unitatem, & dilectionem prædecessorum vestrorum, & suorum rogans, quod illi de Dalphinatu non vadant ad offensiones ejusdem, & terræ suæ, cui fuit generose responsum per consilium vestrum, quod Dalphinatus semper dilexit, & diliget Marchionatum, sicut se Domini dilexerunt, & diligunt, nec volunt, nec intendunt actibus contrariis operari.

Datum Gratianopoli die IV. mensis junii.

Digitized by Google

(1) *Jacobus de Sabaudia Princeps Achajæ bellum movit adversus Johannam Reginam Neapolis, Amedeus Comes Sabaudiæ, Ludovicus de Sabaudia, dominus Waldi, & Comes Genevensis, aliique nobiles ex Dalphinatu suis ei copiis opem tulerunt, res bene cessit. Nam expugnarunt Cherium, Clavascum, Montemvicum, aliaque oppida. Vide Guichenon Hist. Geneal. pag. 329. & seq.*

Diploma Friderici II., in quo argenti fodinam Ramæ, ac facultatem cudendi monetam jampridem Guigoni Dalphino concessam confirmat teste Bonifacio M. Montisferrati. Hist. du Dauph. par M. de Valbonnais T. I. pag. 93.

80 MCCXXXVIII.

Hujus rei testes . . . . . R. Vercellensis Episcopus, Hugutio Taurinensis Episcopus, Pandulfus Papiensis Episcopus, Bonifacius March o Montisferrati, Mainfredus Marchio Lanz, Petrus de Vineva (de Vines) magnæ Curiæ nostræ Judex.

Acta sunt hæc anno Dom. Incarn. MCCXXXVIII., mense aprilis, XI. indictionis imperante D. N. Friderico . . . . . imperii ejus anno XVIII., Regni Jerusalem XIII., Regni Siciliæ XL. feliciter. Datum apud Taurinum &c.

Juramentum fidelitatis a Bonifacio Marchione Montisferrati præstitum Johanni Electo Ep. Taurin. nuper ex membrana Tabularii Episcopalis concedente Victorio Gajetano Costa ab Arignano Archiepiscopo Taurinensi, & Cardinali a me exscripta.

81 MCCXLV.

Anno Domini MCCXLV., indictione III., die Veneris XIII. mensis januarii præsentibus domino M. de Advocatis Vercellensi electo, domino Guidone Comite de Blandrate, Guilelmo de Serra de Ripolis, domino Præacollo de Clevaxio, domino Ub.rto de Septimis, & multis aliis testibus. Dominus Bonifacius Marchio Montisferrati juravit, & fecit fidelitatem domino Johanni electo Taurin. nomine Ecclesiæ S. Johannis Taurin. pro feudo quod habet, & tenet ab Episcopo Taurin. nomine Ecclesiæ Taurin. videlicet quod non erit in loco aliquo, vel st. .... ubi idem dominus Johannes electus amittat vitam, vel membrum, vel capiatur mala captione ultra suam voluntatem, & si ibi interfuerit prædicta removebit, & prohibebit bona fide, & sine fraude, & si prohibere non poterit eidem domino Johanni per se, vel per certum nuncium, aut per cartam, quam citius poterit, significabit. Secretum ipsius, vel sibi ab eo revelatum absque ejus voluntate in damnum, vel præjudicium ejus nulli manifestabit, nec erit in loco, vel statu, ubi possessiones, vel jura Ecclesiæ aud honorem sui, vel Ecclesiæ suæ amittat. Item quod alia, quæ ad fidelitatem pertinent, sibi faciat, consilium, & auxil um bona fide, & sine fraude sibi in prædictis exhibebit. Hæc omnia, & singula bona fide attendet, & observabit, sic adjuvet eum Deus, & illa sancta Evangelia, & ibidem in continenti dictus dominus Johannes per quamdam cartam, quam in manu tenebat, investivit ipsum Bonifacium Marchionem in osculo pacis de feudo, quod ab ipso electo nomine Ecclesiæ Taurinensis tenebat, unde plures cartas uno tenore fieri jusserunt. Actum in castro Ciriaci. Ego Alexius de Ciara Notarius interfui, & hanc cartam rogatus scripsi.

82 MCCLI.

Testificatio nonnullorum incolarum Revelli sicuti domina Comitissa quondam Saluciarum uxor Marchionis Punaxii *aliquos homines misit* ad loquendum cum domino Anselmo ab Ecclesia quondam, & interrogandum eum in ordine suo de consuetudinibus per . . . . . aquarum Revelli, quia erat vetus homo, & sciebat consuetudines Revelli. *Elogj de' Piem. Illus. T. IV. pag. 64.*

Jus liberi transitus a Marchione Manfredo Lanzea concessum collegio mercatorum Astensium pro locis S. Albani, & Baennarum. Ex autographo in Collect. Terran.

MCCLI. 83

Anno Domini MCCLI., indictione VIIII., die IIII. exeuntis octobris. Coram testibus infrascriptis dominus Mainfredus Marchio Lanzea ad requisitionem Jacobi Pramancie procuratoris Philippi de Limoginis Consulis nomine mercatorum Asten. vice, & nomine mercatorum Asten., ut constat per publicum instrumentum factum per Jacobum Spallam Notarium currente anno Domini MCCLI., indictione VIIII., die Mercurii nono Kal. novembris. Cumvenit, & libere concessit eidem Jacobo recipienti nomine omnium mercatorum Civitatis Asten., quod ipsi mercatores Civitatis, & districtus Asten. possint libere, & secure in avere, & personis ire, stare, & redire cum eorum mercationibus per locum, & districtum S. Albani, & Baennarum, dando & solvendo pedageriis ipsius domini Marchionis in quolibet ipsorum locorum pro quolibet trosello quod ducerent, vel duci facerent den. VII. Jan., & non plus. Actum est in Baennis juxta Ecclesiam S. Eustachii. Testes fuerunt ibi rogati dominus Jacobus Pecia, dominus Vercellinus, Not. Johannes, & dominus Tadeus. Ego Ogerius Notarius sacri Palatii interfui, & præcepto dicti domini Marchionis hanc cartam scripsi.

Litteræ Willelmi Romanorum Regis, quibus Thomæ II. Comiti Sabaudiæ Taurinum, aliaque loca in feudum concedit præter homagia M. Montisf. Lunig. Cod. Ital. dipl. T. I. pag. pag. 393. N. 4.

MCCLII. 84

Guilielmus Dei gratia Romanorum Rex &c. Ex ubertate culminis nostri provenit, ut Nobiles, & Magnates imperii gratis præveniamus beneficiis . . . . . Itaque . . . . Nos . . . . . dilectum, ac fidelem nostrum Thomam de Sabaudia Comitem intendentes . . . . . promovere, Civitatem, & pontem Taurinensem, & bastiam, quæ est juxta dictum pontem . . . . . & specialiter, & generaliter omnia allodia, & feuda, & dominia in Civitate, & Diocesi Taurinensi præter homagia Marchionis Montisferrati, & Saluziarum,

vitatem Yporegiæ, & totum dominium Canapicii, & castri Lancei . . . . . in feudum assignanus . . . . . Datum Trajecti Leodiensis Diocesis XI. Kal. junii anno Domini MCCLII., indictione decima Regni nostri anno IV.

85 MCCLIX.

Notitia fœderis inter Thomam de Sabaudia, & Gullielmum Marchionem Montisferrati, in cujus secundo articulo continetur Marchionem Villelmum remittere teneri Thomæ de Sabaudia civitatem Taurinensem, & domum, quam noviter instar propugnaculi construxerat secus Civitatem, & omnes arces ejusdem, castra ad pontem, & Bastitas Taurini, & Colegni cum omnibus pertinentiis. Ex archivio Ducali lib. contract. fol. 33. lib. 2. fol. 15. Terran. ex quodam veteri indiculo.

86 MCCLX.

Notitia investituræ Conradi Episcopi Astensis Gullielmo Marchioni Montisferrati concessæ rerum omnium, quas hic ab Ecclesia Astensi obtinebat. Extat in lib. Vir. Eccl. Asten.

Fœdus initum inter Gullielmum Marchionem Montisferrati, Comites Blanderatenses, Valpergienses, Ugonem Marchionem Ponzoni etc. ex schedis Terranei.

87 MCCLLXVIII.

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate Domini currente MCCLXVIII., indictione XI., die VII. aprilis in castro Clavaxii præsentibus testibus infrascriptis tale pactum, conventionem, & juramentum inter se fecerunt ad invicem, & in perpetuum Dominus Guilielmus illustris Marchio Montisferrati per se, & suos Vassallos, & homines, & D. D. Gulielmus, Bonifacius, Otho, & Albelous de San-Giorgio Comites Blandrate per se eorum homines, & Vassallos, D. Rainerius de Mazadiis Comes Valpergiæ, & ejus filius Bonifacius, D. Antonius de Riparia Comes Valpergiæ suo nomine, & nomine filiorum suorum, D. Otho Comes de Valpergia suo nomine, & nomine Petri, & Guideti consanguineorum suorum Comitum de Valpergia, D. Othonus de Maxino Comes Valpergiæ suo nomine, & nomine Jacobi fratris sui, Ugo Marchio Ponzoni, & D. Azelii, D. Johannes de Castromonte, Guiertus de Montalengis Comes Castrimontis, & Raimundus de Candia per se, & hominibus, & Vassallis omnium, & singulorum prædictorum, videlicet quod prædicti omnes, & singuli eorum nomine, & nomine quo supra, & ad invicem inter se per stipulationem solemnem promiserunt, & sibi ipsi ad invicem devivere (1), defendere, manutenere contra omnes, & singulas personas, collegia, & universitates, specialiter contra Dominos de S. Martino, & Commune, & homines Yporegiæ, & districtus, & coadjutores ipsorum, & contra omnes alios, qui guerram facerent, vel moverent ipsis prænominatis, vel alicui ipsorum e partibus Yporegiæ, & Taurini, & quod non facient pacem, treguam, seu guerram recrutam cum aliqua, vel aliquibus facientibus ipsis, vel aliquibus ipsorum guerram juxta prædictos confines absque communi consensu. Et si aliqua persona, vel personæ, Commune, vel universitas prænominatis, vel aliquibus ipsorum injuriam, vel offensionem facerent, quod omnes prænominati singuli ad requisitionem illius, qui damnum, vel injuriam sustineret, tenerentur (f. teneantur) de injuria, & offensione restitutionem fieri facere infra mensem, postquam fuerit requisitus, vel guerram faceret damnum, & injuriam inferenti; eo salvo quod si quis prænominatorum aliquam robariam injuste fecisset, vel faceret sine communi consensu, quod alii non teneantur ipsum juvare in ipsa ruberia, nec in damnis, seu in guerra, quam incurreret occasione dictæ ruberiæ, nisi esset contra Dominos sancti Martini, & Commune, & homines civitatis Yporegiæ. Item quod a prænominatis eligantur duo, vel tres, qui videbuntur parti majori ipsorum ad decernendum super munitionibus, & fortalitiis faciendis castrorum, villarum, quæ tenent in Frontaria guerræ, & super damnis, & expensis, quæ, & quas unus magis altero sustineret, & secundum quod ipsi duo, vel tres eligendi voluerint, & ordinaverint super prædictis munitionibus, & fortalitiis, & auxilio præbendo ad ipsas fortalitias faciendas, & super damnis, & expensis restituendis per ipsos, & omnes alios, & singulos prænominato: attendere, & inviolabiliter observare salvis omnibus feudis, quæ ex fidelitate prænominati, qui sunt Vassalli prædicti domini Marchionis, tenentur facere ipsi domino Marchioni, quod remaneant ea prædicta, quæ prædicti facere tenentur, alias per hanc conventionem nullo modo removeantur, sed in sua remaneant firmitate; salvis etiam pactis, & conventionibus, quæ, & quas dictus Marchio habet cum domino Carolo Rege Siciliæ, & Ecclesiis Yporediæ, & Taurini, & Dominis de Castromonte, & plura instrumenta unius tenoris fieti rogaverunt.

Interfuerunt ibi testes Reinerius Bastardus Montisferrati, dominus Ruffinus Raccanus, & dominus Fredericus de Pontionibus Vicarius ipsius domini Marchionis.

Ego Obertus de Guidono Notarius his interfui, & rogatus his subscripsi.

Et ego Facionus de Reynaldo Notarius hanc cartam ab Oberto de Guidono Notario subscripto breviatam, & ejus mandato sic scripsi.

(1) *Forte* subvenire.

MCCLXXIX. 88

Decretum potestatis Mediolani Capitanei populi, & XII. Præsidum provisionis a Gulielmo Marchione Montisferrati confirmatum, quo locus Trevisii fuit declaratus Eurgis, editum in palatio Mediolani anno a Nativitate Christi MCCLXXIX., die Mercurii XXV. dies mensis octobris, indictione VIII. Cum ex parte &c. V. *reliqua ap. Julin. Mem. di Milano par. 8. pag. 881. & seqq.*

Digitized by Google

Litteræ Amaroti Lanzavegiæ Alexandrini, Ducis exercitus Marchionis Montisferrati ad Edovardum Regem Angliæ de cingulo militari sibi ab eo promisso, nec non de gestis Marchionis Montisferrati. Ex autographo apud Thomam Rymer in actis publicis Regis Angliæ. T. II. pag. 1062.

89 MCCLXXX. (1)

Glorioſiſſimo Principi domino Edoardo Dei gratia illuſtriſſimo Regi Angliæ ſuus Jacobus Amarotus Lanzeavegia civis Alexandrinus cum devotiſſima ſubjectione ſe ipſum in omni genere famulatus. Quia Principibus excellentiſſimis occurrunt plurima, quæ ipſorum memoriam de ſingularibus præſertim viris modico tempore ſummovent, dicam aliqua per quæ qui ſim majeſtas regia melius recordetur. Domine ſum ille Jacobus, qui quando (2) venientibus vobis de partibus ultra marin s (3) eram Capitaneus populi civitatis Bononiæ, qui eram tunc cum Bononienſibus in exercitu cont·a Furlivium, aut qui perſonam veſtram jucundiſſime . . . . mente, ſub cuj s tentorio dormire benignitas regia dedignata non fuit; quem inter ſuos fideles adm·ſit judicium regium, a quo promiſſionem accepit, quod de manu veſtra cingulum acciperem militarem, cui de liberalitate veſtra multum honorem, & grata beneficia ſpopondiſtis. Hæc ſufficiant ad excitationem memoriæ principalis de illo, qui totus eſt Regiæ dominationi ſubjectus. Nunc de conditionibus meis certam facio cautionem. Extra patriam propriam quodam ſteti tempore, ac fui plurimum tribulatus; ſed tribulationibus proſperitate ſicut Domino pl·cuit ſuccedente modo ſum in patria cum amicis. Qui ne pa·periorib. . . . . ores vicinos, ſeu compatr·otas aliqu·s non habemus. Sum inter milites domini Marchionis Montisferrati, qui Mediolan., Papien., Vercellen. quaſi omnes Lombardos ſuo dominio moderatur, & quotidie creſcit gloria, honore, & pro bonitate ſua plurimum defert mihi. Cupio autem honorem promiſſæ militiæ de veſtræ ſerenitatis accipere manibus, & paratus ſum propter hoc ad beneficentiam Regiam me conferre. Indere (4) dignetur itaque veſtra ſublimitas reverenda ſuper intentione ſubjecti evocationis noſtræ ſicut ei videbit, & inſtruere dignetur, qualiter me venire voluerit ſociatum. Et ego fideliter obſequar, atque promptæ Regiæ juſſioni, quam in omnibus adimplerem non præſp·ciens periculo vitæ meæ. Nam ipſam pro exaltatione Regia poſcerem (5) incunctanter. Vivat, & g·audeat Regia celſitudo juxta ſuæ deſideria voluntatis, & reſponſionem medio latoris præſentium deſidero mitti. Datum Mediolani XVIII. die maii.

(1) *Non* MCCLXXV. *ut Rymer.*
(2) *Quondam* vel *aliquando.*
(3) *Hoc evenit an.* MCCLXXIII.
(4) *Forte* innuere.
(5) *Forte* ponerem.

Litteræ ejuſdem de ſua profectione ad Regem pro cingulo militari. apud eumdem Rymer T. II. pag. 1063.

MCCLXXX. 90

S. R. M. domino Edoardo Dei gratia Regi Angliæ, domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ domino quampl·rim. . . . . honorand. . . . . Jacobus Amarotus Lanzavecchia totus ſuus cum recommendatione ſe ipſum. Literas magnitudinis, & dominationis veſtræ mihi miſſas vidi, & recepi animo . . . . . tamquam de Domino ſpeciali; & de hoc, quod dominatio V. ſic benigne voluit mihi ſignificare, quod cum mihi placeret ad potentiam veſtram dirigens greſſus meos, quod cingu·um militiæ habere poteram, & quod ſimiliter comitivam ducere poter. . . . ob hanc cauſam ſecundum metas (1), & proprias facultates. It (*aque*) . . . . veſtræ . . . . ſupplico toto poſſe flexis genibus, prout ſerviens debet facere Domino ſpeciali ex nunc uſque tunc, quo mei oculi corporei majeſtatem veſtram viderunt, ſui omnimode ſupplicatus (2) magis cupiens vos perſonaliter revidere, quam aliquem Dominum hujus mundi. Et Domino dante cum expeditus ero a factis, & negotio Domini Guilielmi illuſtris Marchionis Montisferrati, cum quo ſum pro Capitaneo militum Alexandrinorum, qui ibi ſunt. Et factis ſervitiis ipſius Domini Marchionis, qui eſt Capitaneus totius partis noſtræ imperii Lombardiæ, & facta curâ Domini Marchionis, quam citius cum amicis imperii Lombardiæ ad bonum erunt effectum mancipata, in brevi ad majeſtatem veſtram cum omitiva decenti, & juſta ſecundum facultates meas prætermiſſis omnibus veniam paratus nunc, & tunc veſtra præcepta integraliter obſervare.

Datum in obſid one Orani (3) Communitatis (4) Mediolani 15. octobris.

Poſt tergum.

Sacræ Regiæ majeſtati Domino Eduardo Dei gratia Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ ſpeciali (5).

(1) Meas. (2) Fui omnimode implicatus.
(3) *Corrige* Ozeni. (4) Comitatus.
(5) *Subintellige* Domino.

MCCLXXX. 91

Notitia compoſitionis initæ inter Thomam Comitem Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati circa reſtitutionem Taurini, caſtrorum arcis, portis, & baſtitæ, & villæ Grugliaſchi. Ex arch. Jucal. Pr. contractuum fol. 177. lib. 2. fol. 15. Terrar. in Col e·an., qui conjectabat legendum MCCLX.; at rationem ignoro. Benv. enim a S. Georg. videtur de hac eadem compoſitione verba facere ad an. MCCLXXX. pag. 75.

MCCLXXXIII. 92

Notitia fidejuſſionis a Gullielmo Marchione Montisferrati Oberto Epiſcopo Aſtenſi præſtitæ pro fratribus Cacciis Bagiennarum incolis circa eorum fidelitatem, atque obſequium eidem Epiſcopo in poſterum ab ipſis obſervandum. Ex indice lib. Vir. Eccl. Aſten.

Pacta inter Fridericum Abbatem S. Dalmatii de Pedona, & Thomam Marchionem Salutiarum. Ex archiv. Epiſc. Eccl. Monregalenſis.

93 MCCLXXXVII.

Hæc eſt forma concordiæ factæ inter venerabilem virum dominum Fridericum Abbatem Monaſterii S. Dalmatii de Burgo ex una parte, & illuſtrem virum dominum Thomam Marchionem Salutiarum, & dominum Cunei ex altera ſuper facto Centalli. Primo quod dictus dominus Thomas Marchio prædictus habeat per ſe, ſuoſque hæredes tres partes omnium bannorum, & pœnarum, quæ offendentur in Centallo, vel territorio Centalli per quamcumque perſonam, & quacumque occaſione, & tres partes omnium datarum, quæ obvenerint in Centallo, & dominus Abbas prædictus nomine dicti Monaſterii habeat, & habere debeat quartam partem. Item quod in ſucceſſionibus mobilium cujuſcumque perſonæ, quæ mobilia pervenirent ad dominum, dictus dominus Marchio habeat duas partes, & dominus Abbas tertiam. Item quod in ſucceſſionibus immobilium tertiis, & acconſamentis dominus Marchio habeat medietatem, & dominus Abbas aliam medietatem a quocumque dictæ res teneantur, ſive a dicto domino Abbate, ſeu Monaſterio prædicto. Item quod in omnibus molendinis, furnis, paratoriis, & batenderiis, quæ ſunt, vel in futurum fierent in poſſe, vel in territorio Centalli, & in omnibus paſcaticis, & aquagiis, dictus dominus Marchio habeat medietatem, & dictum Monaſterium aliam medietatem. Item quod dictus dominus Marchio ejus arbitrio ponat Caſtellanum, ſive Rectorem in Centallo, qui regat, & juſtitiam reddat, & imperium, & juriſdictionem exerceat, & omnes redditus recipiat, qui pervenerint ibidem occaſionibus ſupradictis, vel aliqua ipſarum. Item quod dictus Caſtellanus, ſive Rector, qui ibi pro temporibus fuerit, teneatur ſingulis quatuor menſibus integram rationem reddere, & facere dicto domino Abbati, ſeu ejus nuncio de dictis redditibus, & eidem Abbati, ſeu ejus nuncio ſine diminutione aliqua partem eidem Abbati contingentem conſignare ſecundum formam ſuperius denotatam, & jurare in manibus dicti Abbatis, vel ejus nuncii prædicta bona fide, & ſine fraude obſervare. Item quod prædictus dominus Marchio in omnibus hominibus Centalli, & habitantibus ibidem habeat pacem, & guerram, exercitum, & cavalcatam, ſuccurſus, & andatas ad ſuam voluntatem. Item quod quilibet, qui habitaverit in Centallo, teneatur jurare fidelitatem dicto domino Marchioni, & dicto domino Abbati, ſalvis pactis ſupra, & infraſcriptis. Item quod dictus dominus Marchio habeat caſtrum Centalli cum fortalitiis ipſius caſtri.

Actum Cunei in vergerio fratrum Minorum præſentibus teſtibus fratre Martino, & fratre Johanne Marcha, & fratre Oddino Vardiano, & Vuillelmo Lombardo de Revello Notario, & domino Manfredo Rogerio ſub anno Domini MCCLXXXVII., die Veneris vigeſimaprima februarii, & inde juſſa ſunt fieri duo, vel plura publica inſtrumenta.

Et ego Jacobus Rembertus hanc cartam rogatus ſcripſi.

MCCLXXXIX. 94

Notitia libelli, quo fratres Ceccie approbant fidejuſſionem eorum nomine a Marchione Montisferrati præſtitam Epiſcopo Aſtenſi, ac ſe hujus fidei, atque arbitrio committunt. Extat in lib. Vir. Eccl. Aſten.

Summa juramenti præſtandi a Matteo Vicecomite Duce populi Mediolanenſis adverſus Marchionem Montisferrati etc. Ex Corio edit. Mediol. an. 1505. in fol. pag. 118.

MCCLXXXVIIII. 95

Ad honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & gloriosæ Virginis Mariæ ſuæ Matris, & B. Ambroſii Confeſſoris noſtri, & B. B. Vincentii, Agnetis, & Dionyſii, & omnium Sanctorum ſanctæ Matris Eccleſiæ, & ſummi Pontificis, & domini Regis Romanorum, & ad conſervationem ſtatus venerabilis Patris domini Ottonis ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, & ad bonum tranquillum, & pacificum ſtatum populi, & etiam Commune Mediolani, ac omnium amicorum, & ad mortem, & deſtructionem Marchionis Montisferrati, & omnium ejus ſequacium, vos domine Capitanee jurabitis regere populum Mediolani ab hodie in antea hinc ad annos quinque proximos venturos bona fide ſine fraude, & quod cuſtodietis, & ſalvabitis hunc populum hinc ad ipſum terminum, & dictum populum conſervabitis, & manutenebitis in ſuo honore, & ſtatu, & magnitudine, & quod manutenebitis ipſum dominum Archiepiſcopum in ſuo ſtatu, & magnitudine, & quod manutenebitis Reformatores, & conſilium, & ſtatuta, & ordinamenta populi, & Communis Mediolani facta, & facienda, & quod defendetis ipſum populum, & Commune Mediolani toto poſſe modis omnibus, & ſpecialiter ipſum populum; & ſi prædicta deficerent quod obſervabitis leges Romanas.

Deditio Albertini, & Manfredi Marchionum Inciſæ, & Raimundi, & Jacobi fratrum, ac filiorum Oddonis Marchionis Inciſæ de ſuis terris Inciſæ, Caſtrinovi, Carentini, Vallium, & partis Belvederii (Malamorte) *Reipublicæ Aſtenſi. Ex Auguſt. ab Eccl. in ſua deſcript. MS. Pedem. Ciſpad. cap. XIIII., qui eam ex chronicis Alferii exſcripſiſſe teſtatur.*

MCCLXXXXII. 95

Anno Domini MCCLXXXXII, die lunæ menſis ..... actum Aſtenſe in domo Rolandi Peletæ, in qua ſtant teſtes dominus Raimundus Chachiranus Judex, Robertus Peletta, & Ubertus dominus, quorum præſentia dominus Rolandus Thomas, Ubertus de Govono, Andreas Layolus, Conradus Malabailæ quatuor ſapientes civitatis Aſtenſis, & a Rectoribus minutis dicti populi habentibus generalem Bayliam a Communi Aſtenſi, & nomine, & vice Communis Aſtenſis, & pro ipſo Communi in auctoritate ipſius Bayliæ, & omni jure, modo,

Digitized by Google

& quo melius potuerat ex una parte, nobiles viri dominus Albertini Marchio suo nomine, & Manfredi Marchionis patris sui, & Raimondinus Marchio de Henciſia suo nomine, & nomine Jacobini Marchionis de Henciſia fratris sui pro se, & eorum hæredibus, & succeſſoribus, & ab eiſdem deſcendentibus ex altera parte convenerunt, pepigerunt, & contraxerunt, tractaverunt per ſtipulationes ſolemniter interpoſitas, firmaverunt, & promiſerunt videlicet pro prædictis bonis Rolandus Thomas, Ubertus de Govono, Andreas Layolus, Malabaila quatuor ſapientes Communis Aſtenſis ex baylia eis conceſſa, & ſuperius memorata, & infraſcripta, & omni jure, & modo, quo melius potuerunt nomine vice Communis Aſtenſis, & pro ipſo Communi, & ad inſtantiam prædictorum dominorum Albertini, & Raimondini eorum propriis nominibus, & nomine infraſcriptorum dominorum de Henciſia, & per ſe, & eorum hæredibus, ſucceſſoribus, & deſcendentibus ab eiſdem, vel aliquo ipſorum aſſumſerunt, & receperunt ipſos, & quemlibet ipſorum eorum propriis nominibus, & prædictorum in cives civitatis Aſtenſis ab hodie in antea, ita quod ſolvant, & ſolvere debeant fodrum Communi Aſtenſi de libris centum Aſtenſibus perpetuo quoties civitas Aſtenſis ad fodrum, ſive collectam pervenient, & de acquiſitis quæ facient in civitate Aſtenſi, vel poſſe ipſius, vel aliquis ipſorum ſecundum modum, & formam aliorum civium civitatis Aſtenſis in civitate Aſtenſi habitantium, & de pluri, ita quod de pluri, ſeu ultra prædictam quantitatem non poſſint gravari ipſi, vel aliquis ipſorum, vel ab eis deſcendentium, nec eis, vel alicui ipſorum ultra poſſit, & debeat pro Communi Aſtenſi, ſeu nomine ipſius aliqua impoſitio, exactio, compulſio, vel aliquod aliud, quod dici, vel excogitari poſſit, injungi, imponi, vel auferri ſalvis his, quæ inferius deſcribentur, & acta ſunt inter ipſas partes, ſed habeant, gaudeant, utantur, & fruantur ipſi, & quilibet ipſorum omnibus, & ſingulis beneficiis, privilegiis, & immunitatibus, quo ſeu a quibus habent, utuntur, ſeu fruuntur cives habitatores in civitate Aſtenſi. Item voluerunt prædicti domini de Henciſia pro ſe, & eorum hæredibus, ſucceſſoribus, & ab eiſdem deſcendentibus, & promiſerunt prædictis quatuor ſapientibus civitatis Aſtenſis ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & vice Communis Aſtenſis, & pro ipſo Communi, quod ipſi de Henciſia pro ſe, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus, & ab eiſdem deſcendentibus, & per totam eorum terram poſſe, & diſtrictum videlicet de infraſcriptis locis, & pro ipſis &c.

Scilicet, ut Auguſtinus ab Eccleſia prædixerat, caſtra, & loca Inciſæ, Caſtrinovi, Carentini, Vallium, & partem Malæmortis, ſive Bevederis. Hac vero recenſita conventione pergit idem Cl. auctor ex Alpherii chronico narrare Oddonem Jacobini, Guerrieri cognomine, & Raimundini patrem fœdus a filiis percuſſum confirmaſſe; at cum Aſtæ ſubito fortuna ad partem Guelphan fuiſſet converſa Oddonis M. filios e civitate expulſos fuiſſe. Quibus rebus factum fuit, ut ipſi relictis Aſtenſibus ad Johannem Marchionem Montisferrati Ghibellinæ factionis principem accederent, eique fidelitatem jurarent. Hæc res cum Aſtenſes graviter offendiſſet, captum ab hiſce conſilium eos bello oppugnandi. Raimundus a Philippo Achajæ principe Solariis confœderato Canellis, quæ maxima ex parte ad ipſum ſpectabat, cedere coactus fuit. Inciſa arx quoque a Guelphis Alexandriæ civitatis capta, ac diruta, Jacobus prælio fuſus, ac captivus in Alexandriæ carceres ductus, ubi manſit ad annum uſque MCCCXII., quo Civitas pulſo Roberto Rege ad Ghibellinos tranſierat. Tunc libertatem adeptus ſe totum Theodoro Marchioni Montisferrati, ejuſque factioni promovendæ addixit.

Inveſtitura oppidi Centalli facta ab Abbate ſancti Dalmatii de Pedona Manfredo Marchioni Salutiarum. Ex Tabul. Epiſ. Eccl. Monregal.

MCCLXXXXVII. 97

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, indictione decima, die ſabati, decima nona menſis januarii in caſtro villæ in ſala præſentibus teſtibus domino Antonio Aycardo de Bargis, domino Vullielmo Provana de Carignano, domino Petro Teſio de Carmagnolia judicibus, & Nicolao de Coſtigloliis vocatis, & rogatis, cum ſuper facto caſtri, villæ, territorii, juriſdictionis Centalli, & redditurum dicti loci, & pluribus aliis rebus pertinentibus ad locum Centalli olim controverſia ventilata fuiſſet inter venerabilem virum dominum Fridericum Dei gratia Abbatem Monaſterii ſancti Dalmatii de Burgo, & illuſtrem virum dominum Thomam quondam Marchionem Salutiarum, & dominum Cunei concordia facta fuiſſet ſecundum tenorem pactorum infraſcriptorum, prout prædictus dominus Abbas, & illuſtris vir dominus Manfredus nunc Marchio Salutiarum aſſerebant, & dicta concordia, pactaque concordiæ approbata fuiſſent per dominum Guidonem de Placis Vicarium generalem venerabilis Patris domini Epiſcopi, Aſtenſis Eccleſiæ prout contineri apparebat per quoddam publicum inſtrumentum ſcriptum manu Ardicionis Bruni Notarii ſub anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, indictione prima, die lunæ duodecima menſis januarii &c., & etiam approbata, & confirmata fuiſſent per prædictum dominum Epiſcopum ut contineri dicebatur in inſtrumento publico ad faciendum recepto per prædictum Ardicionem Notarium anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, indictione prima, die Veneris vigeſimanona menſis octobris &c., & prædictus dominus Abbas inſtaret, & requireret prædictum dominum Manfredum Marchionem prædictum, quatenus prædicta pacta inferius denotata ipſi Abbati in Monaſterio attenderet, & obſervaret tamquam utilia ipſi Abbati, & Monaſterio prædicto, proteſtareturque dominus Abbas dictum dominum Manfredum inveſtire, & ab ipſo nunc Marchione inveſtituram peteret ſecundum tenorem prænominatorum pactorum prædictus dominus Manfredus volens prædicto domino Abbati, & Monaſterio complacere preces ipſius domini Abbatis effectualiter exaudivit ab ipſo domino Abbate inveſtituram ſecundum infraſcripta pacta requirens, & fidelitatem offerens, qua requiſitione,

& oblatione facta prædictus dominus Abbas pro bono, & utilitate maxima dicti Monasterii prædictum dominum Manfredum cum uno ense, quem in manu habebat, investivit in nobili, & gentili antiquo, & paterno feudo, ita quod in nullo novi feudi naturam sortiatur, maxime consortiri non debeat, & quia antiquum feudum fuit, ut asserebat dictus dominus Abbas, & dictus nunc Marchio penes antecessores utriusque de castro, villa, & territorio Centalli mero mixto imperio, & jurisdictione, & omnibus aliis quacumque ratione, vel causa pertinentibus, vel pertineri debentibus ad dictum castrum, & villam, vel aliquem ipsorum, etiamsi prædicta requirerent expressionem secundum pacta inferius denotata; qua quidem investitura ut supra facta dictus dominus Marchio dicto domino Abbati nomine dicti Monasterii corporaliter fidelitatem juravit, & omnia attendere, & observare, quæ in forma fidelitatis nova, & veteri continentur. Pactorum autem superius nominatorum olim factorum inter prædictum dominum Abbatem, & prædictum dominum Marchionem quondam Thomasum, & nunc approbatorum secundum quod superius dictum est per prædictum dominum Abbatem, & prædictum nunc Marchionem tenor talis erit. Hæc est forma concordiæ factæ &c. *Vide supra ad ann. MC.LXXXVII. N.* 93.

riistius Morenzanus Judices, Ambaxatores, Sindici, & Procuratores Communis, & hominum Cas (2), ut de ipso sindicatu constat publicum instrumentum factum dicto anno, die lunæ vigesimoseptimo mensis aprilis etc.

(1) *Benv. a S. Georgio pag.* 82. *mentionem facit hujus fœderis sub. an. MCCIX. sub die* 18. *martii, quæ cum sive typographi oscitantia, sive auctoris errore corrupta sint, juxta hoc Muratorianum exemplar quoad annum, & diem sunt emendanda Dies enim XVIII. martii erat dies lunæ, non Dominica, uti hic recte.*

(2) *Benv. a S. Georgio inter Confœderatos ponit Oppidum Casalis, quod hoc anno sui juris erat. Nam illius deditio Marchioni Montisferrati facta fuit an.* 1303. 25. *julii.*

Fœdus inter Marchiones Estenses Azonem VII., & Franciscum, Marchionem Montisferrati, Papienses, Cremonenses, Bergomenses, Novarienses adversus Matheum Vicecomitem. Ex Murat. Ant. Esten. par. II. cap. 3. *pag.* 60.

98 MCCXCIX.

In Christi nomine anno ejusdem Nativitatis MCCXCIX., indictione duodecima, die Dominico tercio mensis maii (1) in Civitate, & palatio novo Civitatis Papiæ fuerunt infrascripti Sindici Procuratores, & Ambaxiatores, videlicet Nuncii, & legitimi Procuratores domini Azonis Estensis, & Anconitani Marchionis, & similiter domini Francisci fratris ejusdem, ac etiam Sindici, & Procuratores Communis Ferrariæ, Sindicus Communis Mutinæ, Sindicus Regii, & dominus Johannes de Saluciis Nuncius, & Procurator illustris, & magnifici viri domini Johannis Marchionis Montisferrati, ut de ipsa procuratione constat publicum instrumentum factum dicto anno, die Dominica vigesimosexto aprilis per Odonem de Bargona Notarium, & dominus Ugolinus Judex, & dominus Oddo de Bargona Notarii Ambaxatores dicti domini Marchionis Montisferrati, & Sindicus Cremone, & Ambaxatores Cremone, & Sindicus Pergami, & discretus vir dominus Franciscus de Mussis Sindicus Nuntius, & Procurator Communis, & hominum civitatis Verzellarum, ut de ipsa procuratione constat publicum instrumentum factum dicto anno, die Veneris vigesimoquarto aprilis per Johannem de Pauda Notarium continetur. Et dominus Ubertus de Tizonibus, Simon de Colobiano, Janselmus de Palestro, Nicolinus de Salamonte Ambaxatores Communis, & hominum Verzellarum, & Sindicus, & Ambaxator Novayre. Et discreti viri dominus Jacobus de la curte, & Ca-

99

Notitia concessionis unius ex quatuor partibus juris in castrum, & oppidum Rossannæ ab Oberto de Rossana Marchione Buschæ factæ Manfredo Marchioni Salutiarum salvis juribus Ecclesiæ Taurinensis, a qua Obertus illud accepit. Scritture della Mensa di Torino Maz. 24. *N.* 3. *Terraneo.*

MCCCV. 100

Notitia concessionis castri, atque oppidi Rossanæ in feudum Equiti Gullielmo de Rossana Marchioni Buschæ factæ ab Episcopo Taurinensi. Scritture della Mensa di Torino Mazzo 24. *N.* 8. *Terraneus.*

MCCCVI. 101

Notitia compromissi Thedisii Episcopi Taurinensis, & Amedei Comitis Sabaudiæ, & Margheritæ ejus filiæ, ex morte Johannis Marchionis Montisferrati viduæ propter dissensiones inter eos exortas circa Lanceum, ac ejus vallem. Scritture della Mensa di Torino Mazzo 10. *N.* 6. *Terraneus.*

Concessio fiduciaria quartæ partis Carii Jacobino Marchioni Saonæ tradita a Franceschino Marchione de Carreto. Ex Collectione Docum. penes J. C. Boscum R. Pareti Judicem.

MCCCX. 102

Anno Domini MCCCXLIX., indictione secunda, die decimosexto mensis decembris. Hoc est exemplum cujusdam publici instrumenti originalis sumpti ad instantiam egregii viri domini Alberti de Carretto Marchionis Saonæ insinuati, & auscultati coram discreto viro domino Martino de Judicibus de Spigno Potestate Spigni pro DD. Marchionibus de Ponzono, & de ipsius D. Potestatis mandato, auctoritate, & decreto autenticatum &c. Cujus instrumenti originalis tenor talis erit.

Anno Domini MCCCX., indictione octava, die vigesimoquinto mensis januarii dominus Franceschinus Marchio de Carreto filius quondam bonæ memoriæ domini Albertini Marchionis de Carreto dedit, & commisit in feudum nobile, & gentile, antiquum, & paternum, & nomine nobilis, & gentilis feudi paterni, & antiqui Jacobino filio egregii viri domini Henrici de Carreto Marchionis Saonæ ibidem præsenti, & recipienti pro se, suisque hære-

Digitized by Google

dibus masculis, & feminis ex se descendentibus quartem totius castri, villæ, hominum, territorii, & jurisdictionis Carii Albensis Diocesis excepta portione Boschi montis Notoli, quem tenebat dominus Ugo Marchio de Carretto, quando tenebat castrum, & villam Degi in totum; & quod castrum prædictum, & villa Carii cum prædictis, & pertinentiis suis fuit quondam ipsius domini Ugonis. Item quartam partem partis hominum, & pedagii, & jurisdictionis Carcharārum, Buzilii, & Altaris Albensis Diocesis, quæ quidem fuerunt similiter domini Ugonis prædicti, dedit, inquam, & concessit dictus dominus Franceschinus prædicta dicto Jacobino in feudum, ut supra, videlicet ea lege, modo, natura, & forma, qua vel quibus tenebat, vel quasi prædicta in feudum dominus Ugo prædictus a Communi Januæ, sive tenet, vel tenere debet dictus dominus Franceschinus cum mero, & mixto imperio, cum titulo, & signoria, & omni modo, jurisdictione, & Vassallis, & juribus Vassallorum, nec non hominibus, & fidelitatibus hominum, cum omnibus juribus, & suis pertinentiis, sive illa consistant in mero, & mixto imperio, & aliis, ut supra, sive domibus, fortaliitiis, bannis, fodris, justitiis, appellationibus, reclamationibus, latis, accazamentis, laudamentis, novenis, terris cultis, & incultis, vineis, pratis, nemoribus, rupibus, pescheriis, ripagiis, venationibus, aquarum decursibus, tractibus terarum, debitis, fictis, censibus, decimis, leziis, pedagiis, successionibus, furnis, molandinis, tulonibus, sive paratoriis, batenderiis, sive redditibus, godiis, proventibus, perceptionibus, & obventionibus quibuscumque, & demum omnibus, & universis, & singulis pertinentibus, seu spectantibus, dependentibus, & demergentibus qualiacumque sint, vel esse possint, aut quocumque nomine dici, vel valeant censeri, aut etiam nuncupari ad habendum, tenendum, vel quasi & possidendum etiam quocumque nomine nobilis, & gentilis feudi paterni, & antiqui, ut supra ipsi Jacobino placuerit faciendum sine conditione (1) dicti domini Franceschini, suorumque hæredum, de quibus omnibus, & singulis supradictis, & infra idem dominus Franceschinus cum uno baculo, quem in manu tenebat eundem Jacobinum legitime investivit cedens, & mandans dictus dominus Franceschinus ex causa prædicta ipsi Jacobino pro se, suisque hæredibus stipulante in prædictis, & quolibet prædictorum, omnia jura, omnesque actiones reales, & personales, utiles, & directas mixtas rei prosecutorias, & pœnales ita, & taliter, quod deinceps idem Jacobinus uti valeat donationis ut supra, & juribus, & actionibus supradictis, & ex ipsis agere, experiri, excipere, replicare, per quem jus, modum, melius competenter, & omnia, & singula dicere, facere in præmissis, & circa præmissa, quæ jura postulant, & requirunt, & quæ verus, & legitimus feudatarius facere potest constituendo Jacobinum prædictum, ut in rem suam, procuratorem, directum Vassallum, & jure debito institutum, quæ omnia, & singula prædicta Franceschinus prædictus per se, & hæredes, & successores suos promisit solemniter, convenit ipsi Jacobino recipienti pro se, & hæredibus suis, & mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti nomine, & vice Jacobini prædicti, & omnium, quorum interest, intererit, vel poterit interesse, rata, & firma habere perpetuo, & tenere, & nunquam aliqua subtilitate juris, vel facti pro se, vel per interpositam personam, contrafacere, vel venire sub obligatione, & hypotheca omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum, quibus omnibus sic peractis memoratus dominus Franceschinus ex certa scientia recommendavit dicto Jacobino fidelitatem, seu sacramentum fidelitatis de prædictis. Qui Jacobinus promisit dicto domino Franceschino fidelitatem debitam facere quandocumque per prædictum dominum Franceschinum fuerit requisitus inde, & omnia facere, quæ in capitulis fidelitatis faciendæ debite continentur referendo dicto domino Franceschino in omnibus, & singulis antedictis exceptioni doli, conditioni sine causa, vel ex injusta causa fori privilegii, & omni juri sibi competenti, & competituro, canonico, & civili, quo, vel quibus posset in aliquo se tueri contra prædicta, vel aliquod de prædictis.

Actum in castro Spigni in caminata dicti castri ibi fuerunt testes vocati, & rogati dominus Conradinus Marchio de Ponzono, dominus Vilhelmus Zachinreaghus Judex de Alba, Manfredinus de Burgomalo, Joanninus de Burgomalo, & Manfredus filius naturalis domini Enriceti de Ponzono Marchionis subscript. &c. cum signo tabellionatus antepositio. Ego Jacobus de Niella Notarius sacri Palatii his omnibus præsens interfui, & hanc cartam scripsi.

Subscript. &c. ut supra. Ego Bertolinus de Judicibus de Spigno Notarius de mandato dicti domini Potestatis, & Judicis præsens instrumentum scriptum cum Notario supratcripto cum originali instrumento scripto manu suprascripti domini Jacobi de Niella Notarii, legi, & excultavi cum infrascriptis Notariis rogatis etc. simul utrinque instrumentum concordare inveni, ideo me in testem subscripsi, & signum meum consuetum apposui, ut dicto instrumento autenticato detur sicut originali de cætero plena fides.

Subscript. etc. ut supra. Ego Federicus de Bisertis dictus Mayrana Notarius de mandato dicti domini Potestatis præsens instrumentum cum suprascriptis Notariis cum originali instrumento legi, & auscultavi, & quia simul utrumque concordare inveni, ideo me in testem subscripsi, & signum meum apposui, ut de cætero plena fides tamquam originali dicto instrumento adhibeatur.

Subscript. etc. ut supra. Ego Joanninus Bachius de Spigno de mandato dicti domini Potestati præsens instrumentum cum originali instrumento scriptum manu prædicti Jacobi Notarii legi, & excultavi coram dicto domino Potestate unacum Notariis suprascriptis, & infrascriptis, & quia utrumque simul concordare inveni, ideo mei Notarii in testimonium prædictorum subscripsi, & signum meum consuetum apposui, ut de cætero plena fides adhibeatur præsenti instrumento autenticato sicut originali.

Subscript. etc. ut supra. Ego Gullielmus de Judicibus de Spigno Notarius præsens instrumentum de mandato dicti domini Potestatis cum originali scripto manu dicti Jacobi de Niella Notarii cum suprascriptis

Notariis legi, & auſcultavi, & quia utrumque ſimul concordare inveni, ideo me in teſtem ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui, ut dicto inſtrumento autenticato ſicut originali de cætero plena fides.

Iterum ſubſcript. etc. ut ſupra. Ego Enricus Zaborella de Spigno Notarius publicus præſens inſtrumentum de originali inſtrumento ſcripto manu ſupradicti Jacobi de Niella Notarii de mandato dicti domini Poteſtatis, & ad requiſitionem dicti domini Alberti fideliter ſicut in ipſo originali inveni, extraxi, & ſcripſi, & dictum inſtrumentum cum prædicto inſtrumento originali una cum ſupraſcriptis Notariis auſcultavi, & legi, & quia utrumque concordare inveni in præſentia dicti domini Poteſtatis, & Judicis, ideo me in teſtem, & teſtimonium prædictorum ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui. Qui dominus Poteſtas prædictis omnibus conſenſit, & prædicta omnia comprobavit, laudavit, ſuamque autoritatem interpoſuit, & decretum, ut dicto inſtrumento autentico de cætero, & in perpetuum adhibeatur plena fides.

(1) *Lege* contradictione.

103 MCCCXII.

Notitia donationis caſtri, ac oppidi Boveſii Epiſcopo Aſtenſi factæ a Manfredo Marchione Buſcheæ, ac ſubſequens eidem Marchioni in feudum conceſſio tam Boviſii, quam aliorum jurium in Bagiennis ſuperioribus cum facultate acquirendi in tota Aſtenſis Epiſcopi juriſdictione inter Tanarum, & Sturiam Bredulo excepto hac lege, ut omnia Eccleſiæ Aſtenſi accepta referat. Lib. Vir. Eccl. Aſt.

MCCCXII. XIX. octobr. Notitia promiſſionis juratæ fidelitatis a popularibus Boveſii Guidotto Epiſcopo Aſtenſi præſtitæ: in eodem lib. ubi, & alia charta exſtat conventionum a dominis Boveſii initarum ſub anno MCCXXII.

104 MCCCXIII.

Fragmentum teſtamenti Franceſchini de Carreto ex Marchionibus Saonæ. Vide infra documentum anni MCCCL. VII. martii, *cui eſt inſertum.*

Teſtamentum D. Tiburgiæ uxoris quondam D. Alberti Marchionis de Carreto. Ex Tabulario J.C. Boſchi Regii Judicis Pareti.

105 MCCCXXIIII.

Domina Tiburgia uxor quondam domini Alberti bonæ memoriæ Marchionis de Carreto in habitu ſororum ordinis tertii de pœnitentia ſana mente licet debilis, & egra talem de ſe, & rebus ſuis facit diſpoſitionem. Imprimis vult, & eligit ſepelliri apud fratres Minores de Janua ſi contingerit eam decedere in Dioceſi Januenſi. Si autem alibi decederet, eligit ſepelliri apud illos fratres, qui erunt, vel morabuntur in loco viciniori ſui obitus. Item legat pro ſua ſepultura fratribus Minoribus de Janua, vel alibi apud quos ſepulta fuerit libras decem Januinorum. Item legat fratribus Minoribus de Janua pro Miſſis celebrandis libras decem Januinorum. Item legat fratribus Minoribus de Chario ad ..... ſolvendas libras quinquaginta Jan., quas ſic deponit, & teneantur fratres emere unum calicem convenientem, unum paramentum pro ſacerdote, & unum palium conveniens pro altare ſanctæ Mariæ, in quibus omnibus expendant uſque ad libras trigintaquinque; reliqua autem ſint pro duo milia Miſſis. Item fratribus Minoribus de Saona pro Miſſis libram unam Jan. Item fratribus Minoribus de Seſto pro Miſſis libram unam Januen. Item fratribus de Albario pro Miſſis libram unam Jan. Item fratribus Minoribus de Clavaro pro Miſſis libram unam Jan. Item fratribus Minoribus de Naulo pro Miſſis libram unam Jan. Item legat fratri Giulio de Rippa libram unam. Item fratribus Minoribus de Albing. pro Miſſis celebrandis libram unam Jan. Item fratribus Minoribus de Cortimilia, de quibus ematur unum palium libras decem Jan., & pro Miſſis libras quatuor. Item fratribus Minoribus de Albe pro Miſſis libram unam Jan. Item fratribus Minoribus de Caſſinis pro Miſſis libram unam Januen. Item fratribus Minoribus de Alexandria libras duas Jan. Item fratribus de Aquis pro mille Miſſis libras quatuor Jan. Item fratribus Prædicatoribus de Janua pro una capella, in qua teneantur celebrare pro anima ſua, & ſuorum defunctorum libras nonaginta, & vult quod habeat de proventu ſuorum locorum, qui ſunt in Communi Januæ in compera librarum quadragintamilia annuatim libras tres pro iſto tempore, ſi vero loca deveniunt ad ſtatum priſtinum, habeant libras decem, quo uſque fuerit eis plenarie ſatisfactum. Item fratribus Prædicatoribus de Albing. pro Miſſis libram unam. Item fratribus Prædicatoribus de Alexandria libram unam. Item fratri Gregorio de Alexandria de ordine Prædicatorum libram unam. Item legat fratri Gabrieli de Quinto libram unam. Item fratri Johannino de Bertolomeo libras duas. Item fratri Giulio de Scorzano libras duas. Item Item fratri Belengerio de Mari libram unam. Item fratri Elinerio de Mari libram unam. Item fratri Petro de Rochetta libram unam. Item fratri Lanfranco de Saona libram unam. Item fratri Fineto boſeto de Alexandria libras duas. Item fratri Guillelmo Pomelleto de Aquis libras duas. Item fratri Johanni de Muzavia de Terdona libram unam. Item fratri Miliano de Valentia libram unam. Item ſororibus minoribus de Alba pro Miſſis, & orationibus libram unam. Item ſororibus minoribus de Alexandria pro Miſſis, & orationibus libram unam. Item ſororibus minoribus de Calignano pro Miſſis, & orationibus libram unam. Item ſororibus de Banno pro Miſſis, & orationibus libram unam. Item ſororibus de Avenorio (1) libram unam. Item ſororibus de Maſema libram unam. Item ſororibus de Valeclara libram unam. Item ſororibus de Beluora libram unam. Item ſororibus S. Bartholomei de Foſſa libram unam. Item dominabus fratrum Prædicatorum de Monaſterio novo libram unam. Item fratribus Arminiis pro Miſſis libras duas. Item fratribus ſanctæ Teclæ libram unam. Item Hoſpitali ſancti Antonii de Jan. pro pannis, & lectis infirmorum libras decem. Item Hoſpitali S. Johannis de Janua libras tres pro pannis infirmorum. Item aliis Hoſpitalibus de Janua a ſancto Lazaro uſque ad ſanctam Agatham dividendo per ipſa hoſpitalia ſecundum quod vide-

bitur ſui fidecommiſſariis libras decem. Item omnibus Eccleſiis de Janua a ſancto Lazaro uſque ad ſanctam Agatham, exceptis quibus legatum eſt ſupra, vel legatur infra pro qualibet ſolidum unum. Item pauperibus, & miſerabilibus, ac verecundis perſonis, & maxime quæ fuerunt expoliatæ de Janua, & pro puellis pauperibus maritandis libras quinquaginta ſecundum quod videbitur ſuis fidecommiſſariis. Item Eccleſiæ S. Mariæ de Cortimilio pro Miſſis, & ornamentis dictæ Eccleſiæ libras viginti. Item vult, & ordinat, quod fictum, quod ſibi tenetur dare Eccleſia de Veſemo poſt mortem ſuam remaneat dicta Eccleſia tali modo, quod illi, ad quos pertinet dictæ Eccleſiæ, teneantur dicere, vel dici facere duas Miſſas. Item legat ſorori Iſabellæ de Meſema pro ſuis neceſſitatibus unum locum, quem habet in Communi Januæ in compera libr. milia G. Item legat Franciſchæ de Rochetta domicellæ ſuæ libras centum. Item legat Andriolo filio quondam Petri Sartorii libras ſex. Item legat Agnexiæ famulæ ſuæ de Rocha libras ſex. Item legat fratri Henrico de Vignarolio ordinis fratrum Minorum pro ſuis neceſſitatibus libras quinque. Item legat Johanninæ de Rochetta uxori quondam Odoneti libram unam. Item legat Johanni de Rochetta filio quondam fratris Gulielmi de Rochetta libram unam. Item legat Andreæ de Montebaldono libras duas. Item vult, & ordinat, quod Tiburgina filia quondam domini Franceſchini de Carreto filii ſui ficti libras L., quod tenetur dare dictæ Tiburgiæ dominus Bonifacius de Rocha, taliter quod dicta Tiburgina teneatur ſolvere omni anno fratribus Minoribus de Cortimilio libras quinque Januen., quam medietatem ſibi legat pro falcidia, & in qua, ſeu de qua vult eam eſſe contentam, & tacitam, ſalvis libris quatuor milibus, in quibus dictæ Tiburginæ obligatur dominus Jacobinus de Carreto ex ceſſione, vel juribus, de quibus dicta domina Tiburgia fieri mandavit pro dicta Tiburgina publicum inſtrumentum. Item dimittit Elianæ filiæ ſuæ totam falcidiam, quæ ſibi cadit volens, & intelligens, quod dictam falcidiam extrahat de rebus, in quibus ſatisfacere debet dominus Jacobinus, & frater ejus Manfredus de Carreto dictæ dominæ Tiburginæ ſcilicet de libris centum, quas ſibi dare tenentur annuatim poſtquam vendidit Spignum. Item vult, & ordinat, quod fratribus panperibus, & magis indigentibus judicio fratris Guillelmi de Sarzano fratris Franciſci de Bartolonis, vel guardiani in eorum abſentia, qui ſuæ interfuerint ſepulturæ, donent, & diſtribuant libras quatuor, ita quod nulli dentur pluſquam quinque ſolidi. Item vult, & ordinat, quod dicta filia ſua Iſabellina hæres, & fideicommiſſaria dictam hæreditatem habeat, & percipiat, tali modo videlicet quod teneatur ſolvere annuatim pro ſuo annuali, vel anniverſario procuratori fratrum minorum de Janua libras vigintiquatuor Januen., qui fratres ter in anno ſcilicet in vigilia Aſſumtionis B. Mariæ in Kalendis junii, & in die obitus dictæ dominæ Tiburgiæ celebrare Miſſas privatas, & unam conventualem pro animabus dictæ dominæ Tiburgiæ, & dicti domini Alberti viri ſui, & ſuorum defunctorum, & illis diebus fiat illis pietancia de illis quatuor libris. Item quod dentur qualibet libræ octo, & prædictis libris vigintiquatuor aſſignat dicta domina domum ſuam, in qua morietur, quæ eſt juxta domum dominæ Comitiſſæ Spinulæ ex una parte, & juxta domum dominæ Sibillinæ Porexinæ ex alia parte, in qua domo ſibi hæredem inſtituit dictam filiam ſuam Iſabellinam tali modo quod in vita ſua ſolvat illas libras XXIIII., & ultra dicta Iſabellina ſolvat conventui fratrum Prædicatorum pro tribus annualibus in diebus ſupradictis libras tres omni anno, & poſt mortem dictæ Iſabellinæ habeant dicti fratres alias libras tres, & reſiduum remaneat poſt mortem dictæ dominæ domus, remaneat libere Monaſterio donnarum ſanctæ Catherinæ de Luculo, tali modo quod ſi contigerit domum ipſam vendere, non poſſit eam vendere niſi de voluntate, & beneplacito donnarum Beghinarum manentium in Cannubeo (Carrubio), ubi poſita eſt dicta domus, ita quod pecunia de ipſa habita taliter ponatur, & diſtribuatur apud aliquam perſonam, vel locum, de qua, vel de quo dicti fratres fuerint contenti, quod dicti annuales fiant perpetuo, & dicta eleemoſina detur perpetuo dictis modis Abbatiſſæ ſanctæ Catherinæ de Luculo, quæ dictas pietancias faciat ipſis fratribus. Item vult, & ordinat, quod dicta Iſabellina filia, & hæres ſua teneatur de arnixio lecti dictæ dominæ dare duo linteamina pro infermeria fratrum Minorum de Janua, & duo pro infermeria fratrum Prædicatorum de Janua, totum autem arnixium pro lectis familiæ ſuæ diſpenſentur per hoſpitalia, & pauperes perſonas ſicut hæredi, & fideicommiſſariis viſum fuerit expediri, & reliquum omne arnixii, & totum maſſaritium reliquit Iſabellinæ filiæ, & hæredi. Item vult, & ordinat, quod de denariis, qui invenientur tempore ſui obitus, prius ſolvantur legata, & judicata pro anima ſua Eccleſiis, & pauperibus religioſis, & aliis pauperibus verecundis, & maxime mulieribus, & expoliatis, & arrobatis. Reliqua vero legata, & judicata, pro quibus dicta pecunia non ſufficeret pro illa parte, quæ reſtaret, ſolvantur de locis, quos habet in Communi Jan. Item legat ſororibus Beginis, quæ erant S. Auguſtini de Rocha libras duas Januenſes, & alias duas pro reparatione Tincæ dictæ Eccleſiæ. Item vult, & ordinat, quod capella S. Blaxii apud S. Auguſtinum de Spigno habeat libras duas. Item legat fratri Henrico heremito de Beſtagno libram unam. Item Margaritæ filiæ dominæ Falixiæ de Veſemo libr. III. Item ſororibus lib. II. Item Sibiliæ de Raucha lib. II. Item vult, & ordinat dicta domina Tiburgia, quod domina Valentina filia domini Bernabò de Auria uxor quondam domini Franciſci de Carreto non obſtante aliqua actione, vel pactione, quam faceret dicta domina Tiburgia, poſſit petere, requirere, & excutere ſuper Spignum, & ſuper omnem terram dicti quondam domini Franciſci, quam tenet dominus Jacobinus de Carreto, omnem ſuum patrimonium, vel dotem, quæ dotes fuerunt circa

(1) *Lege* Latronorio *vetus olim Monaſterium in Liguria Januenſis, cujus nominis aliud erat in agro Murzaſchi civitatis Aquenſis conterminum*,

libras octingentas illud quod recepimus, cum dictus dominus Jacobinus non ſervavit dictæ dominæ Tiburgiæ ea, quæ ſibi promiſit. De illo autem, quod prædictus dominus Franciſcus ſibi dimiſerit pro teſtamento, fiet, quod de jure erit. Item vult, & ordinat, quod reſtituatur quoddam damnum factum per dominum Albertum cuidam de jure dicti Abbatis Spigni, qui erat de Jusvalla prout ipſe Abbas dixerit cum neſciat de jure quid, vel quod reſtituatur ſicuti de jure reperiretur. Item ſi aliquis apparet, cui dictus Albertus, vel dictus Franciſcus ejus filius pro male ablatis, vel debitis, vel obligis, vel aliqua juſta cauſa oſtenderet quod ſolvatur integre. Item vult, & ordinat, quod decimæ, & primitiæ ſolvantur de terra ſua, quam habet in Albario cuicumque Eccleſiæ perveniat. Item legat Margaritæ filiæ Iſabellinæ filiæ ſuæ calicem unum cum toto ornamento capellæ ſuæ, & unum mantellum de panno aureo, de quo debet fieri una planeta. Item vult, & ordinat, quod omnem pactionem factam inter ſe, & Monaſterium ſanctæ Catalinæ ſervetur integre ſecundum quod ordinata eſt, & apparet per publicum inſtrumentum. Item vult, & ordinat, quod Franciſca donnicella ſua habeat, & poſſit habere hoſpitium in ſua vita in illa parte domus ſuæ, quæ eſt juxta cameram dictæ dominæ Tiburgiæ, quæ habet exitum in via ſuperiori. Item legat dictæ Franciſcæ coopertorium unum de burdo cum tela de blavo, & rubra. Item linteamina quatuor de melioribus, quæ ſint de familia mea. Item coſſinum unum vergatum groſſum. Item cultra una alba reddatur ſorori Iſabellæ de Meſema. Item linteamina duo ſubtilia de lecto ſuo. Item vult, quod de argento, quod reperiretur tempore ſui obitus, fiat unus calix Eccleſiæ de Marana, quod ſit libras duodecim, de reliquo vero fiet unus calix Eccleſiæ S. Quintini de Rocha de Orna (Ovran). Item vult, & ordinat, quod illas libras quinquaginta, quas ſibi debet domina Leona Comitiſſa filia quondam domini Alberti de Spinolis, quæ ſibi integre remanent non obſtante aliquo inſtrumento facto de eodem, ſed quando dicta Comitiſſa haberet reditum ſuum, teneatur facere celebrari duomilia Miſſarum pro animabus omnium mortuorum dictæ dominæ Tiburgiæ. Reliquorum bonorum ſuorum mobilium, & immobilium hæredem, & fideicommiſſariam inſtituit filiam ſuam Iſabellinam, cui in executione fideicommiſſaria adjungit, & adducit Federicum Gatuerium maritum dictæ Iſabellinæ, in qua executione vult, ordinat, & mandat, quod omnia, & ſingula maxime, quæ in Janua debent diſtribui, procedant de conſilio, & voluntate fratris Franciſci de Bertolomeo, & fratris Guilelmi de Sarzano ordinis fratrum Minorum; ea vero, quæ alibi quam in Janua diſtribuenda ſunt, poſſint diſtribuere abſque conſilio dictorum fratrum. Et hæc eſt ſua ultima voluntas, quam vult valere jure teſtamenti, vel codicilli, vel cujuſcumque alterius conditionis. Item vult, & ordinat, quod ſi dominus Dominicus Spinora (Spononi) non ſolverit ſibi illud, quod debet pro dote filiæ ſuæ, & extra dotem ante mortem dictæ dominæ Tiburgiæ omnia legat filiæ ſuæ Iſabellinæ, & Elianæ, & Tiburginæ filiæ quondam domini Franciſci de Carreto quælibet pro tertia parte. Actum Januæ in contrata Caſtelleti juxta Eccleſiam fratrum minorum in domo dominæ Tiburgiæ anno Dominicæ Nativitatis milleſimo trecenteſimo vigeſimoquarto, indictione ſexta, die vigeſimo octavo junii poſt nonam teſtes vocati, & rogati Creſſius de Lazaro magiſter, Thadeus de Lombardis chirurgius, Jacobus de Uvecellis quondam Petri de Uvecellis Domicellus fratrum minorum de Janua, Rufinus de Terſolio habitator Januæ cum Jannino de Quarto, Albertus magiſter, Axie de Clavaro, Nicolao de Varixio quondam Andreæ de Vavixio navigatore (*forte* habitatore) in contrata fratrum minorum, Amadeus Manifatus ſpetiarius in contrata pellizaria.

Jacobus Deodati Bonacurſi Notarius dictum inſtrumentum ut ſupra tranſcripſi, de quorum foliario, ſeu protocollo inſtrumentorum compoſitorum manu Jacobi Durantis Notarii quidem de generali licentia, & conceſſione officii duodecim ſapientium conſtitutorum ſuper negotiis civitatis Januæ milleſimo trecenteſimo vigeſimoquarto, die vigeſimoſeptimo octobris etc.

MCCCXXX. 106

Notitia conceſſionis Pomaſii, Peceti, Ozani, Turris, Durbezii, villæ Lavriani, Cavagnolii in feudum Uberto Comiti Cocconato Theodori Marchionis Montiſferrati procuratori ab Epiſcopo Vercellenſi factæ. Indice di ſcritture della menſa di Vercelli. Terran.

Pacta inter Comites S. Martini, Riparolii, Fabricæ, & Caſtrimontis, & Philippum de Sabaudia ſe tuendi adverſus Comites de S. Georgio, & Marchionem de Monteferrato, ſi horum partibus faveat ex ſchedis Terranei.

MCCCXXXIII. 107

Anno Domini MCCCXXXIII., indictione I., die XXIII. menſis decembris coram me Notario, & teſtibus infraſcriptis nobiles viri domini Wilielmus de Riparolio, & nepotes ejus Johannes, & Fridericus Comites de ſancto Martino fecerunt, & conſtituerunt nobilem virum dominum Martinum de ſancto Martino abſentem tamquam præſentem eorum certum nuncium, & procuratorem ſpecialem, & ſpecialiter ad confirmandum, ratificandum, approbandum, & de novo permittendum, & jurandum corporaliter ſupra ſancta Dei Evangelia in animas, & ſuper animas ipſorum conſtituentium, & pro eis, & eorum nomine omnia pacta, omneſque conventiones facta, & facienda jurata, & promiſſa inter illuſtrem dominum Philippum de Sabaudia principem Achaiæ ſuo nomine, & ſuorum ex una parte, & nobiles dominos Franciſcum de Fabrica, Martinum, & Bonifacium de ſancto Martino, Johannem de Alladio, & Henricum de Riparolio Comites ſancti Martini, Martinetum, & Henrietum Caſtrimontis pro ſe ipſis, & omnibus aliis eorum ſequacibus de Canapitio ſuper guerra facienda, & ſeſe Comites adjuvando contra Franciſcum de ſancto Georgio, & alios de ſancto Georgio, & terram ſuam, & contra dominum Marchionem Montiſfer-

Digitized by Google

ráti, ſi contingat eum immiſcere de dicta guerra pro ipſo de ſancto Georgio, & ſuper aliis promiſſis, & juramentis inter ipſos factis, & initis, uti conſtat inſtrumento publico inde recepto per Franciſcum de la Rocha Notarium civem Hipporegiæ anno Domini MCCCXXXIII., die Dominico XIX. decembris in caſtro civitatis Taurini committentes prædicti conſtituentes dicto procuratori eorum in prædictis totaliter vices eorum promittentes mihi Notario infraſcripto, ut publicæ perſonæ recipienti, & ſtipulanti vice, & nomine domini Philippi principis, & ſuorum omnium quorumcumque interereit ſe perpetuo rata, & firma habere, atque attendere, & obſervare bona fide, ac pro poſſe quæcumque per ipſum eorum procuratorem promiſſa jurata, & confirmata fuerint in prædictis, & civem, & ipſum eorum procuratorem ab omni ſatiſdactione onere relevare, & pro eo fidejubendo in omnem cauſam ſub obligatione omnium bonorum eorum. Actum in dicto loco Riparolio præſentibus teſtibus domino Antonio Plebano Riparolii, Guidone Archatono, & Joannino Stribaldo omnibus de Riparolio. Et ego Joannes Arcator de Riparolio Notarius hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

108 MCCCXXXVI.

Notitia conceſſionis fiduciariæ Clavaxii, caſtri Sangeorgii, Cucelii, Ciconii, Cuſiglieti, Ozegnæ, aliorumque feudorum Marchioni Montisferrati facta a Palaino Epiſcopo Hipporegienſi, ac juratæ fidelitatis ab eo eidem Eccleſiæ præſtitæ Pelizerio Notario. Ex indiculo chartarum ad Epiſcopatum Hipporeg. ſpectantium.

Conventiones inter Jacobum Carrettum Marchionem Savonæ, & Dominum Bozzolaſci, & Albaretti, & inter Communitatem, & incolas Albaretti. Ex Tabulario oppidi Bozzolaſchi.

109 MCCCXL.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCXL. octava indictione, die martis vigeſimatertia madii. Potens, & magnificus vir dominus Jacobus de Carreto honorabilis Marchio Savonæ ex una parte ſua bona, & ſpontanea voluntate ad perpetuam dilectionem, & retributionem componere, & benivolente ſuis dilectis, & fidelibus hominibus infraſcriptis, Manfredo Pezenno, cui dicitur Rava, Gulielmo Rubeo, & Gulielmo Vulpeto de Albareto ſindicis, & ſindicario nomine communi, & univerſitatis hominum omnium, & ſingulorum de villa Albareti, & perſonarum infraſcriptarum, & mihi Henrico de Ravena de Levice Notario publico, & tamquam publicæ perſonæ publico officio ſtipulanti, & recipienti ſupradicto nomine, & vice ex alia parte promiſit, & convenit per ſe, ſuoſque hæredes, ac univerſales, & ſingulares ſucceſſores, & ceteros ab eo cauſam habituros, pactiones, & conventiones infraſcriptas perpetuo attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere, ſive (1) pactiones, & conventiones ſicut (2) iſte.

Primo quod dictus dominus Marchio, & quicumque ejus ſucceſſor, & hæres prædictus, vel cauſam ab eo habiturus non exiget, nec capiet, vel extorqueri permittet ab aliqua perſona de dicta villa, vel habitandi (3), ſeu tenenti poſſeſſionem aliquam in diſtrictu dictæ villæ nomine fodri, ſeu alterius reditus ſub nomine fodri continenti (4) ultra libras duodecim Januæ in valore . . . . . cuilibet terminum faciendi ſolutiones, quas annuatim in feſto Nativitatis Domini homines, & perſonæ prædictæ ſolvere teneantur pro ſolido, & libra ejus, quod tenentur de dicto poderio dicto domino Marchioni, & ejus hæredibus, & ſucceſſoribus ſupradictis ſecundum modum, & conſuetudines præteritas in dicta villa obſervatas ſuper imponendo, diſponendo, & colligendo fodro, & quod dictus dominus Marchio, & quicumque ejus hæres, vel ſucceſſor, vel cauſam ab eo habiturus, non poſſit, nec debeat prædictis hominibus de dicta villa, ſeu tenentibus, vel poſſidentibus in dicta villa terram, vel poſſeſſionem aliquam nomine, vel cauſa annonæ (5), ſive redditus ſub nomine annonæ contentis, niſi tantummodo modia octo annonæ ad menſuram dicti loci.

Quæ modia octo dicti Sindici dicto nomine promiſerunt, & convenerunt dare, & ſolvere annuatim in feſto ſancti Michaelis dicto domino Marchioni pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ab eo cauſam habentibus, ſtipulantibus, & recipientibus diſpenſanda, & contribuenda dicta annona pro ſolido, & libra ejus, quod quilibet habuerit, & poſſiderit in poderio prædicto, ſecundum obſervantiam conſuetam diſpenſandi, & exigendi annonam prædictam; in quibus octo modia debeat redditus alius annonæ, quæ erat Monaſterii ſanctæ Mariæ de Gratia computari, a dictis hominibus recipienda annuatim in dicto termino.

Et quælibet perſona, maſculus, & fœmina de dicta villa, vel ibi habitans, ſeu tenens, habens, vel poſſidens aliqua bona in dicta villa, vel ejus diſtrictu, quæ non habuerit hæredes legitimos ex ſe natos, vel a ſe deſcendentes, poſſit, & valeat ad ſuam liberam, & omnimodam voluntatem de cætero in perpetuum teſtari, ordinare, & relinquere duas partes, & de duabus partibus omnium bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, quæ habuerit in dicta villa, vel ejus diſtrictu; ab inteſtato vero dictæ duæ partes bonorum perveniant, ad quos de jure, ac legitime debeant pervenire; & dictus dominus Marchio reliqua bona, ſcilicet reliquam tertiam partem bonorum habeat, & habere debeat dictus (6) Marchio ſupradictus ex teſtato, & ab inteſtato, & quocumque caſu.

Et quod fratres, & ſorores ſimul habitantes in dicta villa, & diſtrictu fine (7) tenentes, ſive poſſidentes ibidem qui, vel qua diviſi, vel diviſæ non fuerint, decedentes ſine hæredibus legitimis ex ſe natis, vel a ſe procedentibus, debeant ad invicem in ſe ſe ſuccedere alter alteri ſecundum legem, & jura civilia in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus cuilibet perſonæ ſuccedentis ſupradictæ. Si vero diviſi, vel diviſæ fuerint, eodem modo ſibi ad invicem ſuccedant in duabus partibus dictorum bonorum, & reliqua tertia pars perveniat ad dictum dominum Marchionem, & ejus hæredes, & ſucceſ-

fores superstites (8), relinquendo semper reliquam tertiam partem prædictam persona dicto modo decedens omnium bonorum suorum prædictorum domino prædicto, & cuicumque ejus successori.

Quod quælibet persona de dicta villa, sive ibi habitans possit maritare, & doctare mulieres in domo sua, & extra domum suam, & maritum ejus, qui maritaret, vel doctaret, possit ponere, & ducere in domo sua sine aliquo acconzamento, vel . . . . . quodcumque modo, vel causa sibi placuerit.

Et quod furnum, & furnarium, qui est, & esse posset de cætero in dicta villa, vel districtu haberi, vel fieri causam (9) de coquendo panem, & omnis profictus exinde sit, & esse debeat dictæ communitatis, & universitatis.

Et quod mares de dicta villa, vel ibi habitantes, sive tenentes in dicta villa rem, vel possessionem aliquam legitime succedant filiis, & filiabus earum decedentibus sine filiis, vel filiabus legitimis ex ipsis decedentibus (10), vel ab eisdem . . . . possident in omnibus bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus dictorum filiorum, vel filiarum sit (11) decedentibus, quocumque modo dicta talis persona decedens ex testato, vel ab intestato fuerit defuncta.

Et quod dictus dominus Marchio, & quicumque ejus successor prædictus, aut causam habiturus ab eo debeat, & teneatur prædictis sindicis, & mihi jam dicto Notario prædicto modis, & nominibus stipulanti, & recipienti attendere, & manutenere omnes singulares dictæ villæ, & dictæ communitatis bonas consuetudines, usus, & bonos mores observatos, & observatas ibidem temporibus felicis recordationis viri egregii domini Henrici de Carretto honorabilis Marchionis Savonæ . . . . . dominus Marchio supradicta, & antedicta juxta memoriam quomodolibet hominum dictæ villæ, quod dominus Marchio supradictus voluit, & convenit plenam fidem adhibere, & dare de omnibus, & singulis aliis consuetudinibus observandis in dicta villa, de quibus vellent dicere dicti homines, seu . . . . . in dicta villa fuisse coram supradicto domino Marchione. Et quæ omnia, & singula dictæ partes in se se ad invicem prædictis modis, & nominibus stipulantibus promiserunt conventiones attendere, & observare, & non contravenire de jure, vel de facto, cum refectione damnorum, expensarum, & interesse, & sub omnium bonorum eorum præsenti obligatione alteri altera ad invicem stipulans.

Renuntians sibi ad invicem inter se se dictæ partes circa hac occasione exceptionem doli mali, erroris, metus, & sine causa, & prædictorum non sic gestorum, ut supra recitant, & omni alii juri, quæ se tueri possent, & dictus dominus Marchio, & prædictus habens plenam potestatem, & bailiam, ac dominationem de turri, & porta dictæ villæ, totius loci forciarum refice villæ prædictæ, & sacramentum fidelitatis hominum de dicta villa, & de prædictis dictæ partes præcipiunt mihi Notario fieri, & refici publica instrumenta ad consilium unius sapientis, & plurium.

Actum in Albareto justa rectam dicti loci. Testes dominus Oddonus Spiennla, dominus Thomasinus de Carretto, Madius Spinola, Anselmus Bononus, & Joannes de Rocha, & Henricus Besacia de Levice, & de prædicta Bertolla de Albareto rogati, & vocati.

Et ego Grimandus Gratus de Seazafis Seazosforum publicus Imperiali.

(1) *Quæ.* (2) *Sunt ista.* (3) *Habitanti.* (4) *Continentem.* (5) *F. avenæ.* (6) *Dominus.* (7) *Sive.* (8) *Supradictos.* (9) *Causa.* (10) *Descendentibus.* (11) *Sic.*

Permutatio bonorum inter Albertum, & Johannardum Marchiones Inciſæ, & Johannem de Erpolis Abbatem S. Criſtophori de Bergamaſco. Ex Tab. M. Inciſæ de Camerana.

MCCCXLII.

Anno Domini milleſimo terçenteſimo quadrageſimo ſecunda, indictione decima, die Veneris vigeſimoquarto menſis madii, in villa Niciæ, in domo Eccleſiæ præſentibus Jacobo Cavalario, Guliermo Ayachino, & Ypolitino Colorio, omnibus de Nicia, & ad hoc vocatis, & rogatis. Henrietus de Rorta de Inciſa, procurator, & procuratorio nomine dominorum Alberti, & Johannardi Marchionum Inciſæ, de qua procura conſtat publicum inſtrumentum factum manu Henrieti de Odinis de Inciſa, currente milleſimo terçenteſimo quadrageſimoſecundo, indictione decima, die vigeſimatertia menſis madii, videlicet in Anciſa in tracia, præſentibus Gulielmo Marchione Inciſæ, Joanne Dario Notario de Alexandria, & Percivalio de Aguzano de Nicia, ſcilicet ad hoc vocatis, & rogatis &c. ex cauſa permutationis, & cambii dedit, & tradidit nomine, & vice dictorum dominorum Alberti, & Joannardi, domino Joanni de Erpolis, Abbati Monaſterii ſancti Chriſtophori de Bergamaſco, cum auctoritate, & conſenſu fratris Michaelis, Monachi dicti Monaſterii recipientis nomine, & vice dicti Monaſterii in perpetuum, petiam unam prati jacentem in poſſe Inciſæ, ubi dicitur in Serra; cui cohærent Eccleſia ſancti Petri in Serne, & via communis, & eſt per menſuram modios quatuor, ſtaria quinque, tabulas quinque, & pedes decem. Item petiam unam prati, jacentem in dicto poſſe, ſcilicet in dicta contrata; cui cohærent dominus Gulielmus de Inciſa, Albertinus, & Henrietus de Inciſa: & eſt per menſuram modios tres, ſtaria quinque, & tabulas octo. Item ſtaria ſex prati jacentis in dicto poſſe, ubi dicitur ad Morellam; cui cohærent foſſatum Sernelle dictorum dominorum Alberti, & Joannardi, & Otolinus Guentius de Nicia: hoc ideo quia dictus dominus Abbas nomine, & vice dicti Monaſterii ibidem præſentis, & conſentientis ex cauſa permutationis, & cambii dedit, & tradidit prædicto Henrieto, procuratori, & procuratorio nomine, quo ſupra, infraſcriptas petias terræ, prati, & zerbi, jacentes in poſſe Inciſæ, ſive Cerreti, primo ſtaria terdecim, tabulas tres, & pedes undecim terræ jacentis in dicto poſſe, ubi dicitur in Braya Fruſteria; cui cohærent Eccleſia ſancti Michaelis, & Petrinus Morandi de Fontanilis. Item in Gardobia modios octo,

Digitized by Google

ſtaria ſeptem, tabulas quatuor, & pedes ſeptem terræ; cui cohærent hæredes Anſelmi Teſtæ de Fontanilis, Henrietus de Serra de Fontanilis de ſubtus, pratum dominorum Alberti, & Joannardi deſuper, & boſcum dictorum Dominorum. Item in dicta contrata modium unum, ſtaria duo, tabulas ſex, & pedes quinque terræ, cui cohærent deſuper Ruffinus Teſta de Fontanilis, de ſubtus pratum dictorum Dominorum, & via communis. Item in Clauſis ſtaria ſex, & tabulas undecim terræ, cui cohærent Perronus Morandus, Franciſcus Belerius, & hæredes Dagnæ. Item in foſſis Petri Cenacii ſtaria quatuor, tabulas ſeptem, & pedes decem terræ, cui cohærent Federicus Teſta, nepotes Rolandi Bauticii, & boſcum dictorum Dominorum. Item in Gardobia modios tres, ſtaria ſeptem, & tabulas novem prati, & zerbi ſimultenentes; cui cohærent Foſſatum Gardobiæ, Gandulfus Belerius, Paganinus Dagna, & boſcum dictorum Dominorum. Item ſtaria decem, tabulas decem, & pedes ſeptem terræ, & prati ſimultenentium, ubi dicitur in Fontana Petri Cenacii; cui cohærent dictorum dominorum Alberti, & Joannardi. Item ad Machalium modios tres, ſtaria unum, tabulas ſeptem, & pedes quinque terræ, cui cohærent Dominæ de Aquis, & dictorum Dominorum. Item ibidem ſtaria octo, tabulas novem, & pedes decem terræ, cui cohærent Crotti de Inciſa, Paſſari de Inciſa, & pratum Mayane. Item ad Ceretum modios duos, tabulas ſex, pedes tres, & uncias quinque terræ, cui cohærent dominus Guielmus de Inciſa fratres a tribus partibus, & dictorum dominorum Alberti, & Joannardi. Item in dicta contrata ſtaria terdecim, & tabulas ſeptem terræ, cui cohærent via communis, & dictorum Dominorum. Item ibi prope ſtaria duodecim, tabulas novem, & uncias octo prati, cui cohærent dictorum Dominorum.

Ad habendum, tenendum, & poſſidendum quilibet ipſorum res ſuas permutatas, & datas, ſeu prædictas, & quælibet prædictorum ſic permutata, & quicquid quilibet ipſorum pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus dicti Monaſterii deinceps placuerit perpetuo faciendum. Qui Henrietus procuratorio homine, quo ſupra, & dictus dominus Abbas nomine, & vice dicti Monaſterii, ſcilicet unuſquiſque vicißim alterius nomine rem, ſeu res ad ſe permutatam, & permutatas, datam, & datas conſtituit poſſidere, uſquequo unuſquiſque eorum nominibus, quibus ſupra, de prædictis rebus permutatis, & datis poſſeſſionem acceperint corporalem, quam accipiendi propria auctoritate, retinendi deinceps, unus alteri ad invicem, ut ſupra, licentiam omnimodam dedit, promittens ſcilicet unus alteri ad invicem, ſolemnibus ſtipulationibus hinc, & inde intervenientibus, litem, vel controverſiam de prædictis rebus a ſe permutatis, vel aliquibus ipſarum, alteri, vel ejus hæredibus ullo tempore non inferre, nec inferenti conſentire, ſed unuſquiſque ipſorum prædictas res, & quamlibet ipſarum a ſe permutatas alteri, & ejus hæredibus ad invicem ab omni homine, & univerſitate defendere, auctorizare, disbrigare, & prædictam permutationem, & dationem, & omnia, & ſingula ſupradicta perpetuo firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, ſeu jure; quod ſi facere nollent, vel non poſſent, vel aliquo ingenio ſe ſubtraherent, prædicti, vel aliquis eorum ſe obligant ut ſupra; promiſerunt ſibi ad invicem, & vicißim reficere omnia dampna, & expenſas, & intereſſe; quæ, quas, vel quod ipſi, vel aliquis eorum fecerint, vel ſubſtinuerint in judicio, vel extra, in petendo, vel defendendo prædicta, vel aliquod prædictorum, credendo ſibi ad invicem, & vicißim de omni quantitate damnorum, & expenſarum, & intereſſe in ſuo, & cuilibet ſimplici verbo ſine teſtibus, & ſacramento, vel alia probacione. Pro quibus omnibus attendendis, & obſervandis obligaverunt ſibi pignori dictæ partes ad invicem, & vicißim omnia ſua bona, & bona dictæ Eccleſiæ habita, & habenda renuntiantes ambæ partes exceptioni doli mali, conditioni ſine cauſa, & omni alii juri. Et de prædictis inſtrumenta ejuſdem tenoris fieri præceperunt duo.

Et ego Otolinus Guencius Imperiali auctoritate Notarius, eoſdem vocatus, hanc cartam mihi juſſam tradidi, ſcripſi, & ſubſcripſi.

MCCCXLIII. 111

Notitia fidelitatis domino Dalphino a Thoma II. Marchione Saluciarum per ſuos Procuratores anno MCCCXLIII. prid. Kal. nov. Avinione præſtita. Ex hiſtoria Dalphinatus anno 1721. *Tom. II. pag.* 480. *In ea nominatur quidam Georgius Marchio Saluciarum patruus Thomæ, qui ut in notis ad hanc cartam annotavit Hiſtoricus in vulgatis horum Marchionum Genealogiis tabulis deſideratur. Attamen Michael Madea in ſua MS. horum Marchionum hiſtoria ejus meminit, & fratrem Manfredi Thomæ II. avi patrui, ac Clericum fuiſſe, & ab Anglorum Rege multis beneficiis in ſuo regno donatum, ac poſtremo Londini ſepultum ſcripto tradidit. Siquis certius documentum cupiat, adeat Thomæ teſtamentum nunc primum a nobis vulgatum anno* 1294. *N.* 200. *tol. dipl., ubi de hoc Georgio aperta fit mentio.*

Conventiones inter Dominum Dalphinum, Johannem Archiepiſcopum Mediolani, & Luchinum fratres Mediolani Dominos, & Marchiones Montisferrati, & Saluciarum. Hiſt. du Dauph. T. II. pag. 563.

MCCCXLVII. 112

In nomine Domini. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCXLVII., indictione XV. menſis auguſti in loco, & præſentibus teſtibus infraſcriptis, ibique Princeps illuſtris D. D. Humbertus Dalphinus Viennenſis pro ſe, & ſuo proprio nomine, & pro omnibus civitatibus, caſtris, locis, terris, burgis, villis ſuo dominio, & juriſdictioni ſuppoſitis, & Reverendiſſim., & Magnific. D. D. Joannes (1) Dei gratia S. Medulanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & Luquinus (2) fratres Vice-Comites Medulani, & etiam Domini generales pro ſe, & ſuis nominibus, & pro omnibus civitatibus, caſtris, locis, terris, burgis, & villis eorum dominio, & juriſdictioni ſuppoſitis, & illuſtris D. D. Marchio Montisferrati (3)

pro se, & pro domino Thoma Marchione Saluciarum, qui promisit ipsum dominum Thomam ratificaturum, & approbaturum præsentem contractum infra mensem unum, & si nollet ratificare, & approbare præsentem contractum infra dictum terminum, quod a præsenti liga, & unione insertis in præsenti contractu sit in totum exclusus, remanentibus tamen firmis omnibus, & singulis in præsenti contractu insertis in totum, & in qualibet parte sui inter alios superius nominatos, pro se, & pro suis propriis nominibus fecerunt, & faciunt ad invicem fraternitatem, ligam, & unionem perpetuo duraturam, tali modo, & forma, videlicet: Quod ipse dominus Dalphinus toto suo posse adjuvabit, & manutenebit prædictos dominos Medulanni, & etiam præfatos dominos Manchiones Montisferrati, & Saluciarum in eo statu, in quo sunt ad præsens, & in eorum omnibus jurisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis, & possessionibus, quos, & quas hodie ténent, & possident, vel quasi, seu eorum nomine tenentur, & possidentur, vel quasi, & ubique locorum, & in futurum acquirent, tenebunt, & possidebunt, citra montes, & contra quascumque personas cujuscumque status, & prehæminentiæ, dignitatis, & conditionis existant, & etiam contra quæcumque communia collegia, & universitates, quæ quacumque de causa vellent offendere præfatos dominos Medulani, & dictos dominos Marchiones Montisferrati, & Saluciarum, salvo contra dominum nostrum Papam, & Imperatorem, contra quos de prædictis nihil intelligatur esse factum, vel fieri. Nihilominus tamen præfatus dominus Dalphinus offert se paratum, quoties necesse fuerit honorem, & statum dicti domini Medulani, & dictorum dominorum Marchionum apud dominum Papam, & Imperatorem conservare, exaltare, & procurare, & semper ipiorum dominorum Medulani, & dictorum Marchionum servitio, & honori interponere partes suas.

Item promittit præfatus dominus Dalphinus supradictis dominis, quod quotiescumque per eos fuerit requisitus, vel eorum aliquem ejusdem dominis servire de suis gentibus quocumque, & ubicumque præfati domini, vel aliquis eorum vellent, quod suæ gentes equitarent, salvo contra dominos Reges Franciæ, Hungariæ, & Siciliæ, contra quos dictus dominus Dalphinus non teneatur dare gentes suas ipsis dominis Medulani, nec dictis Marchionibus; sed si dicti Reges, vel alter eorum vellent aliquo modo per se, vel interpositas personas offendere dictos dominos Medulani, seu dictos Marchiones, seu aliquem eorum citra montes, tunc dictus Dalphinus teneatur, & debeat dare gentes suas ipsis dominis Medulani, seu dictis Marchionibus, & eos defendere, & adjuvare toto suo posse, ut supra in suo proximo capitulo continetur.

Item si dominus Medulani, & Marchiones, vel alter eorum vellent offendere dominum Comitem Sabaudiæ, vel principem Achajæ, vel dampnificare in eorum terris, & jurisdictionibus antiquis citra montes, quod tunc dictus dominus Dalphinus non teneatur dare gentes suas præfato domino Medulani, nec prædictis Marchionibus, nec alicui eorum contra præfatum dominum Comitem, & Principem, nec ipsi Comiti, & Principi contra prædictos dominos Medulani, & Marchiones supradictos, salvo quod si prædictus dominus Princeps nollet acquiescere, & stare dispositioni, & ordinationi dicti Dalphini supra terris, & juribus, quas, & quæ dictus dominus Princeps nunc tenet a magnifico viro D. D. Luquino, domino Medulani, & dictis dominis Marchionibus Montisferrati, & Saluciarum, tunc dictus dominus Dalphinus teneatur dare gentes suas præfato domino Luquino, & præfatis Marchionibus pro recuperatione terrarum, & jurium prædictorum.

Item viceversa dominus Medulani, & dominus Marchio Montisferrati nomine suo, & nomine Domini Marchionis Saluciarum toto suo posse adjuvabunt, & manutenebunt præfatum dominum Dalphinum in eo statu, in quo est ad præsens, & in omnibus ejus jurisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis, & possessionibus, quos, & quas hodie tenet, & possidet, vel quasi seu ejus nomine tenentur, & possidentur, vel quasi ubicumque locorum, & in futurum acquiret, tenebit, & possidebit, vel quasi ultra montes contra quascumque personas cujuscumque status, prehæminentiæ, dignitatis, & conditionis existant, & etiam contra quæcumque communia, collegia, & universitates, quæ quacumque de causa vellent quoquomodo offendere præfatum dominum Dalphinum salvo contra dominum nostrum Papam, & Imperatorem, contra quos de prædictis nihil intelligatur esse factum, vel fieri, nihilominus tamen prælati domini nomine suo, & quo supra offerunt se paratos quotiens necesse fuerit honorem & statum dicti domini Dalphini apud dominum nostrum Papam, & Imperatorem exaltare, conservare, & procurare, & semper in ipsius domini Dalphini servitio, & honore interponere partes suas.

Item promittunt, quod quotiescumque fuerint requisiti, eidem domino Dalphino servire teneantur de suis gentibus qcocumque, & ubicumque præfatus dominus Dalphinus vellet, quod suæ gentes equitarent, salvo contra colligatos ipsorum dominorum Medulani, qui sunt domini Ferrariæ, Paduæ, Veronæ, Mantuæ, & Bononiæ, contra quos dicti domini Medulani, & dicti Marchiones teneantur, & debeant dare gentes suas ipsi domino Dalphino, & eum defendere, & adjuvare toto suo posse, ut supra in primo capitulo continetur.

Quæ omnia prædicta, & singula in totum, & in qualibet parte sui præfati omnes domini superius nominati nominibus suis, & quibus supra, promiserunt sibi ad invicem, & unus alteri, & alter alteri attendere, & observare.

Acta fuerunt hæc Medulani in palatio, in domibus habitationum præfati Domini in aula, sive camacrota, quæ est supra fontem, præsentibus infrascriptis nobilibus, & magnificis viris domino Ugone de Gebenn., domino de Authone, Aynardo de Turre domino Vinayci, Jacobo Brunerii Cancellario Dalphinatus, Amblardo domino Bellimontis, Francisco de Fredulphis de Parma, domino Asperimontis, Disderio domino Caffenatici, Raymondo de Monte Albano domino Montismauri, Joffredo domino Chastæ, Petro de Lucingio domini sancti Michaelis, Guillelmo Bastardo domino Turmeyerii, Petro de Loyes

domino de Martinay, Aymone de Chiffaco, Guichardo ejus fratre, Gullielmo de Morgis, Johanne de Gayn, Johanne Alamandi, Guigone Toſquani militibus ven., & bell. viris fratre Artaudo de Fayno præceptore Anicii ordinis ſancti Johannis de Jeruſalem, Michaele Moteti decretorum Doctore Priore ſancti Laurentii, & egregio milite domino Mathæo Vicecomite, ac ſapientibus viris dominis Lambertinis de Bononia militibus, Raymondino de Archidiaconis legum Doctore Vicario ipſorum dominorum, Fulquino de Ferihiciis juriſperito Collaterali dictorum dominorum, magiſtro Comello de Broſſano, Philippo, & Georgio Vicemalla familiaribus dicti domini Luquini, nec non Lanfrancello de Briginis de Cremona, & nobilibus viris dominis Ottone de Bruſilito, Johanne de Coquonato Comite milite, Henrico de Grana ex Marchionibus Ottimiani, Theodoro ex Marchionibus de Ponzono, Petro de Gemorreis de Parma juriſperito, & Conrado de Groſella, teſtibus vocatis, & rogatis ad præmiſſa, nec non præſentibus Johanne Amandrini de Gratianopoli, Petro Malini de Viſilia Gratianop. Dioceſis Notariis dicti Dalphini, & Petro de Faſtrolinis de Verſellis, Aycardino de Padua, Pulcherino de Anixia, G. Gabrieto de Ottobellis de Placentia, & Barlino de Dottonibus de Cremonia Notariis prafatorum dominorum Medulani, & Johanne de Male-Calciatis de Monte-Berucio Notario dicti domini Marchionis Montisferrati, & pro ſecundo Notario Hippolito de Arvo de Medulano (Mediolano) Notario præfatorum Medulani (Mediolani).

Item anno, & die, & menſe, ac indictione quibus ſupra dictis conventionibus celebratis dominus Dalphinus reſervat, & reſervavit, quod in omnibus ſtatus, honor, & bona fama ſua, & Dalphinatus intelligantur ſalvi, & ſacramenta per eum præſtita alias per præſentes pactiones in aliquo non intelligautur infracta, ſeu eis aliquid derogari, de quibus omnibus ante, & poſt, & in dictis conventionibus dominus Dalphinus ſolempniter proteſtatus fuit in præſentia dict. dom. præſentibus dominis Fulquino, Johanne de Male-Calceato, Hippolito de Arvo de Medulano (Mediolano) Notariis, dominis Amblardo domini Bellimactis, Franciſco de Parma domini Aſperimontis militibus, & nobis Johanne Amandrini, & Petro Malini Notariis infraſcriptis.

Item anno, & indictione, quibus ſupra, & die prima menſis ſeptembris coram me Notario, & ven., & diſcretis viris domino Raynardo de Mantua Capitaneo exercitus dicti domini Medulani, Artaudo de Fayno præceptore, Lempzone de Lemps Priore ſancti Donati, Michaele Moteti Priore ſancti Laurentii, Doctore decretorum, Jacobo Brunerii Cancellario, Amblardo domini Bellimontis, Franciſco de Parma, Petro de Loyes militibus teſtibus vocatis, magnificus vir dominus Thomas Marchio Saluciarum ex ſua ſpontanea voluntate conſtitutus propter ea, quæ ſequuntur certificatus de juribus ſuis, dictis conventionibus ſupra inſcriptis, & contentis in eis ſibi layce per me Notarium infraſcriptum lectis, & divulgatis, ea omnia, & ſingula ut ſupra continentur cum reſervationibus, & exceptionibus, quas dominus Medulani, & Marchio Montisferrati ſuprà fecerunt, confirmavit, & ratificavit, & ſe ſimili modo obligavit, & firmitatem fecit, & unionem cum dicto domino Dalphino, quibus dicti domini Medulani, & Marchio ſe obligaverunt, & firmitatem fecerunt, & unionem cum dicto Dalphino, quibus dicti domini Medulani, & Marchio ſe obligaverunt, & firmitatem fecerunt, & prout in dicto inſtrumento ſupra declarato continetur. Promittens idem Thomas Marchio Saluciarum bona fide, & in anima ſua prædicta omnia univerſa, & ſingula mihi Notario infraſcripto, & Johan. Mathæi Notario publico præſenti, & ſtipulanti ſolemniter, & recipienti more publicæ perſonæ ad opus, & vice dicti domini Dalphini abſentis, & omnium, quorum interereit, habere grata, rata, firma perpetuo, & tenere, & dictum dominum Dalphinum, & terram ſuam, ut ſupra in dictis capitulis continetur, renuncians omnibus juribus, quibus adverſus præmiſſa ſe poſſet tueri.

Acta fuerunt hæc Saluciis in caſtro in quadam camera præſentibus quibus ſupra.

(1) Johannes, & Luchinus ambo filii Mathæi Vicecomitis, qui diem obiit ſupremum an. 1322.

(2) Hic obiit anno MCCCXLIX. Johannes Archiepiſcopus Mediolani Luchino mortuo conatus eſt filios Stephani Vicecomitis eorum fratris primogeniti, quem Luchinus e ſolio deturbaverat, in dominium Civitatis, quod ad ipſo. jure ſpectabat, revocare.

Inveſtitura Spigni, Mairanæ, & Roccheta Henrico de Carreto conceſſa a Republica Januenſi juxta ſententiam inveſtituræ anno MCCXC. Marchionibus Ponzoni, & anno MCCCXXXIII. Jacobo de Carreto impertitæ. Ex Collec. DD. penes J. C. Boſchum R. Judicem Pareti.

MCCCXLVII. 413

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCXLVII., indictione quintadecima, ſecundum curſum Januæ, die ſecunda novembris ante tertiam. Magnificus D. D. Johannes de Murta Dei gratia Dux Januenſis, & ejuſdem populi defenſor ex baylia, & poteſtate ſibi attributa a Communi, & populo Januenſi cum conſenſu, & deliberatione ſui conſilii, in quo legitimus, & inſufficiens numerus interfuit, & quorum Conſiliariorum nomina ſunt hæc. Marcus de Pavero Prior conſilii., Dondedeus de Juſto, Benedictus de Dondedeo, Coſme de Benamo, Petrus de Rezza Notarius, Baldaſar de Prato, Franciſcus Camilla, Gabriel de Ruzzia, Jacobus Burſerius, Nicolaus Notoranus, Oliverius de Ripparolio. Intellecta ſupplicatione infraſcripta Ducali Excellentiæ populi Januenſis, & ejus conſilio dominus Enricus de Carreto nomine ſuo, & tamquam procurator, & procuratorio nomine dominorum Antonii, Alberti, Manfredi, & Franceſchini, qui ſunt hæredes univerſales bonæ memoriæ quondam domini Jacobi de Carreto Marchioni Saonæ, uti de procuratione dicti domini Antonii conſtat publico inſtrumento manu Dominici Timbalii de Buzelaſco MCCCXLVII., die trigeſima octobris, & de procuratione dicto domini Alberti alio publico inſtrumento ſcripto

manu Franzoni de Zatiis Notario dicto anno, die vigesimaseptima octobris, & de procuratione dicti domini Manfredi alio publico instrumento scripto manu dicti Notarii eodem millesimo, & die, & de procuratione dicti domini Franceschini alio publico instrumento scripto manu Oddoni, Gambelli de Levesо . . . . . eodem millesimo, & die vigesimo octavo octobris, quatenus eundem dominum Enricum dictis nominibus de novo investiatis de nobili, & gentili feudo, quod idem dominus Jacobus Marchio in vita sua tenuit in feudum a Communi Januæ, scilicet de castro, burgo, & districtu, & territorio Spigni, & castrorum Mairanæ &c., Rochettæ, & burgorum, & villarum districtus eorundem, offerens se paratum ipsum feudum de novo recognoscere, & investituram recipere, & juramentum fidelitatis in animam suam, & dictorum fratrum suorum præstare secundum formam jurium cum pactis, & conditionibus in concessione dicti feudi, seu feudorum dicto domino Jacobo, & suis antecessoribus, a quibus causam habuit appositis, & omnia demum facere, quæ Vassallus domino suo tenetur, & habens notitiam de quadam concessione feudi nobilis, & gentilis facta per dictum Commune, seu præsidentes, tunc Communi Januæ egregio viro domino Jovanne (1) Marchioni de Ponzono filio quondam domini Enrici Marchionis de Ponzono recipienti pro se, & filiis suis, & quibuscumque descendentibus masculis, & feminis ex ipso, & pro aliis quibuscumque personis, successoribus, vel habeatibus causam ab ipso, vel descendentibus ex ipso de duabus tertiis partibus castri Spigni, & castrorum Mayranæ, & Rochettæ cum jurisdictionibus ipsorum locorum, donegiis, & juribus ipsorum, & aliis pertinentiis spectantibus ad ipsa loca, & quidlibet eorum sub certis pactis, modis, & conditionibus appositis in dicta concessione, de quibus sit mentio in registro Communis Januæ, & quæ concessio incipit in nomine Domini. Nos Joannes de Lucino Potestas Januæ, Obertus Spinola, & Conradus Auria Capitaneus Communis, & populi Januensis &c., & finit MCCXC., die XXII. novembris, indictione tercia circa completorium. Item de quadam alia concessione facta dictis anno, mense, & hora per prædictos tunc Communi Januæ præsidentes Domino Enrighetto Marchioni de Ponzono filio quondam domini Bonifacii, & Manfredino Marchioni de Ponzono filio quondam domini Conradi recipienti pro se, & filiis suis masculis, & fœminis, & quibuscumque aliis causam habentibus ab ipsis, & descendentibus ab eis de reliqua tertia parte castrorum prædictorum Spigni, Mayranæ, & Rochettæ cum omni jurisdictione, donegiis, juribus, & quibuscumque aliis pertinentiis spectantibus ad loca prædicta pro dicta tertia parte, & de qua concessione constat in dicto registro, & quæ incipit in nomine Domini. Nos Joannes de Lucino Potestas Januæ, Obertus Spinola, & Obertus Auria Capitaneus Communis, & populi Januæ &c., & finit MCCLXXXX., die XXII. novembris, indictione tertia circa completorium, & advertens assertione dicti domini Enrichi suo nomine, & procuratorio nomine dictorum fratrum suorum dicta castra Spigni, Mayranæ, & Rochettæ cum suis juribus, & jurisdictionibus perveniſſe ad egregium virum dominum Jacobum de Carreto filium quondam domini Enrichi Marchioni de Carreto nunc defuncti, & cum (2) prædicti dominus Enrichus, & fratres sunt hæredes; habens etiam idem dominus Dux noticia de quadam vendicione facta dicto domino Jacobo anno Domini MCCCXXXII., indictione decimaquinta, die Jovis vigesimaquinta mensis junii per nobiles viros dominos Raymondinum, & Oddinum fratres Marchiones de Ponzono suis propriis neminibus, & dictum dominum Oddinum procuratorio nomine nobilis viri domini Conradini Marchionis de Ponzono, & ejus fratris pro medietate habentem sufficiens mandatum, de quo apparet publicum instrumentum scriptum per Manfredum de Ponzono Notarium dictis anno, indictione, & die, & nobilem virum dominum Bonifacium Marchionem de Ponzono suo proprio nomine, & etiam procuratorio nomine Geneti . . . . . Marchionis de Ponzono ejus fratris pro alia medietate habentem sufficiens mandatum, de quo patet publicum instrumentum scriptum manu dicti Notarii prædictis anno, indictione, & die dicto domino Jacobo de tertia parte juris, dominii, burgi, villæ, hominum, territorii, jurisdictionis, contilis, meri, & mixti imperii ad eos pertinentis in Spigno, & pertinentiis Spigni, & Mayranæ, & Rochettæ, de qua venditione apparet publicum instrumentum scriptum manu Rosini Calderiæ de Monexii imperiali auctoritate Notarii de protocollis quondam Federici Calderiæ fratris sui: habens etiam notitiam de concessione, quam dominus Symon Boccanigra tunc Dux Januensium in præsentia, consensu, & voluntate sui consilii fecit de dictis castris in nobile, & gentile feudum domino Dominico Mascharo de Bestagno Judici, & Francisco Vacchæ de Finario procuratoribus dicti domini Jacobi, & juramentum fidelitatis ab ipsis receptum, & præstitum per ipsos procuratores domino Duci prædicto pro se ipso, & Communi Januæ recipienti, de quibus patet publicum instrumentum manu Obberti Mazuiti Notarii, & Cancellarii Communis Januæ anno Dominicæ Nativitatis MCCCXL., indictione septima secundum cursum Januæ, die primo augusti circa vesperas, & advertens idem dominus Dux sinceritatem, & puram fidem, quam præfatus dominus Jacobus habuit, & prædicti sui filii habent ad ipsum dominum Ducem, & Commune Januæ, & statum populi præsens, quam habere sperat ab eis fidelitatem; ideo dicto domino Henricho suo proprio nomine, & dictorum fratrum suorum pro se, & eorum hæredibus recipiente castra prædicta, & jurisdictiones ipsorum & cujuslibet eorum cum omnibus juribus, donegiis .... (*deest unum verbum*) & quibuscumque aliis spectantibus ad dicta loca, & quodlibet eorum in formis, & sub formis concessis, atque pactis, de quibus fit mentio in dictis concessionibus, de quibus superius facta est supra mentio in nobile, & gentile feudum nomine, & vice Communis Januæ concessit innovando concessiones prædictas in personas eorum, & cujuslibet eorum pro rata sub pactis, formis, & condicionibus observandis per ipsos, &

hæredes eorum, ſub quibus aliàs conceſſæ fuerunt prædictis dominis Ottoni, Ugoni, Thomæ (3), & Ricetto, & Manfredino Marchionibus antedictis, ut dictum eſt. Eo ſalvo quod Commune Januæ nihil eis ſolvere teneatur, ipſumque dominum Enricum dictis nominibus de caſtris prædictis, & toto burgo, locis, juriſdictionibus, & aliis pertinentibus ad loca prædicta per Ducalem baculum, & oris oſculum ſolemniter inveſtivit, & ipſum feudum eis defendere promiſit, & omnia facere, quæ in dictis conceſſionibus continentur, eo ſalvo quod ad pecuniam, de qua in ipſis fit mentio, Commune Januæ minime teneatur. Qui dominus Enrichus ſuo nomine, & procuratorio nomine dictorum fratrum ſuorum acceptans conceſſionem prædictam, & innovationem præſentis conceſſionis recognoſcens dictum dominum Ducem nomine dicti Communis, & per ipſum dominum Ducem ipſum Commune in verum dominum locorum prædictorum, & eorum, quæ conceſſa ſunt, ut ſupra, & cujuslibet eorum flexis genibus in animam ſuam, & dictorum fratrum ſuorum, quorum eſt prior corporaliter, tactis ſcripturis juravit, & ſacramentum fidelitatis præſtitit dicto domino Duci recipienti nomine ſuo, & Communi Januæ ſecundum formam a jure traditam in præſtatione ſacramenti fidelitatis, & prædicta attendere, & obſervare promiſit ſub pœnis contentis in dictis conceſſionibus antiquis ſub obligatione bonorum ſuorum, & dictorum fratrum ſuorum, & cujuslibet eorum habitorum, & habendorum. Datum Januæ in Ducali palatio in Cappella præſentibus teſtibus Gulielmo Fortia de Gavio, Angellino de Scribanis de Gavio quondam Danielis, Paleſtino quondam Volaſtini de Manaroloa, & Janino Camilla filio dicti Franciſci ad hæc vocati, & rogati.

Ego Gibertus de Carpina Notarius, & Communis Januæ Cancellarius, quia prædictis omnibus interfui, & de ipſis rogatus præſens publicum compoſui inſtrumentum, licet ipſum per alium extrahi fecerim, me ſubſcripſi, & ſignum mei apposui conſuetum.

(1) Thoma ex Lunig. T. I. 1375.
(2) Cui. (3) *De hac conceſſione Ottoni, Ugoni, & Thomæ facta nulla ſuperius mentio reperitur; unde nutilam hoc exemplar dicendum erit.*

114 MCCCXLIX.

Notitia libelli, quo Conradus Marchio Cevæ nuntio ſuo facultatem facit accipiendi ab Epiſcopo Aſtenſi Baldracco in feudum Leſegnum, Montemgroſſum, & Montembaſilium. Item alia ejuſdem rei gratia confecta die XI. maii a Friderico Marchione Cevæ. Extant in lib. Vir. Eccleſ. Aſten.

115 MCCCL.

Notitia actorum, & ſententia adverſus Præpoſitum Taurini, atque homines de Tiliis, eo quod civitatem Taurini principi Achajæ ſubjectam Marchioni Monisferrati prodiderint. Ex arch. Sabaud. lib. tranſact. ſignato F fol. 200. lib. 2. fol. 14. Terran.

Apocha ſolutionis dotis a Valentina uxore q. Franceſchini Marchionis de Carreto tradita Henrico de Carreto Marchione Saonæ cum teſtamento ejuſdem Franceſchini. Ex Collect. DD. J. C. Boſchi R. Judicis Pareti.

MCCCL. 116

In nomine Domini. Anno a Nativitate ejuſdem MCCCL., die Veneris ſeptimo die menſis martii, indictione tertia. Nobilis domina domina Valentina relicta quondam egregii viri domini Franceſchini Marchionis de Carreto, & poſtea relicta quondam nobilis militis domini Stephani de Vicecomitibus militis, & filia quondam nobilis viri Barnaboe de Auria de Janua cum parabula, & conſenſu domini Coſmi de Auria honore (1) Poteſtatis Mediolani filii quondam &c. Item domini Coſmi de Auria nunc habitantis, & morantis Mediolani in hoſpitio Poteſtariæ Mediolani cognati dictæ dominæ Valentinæ ibi præſentis, & conſentientis electi per eam dominam pro ſuo emondaldo in hoc negotio; Et cum auctoritate mei Ubertini Morexini Notarii infraſcripti, & per Commune Mediolani loco miſſi Regis conſtituti, qui eam dominam diligenter interrogavi cum omnibus interrogatoriis opportunis, & ei conſenſi, & licentiam, & auctoritatem, ut uſus eſt, & lex docet, tribui, atque dedi, quæ domina dictis conſenſu, & auctoritate intervenientibus, ut ſupra ibidem dixit, & proteſtata, & profeſſa fuit ſe ſua ſpontanea voluntate ab aliquo non cohacta omnia, & ſingula infraſcripta facere, & celebrare videtur, & fecit habitans nunc in Parrocchia ſancti Georgii in Parazo Portæ Ticinenſis Mediolani, ibidem dixit, & proteſtata, & contenta, & confeſſa fuit ſe recepiſſe, & habuiſſe a domino Enrico de Carreto Marchione Saonæ filio quondam domini Iacobi habitante in loco Spignii in Panchis Epiſcopatus Savonenſis ſolvente nomine ſuo, & nomine, & vice dominorum Antonii, Alberti, Manfredi, & Franceſchini fratrum ſuorum ſimiliter Marchionum Savonæ, & filiorum ſupradicti quondam domini Jacobi, & pro ſe, & ipſius fratribus ſuis, & pro quolibet eorum florenos tria millia, & ducentos auri boni, & veri, & juſti ponderis in bonis . . . . . auri pro completa ſolutione, & ſatisfactione omnium dotium, & legatorum, & relictorum ipſi dominæ quoquo modo pertinentium, & ſpectantium in bonis, & ſuper bonis relictis per ſupradictum quondam dominum Franceſchinum Marchionem de Carreto maritum olim dictæ dominæ Valentinæ, ut ſupra, & eorum occaſione, & generaliter toti illius, quod ipſa domina Valentina habere debeat, ſeu debet, & petere, vel requirere, ſeu exigere poterat, ſeu poteſt de bonis, & ſuper bonis relictis per ſupradictum quondam dominum Franceſchinum olim maritum dictæ dominæ Valentinæ ratione, ſeu occaſione dotium, ſeu dotis ipſius dominæ, vel ejus nomine, ac pro ea, & ad ejus utilitatem . . . . . per ſupradictum quondam dominum Franceſchinum olim maritum ſuum, & de bonis, & ſuper bonis

(1) Honorabili.

filius mariti sui, & quomodolibet legatorum, & relictorum ipsi dominæ quoquomodo . . . . . per supradictum quondam dominum Franceschinum Marchionem de Carreto maritum olim ipsius dominæ, & omnium melioramentorum, monetarum, & expensarum, damnorum, & interesse perinde . . . . . & passorum, & alimentorum eidem dominæ debitorum, & infrascriptorum, testamenti, & codicilli conditorum per me supradictum quondam dominum Franceschinum maritum olim dictæ dominæ, videlicet hujus testamenti huius tenoris.

In nomine Domini amen. Anno ejusdem Domini MCCCXIII., indictione X., die mercurii XXV. julii inter nonam, & vesperas actum in castro superiori Spigni in camera egregii viri domini Franceschini Marchionis de Carreto, ubi fuere testes vocati, & rogati dominus magister Jacobus Sambreta Fisicus de Aquis, dominus magister Bonifacius Phisicus de Curtemilia, dominus Presbiter Petrus Camareaschus de Montecalvo, Manfredinus de Saxello filius quondam domini Henrici de Saxello, Jacobinus, & Gregorius fratres filii quondam sp. Rolandi de Montecl aro, & Jacobus filius Nani matre de Gorzegno. Cum nihil sit certius morte, nihilque incertius horæ mortis, idcirco egregius vir dominus Franceschinus prædictus Marchio de Carreto filius, & hæres quondam domini Alberti Marchionis de Carreto sanus mente, & sensu licet æger corpore contemplatione suæ ultimæ voluntatis Divinum judicium timens, volens per nuncupativum suum condere testamentum, talem de se, & bonis suis fecit dispositionem, ut infra.

In primis quidem eligit sepulturam suam, & sepeliri voluit apud Monasterium dominarum sanctæ Claræ ædificandum, & condendum ut infra dicetur. Interim vero quousque dictum Monasterium fuerit fundatum, & ædificatum ita, quod ibi morentur Moniales, & Missa, & alia officia Divina celebrentur. Item voluit, & ordinavit, quod exequiæ funeris sui portentur, & recondantur, & reponantur, quando ipsum mori contigerit apud Ecclesiam Beati Francisci de Cairo in sepultura, sive monumento dicti quondam patris sui domini Alberti, quæ, seu quod est in dicto loco Beati Francisci Cairo.

Item voluit, disposuit, mandavit, & ordinavit, quod omnia debita, & male ablata per aliquam illecitam, & indebitam exactionem, seu retentionem facta, habita, & exacta per dictum Testatorem, & per Patrem suum quondam dictum dominum Albertum, & per nobilem virum quondam dominum Ughetum patruum suum quantum est de parte castri Degi, quæ spectabat ad dictum dominum Ughetum, & quæ pars pervenit in dictum Testatorem; & per magnificum virum quondam dominum Manfredum Marchionem de Carreto avum dicti Testatoris quantum est pro dicta parte hæreditatis dicti quondam domini Manfredi, quæ pervenit ipsi Testatori nomine paterno solvantur, & restituantur de bonis suis ad integram satisfactionem etc. Item legavit pro anima sua, & parentum suorum conventui dictorum Fratrum Minorum de Cairo etc., & fecit legata, & ordinamenta, quæ dictus Testator fecerit, fecit, statuit, legavit, & ordinavit infrascripta. Item voluit, jubsit, & ordinavit, & ex jure legati reliquit nobili dominæ dominæ Valentinæ uxori suæ dotes suas, quæ fuerunt, & sunt libræ mille januinorum, licet dictus Testator, nec alter pro eo omnes illas libras mille habuerit, sive perceperit. Item de bonis suis jure legati reliquit eidem dominæ Valentinæ alias libras mille januinorum. Item voluit, & ordinavit, quod illa domina Valentina possit stare, vivere, & habitare una in domo cum domina Tiburgia Comitissa de Carreto matre dicti Testatoris quamdiu ipsa domina Valentina vixerit, & vidualem in ipsa domo vitam servaverit, & dotes, & legatum non petierit, quod si aliam elegerit vitam, vel dotes, & legata petierit, voluit eam habere solum dotes suas, & legatum prædictum, scilicet supradictas libras duomillia januinorum. Item legavit pro remedio animæ suæ etc. Reliquorum bonorum suorum salvis prædictis sibi universalem hæredem instituit Tiburginam filiam suam ita tamen etc. Item voluit, & ordinavit dictus Testator, si contingeret dictam Tiburginam filiam suam discedere in pupillari ætate, vel quandocumque sine hærede legitimo ex se nato, quod nunc ipsi Tiburginæ succedat proximior ipsi Tiburginæ ex linea ipsius Testatoris pupillariter, vulgariter, & directe per fideicommissum, prout melius esse potest, ita tamen quod si evenerit casus etc., & hæc est ultima voluntas dicti domini Franceschini Marchionis de Carreto, quæ valere voluit jure testamenti, & si non valet, vel valebit jure testamenti, valeat saltem jure codicillorum, vel cujusvis alterius ultimæ voluntatis, data, & concessa licentia mihi Notario etc.

Et ego Conradus clericus sacri Palatii Notarius his omnibus interfui, & rogatus scripsi. Et unius codicilli per eum dominum Franceschinum maritum dictæ dominæ facti hujus tenoris.

Anno Domini MCCCXIII., indictione XI., die XXVI. julii. Actum in castro superiore de Spigno, scilicet in caminata domini Franceschini Marchionis de Carreto præsentibus Moro quondam Bolursi, Ghierano Barbuto, Morandello Casiroto, Johanne Raynaldo, Gullielmo Grimaldo, Jacobo Cremonesio, & Jacobo Grulo testibus vocatis, & rogatis. Cum dominus Franceschinus Marchio de Carreto super bonorum suorum possessionem nuncupativum testamentum sine scriptis fecerit scriptum manu Conradi clerici de Cairo Notarii testamentum prædictum obtinere jussit perpetuam firmitatem, & ultra in hoc præsenti codicillo reliquit de bonis suis jure legati dominæ Valentinæ filiæ nobilis viri domini Bernabuis Auriæ civis Januensis uxori ipsius domini Franceschini lib. duomillia Januen. nomine dandis, & solvendis eidem dominæ Valentinæ per honorabilem dominam Tiburginam Comitissam de Carreto, matrem, & fideicomissariam dicti domini Franceschini, vel per honorabilem virum Alexandrum de Asinariis socerum Tiburginæ filiæ, & hæredis ipsius domini Franceschini. Item vult quod istud codicillum possit aptari, & meliorari ad consilium unius, & plurium sapientum non mutata substantia, neque materia, neque etiam aliquod ponatur quod restringat, vel diminuat, seu contradicat præsenti testamento, vel codicillo supradicto, seu nominato, quæ

omnia confirmat ut ſupra etc., & ego Manfredus de Saxello Notarius ſacri Palatii hiis omnibus interfui rogatus hanc cartam ſcripſi &c. Quæ ambo inſtrumenta unum teſtamenti, & alterum codicilli facta ut ſupra, & ſuper prædicta terminata, prædicta domina Valentina dictis conſenſu, & auctoritate intervenientibus, ut ſupra ibidem dedit ſupradicto domino Anrico ſuo, & dicto nomine ſana, & integra. Et promiſit ibidem prædicta domina Valentina dictis conſenſu, & auctoritate intervenientibus, ut ſupra, obligando ſe, & omnia ſua bona præſentia, & futura pignori ſupradicto domino Anrico Marchioni, ut ſupra ibi præſenti, & has confeſſionem, promiſſionem, & ſecuritatem ſtipulanti, & recipienti nomine ſuo, & nomine, & vice ſupradictorum fratrum ejuſdem domini Enrici, & pro ſe, ac ipſis fratribus ſuis, quod ipſa domina ſuis propriis expenſis, & damnis, & ſine aliquibus expenſis, & damnis prædictorum domini Enrici, & fratrum de Carreto Marchionum ut ſupra, & ſuorum hæredum ſtabit, & permanebit tacita, & contenta, & curabit, & faciet cum effectu quod quilibet alius aliquem reperiret hanc cauſam, vel datum, ſeu jus de prædictis, vel aliquibus, ſeu aliquo eorum ſtabit, & permanebit tacitus, & contentus in his confeſſis, & ſolutis, & prædictis omnibus omni tempore, & nullo tempore contrafacient, nec venient per ſe, nec per eorum ſubmiſſas perſonas aliqua ratione, occaſione, vel modo, quæ, ſeu quod poſſint dici, vel etiam cogitari, renuncians dicta domina dictis conſenſu, & auctoritate intervenientibus, ut ſupra exceptioni non facti per eam dictorum confeſſi, & promiſſionis, & aliorum ut ſupra, & non exinde receptorum, & habitorum per eam a dicto domino Enrico nomine ſuo, & dictorum fratrum ſuorum, pro quibus, & pro ſe ſolvit ut ſupra, & pro prædictis ſolutionibus ut ſupra ſupradictorum trium millium ducentum florinorum auri, & boni auri, & juſti ponderis, ut ſupra, & non actorum taliter prædictorum ut ſupra, & non exinde traditi hujus . . . . . & omni probationi. & defenſioni in contrario. Item & inſuper renuntians dictis conſenſu, & auctoritate intervenientibus, ut ſupra beneficio ſenatus conſulti Velleiani dato ibidem ipſi dominæ per me Ubertinum Notarium diligenter, ac vulgari intelligentia quod, & quale eſt illum beneficium, & quod importat, & ut, & qualis eſt illa renuntiatio, & diligenter, & bene certiorata de ipſis, & exinde plura inſtrumenta uno tenore fieri ſunt rogata. Actum in hoſpitio habitationis ſupradictæ dominæ Valentinæ ſupradictæ Parrochiæ ſancti Georgii in Parazo portæ Ticinenſis Mediolani, pro Notariis fuerunt ibi Albertolus Frumentus filius quondam Giullielmi Frumenti, & Jacobus filius Enrici de Anzano ambo civitatis Mediolani portæ horient. Parrochiæ ſanctæ Babilæ Notarii. Interfuerunt ibi teſtes ſapiens vir dominus Eraxmus de Liprandis legum Doctore filius quondam domini Salvarini de Liprandis juris utriuſque periti portæ horient. Parrochiæ ſancti Pauli in cumpito notus, & dominus . . . . . de Biffis juris utriuſque peritus filius quondam domini Baſſiani de Biffis juris utriuſque periti portæ novæ Parrochiæ ſancti Protaxii ad ad Monacos, & Franciſcus Fazoxi filius quondam domini Beltrami portæ novæ parrochiæ ſanctæ Tecla omnes civitatis Mediolani idonei vocati etiam, & rogati.

Subſcript. etc. cum ſigno tabellionati antepoſito. Ego Ubertus filius quondam domini Mathæi Monexini civitatis Mediolani portæ hor. parrochiæ ſanctæ Babillæ imperiali auctoritate Notarius publicus rogatus tradidi, & ſcripſi, & ad ſerbandum dedi, juſſi, & impoſui, & mandavi Albertolo Frumento Notario publico infraſcripto, meumque Notarii ſignum appoſui conſuetum etc. ſubſcript. etc. cum ſigno tabellionati antepoſito. Ego præd ctus Jacobus de Anzano prædictis pro Notario interfui, ut ſupra, & ſcripſi.

Subſcript. etc. cum ſigno tabellionati antepoſito. Ego Albertolus quondam Giullielmi civitatis Mediolani portæ hor. parrochiæ ſanctæ Babillæ imperiali auctoritate Notarius publicus juſſu impoſito, & mandato ſupradicti Ubertini Morexini Notarii pub. ſcripſi, & prædictis pro Not interfui, & ſubſcripſi, meumque ſignum Notarii appoſui conſuetum.

Notitia pro familia M.M. de Ponzono ex carta authentica penes me.

MCCCLVI. 117

In nomine Domini amen. Hoc eſt exemplum, ſeu exemplar cujuſdam publici, & originalis inſtrumenti ſcriptum, & ſubſcriptum in formam publicam per me Rolandinum de Rolando de Beſtagno publicum imperiali auctoritate Notarium anno Domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimoſeptimo, indictione decimaquinta, die vigeſimo octavo menſis novembris in civitate Aquis, videlicet in domo habitationis Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Henrici de ſancto Stephano Dei gratia Abbatis Monaſterii ſancti Petri dictæ Civitatis, de, ab, & ex originali, & publico inſtrumento tradito, & ſubſcripto per Jacobum Deſtephanis de Bozolaſco imperiali auctoritate Notarium anno a Nativitate Domini ejuſdem Jeſu Chriſti milleſimo tricenteſimo quinquageſimoſexto, indictione nona, die undecima julii de mandato Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Henrici Abbatis prædicti ad hæc omnia, & ſingula auctoritatem ſuam ſolemniter interponentem, & decretum, & ad inſtantiam, & requiſitionem Ven. in Chriſto Patris, & D. D. Dominici ex Comitibus Valpergæ eadem gratia Abbatis Monaſterii ſancti Quintini de Spigno Saonæ Diœceſis a ſupradicto domino Abbate ſancti Petri inſtantius requirentis prædictum inſtrumentum traditum, & rogatum ut ſupra etc.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo tricenteſimo quinquageſimoſexto, indictione nona, die ſexta julii comparentibus coram Rev. in Chriſto Patre D. Benedicto Dei, ac Sedis Apoſtolicæ gratia Abbatis Monaſterii ſancti Quintini de Spigno ordinis ſancti Benedicti, Johanne filio quondam Manfredi nominati quondam Agaxii de Ponzono, & Conrado filio quondam Pagani filio etiam dicti quondam Agaxii petentibus etc.

Actum in caſtro Planæ præſentibus teſtibus Balliano de Jacobo, & Bernardo de Zanis ad præmiſſa vocatis, & rogatis. Et ego Jacobus Deſtephanis

de Bozolasco imperiali auctoritate Notarius hanc cartam de Protocollis quondam Borgarelli de Zaziis extraxi, prout in ipso inveni, nil addens, minuens, vel mutans nisi præter literam, vel syllabam, sententia tamen in aliquo non mutata, & signum meum in aliis instrumentis apponi consuetum apposui, & hoc ex licentia, & bayla mihi data, & concessa a Magnifico D. D. Manfredo de Carreto Marchione Saonæ scripsi etc.

Ego Rolandinus de Rolando de Bestagno Aquen. Diœcesis imperiali auctoritate Notarius etc.

Et hoc præsentibus D. Jacobino de sancto Stephano, fratre Philippo de Revigliasco ordinis sancti Johannis Hierosolymitani, & D. Presbytero Bartolomeo de Porta Canc. Aquen., & in fine me subscripsi cum consueto apposito signo meo.

Ego Franciscus De-Bordell. de Aquis Notarius publicus etc.

Et hoc præsentibus videlicet D. Jacobino de sancto Stephano, D. Presbytero Bartolomeo de Porta de Aquis Canc. Aquen., D. fratre Philippo de Rugliasco præceptore Ecclesiæ sancti Caloceri de Aquis.

Ego Petrinus de Seroll. publicus Notarius etc.

Et hoc præsentibus D. Jacobino de sancto Stephano, fratre Philippo de Rughasco ordinis sancti Johannis Hyerosolomitani, & D. Presbytero Bartholomeo de Porta Can. Aquen. etc.

Retroscriptum exemplum desumtum fuisse ab asservato in archivio Ducali secretiori suæ celsitudinis Sabaudiæ, attestor ego infrascriptus a secretis Status, & ejusdem archivii Præfectus.

Casali die 17. maii 1709.

Jacobus Hyacintus Saleta.

Investitura Montisclari Georgio de Asinariis concessa a Manfredo Marchione Saonæ juxta sensum alterius a Jacobo de Carreto MCCCXIII. impertita Alexandro, & Bonifacio de Asinariis, Ex Collect. DD. ap. J. C. Boscum R. Judicem Pareti.

118 MCCCLXVII.

In nomine Domini amen. Anno MCCCLXVII., indictione quinta, die octavo mensis septembris. Actum in castro Spigni in palatio præsentibus nobilibus viris domino Aleramo de Carreto Marchione Saonæ, domino Jacobo Gutuario de Castello de Ast, domino Bartholomeo de Stephanis jurisperito, domino Bartholomeo de Ponito (1) ex Marchionibus de Carreto testibus ad hæc vocatis, & rogatis. Cum hoc esset quod egregius, & magnificus vir dominus Jacobus de Carreto Marchio Saonæ per se, & suos hæredes, & successores dedisset, & concessisset nobilibus viris dominis Alexandro, & Bonifacio de Asinariis civibus Ast præsentibus, & recipientibus pro sese, & eorum hæredibus, masculis, & fœminis legitimis ex ipsis descendentibus usque in infinitum in nobile, & gentile feudum antiquum, paternum, & proavitum locum, villam, & homines, & castrum Montisclari cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, & utili dicti loci, & omnia jura in dictis rebus, & occasione ipsarum eidem competentia, & omnes terras, possessiones, prata, vineas, & terras laborativas, & non laborativas, arboratas, & non arboratas, & zerbas, & generaliter omnes alias res cujuscumque generis existant sitas super posse Spigni, quæ fuerunt quorumdam hominum de Montebaudono in augumentum dicti feudi, quas dictus q. dominus Jacobus de Carreto habebat, tenebat, & possidebat in dicto posse Spigni, & omnia jura, & actiones, & id, & totum quod dictus quondam dominus Jacobus habebat, & habere visus erat in prodam Paganino pagano de Montebaudono, & ejus hæredibus, & omnes terras, & possessiones dicti quondam Paganini, quas habebat, tenebat, & possidebat in dicto posse Spigni, qui locus Montisclari situs est in dioceси Aquensi inter Burmidam, & Cerrum, cui cohæret finis Spigni, ab una parte finis Montisbaudoni, ab alia finis Ponti, ab alia, & finis Saxelli, & si qui alii sunt confines, & dictos D. D. Alexandrum, & Bonifacium per se, & hæredes suos masculos, & fœminas ut supra cum ense, quem in manu tenebat in nobile, & gentile feudum, antiquum, & paternum investisset sub certis pactis, & conventionibus firmatis, & habitis inter dictum dominum Jacobum ex una parte, & dictos dominos Alexandrum, & Bonifatium ex altera faciendo dicti domini Alexander, & Bonifatius de dictis loco, & hominibus Montisclari pacem, & guerram contra quamcumque personam, ut exercitum, & cavalcatam (& e contra dictus dominus Manfredus promisit dicto domino Georgio suo, & dicto nomine de dicto feudo, prout in dicto instrumento continetur (2)) & eidem domino Jacobo Marchioni sub pactis prædictis dicti D. D. de Asinariis præstitissent debitum fidelitatis juramentum, prout de prædictis constat publico instrumento, ut asseritur scripto manu Gullielmi Brocardi de Vexemo Notarii currente MCCCXXIII., indictione sexta, die decimo nono mensis decembris, & dictus dominus Jacobus quondam .... decessit relictis pluribus filiis, & inter alios egregium virum dominum Manfredum de Carreto Marchionem Savonæ, ad quem dominum Manfredum pervenit dictum feudum in partem in totum ex divisionibus celebratis inter dictum dominum Manfredum, & suos fratres, & nepotes. Ecce quod prætatus dominus Manfredus de Carreto Marchio Savonæ affectans tesaurum per prædecessores ipsius aquisitum amicos, videlicet & fideles pro viribus conservare habens plenam notitiam de præmissis, & de oblatione fidelitatis sibi oblatæ per nobilem virum dominum Georgium Asinarium civem Ast suo proprio nomine, & procuratorio nomine nobilium virorum dominorum Antonii de Asinariis filiis quondam domini Secondini de Asinariis, & Lodovici de Asinariis filii quondam domini Petrini de Asinariis, ac etiam de requisitione facta per dictum procuratorem suo, & dicto nomine dicto domino Manfredo Marchione, ut dignetur, & erit (3) dictum dominum Georgium suo nomine, & procuratorio nomine, quo supra investire, & investituram facere de dictis castro, & villa, & hominibus Montisclari mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, ac de terris, & possessionibus

Digitized by Google

ſupradictis nomine augumenti feudi advertens dictus dominus Manfredus dictam requiſitionem factam per dictum dominum Georgium procuratorem ſuo, & dicto nomine fore congruam, & conſonam juri per dictum dominum Georgium ſuo nomine, & nomine quo ſupra pro ſeſe, & eorum hæredibns maſculis, & fœminis uſque in infinitum de prædictis rebus, juribus, & actionibus ſupradictis modis, & formis, pactis, & conventionibus, quibus inveſtiti fuerunt ſupradicti domini Alexander, & Bonifacius a dicto quondam domino Jacobo cum uno enſe, quem in manu tenebat legitime dictum dominum Georgium ſuo nomine, & procuratorio nomine, quo ſupra inveſtivit. Promittens dictus dominus Manfredus dicto domino Georgio ſuo, & dicto nomine prædictam inveſtituram, & omnia, & ſingula in hoc inſtrumento contenta perpetuo firma, & rata habere, & tenere, attendere, & obſervare, & in aliquo non contravenire per ſe, vel per alios aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto ſub obligatione omnium bonorum ipſius, quibus ſic peractis dictus dominus Georgius ſuo nomine proprio, & procuratorio nomine, quo ſupra de prædictis feudis præſtitit cum reverentia, qua decuit dicto domino Manfredo fidelitatis debitæ ſacramentum, ac promiſit dictus dominus Georgius ſuo, & dicto nomine dicto domino Manfredo attendere, & obſervare omnia, & ſingula, quæ in capitulis fidelitatis veteris, & novæ plene continentur ſub hipoteca, & obligatione omnium bonorum dicti domini Georgii, & dictorum conſtituentium, de qua procura dicti domini Georgii conſtat publico inſtrumento ſcripto manu Tadei de Alexandri de Milleſimo Notarii currentibus ſupradictis milleſimo, indictione, & die ſeptimo præſentis menſis ſeptembris. Et de prædictis dictus dominus Marchio, & dictus dominus Georgius ſuo, & dicto nomine de Aſinariis præceperunt mihi Notario infraſcripto fieri publicum inſtrumentum dictandum, & reficiendum ſemel, & pluries ad conſilium unius, & plurium ſapientium.

Et ego Bartolinus Goslinus de Nitia imperiali auctoritate Notarius hoc inſtrumentum mihi præceptum per partes prædictas ſic tradidi, & ſignum meum appoſui, & ſcripſi.

(1) Ponto. (2) *Hæc, quæ lineis concluſimus, videntur extra locum eſſe, & alio reponenda.*

(3) *Forte* velit.

Sententia ex compromiſſo lata ab Iſnardo Albertino, Georgio, & Gabriele Marchionibus Inciſæ, & Guarleta J. C. ſuper controverſias inter Loyſium, & Antonium filios Alberti Marchionis Inciſæ. Ex membrana Tabularii Orphanotrophii Aquenſis.

1219 MCCCLXXXXIII.

In nomine Domini amen. Nos Iſnardus Albertinus Georgius, & Gabriel Marchiones Inciſæ, nec non Freilinus Guarleta Doctor legum civis Aſt arbitri, & arbitratores, ac amicabiles compoſitores, & communes amici electi, & aſſumti inter, & per nobiles viros Loiſium filium quondam egregii militis, & D. D. Alberti Marchionis Inciſæ ex una parte, & Antonium fratrem dicti Loiſii, ac filium domini Alberti præfati ex parte altera in, de, & ſuper omnibus, & ſingulis quæſtionibus, & debatis vertentibus inter partes prædictas occaſione bonorum, ac teſtamenti dicti quondam domini Alberti patris ipſorum, & aliis quibuſcumque de cauſis, ut de compromiſſo in nos facto conſtat publico inſtrumento recepto manu Philippini Beliani de Bergamaſco Notario hoc anno, & indictione die XII. menſis martii cupientes inter dictas partes mittere concordiam, & diſſenſionis materiam amputare, parcereque ipſarum partium laboribus, & expenſis Chriſti, ejuſque Matris Virginis glorioſæ, totiuſque cœleſtis Curiæ nominibus invocatis animo, & intentione componendi inter partes prædictas ſedentes, & his ſcriptis dicimus, & pronunciamus, ac per partes ipſas, & ipſarum quaslibet obſervari præcipimus prout infra ſub pœna in compromiſſo appoſita, & contenta committenda, & exigenda prout in compromiſſo plenius continetur. Inprimis ſequentes formam teſtamenti domini Alberti præfati adjudicamus Loiſio antedicto filio domini Alberti præfati palatium vetus præfati domini Alberti quondam cum lobia, & cum medietate curiæ, & ciſternæ, & cum cohærentiis deſignatis in teſtamento prædicto, ſic, & taliter quod idem Loiſius dictam domum cum omnibus exiſtentibus in ipſa habeat pleno jure. Item adjudicamus eidem Loiſio pro ſolutione medietatis docium quondam dominæ Antoniæ matris ipſius, videlicet florenis ſeptemcentum, & quinquaginta omnes domos, & ædificia poſitas, & poſita ſuper area ipſius domini Alberti quondam cum ſediminibus, & caxina, cui areæ cohæret via, & domus Eccleſiæ Plebis, ac platea dominorum Inciſæ, ſic, & taliter quod dictam aream cum caxina, muris, domibus, & ædificiis, & prout idem dominus Albertus prædicta tenebat, habeat pleno jure pro ſolutione medietatis dictarum docium prout ſupra ſi & in quantum per quatuor æſtimatores eligendos per partes prædictas, videlicet duos magiſtros de muro, & duos magiſtros manariæ repertum fuerit prædictam aream cum domibus, & ædificiis, muris, & caxina valere ſummam prædictam florenorum DCCL. Si vero repertum fuerit ipſam, & ipſa valere minus, tunc & eo caſu volumus, & jubemus, quod idem Loiſius habeat de bonis quondam domini Alberti præfati tantum, quod ſufficiat ad ſummam prædictam, prout nos arbitri duxerimus ordinandum per manus Antonii executoris teſtamenti domini Alberti præfati, & de iliis poſſeſſionibus, quas duxerimus eligendum. Et ſi idem Antonius dictum reſiduum ſolvere voluerit in pecunia numerata dictam ſolutionem dictus Loiſius recipere teneatur. Item adjudicamus eidem Loiſio pleno jure caſtrum Cerreti cum quibuſcumque poſſeſſionibus ipſius caſtri a ruptis uſque ad cellas, & a cellis ſupra exceptis tertia parte pratorum de Gardobia, & excepto prato quod eſt modiorum novem, vel circa, quod in ſe retinuit dominus Albertus præfatus in inſtrumento compoſitionis factæ inter ipſum ex una parte, & dictum Loiſium ſuo nomine, & nomine dicti Antonii .... ejus fratris ex altera, de quibus extat pu-

blicum inſtrumentum manu Jacobini Piloti de Ineiſa Notarii anno Domini MCCCLXXXIX., die XX. menſis februarii, quæ omnia ſalvo jure venationis cuniculorum, quæ debet eſſe communis ratione juriſdictionis dominorum Inciſæ. Idem Loiſius habeat ex cauſis denotatis in compoſitionibus antedictis ſine contradictione Antonini prædicti, & abſque eo quod idem Antoninus ipſa poſſit redimere, prout dictabant compoſitiones prædictæ, habeat etiam vineam de monte Oliva eidem donatam in compoſitionibus antedictis per dominum Albertum præfatum. Item adjudicamus Antonino prædicto domum novam poſitam in caſtro Inciſæ factam per dominum Albertum prædictum cum foſſatis, & parte ſediminis vacui, quod eſt in Caſtellacio uſque ad pilliam antiquam, quæ eſt in angulo verſus curiam ponendo lineam in angulo dictæ pilliæ, ſeu muri recta linea portendendo, & mirando uſque in Rocam Caſtellacii, & cum cohærentiis poſitis in teſtamento domini Alberti præfati, & cum medietate curiæ, & medietate ciſternæ, & prout in teſtamento dicti domini Alberti eſt deſcriptum ſic, & taliter, quod idem Antonius prædicta omnia habeat pleno jure ſine contradictione Loiſii antedicti; reliquam vero partem dicti ſediminis vacui ultra terminos antedictos adjudicamus dicto Loiſio pleno jure volentes, ac jubentes, quod in ciſterna prædicta intus, vel extra nihil novi, ſeu impedimenti fieri poſſit per aliquam partium prædictarum, quum partes prædictæ, & quælibet ex ipſis uti poſſit pacifice, & quiete dicta ciſterna, & aqua exiſtente in ipſa, ac in veniciano ipſius, decernentes etiam, quod ſi contingat per tempora dictam ciſternam, vel veniciannum ipſius indigere aliqua reparatione, quod illud fieri debeat communiter per dictas partes, & expenſis communibus parcium prædictarum, adjicientes inſuper, quod ſi contingat per ipſas partes velle dividere curiam ſuper qua, & apud quam eſt ciſterna prædicta, quod dicta diviſio fiat, & fieri debeat ad minus damnum parcium prædictarum, & ſic, & taliter quod quælibet ex dictis partibus acceſſum habeat, & habere poſſit libere ad ciſternam prædictam, pro qua ciſterna quælibet ex dictis partibus faciat canales poſſe ſuo. Item adjudicamus dicto Antonino pro ſolutione medietatis docium dominæ Antoniæ matris ipſius, videlicet pro florenis ſeptemcentum, & quinquaginta de poſſeſſionibus, quas in ſe retinuit dictus Albertus præfatus in compoſitionibus, de quibus ſupra, prout idem Antoninus duxerit eligendum ad extimatione florenorum duorum cum dimidio pro ſtario tot, & tantas, quæ aſcendant ad ſummam florenorum ſeptemcentum, & quinquaginta pro dotibus antedictis, ſic, & taliter quod idem Antoninus prædictus habeat pleno jure ſine contradictione Loiſii antedicti. Item dicimus, & declaramus, quod reſiduum poſſeſſionum, quas in ſe retinuit dominus Albertus præfatus in compoſitionibus antedictis unacum bonis, & poſſeſſionibus, quæ fuerunt Jacobi Tavani quondam, & aliis poſſeſſionibus, ac domibus, & bonis aliis mobilibus, & immobilibus, quas idem dominus Albertus tenuit, & tenebat poſt compoſitiones prædictas remaneant ad manus Antonini prædicti executoris teſtamenti domini Alberti præfati pro executione facienda per ipſum, ſecundum quod in teſtamento prædicto plenius continetur ſic, & taliter, quod idem Loiſius ſe non impediat de prædictis. Item dicimus, & declaramus, quod alia omnia bona immobilia quondam domini Alberti prædicti, quæ ſunt ultra ſummam dictorum modiorum quinquaginta, vel aliorum reſervatorum in ſe per dominum Albertum prædictum, & quod poſt compoſitiones prædictas idem dominus Albertus tenuit, & poſſedit, ut ſupra, exceptis caſtro Cerreti, & poſſeſſionibus ipſius, de qnibus ſuperius eſt declaratum unacum dominio, ac juriſdictione, molandinis, furnis, & pedagiis, hominibus, venationibus, & aliis honorancis pertinentibus ad dictum dominum Albertum in caſtro Inciſæ, ac villa, & aliis caſtris, & villis, & toto diſtrictu dominorum Inciſæ ſunt, & eſſe debeant communes, & communia inter dictos Loiſium, & Antoninum fratres æqualibus porcionibus cum eis videbitur inter ipſos dividenda, & prout in teſtamento domini Alberti ſerioſius continetur. Item dicimus, & pronunciamus, quod ſi, & ubi nobilis D. D. Violand uxor, ſeu conſors Loiſii antedicti probaverit per publicum inſtrumentum, ſeu per teſtes idoneos, quod dominus Albertus præfatus habuerit, ſeu confeſſus fuerit habuiſſe ab ipſa, vel ab alio nomine ipſius dominæ Violantis pro dotibus ipſius, ſeu promixerit ſe aliquid ſolvere eidem dominæ Violanti, vel alteri nomine ipſius pro dotibus antedictis, quod tunc, & eo caſu in diviſionibus fiendis de bonis domini Alberti præfati inter fratres prædictos idem Loiſius habeat, & habere debeat antepartem nomine dictæ dominæ Violant, & pro dotibus ipſius medietatem ejus, quod repertum fuerit dictum dominum Albertum habuiſſe, ſeu confeſſum fuiſſe, vel promiſiſſe, ſeu ſe, & bona ipſius obligaſſe facto computo per dominum Loiſium de perlis ipſius dominæ Violant, quæ medietas aſcendit ad ſummam florenorum CCCCL. ipſa domina Violant aſſecurante dominum Antoninum, quod ipſum Antoninum hæredes, & bona ipſius pro dictis dotibus nullatenus moleſtabit, ac renunciante omnibus juribus ſibi competentibus occaſione dotium prædictarum in & ſuper bonis domini Alberti prædicti quondam adjudicatis dicto Antonino, & quod in dictis diviſionibus venient in partem Antonino prædicto ad conſilium ſapientis, & aliter non teneatur dictus Antoninus in dictis diviſionibus aliquid dare ante partem pro dictis dotibus Loiſio antedicto, juribus tamen quibuſcumque competentibus dictæ dominæ Violanti ſuper bonis domini Alberti præfati quondam ſemper ſalvis, ac eidem dominæ Violanti in omnibus, & per omnia in caſu repetendæ dotis reſervatis expreſſe.

Data, lata, & actum in caſtro Inciſæ in platea ipſius caſtri ante Eccleſiam ſancti Michaelis dicti caſtri, anno Domini milleſimo triceteſimo octuageſimotertio, indictione ſexta, die primo menſis aprilis, præſentibus partibus antedictis, & præſentibus teſtibus vocatis, & rogatis nobilibus viris Freylio, Johannino, Dominico, Iſnardo, Raphaeli, & Lanzarato omnibus Marchionibus Inciſæ. Et de prædictis ſupradicti domini arbitri, ac etiam dicti Loiſius, & Antoninus præceperunt per me Notarium

Digitized by Google

infrascriptum fieri publicum instrumentum unum, & plura.

Et ego Andreas Zecha Astensis publicus imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & singulis interfui unacum testibus suprascriptis, & rogatus sic scripsi in testimonium præmissorum, signumque meum apposui consuetum, & me subscripsi.

Investitura Communitatis Januæ Pontio Alberto, & Jacobo MM. de Ponzono concessa juxta sententiam alterius ab ipsa an. MCCLXXX. Enriceto, & Manfredino MM. de Ponzono jamdudum traditæ.

120 MCCCLXXXIV.

Anno Domini MCCCLXXXIV. illustris, & egregius vir dominus Ponzius Marchio de Ponzono filius, & hæres pro dimidia domini Bonifacii ex Marchionibus Ponzoni suo proprio nomine, & procurator, & procuratorio nomine nobilium, & egregiorum virorum dominorum Alberti, & Jacobi ex Marchionibus de Ponzono fratrum, & filiorum, & hæredum domini Gujoni filii, & hæredis pro reliqua dicti quondam domini Bonifacii Marchionis de Ponzono habens ad infrascripta plenum, & sufficiens mandatum a dictis constituentibus juxta formam publici instrumenti scripti manu Jacobi de Scribanis Notarii publici die 25. mensis præsentis anni, cujus tenor talis est.

Anno Domini MCCCLXXXIV., indictione VI., die XXV. mensis novembris actum in castro Ponzoni in camminata majori egregiorum virorum dominorum Puncii Alberti, & Jacobini Marchionum de Ponzono præsentibus Jacobino etc. . . . . habentes notitiam, & certam scientiam sicut Commune Januæ etc. . . . . dederunt etc. . . . . in feudum nobile, rectum, & gentile domino Enricheto Marchioni de Ponzono filio quondam domini Bonifacii, & Manfredino Marchioni de Ponzono filio quondam domini Conradi recipientibus pro se, & filiis suis, & quibuscumque descendentibus masculis, & feminis, & aliis quibuscumque successoribus castrum de Ponzono, & partem castri, & districtus, & territorii Spigni, & castrorum Mairanæ, & Rochettæ, & Burgorum etc. . . . . cum pactis, & conditionibus descriptis etc. . . . . in quodam instrumento etc. scripto etc. manu Lanfranchi de Vallario MCCLXXX., die XXII. novembris, indictione III. circa completorium etc., & post mortem dictorum dominorum Henriceti, & Manfredi dominus Bonifacius filius domini Henriceti, & dominus Corradinus filius dicti domini Manfredi fuerint investiti de dicto feudo per Commune Januæ etc. Et quidem dominus Bonifacius decessit superstitibus dictis dominis Poncio, & Ghiono fratribus, & filiis dicti domini Bonifacii, & qui Ghionus decessit superstitibus dictis dominis Alberto, & Jacobo, ad quos spectat etc. castrum etc. Ponzoni una cum dicto domino Ponzio patruo suo pro medietate, & volentes quantum est pro dicta medietate una cum dicto domino Ponzio patruo suo etc. accipere investituram a Communi Januæ etc. ordinaverunt dictum dominum Pontium patruum ipsorum etc. procuratorem etc. ad se personaliter comparendum etc. coram illustri domino Antoniotto Adurno Dei gratia Januensium Duce etc. constitutus in præsentia ill., & mag. domini Antoniotti Adurni Dei gratia Januensium Duci exposuit etc. sicut tunc præsidentes dicti Communis etc. dederunt etc. in feudum Enrichetto Marchioni de Ponzono filio quondam domini Bonifacii, & Manfredino filio quondam domini Conradi Marchionis de Ponzono recipientibus pro se, & filiis suis castrum de Ponzono, & tertiam partem castri, territorii, Spigni, & castrorum Mairanæ, Rochettæ, & Burgorum juxta formam cujusdam instrumenti scripti manu Lanfranchi de Vallario Notarii publici anno MCCLXXXX., cujus tenor talis est.

In nomine Domini amen. Nos Johannes de Lucino Potestas Januæ, Obertus Spinola, & Conradus Auria Capitanei communis, & populi Januensis de voluntate, & consentiu antianorum, & consiliariorum nomine communis Januæ damus vobis Enriceto Marchioni de Ponzono filio quondam domini Bonifacii de Ponzono, & Manfredino de Ponzono filio quondam domini Conradi de Ponzono recipientibus pro vobis, & filiis vestris, & quibuscumque descendentibus masculis, & fœminis, & pro aliis quibuscumque sic a vobis, vel successoribus vestris causam habentibus inter vivos testamento, vel alia ultima voluntate, vel alio jure in feudum nobile, rectum, gentile castrum de Ponzono, & tertiam partem castri, & territorii, Spigni, & castrorum Mairanæ, & Rochettæ, & Burgorum, & omnia alia, quæ nobis Capitaneis nomine dicti Communis per vos donata fuerunt secundum tenorem instrumenti ipsius donationis scripti hodie manu mei Notarii infrascripti, & vos de prædictis omnibus investimus tali modo, & forma vobis damus ut infra quod vos, & hæredes vestri, & quicumque, cui datum, seu concessum jus præsentis feudi per vos, vel aliquem successorem vestrum in ipso jure debeatis prædicta concessa reddere Communi Januæ, vel ejus certo nuncio, seu in ejus potestate ponere guarnita, & disguarnita, & de ipsis, atque hominibus ipsorum locorum pacem, & guerram facere contra quamcumque personam, civitatem, & locum per vos, & homines vestros cum prædictis vobis in feudum datis, & concessis in ordinamento Communis Januæ, seu ejus certi nuncii salvo q od infernus dicetur quotiescumque de voluntate, seu beneplacito Communis Januæ, seu consilii Communis Januæ, vel majoris partis processerit occasio cujuscumque guerræ, quam Commune Januæ haberet contra quamcumque personam, civitatem, vel locum, per quam, seu quæ offensio damnum dari, vel inferri posset Communi Januæ, vel in terris ipsius Communis, vel etiam hominibus de districtu Januæ per ipsas partes, seu deversus ipsas partes, vel alias partes ipsis cohærentes tenenda, & custodienda expensis Communis Januæ per ipsum Commune quousque ipsa guerra duraverit cessante vero ipsa guerra Commune Januæ restituere debet prædicta vobis, & quibuslibet successoribus vestris in jure feudi.

Item debeatis vos, & hæredes successores vestri

in jure dicto ire in exercitum hostem cavalcatam per terram sicut alii Vassalli Communis Januæ habent, & facere, & curare, quod homines vestri, & ipsorum ibunt in hostem exercitum, & cavalcatam Communis Januæ tantum per terram dummodo Communis Januæ eis faciat ea, quæ facere consuevit hominibus de ultra jugum existentibus in exercitu Communis Januæ semper, & quandocumque per illum, seu illos, qui pro tempore fuerint ad regimen civitatis Januæ fuerit requisitum per se, vel litteras suas sigillo Communis Januæ sigillatas, vel per suum certum nuncium, ita tamen quod vos domini Enrichettus, & Manfredinus, vel aliquis ex hæredibus vestris, seu habens causam a vobis, vel aliquibus successoribus vestris in jure præsentis feudi non teneamini, vel teneantur facere jurare sacramentum fidelitatis homines vestros Communi Januæ, vel alii pro Communi, pro quibus debemus, & promiserunt nomine Communis vobis stipulantibus pro vobis, & hæredibus, & successoribus vestris, seu quod vos, & ipsos, & quemlibet ipsorum juvabimus, & manutenebimus, & defendemus de omnibus prædictis, & de omnibus terris, possessionibus, ac juribus vestris, quas, seu quæ ubicumque possidetis, & specialiter prædicta vobis ut supra in feudum data, & concessa contra quamcumque personam, civitatem, vel loca, & facere bona fide homines vestros esse subditos vobis tamquam dominis suis, & quoad prædicta observanda dabimus dicto nomine, seu adjutorium, quod vos, & homines vestros salvos, & securos custodiemus in personis, & rebus in Janua, & districtu, & quod non receptabimus in Janua, vel districtu aliquam personam foreStatam per vos, vel hæredes vestros, vel aliquos successores si ipsa persona forestata fuerit de hominibus vestris, seu jurisdictionis vestræ qualitercumque forestata sit, & quacumque occasione, & si ipsa persona forestata de hominibus vestris, seu jurisdictionis vestræ non fuerit, quæ non receptabitur in Janua, vel districtu, si ipsa persona fuerit forestata per vos, vel hæredes vestros occasione delicti, sive maleficii, quod dicatur fuisse commissum in aliqua parte, vel loco jurisdictionis vestræ.

Item quod si contingeret vos, vel aliquem ex hæredibus, vel homines vestros, vel ipsius facere guerram ad requisitionem Communis Januæ contra aliquam personam, civitatem, vel locum, & propterea terræ vestræ, vel successorum, vel hominum vestrorum, seu hominum ipsorum successorum devastarentur per aliquem, vel aliquos ex his, contra quos fieret guerra, quod Communi Januæ providebit in ipsis damnis secundum quod videbitur dicto Communi, & etiam in eundem casum si contingeret vobis, vel aliquo ex successoribus vestris prædictam guerram faciente ut dictum est amittere aliquod castrum, seu locum, quod Commune Januæ providebit, & ipsis de tali damno quousque illud castrum, villa, seu locus recuperabitur.

Item si contingeret vos, vel aliquem ex hæredibus, vel successoribus vestris prædictis facere guerram ut dictum est, quod Commune Januæ non faciet pacem cum illo, vel illis, contra quos vos, vel aliquem ex prædictis contingeret facere guerram ut dictum est nisi in ipsa pace vos & ipsi fueritis associati, seu positi. Versa vice nos dominus Enricetus, & Manfredinus juramus, & promittimus vobis dictis dominis Potestati fidelitatem excepto Imperatore Romano promittentes vobis stipulantibus nomine dicti Communis, quod prædicta omnia in feudum data guarnita, & disguarnita reddere in potestarem Communis Januæ, seu ejus certi nuncii quotiescumque de voluntate Communis Januæ proferit occasio cujuscumque guerræ, quod Commune Januæ haberet contra quamcumque personam, civitatem, vel locum, quam, seu quem offensio dari posset Communi Januæ, vel in terris ipsius Communis, vel etiam hominibus de districtu Januæ per ipsas partes, sive deversus ipsas partes, vel partes alias ipsis partibus cohærentes tenenda expensis ipsius Communis Januæ per ipsum Commune quousque guerra duraverit. Cessante vero ipsa guerra Commune Januæ restituere debet prædicta nobis, & quibuslibet hæredibus, seu successoribus nostris in jure feudi.

Item promittimus vobis dictis Potestati capitaneis, & antianis, quod de prædictis omnibus pacem, & guerram faciemus per nos, & hæredes, & successores nostros in jure feudi in ordinamento Communis Januæ, seu certi missi quotiescumque, & quandocumque per illum, seu illos, qui pro tempore fuerint ad regimen civitatis Januæ, vel per suas literas sigillo Communis Januæ sigillatas requisitum, & etiam quod ubicumque in exercitu hoste cavalcata Communis Januæ per terram sicut alii Vasalli Communis Januæ Commune Januæ nobis faciente sicut aliis Vasallis, & quod faciemus, & curabimus per nos, & dictos hæredes, seu successores nostros, quod homines nostri, & ipsorum ibunt in hostem, vel cavalcatam, seu exercitum Communis Januæ per terram tantum dummodo Commune Januæ eis faciat quæ facere consuevit hominibus de ultra jugum existentibus in exercitu Communis Januæ semper, & quandocumque per illum, seu illos fuerit, seu pro tempore fuerint ad regimen civitatis Januæ requisitum excepto contra hæredes, seu successores quondam domini Manfredi Marchionis de Carreto, & Ecclesiam Aquensem, contra quos, seu quam quantum de personis nostris non teneamur guerram facere, sed de hominibus nostræ jurisdictionis bene teneamur facere ipsam guerram contra dictos hæredes, sed non contra dictam Ecclesiam etiam de hominibus.

Item non receptabuntur forestati Communis Januæ in terris nostris prædictis, vel aliqua earum, & quod omnes Januenses, & de districtu Januæ, & qui per Commune Januæ modo aliquo distinguitur, erunt salvi, & securi in terris prædictis in personis, & rebus.

Insuper actum fuit per pactum, quod dicti Enriquetus, & Manfredinus, seu aliquis hæres, seu successor ipsorum in jure præsentis feudi prædicta, vel aliquid ex prædictis vendere, seu alienare non possint nisi Communi Januæ si tantum habere potuerint ut a Communi Januæ quantum ab alio bona fide, & sine fraude salvo si Commune Januæ emere nollet, in quem casum si domini Enricettus, & Manfredinus, sive aliquis eorum, sive alicujus eorum

Digitized by Google

ſucceſſor in dicto feudo vendere, ſeu alienare voluerint, ſive voluerit debeant, & teneantur domini Enrichettus, & Manfredinus, & eorum, & cujuslibet eorum hæredes, & ſucceſſores, de quibus dictum eſt prædicta vendere, ſeu alienare perſonæ, quæ ſit civis Januæ ſi aliquis reperiretur qui emere, & ſi civis aliquis, qui emere velit, non reperiretur, nunc ſi vendere, vel alienare voluerint dicti Enricettus, & Manfredinus, ſive aliquis eorum teneantur, & debeant vendere, vel alienare perſonæ, quæ ſit de Vaſſallis Communis Januæ, & aliter niſi ut ſuperius dictum eſt Enricettus, & Manfredinus vendere non poſſint prædicta, & ſemper eo ſalvo in quemcumque caſum contigerit venditionem fieri de prædictis, fiat ita ipſa venditio, & eo acto quod illa perſona, in quam devenerit prædicta, teneatur jurare fidelitatem Communi Januæ, & ipſa in feudum tenere ab ipſo Communi ſecundum pacta, & conventiones præſcriptas, & eodem modo Commune Januæ teneatur ipſi perſonæ ſicut ipſis Enricetto, & Manfredino tenetur.

Prædicta omnia facta ſunt ſalvis ſemper, & inconcuſſis exiſtentibus conventionibus inter Commune Januæ ex una parte, & dominos Enricettum, & Manfredinum, & quoſcumque ex Marchionibus de Ponzono ex altera factis, & faciendis ſuper nemore montis Urſalis, & aliis antiquis conventionibus hactenus initis inter Commune Januæ ex una parte, & aliquem, ſeu aliquos ex Marchionibus de Ponzono ex altera præter quam iis ſolummodo, ſuper quibus aliud ſpecialiter in præſenti inſtrumento comprehenſum eſt, quam ſuper ipſis, & antiquis conventionibus continetur.

Prædicta omnia, & ſingula dictæ partes dictis nominibus promiſerunt ſibi invicem ſolemniter ſtipulantibus attendere in perpetuum, alioquin mille marchas puri argenti nomine pœnæ pars non obſervans parti obſervanti dare, & ſolvere promiſit, pro quibus obſervandis dictæ partes inter ſe invicem obligaverunt pignori. Actum Januæ in palatio hæredum Oberti de Auria. Teſtes domini Bertholinus Bonifacii, Obertus Paxius, & Caſtellinus de Janua Judices, & Jacobus Alpanns, & Loixius Calvus, & Enricus de Savignono Notarii anno Domini MCCLXXXX., die XXII. novembris, indictione III. circa completerium.

Exponit dictis nominibus dictus dominus Poncius, quod dictus quondam dominus Enricettus avus ipſius domini Poncii, & abavus dictorum dominorum Alberti, & Jacobi deceſſit relictis duobus filiis dominis Bonifacio, & Guileto, qui dominus Bonifacius deceſſit relictis dicto domino Poncio, & Gujeto patre dictorum dominorum Alberti, & Jacobi, & ad quos dominos Poncium, Albertum, & Jacobum ſpectat medietas dicti caſtri Ponzoni, propterea requiſivit magnifico domino Duci, & ejus conſilio inveſtiri de dicta medietate offerens ſe paratum dictam infeudationem recipere, & debitæ fidelitatis juramentum præſtare. Qui magnificus dominus Antoniottus Adurnus audita dicta requiſitione facta per dominum Poncium cum quodam annulo ſuo aureo reveſtivit pro dicta medietate, qua reveſtitura ſibi nominibus dictis facta dictus dominus Poncius præſtitit fidelitatis debitum juramentum, & promiſit, & de prædictis mandaverunt confici præſens inſtrumentum per me Antonium de Credentia Notarium & dicti Communis Januæ Cancellarium. Actum Januæ in ſala terraciæ palatii Ducalis Communis Januæ ubi conſilia celebrantur anno Dominicæ Nativitatis MCCCLXXXIV., indictione VII. ſecundum curſum Januæ, die martis XXIX. novembris circa nonam præſentibus vocatis ſpecialiter, & rogatis Conrado Mazurro, Aldebrando de Corvarie, & Petro de Burgaro Notariis.

Ego Antonius de Credentia q Conradi &c.

Edictum Johannis Marchionis Montisferrati circa filiorum delicta. Ex libris Convoc. Arch. Civ. Ap.

MCCCCLVIIII. 121

Johannes Marchio Montisferrati &c. Cum ad ea ſemper jugi ſtudio fuerimus intenti non ſolum a ſubditis noſtris exteras depellere injurias, & pacem tribuere; verum ſic etiam optimis patriam honeſtari, & regi inſtitutis, quod etiam & foris, & domi abſque ſcelere, abſque noxa, abſque labe vivatur; profecto nonniſi ægre fecimus, ita quorumdam filiorum facinoroſorum fore vitam, quod plerumque ingentia in terris noſtris parturiunt ſcandala, publicamque dignitatem ſtupris, predis, variiſque flagitiis decoram familiarum ſuarum vetuſtatem, & antiquum nomen abolent, ac infamia perhenni deturpant. Nos arbitrantes id eorum impunitati contingere; quia ſic ſcelerum laxantur habenæ, quia non plectuntur; & plerumque patrum tolerantia hujuſmodi morbum inducit, & nutrit, volentes tot malis, qua poſſumus lege occurrere, habita ſuper his matura cum noſtris proceribus juris conſultis, atque nobilibus conſultatione, deliberatione facta, & ſi forte a juris communis rigore videamur deviare, tamen, ut compeſcantur ſcandala, & malegeſta prædicta, ſtatuimus, decrevimus, edimus, & jubemus patres quoſcumque in ditione noſtra tam mediata, quam immediata conſiſtentes nunc, & in futurum de ceterò pro delictis liberorum in patria noſtra delinquentium ab ipſis parentibus non emancipatorum in judiciis tamen civilibus, quam criminalibus teneri, conveniri, damnari, & plecti pecunialiter tantum poſſe, atque debere, ſi modo ipſi filii poſt damnum datum, aut delictum commiſſum cum ipſis patribus reperiantur receptati, aut commorantes, aut ante ipſum delictum, vel maleficium eſſent ipſi filii de hujuſmodi ante commiſſis diffamati. Et harum condemnationum executio fiat hoc modo, videlicet quod in damnis datis ſtatim patres teneantur ad emendam his, qui paſſi fuerint damnum. Pro delictis vero ſi ipſi filii capti fuerint, & pœna fuerit corporalis, teneat ſuum auctorem, ſi vero pecuniaria, tunc fiat condemnatio contra patrem, ut ſupra in quota, ſeu legitima paternæ hæreditatis filio delinquenti debita, & obvenienti. Exactio autem pro dimidia ſtatim fiat contra patrem in legittima tamen ipſius filii impuranda, & pro alia dimidia differatur poſt mortem ipſius patris, ne videamur ex toto viam juris communis deferere. Men-

dantes universis, & singulis officialibus nostris publicari . . . . . & in volumen decretorum nostrorum describi faciant.

Dat. Casali die XV. januarii MCCCCLIX. Eusebius.

Electio Petri de Tibaldeschis facta a Marchione Montisferrati ad vendendum Bartholomeo de Ruvere Nepoti domini Papæ feuda Monasterii, & Bestagni Lucretiæ Estensi pro dotibus obligata. Ex Tabul. DD. de Ruvere.

122 MCCCCLXXXXI.

In N. S., & J. T. P. & F., & S. S. A. Anno N. D. N. J. C. MCCCCLXXX., indictione XIV., die XXVI. mensis februarii. Actum in castro civitatis Casalis S. Evaxii, videlicet in camera audientiarum infrascr. illius domini Marchionis Montisferrati penes magnif. DD. Fr. Princivallo de sancto Georgio ex CC. de Blandrate milite Hierosolymitano, & Theodoro Rotario domino Guarenæ Consiliariis præfati Ill. D. Marchionis testibus notis &c. in quorum & mei infrascripti Notarii præsentia. Cum Ill. Princeps, & DD. Gulielmus Marchio Montisferrati S. R. J. P., Vicariusque perpetuus illustribus D. Rainaldo Estensi, & D. Lucretiæ ejus uxori filiæ naturali ipsius D. Marchionis, de, & pro certa ducatorum summa ex causa dotium ejusdem D. Lucretiæ debita alias obligasset castra, & loca Bestagni, & Monasterii cum juribus, & pertinentiis suis sub reservatione tamen, & conditione, quod præfatus Illustris Dominus Marchio illa redimere, & rehabere pro earumdem pecuniarum summa posset, intendatque Excellentia sua dicta castra, & loca redimere, & ad ipsorum alienationem in præsentiarum devenire, prout ibi asseruit; ecce quod prælibatus illustris DD. Gulielmus Marchio Montisferratensis confidens amplissime de integerrima prudentia, insigni rerum experientia, circumspectione, & industria mag. D. Petri de Tibaldeschis de Roma ejusdem Ill. D. Marchionis Consiliarii, & Seneschalchi sponte deliberate, & ex ejus certa scientia omnibus modo, via, jure, causa, & forma quibus melius efficacius potuit, & potest, fecit &c. eumdem D. Petrum absentem tamquam præsente Ill. D. Marchionis constituentis verum certum &c. procuratorem &c. ad vendendum, tradendum, & cedendum titulo cujusvis alienationis salva ramen obligatione recognitionis feudalis ipsi Marchioni faciendæ, & quemadmodum ipse D. Rainaldus, & D. Lucretia obligati sunt antedicta loca Bestagni, & Monasterii cum juribus, & pertinentiis suis in magnificum, & potentem D. Bartholomeum de Ruvere SS. D. N. Papæ nepotem sub, & pro toto illo pretio, de quo melius ipse D. Procurator concordaverit cum ipso Domino emptore, dictumque pretium, quo supra recipiendum, & de recepto quittandum &c. ..... & ego Notarius Vulpus de Blanzate filius quondam Antonii publicus imperiali auctoritate Notarius &c.

Renunciatio cujuslibet imperii, ac juris in Marchionatum Incisæ ab Alberto Marchione facta Gulielmo Marchioni Montisferrati, ac subsequens investitura medietatis castrorum S. Stephani, & Castilionis Finellæ eidem Alberto in compensationem concessa. Ex membrana Tabularii Orphanotrophii Aquensis.

MDXV. 123

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MDXV., indictione III., die XX. mensis maii. Actum in castro civitatis Casalis illustrissimi Principis, & excellentissimi domini nostri domini Gulielmi Marchionis Montisferrati, videlicet in viridario parvo præsentibus magnifico milite, & Doctore domino Francisco Bellono, & magnifico domino Galeoto de Carreto ex Condominis Millesimi Langarum Consiliariis præfati illustrissimi domini Marchionis, nec non spectet. D. D. Cristophoro de Carreto ex Condominis Ponti, & Johanne Antonio de Carreto Camerariis Marchionalibus testibus ad infrascripta omnia, & singula vocatis, & rogatis. In quorum & mei Notarii præsentia cum sit quod præfatus Ill. Princeps, & Excell. D. D. Gulielmus Marchio Montisferrati ex pluribus justis, & rationabilibus causis, suisque legitimis juribus ita suadentibus ad manus suas acceperit castrum, & locum Incisæ cum suis oppidis, terris, & villis, & pertinentiis Marchionatus Incisæ spectantibus tamquam suæ excellentiæ legitime, & debito jure spectantia, & devoluta præcedente expugnatione ejusdem castri, ac debellatione nunc quondam Oddoni ex nobilibus Incisæ in dicto castro, & marchionatu muniti ob plurima manifesta, ac nefanda crimina, assassinagia, homicidia, latrocinia, fabricationem falsarum monetarum, aliaque innumerabilia dementia ejusdem quondam Oddoni, & præsertim ob notoriam rebellionem, & felloniam per dictum q. Oddonum in excellentiam Marchionalem commissam. Post quam quidem recuperationem, & expugnationem coram prælibato illustrissimo, & excellentissimo Principe domino Marchione Montisferrati se præsentaverit spect. dominus Albertus unus ex nobilibus dicti castri Incisæ filius quondam domini Johan. Jacobi, qui humiliter proposuit suæ Excellentiæ, sicuti per dictum quondam Oddonum eidem detinebantur, & occupabantur nonnullæ partes dicti castri loci, & Marchionatus cum jurisdictione, homagio, & proprietatibus existentibus in territorio loco terris Marchionatus Incisæ una cum bonis, & juribus, omnibusque domini Carlini ex dictis nobilibus Incisæ eidem domino Alberto spectantibus, & pertinentibus tamquam proximiori eidem domino Carlino in gradu succedendi, quas, & quæ idem dominus Albertus sibi remitti, & tradi prætendebat, & propterea supplicaverit, & requisiverit illustrissimo D. D. Marchioni, ut dictas suas portiones, proprietates, & bona omnia, de quibus supra eidem velit remittere, aut saltem aliquod contracambium velit assignare, quo mediante possit ejus vitam sustentare. Ex adverso autem illustrissimus D. D. Marchio diceret, & prætenderet se de jure ad hujusmodi requisita non teneri attentis

juribus evidentibus ſuæ excellentiæ, tam propter acquiſitiones mediante pretio factas per Illuſtriſſimos progenitores, & anteceſſores ſuæ excellentiæ de prædictis caſtro loco, & terris, & Marchionatu, ac pertinentiis Inciſæ jure legitimo, juſtoque titulo ſuæ excellentiæ ſpectant, & pertinent, quam etiam ob expugnationem, & debellationem dicti caſtri, & Oddoni, pro qua excellentia ſua magnum paravit exercitum, & cum maxima quidem impenſa, & ſtipendio dictum caſtrum, locum, & terras ad manus ſuas reduxit uſque ad ſummam ſcutorum quadragintamille auri ſolis, & ultra in ipſa cauſa impenſorum. Ad quarum pecuniarum ſolutionem, & eas reſarciendas tam ipſe dominus Albertus, quam cæteri prætendentes aliquid habere poſſe, vel debere &c. . . . . dictis caſtris, loco, terris, & pertinentiis tenentur, & contribuere debent ita quod portio, quæ tangit dictum dominum Albertum, aſcendit ad magnam pecuniarum ſummam; attamen prælibatus Illuſtriſſimus D. D. Marchio quamvis non ſit obnoxius, neque teneatur ad remittendum, neque aliquod contracambium dandum jam dicto domino Alberto cum ſoleat omnibus benefacere contentatur uti ſua clementia, & liberalitate erga ipſum dominum Albertum, quem etiam crudeliter incarceratum per dictum quondam Oddonum, qui ipſum incarceratum detinuit per menſes vigintiduos, & uſque ad dictam expugnationem miſericorditer liberavit a periculo mortis, quam nullatenus detentus in manibus dicti Oddoni evadere poterat prout ibidem dixit, & confeſſus fuit idem dominus Albertus in conſpectu Illuſtriſſimi D. D. Marchionis, & in præſentia mei Notarii, & teſtium ſupraſcriptorum. Qui dominus Albertus ſe ſubmiſit, & ſubmittit bonæ gratiæ, & clementiæ Illuſtriſſimi D. D. Marchionis pro antelatis bonis, & juribus, quæ pretendit ad ſe ſpectare in dicto caſtro, locis, & Marchionatu cum pertinentiis, ut ſupra. Hinc eſt quod præfatus Illuſtriſſimus dominus Marchio ſponte, & ex ejus certa ſcientia, ac animo deliberato, omnibuſque melioribus modo, jure, via, forma, quibus melius fieri potuit, & poteſt pro omni, & toto eo, quod dominus Albertus poſſet prætendere ſe habere, ac ſibi competere nunc, & in futurum in dictis oppidis, locis, bonis, & rebus in dicto Marchionatu exiſtentibus dedit, tradidit, & aſſignavit, ac dat, tradit, & aſſignat in cambium, & pro ſcontro domino Alberto præſenti, ſtipulanti, & acceptanti pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ita tamen, & præſens aſſignatio cedat in cambium, ac locum, ut ſupra cujuſcumque partis, & quorumcumque jurium, & bonorum, quam, & quæ præfatus dominus Albertus habere, & conſequi poſſet in dicto Marchionatu, caſtro, terris, locis, & pertinentiis Inciſæ, proprietatibus, juribus, & aliis, de quibus ſupra quomodocumque, & qualitercumque, & ex quavis cauſa, & occaſione, quæ dici, & excogitari poſſit, videlicet dimidium partis caſtrorum ſancti Stephani vallis Belbi, & Caſtillionis Tinellæ pro indiviſo cum mero mixto imperio, gladii poteſtate, & omnimoda juriſdictione, & primis appellationibus dumtaxat pedagiis, molendinis, torcularibus, furnis, aquis aquaticis, & aquarum decurſis piſcationibus, & venationibus, terris, prateis, vineis, nemoribus, caſtagneti, & gerbidis fictibus, cenſibus, & redditibus omnibus, dictis caſtris ſpectantibus, & pertinentibus, ac ſpectare conſtat pro dimidio, & pro indiviſo ſalvis tamen ſemper, & reſervatis Illuſtriſſimo D. D. Marchioni homagiis, & fidelitatibus hominum dictorum locorum ſancti Stephani, & Caſtillioni, nec non ordinariis compoſitionibus, taxis equorum, ſubſidiis dotium, & aliis quibuſcumque præſtari ſolitis, & conſuetis per homines dictorum locorum Illuſtriſſimo D. D. Marchioni. Quæ omnia cum omni ſuper indicto excellentia reſervavit in ſe ea lege, quod dominus Albertus in caſum neceſſitatis poſſit, & valeat de bonis, ac de proprietatibus prædictis vendere, alienare, hipothecare, pignorare, & obligare ita tamen quod alienatio, hipothecatio, & obligatio ipſæ fiant in perſonam gratam Illuſtriſſimo D. D. Marchioni, & non aliter, & quod talis perſona teneatur de bonis ipſis debitam facere recognitionem ſuæ excellentiæ, & inveſtituram ſuſcipere intra tempus debitum, & ea etiam lege, quod non poſſit dicta caſtra, & juriſdictiones cum gladii poteſtate, & aliis juriſdictionibus alienare, pignorare, & hipothecare ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quidquid dicto domino Alberto, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, ſalvo tamen jure feudi, & ſuperioritatis præfatæ Excellentiæ, ac inveſtituræ per eum ſumendæ, & recognitionis per eum fiendæ de dicta dimidia dictorum caſtrorum cum aliis, de quibus ſupra. Conſtituens Illuſtriſſimus dominus Marchio ſe tenere, & poſſidere, ſeu quaſi dicta bona tradita, & aſſignata in locum, & cambium ut ſupra, ac alio quocumque jure ipſius domini Marchionis nomine, ac vice dicti domini Alberti, donec de eis corporalem acquiſierit poſſeſſionem, ſeu quaſi quam accipiendi, & captam retinendi auctoritate propria, & abſque alia licentia ſuæ excellentiæ licentiam omnimodam contulit, atque dedit, ac confert, & dat dicto domino Alberto ut ſupra, & e contrario præfatus dominus Albertus attentis præmiſſis, de quibus ſupra proteſtando, & jurando ſe nullam feciſſe proteſtationem, aut contractum, quæ, vel qui contraria, vel contrarius ſit præſenti contractui, vel ſaltem, quæ illi obeſſe habeat, ut expreſſe in manibus mei Notarii juravit ſe non feciſſe, & ſi qui in futurum reperirentur prout non credit ipſam proteſtationem, ac contractum ex nunc revocavit, ac revocat, ac eis nolle uti, nec ſe poſſe juvare, ac hæredes ejus, ac ſucceſſores in perpetuum voluit medio ejus juramento, & illius vigore eis ex nunc renunciavit, ac renunciat animo deliberato, & non inductus, nec ſeductus vi metu, aut alia machinatione circumventus, ſed quia ſic ſibi facere placuit, & placet, ut aſſeruit, ac aliis melioribus modo, jure, via, forma, & cauſa, quibus melius, & validius potuit, & poteſt, dedit, ceſſit, remiſit, tranſtulit, & mandavit per ſe, & ejus hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, ac dat, cedit, remittit, transfert, & mandat in cambium, ac loco, & pro incontro præmiſſorum ſuperius per excellentiam ſuam aſſignatorum, & traditorum, ac etiam quatenus expediat, & utile ſit titulo, & ex cauſa etiam pure

mere, & irrevocabilis donationis ad præſens, & inter viros Illuſtriſſimo domino Marchioni petenti, ſtipulanti, & acceptanti pro ſe, ſuiſque hæredibus Ill., & ſucceſſoribus in perpetuum omnia, & ſingula jura, omneſque, & ſingulas partes, & actiones reales, ac perſonales, utiles, directas, mixtas, & hipothecarias, ac in rem ſcriptam, & alias quaſcumque ſiquæ ſibi debentur, & competunt quibuſvis nominibus nuncupentur ipſi domino Alberto competentes, & competentia quovis modo, jure, & titulo in dictis caſtro, loco, juriſdictione, homagiis, fidelitatibus hominum, fodris, rodiis, ſubſidiis dotium, furnis, molendinis, fictibus, cenſibus, redditibus, & prædiis Marchionatus, & aliis pertinentiis, de quibus ſupra, nec non in bonis, juribus, & prædiis ſuis tam feudalibus, quam allodialibus, & cujuſvis generis, & maneriæ ſint, vel exiſtant in dictis Marchionatu, & villis Inciſæ ſituatis, quæ jura, ac bona, & prædia etiam tradit, & cedit Illuſtriſſimo D. D. Marchioni præſenti, ſtipulanti, & acceptanti, ut ſupra titulo, ſeu titulis ſupraſcriptis dicta jura, & actiones a ſe ipſo dictus dominus Albertus abdicando, & illis renunciando, & in Illuſtriſſimum dominum Marchionem præſentem, & acceptantem ut ſupra totaliter transferendo ponens ipſum Illuſtriſſimum dominum Marchionem præſentem, & acceptantem ut ſupra quoad præmiſſa in locum, & ſtatum ipſius domini Alberti, ac ipſum Illuſtriſſimum dominum Marchionem procuratorem, ut in rem propriam conſtituendo ita, & taliter quod Illuſtriſſimus dominus Marchio, ſuique hæredes, & ſucceſſores in perpetuum deinceps dictum caſtrum Inciſæ, loca, & Marchionatum pro dictis portionibus, ac prædia, bona, & jura, de quibus ſupra habeant, teneant, & poſſideant, & ſeu quaſi, & de eis faciant, & diſponant prout, & quemadmodum Excellentiæ ſuæ, ac ejus Ill. hæredibus, ac ſucceſſoribus deinceps, & in perpetuo placuerit faciendum nec non, & dicta bona, & jura teneantur his modis, & formis, ac eiſdem actionibus, & juribus, quibus & prout ipſe dominus Albertus potuiſſet, & poterat ante præſentem contractum, & ante eorum violentam occupationem dicti Oddoni, conſtituenſque ſe idem dominus Albertus quatenus expediat tenere, & poſſidere, ſeu quaſi dictas portiones, & jura, prædia, & bona data per ipſum in cambium donata, & ceſſa, ut ſupra nomine, & vice Illuſtriſſimi D. D. Marchionum, & ſuorum Illuſtrium hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum donec de eis corporaliter, ſeu quaſi acceperit poſſeſſionem per ſe, vel alium, quam accipiendi deinceps, & capiam retinendi quoad ipſi domino Alberto partes competentes eidem Illuſtriſſimo domino Marchioni ſtipulanti, & acceptanti ut ſupra auctoritate propria Excellentiæ ſuæ omnimodam contulit, & dedit, confert, ac dat licentiam, & poſſeſſionem, quam habet Illuſtriſſimus dominus Marchio præmiſſorum bonorum, & jurium prout habet, & quemadmodum ipſe dominus Albertus confiretur Illuſtriſſimum dominum Marchionem habere illam confirmavit, & confirmat, & hoc animo, & intentione omne dominium, & omnem poſſeſſionem civilem, naturalem, & corporalem, ſeu quaſi, ac omne jus, quod, & quam ipſe dominus Albertus habet, & ſeu habere prætendit, ac dicti ejus hæredes, ac ſucceſſores habere, prætendere poſſent in dictis bonis, juribus, & pertinentiis, ac Marchionatu Inciſæ, & aliis rebus, & oppidis, aliiſque ut ſupra remiſſis, & ceſſis in Illuſtriſſimum dominum Marchionem, & ejus Ill. ſucceſſoribus, pactumque de ulterius quidquam non petendo eidem Illuſtriſſimo domino Marchioni, vel ejus hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum de, & pro præmiſſis fecit, & facit renunciando exceptioni doli ut ſupra mediante aſſignatione ei facta, & contracambio, de quibus ſupra ab omni, & toto eo quod ipſe dominus Albertus, & ejus hæredes, & ſucceſſores occaſione præmiſſorum bonorum, & jurium Illuſtriſſimo domino Marchioni ut ſupra aſſignatorum pro cambio ei donatorum, ac ceſſorum quovis modo, cauſſa, & occaſione quocumque, & qualitercumque habere petere, & vindicare potuiſſet, & poſſet, ac dicti hæredes, & ſucceſſores ejus poſſent ab ipſo Illuſtriſſimo domino Marchione, & ejus Ill. ſucceſſoribus, pactumque de ulterius quidquam non petendo eidem Illuſtriſſimo domino Marchioni, vel ejus hæredibus, ac ſucceſſoribus in infinitum, & pro præmiſſis fecit, & facit renunciando exceptioni doli mali, vis, metus, actioni in factum, condictioni indebiti, ſive cauſam, ob cauſam, vel ex injuſta cauſa, ac omni juri, & legum auxilio, ac omnibus aliis juribus, ſtatutis, conſuetudinibus, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum dicere, opponere, vel venire poſſet etiam de jure, vel aliter quocumque, & qualitercumque, reique non ſic, vel aliter geſtæ, quæ quidem omnia, & ſingula Illuſtriſſimus dominus Marchio in verbo veri Principis, & dominus Albertus promiſerunt, & promittunt ſibi ipſis ad invicem, & viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus ſeſe ſemper, & perpetuis temporibus habere, & tenere rata, grata, valida, & firma, attendereque, & obſervare, & ab aliquo non contrafacere dicere, opponere, vel venire, nec alicui contravenienti cauſam præſtare per ſe, & alium, vel alios directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto, etiamſi de jure poſſent. Imo ſolemni ſtipulatione interveniente invicem promiſerunt, & promittunt prædicta omnia, & ſingula bona, & jura hinc inde aſſignata, & in cambium, ac pro incontro, & cambio data defendere, & disbrigare ab omni perſona communi Collegio, & Univerſitate, & in caſum cujuſcumque imbrigamenti ſive de jure, ſive de facto, vel alias quandocumque fiendi, & ſeu quæ fieri contingeret, poſſit Illuſtriſſimus dominus Marchio ad dicta caſtra bona, & jura in cambium data dicto domino Alberto redire, & ea omnia ſua propria auctoritate capere, & rehabere ſub mutua, & reciproca obligatione, & hipotheca omnium, & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, ac ſemoventium præſentium, & futurorum, & etiam eorum, quæ non veniunt in generali obligatione, & præcipue dictus dominus Albertus hipothecavit, & obligavit Illuſtriſſimo domino Marchioni bona ſua ſupraſcripta in cambium ut ſupra data per ipſum dominum Marchionem, quæ in ca-

ſum alicujus contraventionis conſtituit ſe tenere, ac poſſidere nomine, & vice Illuſtriſſimi domini Marchionis, ac ejus Ill. hæredum, & ſucceſſorum in perpetuum, quæ bona redeant ipſo jure, & facto in caſum alicujus contraventionis fiendæ per ipſum dominum Albertum, vel ejus hæredes, & ſucceſſores ſive habentes, & habituros cauſam ab eo, vel ab eis, ac etiam in caſum alicujus imbrigamenti ut ſupra in perpetuum ad ipſum Illuſtriſſimum dominum Marchionem, ſive ejus Ill. hæredes, ac ſucceſſores illis privati ſint, & eſſe intelligantur, & nihilominus dictus dominus Albertus, & dicti ejus hæredes, & ſucceſſores in perpetuum excluſi ſint a dicto caſtro, loco, & Marchionatu, ac aliis omnibus de quibus ſupra & præſens renunciatio, & remiſſio, ac contractus eos excludere habeant, & ad majorem præſentis contractus, & in præſenti inſtrumento contentorum corroboratione juravit, & jurat dictus dominus Albertus ad ſacra Dei Evangelia in manibus mei Notarii infraſcripti tactis corporaliter ſcripturis præmiſſa omnia, & ſingula fore, & eſſe vera, ac ea attendere, & obſervare ut ſupra ſub pœna perjurii, & pœnarum juris, & ſub obligatione, & reſtitutione ſupraſcriptis. Item juravit ut ſupra ſe abſolutionem, & abilitationem a dicto juramento numquam petere, nec impetrare, & ea impetrata non uti. Præterea Illuſtriſſimus dominus Marchio, & dictus dominus Albertus renunciaverunt, & renunciant in præmiſſis omnibus, & ſingulis omni exceptioni doli mali vis metus condictionis indebiti ſine cauſſa, vel ex injuſta cauſſa ob cauſſam actioni in factum rei, quæ non ſic, vel aliter geſtæ, & omni alii juris, vel legum auxilio, beneficio, ſive ſtatuto, quo, vel quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum dicere facere, vel venire poſſent, vel quomodolibet aliquis ipſorum ſe juvare poſſet, & deinde Illuſtriſſimus dominus Marchio juſſit, & præcepit, & dictus D. Albertus rogavit inſtrumentum publicum fieri debere ad dictamen ſapientis, ſi fuerit expediens.

Ego Petrus de Vinea publicus imperiali auctoritate Notarius, & Illuſtriſſimi domini Marchionis ſecretarius præmiſſis omnibus, & ſingulis interfui, ac ſupraſcriptum inſtrumentum mihi fieri juſſum recepi, & variis negotiis occupatus . . . . . mihi fidum tranſcribi feci, & quia inſtrumentum ipſum cum originali meo facta diligenti auſcultatione concordare inveni, ideo me ſubſcripſi cum ſolti ſigni mei tabellionatus appoſitione in teſtimonium præmiſſorum, & ſingulorum . . . . . *reliqua reſecta, ac lacerata fuerunt.*

Diploma Caroli V., Melchiori ex Marchionibus Inciſæ conceſſum. Ex eodem arch.

124 MDXXXVI.

Carolus quintus &c. recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis, quum nobis pro parte nobilis noſtri, & imperii ſacri fidelis dilecti Melchionis q. Alberti ex Marchionibus Inciſæ, fuerit reverenter expoſitum, quod cum alias ipſe Albertus ſpoliatus parte ſibi contingente in ipſo Marchionatu Inciſæ per quondam Oddonum, facta inſtantia apud Illuſtriſſimum quondam Gulielmum Marchionem Montisferrati, qui totum Marchionatum Inciſæ occupaverat, ut poſſet dictam ſuam partem conſequi, tandem coactus fuerit, cum aliud obtinere non poſſet, devenire ad quamdam conventionem cum præfato illuſtre Gulielmo Marchione, ac remittere eidem Marchioni totam ſuam partem, accepta in contracambium dimidia parte caſtrorum S. Stephani Vallisbelbi, cum pertinentiis, & Caſtilione Tinellæ pro indiviſo cum mero, & mixto imperio, ac gladii poteſtate, omnimodaque jurisdictione, & primis appellationibus; quæ quidem conventio, & ſi haberet conditiones ſatis duras tum propter longe majorem valorem præfatorum bonorum Inciſæ, tum propter multas reſervationes factas in ipſo contractu, quarum una erat, quod ipſe Marchio Gulielmus in caſu cujuſcumque imbrigamenti, ſive de jure, ſive de facto, vel alias quomodocumque fiendi, & ſeu quod fieri contingeret, ad dicta bona, & jura in cambium data redire, & ſua propria auctoritate capere, & rehabere poſſit, quum nihilominus ipſe Albertus, & ſui hæredes excluſi ſint, & privati dicto caſtro, loco, & Marchionatu Inciſæ, tamen fuit æquo animo toleranda, quum nullum præſidium ipſe Albertus haberet; cumque nuper poſt obitum præfati quondam Gulielmi Marchionis nobilis noſtri, & imperii ſacri fidelis dilectus Joannes Jacobus Marchio Inciſæ obtinuerit ſe in eodem Marchionatu Inciſæ reintegrari, poſſetque evenire, ut ſub prætextu dictæ redintegrationis factæ contra illuſtrem quondam Joannem Georgium Marchionem noviſſime defunctum, quæ tamen neque facto, neque culpa præfati Melchionis proceſſerit, nec ex defectu juris ſui, quod habebat pro dicta ejus rata, inferri poſſet, quia tamen poſſet fieri, ut diceretur, contigiſſe imbrigamentum in dictis caſtro, & Marchionatu, & ob id vigore prætenſæ conventionis ipſum Melchionem carere debere dictis bonis ſibi in contracambium datis, & per hoc fieri, ut utroque privaretur in grave ſuum præjudicium, & damnum, propterea nobis humiliter ſupplicavit, ut ſuæ indemnitati conſulere velimus, nos itaque ſupplicatione ejus attenta tum intuitu æquitatis, tum aliis etiam de cauſis animum noſtrum moventibus, animo deliberato, ex certa ſcientia, & imperiali auctoritate noſtra, præſentium tenore decernimus, & declaramus, per prænarratam redintegrationem, ſeu reſtitutionem dicti Marchionatus Inciſæ præfato Johanni Jacobo vigore ſententiæ in ejus favorem latæ factum, ſine facto, aut culpa præfati Melchionis non cenſeri eumdem Melchionem, ſeu ejus hæredes, & ſucceſſores, aut ab eis cauſam habituros contraveniſſe prænarratæ conventioni, neque aliquod imbrigamentum dediſſe, propter quod prædicta bona in cambium, ut præfertur, data, amittere, ſeu relinquere debeant, volumuſque, & ſtatuimus, quod hæc noſtra declaratio valida, firma, & perpetua ſit, & eſſe cenſeatur, & ab omnibus in judicio, &c. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. Aſtæ die vigeſimoprimo menſis junii anno Domini MDXXXVI. imperii noſtri decimoſexto, & Regnorum noſtrorum vigeſimoprimo.

ADDENDA

AD PRÆCEDENTEM COLLECTIONEM DIPLOMATICAM GENTIS ALERAMICÆ.

Privilegium Henrici Imp. Monaſterio S. Benigni Fructuarienſis. Ex Bibl. Sebuſ. cent. II. n. XXXIX. f. 93. ed. Taur. & Irico p. 18.

1 MXIV.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Sicut pro ædificandis locis Sanctorum &c. hujus rei gratia dominus Abbas VVilielmus noſtram clementiam adiit petens &c. corroborari &c. confirmamus &c. omnia quæ habet &c. in Epiſcopatibus &c. Aſtenſi, Aquenſi, Albenſi &c. & omnes poſſeſſiones, quæ paterno, & materno jure debebantur Otberto, qui fuit filius Gerardi, & nepos Otberti Comitis &c. cortes ſcilicet, & caſtella in comitatibus Aſtenſi, Aquenſi, Dionenſi, & Ebredonenſi, & quæ fuerunt propria jam dicti Otberti Comitis, cujus filia fuit Berta uxor Girardi, quorum nomina notata ſunt in præſenti pagina, videlicet Bergomaſcum, Bredunum, Montebarneſcum (Montebarucium *Dur. pag.* 229. *Piem Ciſp.*) Colomberium, Caſtellum Ainaldi, Gorinum, Boze, Lauris, Cadenano, Barbariſcum, Calix, Criclariole cum mancipiis utriuſque ſexus &c., & omnibus aliis ſibi rite pertinentibus rebus poſſideat quieto jure, & teneat jam dictus locus omnia, quæ ex hæreditate Gotfredi, & Nitardi fratrum, qui factis Monachis habere debent, & in corte, quæ dicitur Caſale S. Evaxii &c., nec non, & omnes terras illas, quas dederunt Ugo Clericus, & Mater ejus, & fratres ejus Anſelmi Marchionis filii, & VVilielmus, & Raprandus (Riprandus) fratres filii Marchionis Oddonis, id eſt in Orſinga, & in Maleria, & in Tridino, & in Cornale, & in corte Oriola, & juxta mare in comitatu Saonenſi, in loco, & fundo Celle, & Terviſio, & in Inſula Regia (1), & ſiquid aliud ubi (ibi) inveniri poteſt de terra offerſionis eorum, & ea quæ dedit in Marigo quidam miles Alericus nomine, quando factus eſt Monacus &c. Datum anno Incarnationis Domini MXIV., indictione XII. A. D. Henrici I. A. Regis XII.

(1) *Horum locorum nomina occurrunt in privilegiis Innoc. PP. III. ann.* 1210., *& Greg VIII.* 1187. *Canonicæ Ferranicæ conceſſis, in quibus Maleria vocatur villa de Mallis, fundus Cellæ Eccleſia de Cellanova, Cornale Plebs S. Mariæ in Cornaleto, Inſula Regia Plebs S. Mariæ de Inſula, in Comitatu Saonenſi Eccleſia S. Saturnini de Saona. Ex quibus licet inferre Bonifacium Marchionem fundatorem Eccleſiæ Ferranicæ, ac filios ejus hæc loca ab eorum anteceſſoribus Anſelmo, & Vilielmo hæreditario jure accepiſſe, atque ad unam, eandemque familiam pertinuiſſe.*

2 MXXXI. *Diploma, quo Manfredus Marchio quædam dona offert Eccleſiæ SS. Solutoris &c.*

Signum manibus infraſcripti Adalberti, & Opizoni nīque (utrique *aut* utriuſque) Marchionis qui eadem Bertæ germanæ.

Signum manibus Cuniberti, & VVilelmi ſeu Marchionis legem viventes ſalica. *Ex ſchedis Terranei.*

3 MCXXXV. V. Kal. aprilis. *Donatio Monaſterio S. Mariæ de Lucedio facta a Marchione Rainerio.* Ex antiq. Catalogo apud me.

4 MCXLIII. *Epiſtola Robaldi Mediolanenſis Archiepiſcopi, qua Cardinalem Goizonem certiorem reddit Marchionem Montisferrati legatos ſuos Romam miſiſſe, ut ſummi Pontificis ſententiam præoccuparet pro Monachis Baſilicæ Ambroſianæ, qui tunc acriter de nonnullis juribus cum Canonicis ejuſdem Eccleſiæ litigabant, nec ſententiis a ſuo Judice latis acquieſcere volebant; monet proinde eum „ſi nuncii Marchionis de Monteferrato ad Curiam venerint domini Papæ, ſuggeretis, ne eorum fallaciis fidem adhibeat. *Vide *Epiſt. ap. Sormannum in cauſa præcedentiæ pag.* 71. *citavit autem Julinius ad h. a., ubi animadvertit hanc primam hujus Marchionatus mentionem haberi, quod quam falſum ſit novit quiſque, qui præcedentia documenta a me edita perlegerit.*

5 MCXLV. XV. octob. *Confirmatio antiquarum donationum cum nova quarumdem rerum conceſſione a Marchione Gulielmo F. q. Rainerii, & Julita Comitiſſa uxore Monaſterio ſanctæ Mariæ de Lucedio.* In ant. Catal.

6 MCXLVIII *Fœdus ab Oddone Boverio Marchione Laureti cum Henrico fratre ſuo initum cum Aſtenſibus, pro mutua ope ſibi invicem per eorum imperia ferenda.* Ex Aug. ab Eccl. deſcript. Pedem. MS. vol. 1.

7 MCXLIX. *Ceſſio medietatis Laureti ab Oddone Bovario, ejuſque nepotibus Reipublicæ Aſtenſi facta ibi.*

8 MCLI. *Epiſtola Corradi Imperatoris ad Piſanos de ſua in Italiam expeditione adverſus Siculum, in qua eorum adverſus inimicos querimonias per ſuos legatos in Italia* Conſtantienſem, & Baſileenſem Epiſcopos, atque Marchionem de Monteferrato *ſe accepiſſe teſtatur, preceſque exaudiviſſe, ac quod ipſi geſſerint ſe confirmaturum.* Martene Vet. Mon. T. II. p. 501.

9 MCLIV. *Charta, qua Henricus Marchio de Laureto habitaculum civitatis Januæ, & ſacramentum com-*

Digitized by

pagniæ jurat, ac de diſcordia Nabolenſium in laude Conſilii Januenſium ſtare promittit. Caffari h. a.

10

MCLV. die III. veneris ſeptembris indict. III. *in eleuſtro S. Mariæ de Rocca. Conceſſio caſtri Tridini Gulielmo Marchioni Montiſferrati ab Ugucciono Ep. Vercellenſi facta Benv. a S. Georg. p.* 26. *& Aug. ab Eccl. Hiſt. Chronol p.* 144., *ubi ei aſſignat annum MCLVI., at haud congruit indictio III. a Benvenuto relata: cæterum nec dies veneris concurrit cum III. ſeptembris, ſed ſabbati: quæ omnia nos libenter obſervamus utpote omniſſa ab Irico in ſua patriæ hiſtoria. Conciliari autem poſſunt, ſi anno MCLV. Vercellenſis Epiſcopi conceſſionem, & anno ſequenti Friderici I. Imperatoris confirmationem a S. Giorgio, & Irico editam collocemus.*

11

MCLV. XII. aprilis. *Donatio Gullielmi Marchionis Montiſferrati villæ Cardellonæ* Eccleſiæ S. Mariæ de Creda. *Dur. Piem. Ciſp. pag.* 326.

12

MCLVIII. *Diploma Friderici I. Imperatoris Guidoni Comiti Blanderatenſi conceſſum, quo donationem, quam ei Carolus Epiſcopus Taurinenſis de toto caſtro Carii fecerat ipſi confirmat, ubi hæc leguntur:* noſter enim dilectus Carolus Taurinenſis Epiſcopus ſub teſtimonio ſuorum, & Vaſſallorum Curiæ ſuæ Gulielmi ſcilicet Marchionis Montiſferrati, & Vifredi de Aviliana. *Ex hiſt. MS. famil. de Bland. Benvenuti.*

13

MCLVIII. *Decreta Comitiorum apud Ronchalias coram optimatibus Germaniæ, & Italiæ ſuper regalibus imperii. Adfuit Marchio Montiſferrati, Ateſtis, Salutiarum, Comes Careſti, Comes Malaſpinæ Goldaſti Conſtitutionum Imperialium T. III.*

14

MCLIX. *Mediolanenſes pro paſtorum quæ cum Friderico I. iniverant obſervatione promittunt &c. ſe obſides daturos quales approbati fuerint ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, Com Bland. Gulielm M. Montiſ. & III. Conſulibus Goldaſti ibi T. I.*

15

MCLX. die XVII. aprilis. *Privilegium Alexandri Papæ III., quo patente Marchione Montiſferrati* hoſpitale domus de loco, qui dicitur Deicaſſium (*forte* Caſſine) *ab ipſo Marchione conſtructum, cunctaque bona ab hoc eidem largita in ſuam recipit tutelam.*

Eodem anno, ac die aliud juxta eandem ſententiam ab eodem S. Pontifice pro hoſpitali Felizzani ab eodem Marchione fundato conceſſum. Ex Cathalogo chartarum Monaſterii Locedienſis an 1722.

16

MCLXII. V. Kal. madii Papiæ poſt deſtructionem Mediolani *diploma Friderici Monaſterio de Clavate* teſtes Marchio Otto, VVilelmus Marchio Montiſferrati, Comes Teto &c. *Murat. Ant. I. M. Æ. T. VI. pag.* 280.

17

MCLXII. ind. X. regnante D. Frederico glorioſiſſimo anno regni ejus X., imperii vero VII. *Ulderico Cancellario* Papiæ apud S. Salvatorem poſt deſtructionem Mediolani IV. idus junii. *Diploma quo Anſelmo de Quadraginta confirmat comitatum Languillie, & Caſtellari, & Garlendæ.* Teſtes Anſelmus Aſtenſis Epiſcopus, Syrus Papienſis Epiſcopus, Cunradus, Gulielmus Marchio Montiſferrati, Opizo Malaſpina, Comes Guido de Blandrate, Henricus Mareſcalcus, & alii quamplures. *Aug. ab Eccl. deſcriptione ecc. MS. Vol. I. Cap. XXV.*

Manumiſſio aliquorum ſervorum a M. Manfredo conceſſa. Ex charta authentica apud me.

MCLXII. 18

Anno Dominicæ Incarn MCLXII. III. Kal junii, indict. X. Ego Manfredus Marchio filius quondam bonæ memoriæ Bonifacii Marchionis Dominus, & Benefactor veſter præſens præſentibus dixi. Quoniam ad meritum animæ meæ pertinere poteſt, neceſſe eſt mihi ſemper illud agere, unde in hoc ſæculo, & in futuro plenam apud Dominum poſſim conſequi mercedem. Quapropter ſtatuo vos Vilielmus Robaldus, qui vocatur Aſcherius, Otta, & filios, ac Agina, ſeu Manfredus, qui dicitur Lupus filii Opizoni, ſervi, & ancillæ juris mei a præſenti die vos, & hæredes veſtri, & omnes filios, ac filias, quos nunc præfatus Opizo habet, vel de cætero eſt habituras omnes liberos, & abſolutos eſſe juxta legem ab omni vinculo ſervitutis, conceſſumque vobis ſit gratia libertatis veſtræ omne conqueſtum veſtrum tam quod nunc habetis, vel in antea acquiſtare poteritis, civeſque Romanos portas apertas habeatis, & licentiam eundi, & habitandi ea parte mundi, qua volueritis, & faciatis a præſenti die vos, & hæredes veſtri quidquid facere volueritis ſine omni mea qui ſupra Marchio Manfredus, & hæredum meorum contradictione, & ad gratiam, & recordationem hujus libertatis duas jornaras terræ juris mei vobis concedimus, quæ jacent in loco, & in territorio Romaniſii ad locum ubi dicitur in Pallereto cohæret eis de una parte terra VVilielmi de Druda, de alia parte terra Johannis Frundilia, de ambobus capitibus currit via, ut faciatis exinde quidquid volueritis ſine omni mea, & hæredum meorum contradictione. Actum eſt hoc apud Romaniſium.

Signum Marchionis Manfredi qui hanc cartam libertatis fieri præcepi.

Signa teſtium VVilielmus de Druda, Vicecomes Servus Dei, Ropertus de Druda, Bonſenior, Aalaricus, Alricus de Runcal, VVilielmus Gaſtaldus, Robaldus de Vaſco tē Gaſtaldus, Ogerius Canabarius, Anſelmus Maletus, Fulcardus de ſcō, VVilielmus Canabarius, Poncius Mercerus, Jacobus Maletus, Henricus Provincial. Ego Jacobus ſacri Palatii Notarius hanc cartam libertatis &c.

19

MCLXIII. die XIV. ſeptembris. *Conceſſio juris beneficiario a Marchione Gulielmo facta Anſelmo Rainerio, & Oberto fratribus Vicecomitibus de Valentia de feudis Septimi, Lazzaroni, & Caſtrinovi.* Ex A. R.

Emtio juris in loco Villæ, & Verzolii facta a M. Manfredo cum inveſtitura Verzolii jure militari venditoribus conceſſa. R.A.

MCLXV. 20

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCLXV., indictione XI., ſecunda die octobris

Digitized by Google

Friderico Romanorum Imperatore dominante. Constat nos Robaldum, & Bartholomeum filios quondam Tidini de Monte Rosseto accepisse in præsentia testium a te Manifredo Marchione filio quondam Bonifacii Marchionis XV. libras denariorum bonorum monetæ Segusiæ pro omni jure, quod habere visi sumus in loco ubi dicitur Villa &c. . . . . istam autem venditionem juris nostri, quam habemus in Villa, facimus nos qui sumus Robaldus, & Bartholomeus tibi Manfredo, & filio tuo Manfredo tuisque hæredibus in alodio &c. . . . . eodemque die Robaldus, & Bartholomeus filii quondam Tidini fecerunt donationem in manibus Manfredi Marchionis, & filii sui Manfredi de omni suo jure, quod habere visi sumus in Verzolio, videlicet in sedimine, quod appellatur Montem Rossetum. Manfredus vero Marchio dedit pro feudo Robaldo, & Bartholomeo, eorumque hæredibus illud idem, quod supra dederunt in Verzolio, eosque investivit jure militari, & eis suum adjutorium promisit, & se bonum dominum fore. Prædicti vero Robaldus, & Bartholomeus jurarunt fidelitatem, & unus ex eis videlicet Bartholomeus manus suas porrexit in manibus Marchionis faciendo homanescum, & sic tenere debent hoc feudum pro Marchione tali modo ut unus eorum faciat homanescum, alii vero fidelitates. Actum in loco Salucis feliciter cum tali signo scribentis in præsentia testium sic nominatorum Vilelmus Comes de Lomelli filius Vifredi, Rufinus filius Comitis de Lomelli, qui vocatur Mussus, Anselmus, & Robaldus de Costellolis, Anricus Trot de Canellis, Bernardus de Seteurro, Rodulfus de Gorrino, Jordanus de S. Stephano.

Ego Jordanus Judex Notarius sacri Palatii &c.

Transactio de feudo Farillani inter dominos Manzani, & Marchionem Manfredum. Ex charta penes C. V. Jac. Durandum.

21 MCLXVI.

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCLXVI., indictione XIIII. Friderico Romanorum Imperatore dominante. Orta est controversia inter Aicardum, & Anselmum filios quondam Bonifacii de Manzano, & Mainfredum filium quondam Bonifacii Marchionis, prædicti Aicardus, & Anselmus dicebant Farillanum suum feudum esse debere, Manfredus vero negabat; tandem pervenerunt ad talem concordiam, & transactionem, qui Aicardus, & Anselmus fecerunt finem fine tenore de Farillano, & de omni jure, quod ibi habebant in manus Manfredi Marchionis; & idem Manfredus pro hac fine, & pro hac lite dubia finienda dedit eis XL. libras Januensis monetæ nomine transactionis, & X. libras Astensis monetæ in feudo solvendas a festivitate S. Michaelis usque ad festum anni novi, pro quo feudo X. librarum Aicardus supradictus juravit fidelitatem Manfredo Marchioni. Idem vero Manfredus Marchio promisit Aicardo, & Anselmo se non daturum Farellanum alicui homini sine eorum consilio. Actum est hoc in Burgo sancti Dalmatii in persona &c.

22 MCLXX. *Fœdus Astensium, atque Albensium, quo sibi mutuum subsidium adversus eorum hostes promittunt excepto proprio Episcopo, Marchionibus de Waste, & Dominis Manzani.* Aug. ab Eccl. Descr. Piem. MS. Vol. 1. c. 24.

25 Anno MCLXXIV. X. Kal. mail. Gabriel Albingaunæ promisit fidelitatem Bonifacio Clarestæ uxori, & filiis suis in omnibus illis terris suis. Gandulfus Notarius.

Hæc adnotaverat Pingonius in fine codicis Genealogiæ Marchionum Salutiensium Josredi ab Ecclesia, ex quo hæc mihi perhumaniter contulit Cl. Præses, & Eques S. Mauritii D. Platzaert.

Conventio inter Marchionem Manfredum, & Abbatem Fructuariensem de albergaria Serralungæ. Ex charta penes C. V. Jac. Durandum.

MCLXXV. 24

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXV. . . . . jun. indictione VIII. Constat quod dominus Mainfredus Marchio una cum filio suo Mainfredo pactum cum Fructuariensi Abbate de Serrelunge albergaria in præsentia bonorum hominum, quorum nomina subtus leguntur tale fecit: quod ipse prædictus Marchio per unumquemque annum XV. modios frumenti, & XV. modios annonæ in Serralunga pro albergaria habere debet, & si alico casu eveniret quod antedictus Manfredus vellet recipere albergariam solito more cum militibus, & clientibus ipse non debet habere prædictum granum, & annonam in illo anno, & nihil aliud in prædicta Villa.

Actum est hoc in claustro S. Petri de Romanisio feliciter. Interfuerunt testes Odo de Bargiis, Trancherius Præpositus de Romanisio, Anricus Vicecomes, Enricus Provincialis, Obertus Bonaver, Mongrand Prior de XL. Johannes Præpositus Serrelunge, Amedeus de Aliano, & multi alii.

Ego Arnaudus S. P. N. &c. . . . .

Donatio prædii Monasterio S. Mariæ de Stapharda facta a Marchione Manfredo. Ex charta penes C. V. Jac. Durandum.

MCLXXVI. 25

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVI. mense novembris, indictione IX. Donum fecit Manfredus Marchio de Saluciis filius quondam Manfredi Marchionis Monasterio sanctæ Mariæ de Stapharda in manu domni Anselmi Abbatis ejusdem Cenobii pro animæ suæ, ac parentum suorum mercede de una petia terræ inculæ, quæ est Fraschetum, & jacet justa Murram, de qua etiam pecia terræ fecit refutationem dominus Jacobus de Bordello ipsi prætaxato Monasterio amore Dei, ac præscripti Cenobii de Stapharda præsentia multorum, quorum nomina inferius leguntur, coheret ei pecie de una parte via, de alia parte ripa, de alia vero parte est terra prætati Cenobii. Actum est hoc in Saluciis apud domum Odonis Crocie, in manu domni Anselmi Abbatis ejus Monasterii, & quando erat Gandulfus

igitized by Google

Cellerarius, & Jordanus Monachus, & Aimo Conversus feliciter.

Signa Comes Guifredus, Robaldus de Muys, Bonus Johannes de Ceva, Ansuffus de Lagnasco, Anricus de la Rioffa, Philippus de Durconio, Merlo de Saluciis.

Ego VVilielmus Notarius sacri Palatii &c.

Donatio Frascheti facta a Marchione Manfredo II. Monasterio sanctæ Mariæ de Stapharda penes eundem.

26 MCLXXVII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVII. mense aprilis, indictione X. investituram fecerunt Marchio Mainfredus filius quondam Manfredi, & Merlo de Plociasco Monasterio sanctæ Mariæ de Stapharda pro animæ suæ, ac parentum suorum mercede in manu venerabilis Anselmi Abbatis de uno fascheto, quod est in Torrejana, quod tenebat VVilielmus Capellus de prædictis dominis, qui VVilelmus Capellus dederat ipsum frascheum ex sua parte prætaxato Cenobio pro animæ suæ, ac parentum suorum mercede, cui coheret ex una parte terra Astesani, de alia .... Petrus Bergognus. Actum est hoc apud Monasterium de Stapharda in manu Abbatis Anselmi feliciter.

Signa testium Odo, Daniel, & VVilelmus ejus frater, VVilelmus de Iuviis, & Rubaldus Gandulfus Cellerarius, & Odo de Curzo, ac Marchinus Conversus, & Anselmus Conversus.

Ego VVilielmus de Manta Notarius sacri Palatii interfui, & scripsi.

27

Anno MCLXXVII. ejus (Gualæ Ep. Vercell.) hortatu pax inita est, invicem sibi fidelitatem jurantibus Marchione Gulielmo, & Vercellensibus, illo tamen salva fidelitate Imperatori præstita, his vero salva fidelitate Episcopo suo debita. Gulielmus, & Conradus ejus filius Marchiones pro Bonifacio, atque minoribus ipsius Gulielmi Marchionis filiis promisere. Inter pacis conditiones illud etiam adjectum est nefas in posterum fore Gulielmo, ipsi Corrado, atque omnibus supradictis bona quæcumque, vel loca acquirere a Duria Balthea ad flumen Sessitem, & a Pado usque ad alpes. Condonantur etiam ad invicem vectigalia, & hujusmodi, ita ut Vercellensibus liceat per Marchionum terram nullo persoluto tributo transire, idque ipsum Monferratensibus per Vercellensem agrum transeuntibus servetur. Rei testes tabulas datas Kal. aprilis ejusdem anni a se visas testatur Modena Canonicus Vercellensis in MS. Historia patriæ suæ. Iric. p. 31. Hist. Tridin.

28

MCLXXVIII. VII. id. martii Papiæ. *Diploma Friderici Imperatoris Ecclesiæ Pisanæ* testis VVilelmus Marchio Montisferrati, Henricus Guercius, Marchio de VVasto &c. *Lunig. T. III. pag.* 1478.

29

MCLXXVIII. mense septembris in castro Govono in domo Episcopi breve recordationis fieri fecit Curia domini VVilelmi Episcopi Astensis, in qua fuerunt Hugo Marchio de Pulzono . . . . . Fredelicus de Lanerio &c. *Ex chartul. Eccl. Ast. MS.*

30

MCLXXVIII. XI. Kal. decembris Venetiis. *Diploma Friderici Imperatoris Rainerio Comiti de Blandrate, in quo subscribit inter testes* Marchio Montisferrati. *Hist. Com. Bland. MS. pag. mihi* 62.

31

MCLXXXII. mense junii. *Donatio a Manfredo filio Manfredi Marchionis de Saluciis Adelaidi uxori suæ filiæ, Gulielmi Marchionis de Monteferrato ap. Eq. & R. C. Collat. Robert.*

Charta, qua Manfredus Marchio de Salutiis confirmat donationem cujusdam prati a patre suo Manfredo Monasterio S. M. de Stapharda concessam penes C. V. Jac. Durandum.

MCLXXXIIII. 32

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIIII. pridie Kalendas januarii, indictione II. Clareat omnibus hominibus, quod dominus Manfredus Marchio de Salutiis filius quondam domini Mainfredi confirmavit quandam donationem, quam pater ejus scilicet dominus Mainfredus Marchio fecerat Monasterio sanctæ Mariæ de Stapharda, idest dedit allodium, quod habebat in pratum de Seceja, quod olim fuit Gosi, cui coheret pratum Gastaldi de una parte, de alia tenet Henricus Malconventus, quam donationem confirmavit prædicto Monasterio taliter videlicet, ut idem Monasterium habeat, obtineat alodium eidem prati sicuti ipse Marchio tenebat omnium remota querimonia ex parte ipsius Marchionis, vel ejus hæredis. Actum est hoc in Romanisio in manu domini Anselmi Abbatis apud Ecclesiam S. Dalmatii feliciter.

Nomina testium Robertus, & VVilielmus Mussus Conversi ejusdem Cenobii, Bergognonus de Caburro, & Ascherius de Vignolio, Ranierius Cocus, Jacobus de Ecclesia.

Ego VVilielmus Not. S. P. &c.

Juramentum Papiensium Terdonensibus præstitum ubi nonnulla de Marchione Montisferrati. Ex Chartul. civitatis Terdonæ R. Bibl.

MCLXXX. 33

In nomine Domini amen. Nos Papienses juramus servire, & custodire civitatem Terdonæ masculos, & feminas eorum, earumve, & Ecclesiam Terdonæ, & de ejus districtu, & specialiter VVilielmum de Palodo, si ipse nobis jurare voluerit ut civis Terdonæ; & hinc in antea pacem Terdonensibus tenebimus bona fide, & sine fraude, nec de cetero laborabimus, quod civitas Terdonæ destruatur a nobis, nec ab aliquo homine, sed bona fide jurabimus Terdonam de tuis guerris sumtibus nostris, & vivam guerram faciemus cum omnibus inimicis Terdonæ, cum populo, & militibus sine fraude, nec pacem, nec finem, nec guerram recredutam cum eis absque Terdona faciemus. Concordia cum Mediolano, & cum Placentia absque Terdona non fa-

Digitized by Google

faciemus, nec de cetero accipiemus Caſtellanos Epiſcopatus Terdonæ, nec habitatores ipſorum, & omnes Caſtellanos ſuos, quos olim accepimus Terdonenſibus renunciamus, præſertim illos de Pozolo, & illos de Monte Morizino, & de Bagnaria, & illos de Sarzano, & de Caſinano, & de Serravalle, & de Montecuco, & Arquadra, & de Montealto, & illos de Grondona, & de Liprando, & de Montejardino, & de Bolego, & de Bruxamonaca, & de Montebor., & de Fabrica, & de Dernice, & de Agolaſca, & de omnibus, præſertim de Sapignono, & de Novo. Quod dictum eſt de iſtis, attendemus de omnibus Et ſi prædicti, vel alii Caſtellani in toto, vel in parte vellent reſiſtere Terdonenſibus, ipſos Terdonenſes bona fide, & ſine fraude juvabimus ad hoc, ut jurisdictioni Terdonæ ſubjaceant. Et ſi aliquis Marchio vellet Terdonam impugnare, Terdonam bona fide juvabimus. Si vero Marchio Montisferrati, & Marchio Malaſpina, & Marchio Anſelmus de Boſco guerram Terdonenſibus fecerint, & ipſe Marchio Montisferrati. & inde ſub judicio Conſulum Papiæ, & alii duo Marchiones, quos Terdonenſes dicunt ſuos habitatores, ſicuti Papienſium ſimiliter, & Conſulum Terdonenſium ſeſe ponere noluerint, in eos guerram faciemus, & hoc omni fraude remota. Item in curiis prædictorum omnium, & ſpecialiter Caſtelli Novi, Aciani, & Pontecorioni, nullam rem immobilem pignori accipiemus, nec acquiſitum aliquod in feudum, nec in allodium in curiis prædictorum locorum faciemus, niſi illud forte quod Conſules Terdonæ nobis concederent, ſeu darent pro debito, quod ille, cujus rei eſſet, nobis dare teneretur. Nec tamen propterea Terdonenſes ejus juriſdictione privabuntur. Caſtrum, nec aliquam forinudinem in Epiſcopatu Terdonæ infra prædictas coherentias deſignatas per nos, vel per alios de cetero faciemus; nec Bagnolium levabimus, nec poſſeſſiones Eccleſiarum Terdonæ, quæ ſunt in montanis præſertim in valle Bolbreda, nec in feudum, nec in allodium accipiemus, niſi forte fructus. Sacramenta, quæ Terdonenſes quando in ſuburbio habitabant nobis Papienſibus fecerunt, eis remittimus, & totum quidquid nobis Papienſibus ab illis promiſſum fuit renunciamus, nec dabimus opem, neque conſilium, quod Terdonenſis Epiſcopus amittat ſua caſtra ab aliquo homine, & poſſeſſiones, quas nunc habet, & tenet; & ſi quis vellet ea caſtra, quæ nunc habet, & tenet auferre, ipſum bona fide juvabimus: & quidquid ipſe habuit in Vigueria a triginta annis intra ei non auferemus, ſed permittimus ei id habere. & tenere Pedagium aliquod eis in terra noſtra non auferemus, nec auferri permittemus. Et eis ſine exactione per terram noſtram, & aquam eundi tribuimus eandem libertatem, quam nos, & cives noſtri habemus. Si vero illi de Palea uſque ad mediam quadrageſimam per voluntatem Imperatoris de Palea egreſſi fuerint, tenebimus, quod nullum eis male inferemus, & per unum decennium hæc juramenta reficiemus, ſi requiſitum fuerit, non (niſi) remanſerit communi concordia, aliuſque Civitatis. Hoc autem juramus ſalva fidelitate domini Imperatoris &c.

34

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXV., indictione III., V. Kal. ſeptembris regnante Frederico ſereniſſimo Imperatore, ac ſemper Auguſto, Guifredus Laumellenſis, & Imperialis Comes conſenſu, & conſilio precibus, & confirmatione, & defenſione Marchionis Manifredi de Saluciis, & de Guaſto dedit, & vendidit Monaſterio B. Mariæ de Caſanova in manibus ſuperioris Gulielmi, & F. Anſelmi Celerarii ejuſdem Cenobii nominative totam illam terram, quæ vocatur Selvariola, & Gaſtaudatum, & Centenarium &c. & M. Manfredus de Saluciis hæc omnia mandavit, confirmavit bona fide ut ſupra. *Ex autogr. Tab. R. Œconomatus.*

35

MCLXXXV. die XXV. novembris. *Donatio, & inveſtitura quarumdam poſſeſſionum cum confirmatione aliarum rerum a Bonifacio Marchione Montisferrati Monaſterio de Locedio conceſſarum.* Ex Tab. R. Œcon.

36

MCLXXXVI. III. nonas martii apud Novariam. *Diploma Friderici Imperatoris Caſalenſi oppido conceſſum teſtes* Conradus, & Bonifacius frater, MM. Montisferrati &c. *ap. Iricum hiſt. Trid. pag.* 69.

37

MCLXXXVI. XIX. junii. *Cremonæ diploma Friderici Imperatoris Mediolanenſibus datum*: teſtis Bonifacius Marchio Montisferrati. *Julinus Mem. Stor. di Milano ad h. a.*

38

MCLXXXVIII. *Donatio aliquarum alpium a Gulielmo Marchione Cevæ filio q Anſelmi facta Eccleſiæ de Caſotulis. Ex charta penes Eq., ac R. Cameræ Collateralem Robeſti.*

39

MCXCI. *Charta dotalis Iſabellæ Henrici Mar. de Saona filiæ, quæ nupſit Henrico filio Hugonis Marchionis Ponzoni in protocollo, atque actis Arnaldi Not. ap. Franc. Grimaldum q. Ill. Lucæ olim Ducis. Brichierius in Tab. Carrett. ex Senatore Friderico de Frider. in notitia famil. illuſtr. Liguriæ.*

40

MCXCVI. apud Mediolanum. *Diploma Henrici VI. Monaſterio S. Ambroſii Mediolani.* Hujus rei teſtes ſunt Villelmus Rawennatenſis Archiepiſcopus ..... Albertus Vercellenſis Epiſcopus, Nazarius Aſtenſis Epiſcopus, Bonifacius Marchio de Monteferrato, Rainerius, & Ubertus Comites de Blandrate &c. *Series chronologica Abbatum S. Ambr. Mediol. a Bartol. Areſio in indice privil. p.* 79.

41

MCXCVI. *Charta, qua Manfredus filius Vilelmi Marchionis Buſchæ, & Comitis Laureti pretio onc. D. auri cedit Bonifacio Marchioni Montisferrati ſupremum dominium in caſtro, & villa Doliani, item in parte, quam habet in comitatu Laureti, in caſtris S. Stephani, Coxani, Rocchetæ, & Faveræ, excepto Buſſolaſco, & Nigella, quæ ſibi libera, & abſoluta reſervat, ac ſubſequens inveſtitura eorumdem locorum ipſi Manfredo a Monferrat. ſi Marchione conceſſa. Aug. ab Eccl. deſc iæ Piem. MS. par. I. C. XXIV.*

42

MCXCVI V. Kal. aug. apud Taurinum. *Diploma Henrici VI. Imperatoris Aymoni Muſterienſi, ſive Tarantaſienſi Archiepiſcopo, in quo ſubſcribit* Otho Novarienſis Epiſcopus, Guido Yporienſis Epiſc., Bonifacius M &c. *Beſſon memoires pour ſervir a l. hiſt. de Geneve Nancy 1769. in 4. &c. pag.* 379.

Digitized by Google

43
MCXCVIII. *Fidejussio Ottonis, & Henrici fratrum Marchionum de Carreto pro Bonifacio Marchione Montisferrati civitati Ipporegiæ data. Aug. ab Eccl. descr. Piem. MS. Vol. I. c. VII.*

44
MCXCVII (*corrige* MCXCIX.) die Dominico quarto (*lege* quinto) Kalendas aprilis, indictione secunda. *Compromissum Bonifacii Marchionis Montisferrati, & Astensium in Communitatem Mediolani, & Placentiæ de omnibus eorum controversiis. Nam Bonifacius ab Astensibus petebat feuda sanctæ Mariæ Versæ flumini proxima, ac castra Rocchetæ, Montisalti, Viglani, Curtecomariæ, & Malæmortis; quærebatur item de pace ab eis violata. Contra Astenses petebant partem, quam habebant in Monteberserio, & in Laureto, ejusque comitatu, item aliam pecuniæ vim, quam quibusdam Astensibus Marchio debebat, item circa redemtionem illorum, quos ille in bello ceperat. Actum Mediolani, Ulde ico, qui vocatur Cuminus de Mediolano Notario, coram Alberto Canevario, Plenamonte Grasso, Alderico de Meistro, Alberto Baudicione, Tomasino Stampa civibus Mediolani. Benv. a S. Georg. pag. 44., qui summam ejus dedit non integram chartam.*

45
Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXXVIII, VIII. Kal. junii, indictione I. &c Donationis chartam, atque confirmationis fecit D. Manifredus Marchio de Saluciis filius quondam Manifredi Marchionis de Saluciis pro remedio animæ suæ de omni jure suo, si quod habebat &c. in molendinis ejusdem Monasterii, & battenderio, & paratorio in manibus D. Anselmi Abbatis &c. Actum in castro de Salutiis in solario, quod est ante Capellam feliciter. Petrus Notarius. *Ex autogr. Tabul. Regii Œconomatus.*

46
MCXCIX. XIII. junii Mediolani. *Confœderatio inita a legatis Placentiæ, Vercellarum, Astæ, Alexandriæ, Bonifacii, & Gulielmi filii Marchionis Montisferrati adversus Parmenses, Cremonenses, Papienses, Regianos, Mutinenses: ex Julin. ad h. a. hujus meminit Aug. ab Eccl in sua descriptione Pedem. MS Vol. I. addens in eo a Marchione Montisferrati conditionem appositam, ne teneretur adjuvare Communitatem Alexandriæ, Vercellarum, & Astæ adversus Albenses, Aquenses, & Ipporedienses.*

Conventiones inter Albertum M. Malaspinam, ejus nepotes, & consules Terdonæ, sponsore M. Montisf. Ex Chart. Terdon. R. Biblioth.

47
M C C.

Anno Dominicæ Incarnationis MCC., XII. die exeuntis madii, ind. &. III. Tale pactum, & concordia firmata est, & jurata inter dominum Albertum Marchionem Malaspinam, & nepotes suos Gulielmum, & Conradum, & consules Terdonæ Gulielmum Devotum, & Albertum de Ecclesia recipientes, & facientes nomine, & vice Communis Terdonæ, quod ipsi debent tenere consortile insimul de castro Moniardini, & de tota valle Balberiæ, & manutenere, & defendere inter se bona fide, & sine fraude, & malo ingenio sub pœna promissa de duobus millibus libris faciendo unusquisque securitatem per dominum Bo. Marchionem Montisferrati habendo unaquæque pars medietatem de toto isto castro, & pedagio, & bovaria, & de omnibus intraturis in valle Balberiæ. Item prædictus dominus Albertus, ac nepotes tenentur, quod facient jurare omnibus hominibus de valle Balberiæ tam dominis, quam villanis sacramenta Communis Terdonæ de tact Monjardino, & vallis Balberiæ sicuti ipsis Marchionibus juraverunt omnimode.

Actum subter S Mariam in Prato Interfuerunt testes Albertus de Maniavillano, dominus Ydo, Gustico Falavellus, Jacopus de Mulazino, Ghezo de Gropo, Sercaxanus, Rubaldus de Favea, Gilio de Gastaldo, Petrus de Govono. Ego Ruffinus Notarius sacri Palatii secundum quod in Breviario q. Arverii continebatur sic scripsi.

48
MCC. die VIII. nov. *Bonifacius Ep. Ast. foarum semittit popularibus Bagennarum. Testis adfuit* dominus Anselmus Marchio Mallis Potestas Monregalensis. *Ex Chartul. Eccl. Ast. edidit C. V. Grassi Mem. Stor. Montereg. T. II. pag. 14.*

49
MCCI. XXII. maii. *Pacta conventa inter Astenses, & Albenses, quibus sibi damna, cunctasque offensiones remittunt cum mutua promissione sibi invicem opem ferendi tam ad se, suaque tuenda adversus Bonifacium, & Gulielmum Marchionem Montisferrati, quam ad damnorum ab hisce Marchionibus illatorum reparationem consequendam.* Ex A. R.

Tabulæ nuptiales inter Bonif. M. Salutiarum, & filiam Com. de Auria Judicis Sardiniæ. Ex R. A.

M C C I I.

50
Anno Domini MCCII., indict. V., quod fuit VIII. Kal. aug. Quia humani ingenii naturalis infirmitas plures res diu mandare memoriæ non poterat, idcirco majores nostri divina quadam inspiratione ad litteras, & ad earum notas pervenerunt, quatenus in posteros homines meminisse prodesset facilis, perpetuaque notitia, ac fides haberetur. Pateat ergo tam futuris, quam præsentibus hominibus, quod cum dominus Bonifacius Marchio Montisferrati, & Mainfredus Marchio de Saluciis, atque Bonifacius filius ejus essent Vercellis una cum Nicholao de Auria, & cum Nicholao de Alexandria in palatio domini Alberti Vercellensis Episcopi pro contrahendo matrimonio inter Bonifacium filium Manfredi de Saluciis, & dominam Mariam filiam Comite Dei gratia Turritan. Judicis, cujus vice, & nomine prædictus Nicolaus de Auria, & alter Nicolaus præfatus asseverabant se ibi venisse pro matrimonio prædicti Bonifacii, & dominæ Mariæ superius nominatæ conjungendo, & complendo, processit, & fuit de voluntate prædictorum virorum nobilium, quod D Mainfredus M. de Saluciis, atque D. Bonifacius M. Montisferrati, atque Vitelmus filius ejus juraverunt supra sancta Dei Evangelia remota omni fraude, & omni malo ingenio, quod Bonifacius filius jam dicti Manfredi Marchionis acciperet prædictam Mariam filiam Comite Judicis Sardiniæ in uxorem, eamque in legitimam uxorem teneret dum viveret, nec pro alia uxore, seu femina habenda eam relinqueret. Hoc idem totum ipse Bonifacius filius Manfredi de Saluciis juravit per semetipsum observare, & ratum

& firmum habere. Insuper jam dictus Bonifacius Marchio Montisferrati, & Vilielmus filius ejus sub eodem juramento juraverunt, quod domina Adalasia uxor Marchionis de Salutiis mater Bonifacii, & LX. homines de terra eorum jurarent tam praesentes, quam fideles eorum, qui meliores esse viderentur, quod praedictum matrimonium ratum, & firmum existeret, & conventiones observarentur dominae Mariae uxori Bonifacii ex parte domini Manfredi de Salutiis, & Bonefacii filii ejus virtutem, & fortiam dare bona fide sine fraude. Eapropter jam dictus Nicolaus de Aurea, & Nicolaus de Alexandria promiserunt nomine dominae Comitae Judicis Sardiniae praefato Mainfredo Marchioni de Salutiis dare nomine Mariae nurus suae uxoris Bonifacii in dotem illius III. mille lib. Jan. mon., ex quibus nunc ipse Nicolaus adquietavit ita ipsum Maintrodum Marchionem, quod quietum se tenuit inde de toto, taliterque excepticni non solutae scilicet dotis renunciavit, & exinde obligavit ipse Mainfredus Marchio supranominatae Mariae pro III. mille lib. Jan. dotis suae castrum, & villam de Lecho cum omnibus pertinentiis suis, & castellum, & villam de S. Stephano, & totam suam partem de terra, quae ei accidit ex successione patrui sui Bonifacii Marchionis de Curtemilia (1) tali modo ut ipsa domina Maria, & ejus haeredes, aut cui ipsa dederit faciat exinde secundum legem dotum quidquid voluerit sine contradictione ipsius Manfredi, & ejus haeredum. Insuper ipse Manifredus promisit jam dicta castella, & villas cum pertinentiis suis qualiter supra legitur ab omni homine defensare super cetera bona sua. Praeterea ipse Manfredus, & Bonifacius filius simul cum eo contulerunt, & dederunt dominae Mariae mille libras januenses in praedictis locis habendas nomine dotis propter nuptias, inclt propter antifactum, ut ipse eas in praedictis locis habeat, & petere possit, sicuti antifactum debet, & solet peti sine contradictione ipsius Manifredi, & Bonifacii eorum haeredum, ita quod nec ipse Manifredus, nec Bonifacius, nec alter eorum nomine possit hoc aliqua occasione, vel juris subtilitate infirmare quominus valeat. Acta sunt haec in manu supranominati Nicholai de Aurea, & Nicholai de Alexandria vice, & nomine jam dictae Mariae, qui inde sacramenta, & promissiones, & investituras locorum nomine dominae Mariae a praedictis viris accepesunt. Si autem matrimonium illud inter Bonifacium, & Mariam non teneretur, aut si Bonifacius aliquo fortuito casu relinqueret dominam Mariam uxorem suam, & dominus Manifredus de Salutiis Marchio nollet eam adquietare de dote suo termino supra statuto, jam dicti Bonifacius Marchio Montisferrati, & VVilelmus filius ejus se obligaverunt inde unicuique Nicolao praefato nomine dominae Mariae, & promiserunt eam adquietare, & hic obligaverunt ei castrum, & villam de Montecalvo, & ea omnia, quae in hominibus ipsius loci, & ejus pertinentiis habebant, vel habere debebant, ut in eis esset, esque uteretur, donec dos ei praedicta, aut ejus misso in integrum solveretur, & interim tenerentur ei locum, & villam ab omni homine defensare. Si autem contingeret quod jam dictus Bonifacius filius Manifredi de Saluciis decederet priusquam dicta Maria absque filiis ab ea susceptis, dominus Manifredus per se, vel suos homines de terra sua teneretur dictam Mariam reducere in Sardiniam in judicatura (2) Turresanae in villa, quae dicitur Sacer, vel in Bosa infra annum, quo Bonifacius decederet cum pecunia sibi in dote data scilicet III. mille lib. jan., & honorifice eam tenere, dum in terra fuerit ut tantam dominam decet bona fide, & sine fraude: similiter si dicta Maria moreretur sine filiis a domino Bonifacio susceptis, dominus Manifredus, & ejus haeredes, & superius nominati viri tenerentur praedictam pecuniam reddere praefato Judici Turritano, vel suis haeredibus in Sardiniam infra annum, quo ipsa migraret a seculo, & in praedictis villis in Sacer, vel in Bosa, nisi ipsa exinde daret, vel judicaret usque mille libras pro anima sua superius nominatae dotis. Hoc totum sicut suprascriptum est fuit juramento firmatum, quod observaretur, & ratum, & firmum staret ex parte eorum, & dominae Adalasiae Comitissae matri Bonifacii, & LX. virorum nomina quorum subter leguntur. Actum Vercellis in palatio Episcopi feliciter, ubi interfuerunt rogati, & convocati testes Vercellensis Episcopus, Jacobus de Carisio Canonicus sancti Eusebii, Bonivardus de Vienna, Gulielmus de Rodulfo, Lanfrancus Rufus, Enricus de Bassiniana. Ego Petrus sacri Palatii Notarius interfui, & R. hoc scripsi.

His ita peractis cum dominus Mainfredus Marchio, & Bonifacius filius ejus ad dominum regressi essent domina Alasia Comitissa mater Bonifacii, & LX. viri, nomina quorum sunt haec Vuifredus de Carmagnola, Aicardus Gath, Rub. Raimondus, Alricus de Romanisio, Henricus de Orgnello, Albertus de Laneriis, Nicolaus de Cortandono, Theobaldus Mediolanus, Anselmus de Vignolo, Petrus VVilielmus, Grasuitus Merlo, Albericus Johannes, Otho Bajamundus, Burdinus, Theobaldus, Jacob. Petrus Ribotha, Odo Testa, Odo Pallerius, Botharellus, Jacobus Milo, Bauulus VVilelmus de Albarea, Manifredus de Loreto, Anselmus Moreta, Arnaldus de Zuxono, Villelmus Constantia, Enricus de Rusa, Petrus Fica, Johannes Silvaticus, Manfredus Fica, Alexander Bonifacius de Rovore, Petrus Mallora, Henricus Constantius, VVilelmus Theberga, Jacobus Lambertus, Sarlo, VVilelmus de Rusa, VVilelmus Azolinus, Petrus Azolinus, Petrus de Solario, VViglonus, Michael Vitelmus, Otho Froggerius, Otho Chas, Odo, Petrus Negronus, VVilelmus Falco, Johannes Petith, Orinus, Jacobus Scriba, Petrus de septem annis, Rainaldus Sartor, Otho de Bassignana, Bernerius, Rufinus de Vignolio juraverunt ad sancta Dei Evangelia quod praedictum Sacramentum firmum, & stabile existeret, & conventiones praedictas observarent dominae Mariae, & Judici Comite praedicto de toto.

In nomine Domini. Ego Comita Judex Turritanus meram puram, & simplicem donationem inter viros facio tibi Girardo firmo recipienti nomine neporum meorum, & pro ipsis nepotibus meis Manfredo, & Agnete filiis quondam Bonifacii filii domini Manifredi Marchionis Salucii, & filiae meae Mariae nominatim de tota dote ipsius Mariae, quam pro ipsa dedi quando nuptui collocata, & similiter de omni augmento, & propter nuptias donationem,

quæ in ipſam occaſionem ſui matrimonii collocata ſunt volens, conſentiens, & præcipiens expreſſim, ut prædicta Marta filia de dote, & augmento eiſdem prædictis nepotibus meis filiis ſuis idem faciat donationem prout poterit firmiorem. Jura, & actiones, quæ contra dominum Manfredum Marchionem de Salutiis, vel res ipſius, quas nunc habet, vel quando habuit, vel habiturus eſt in futurum pro dote, & augmento prædictis ego, & filia mea Maria viſi ſumus habere jam dictis nepotibus meis Manfredo, & Agneti non aliis hæredibus ejus dono, cedo, largior, concedo &c. inſtrumenta, & ſupradicta &c. . . . . prædicto Marchioni ad utilitatem nepotum meorum reddi jubeo, atque volo. Præterea Danielem de Auria nepotem meum procuratorem meum conſtituo promittens, quod omnia, quæ ſuper hoc, vel circa hæc cum jam dicto Marchione, vel nepotibus meis fecerit, vel ordinaverit, rata, & firma habebo. Item volo quod ſi præfatus Marchio, & Manfredus, & Agnes prius obierint omnia prædicta ad Mariam redeant. Actum in Sardinea in turre S. Marchi de ſalto majore; teſtes Jacobus filio Marzucchi, Ceramus de Gairano, Guido filii Roberti de Croco, Barillius de Perlaſio, Bonacorſus de Conte &c. an. MCCXV., indict. II., die XXII. januarii circa terciam.

(1) *Hæc quoque tradidit Aug. ab Eccl. in ſua deſcript. Pedem. MS. qui addit partem quam Manfredus iſte habebat in Comitatu Laureti, & Caſtagnolis tranſiſſe ad Marchiones Buſchæ, Carreti, & Clavejanæ.*

(2) *Anno* MCXCVI. *Calari* judicaturam tenebat *nomine Piſanorum Gulielmus Marchio Montisferrati, cujus palatium Januenſes in bello eo tempore cum Piſanis geſto deſtruxerunt, uti narrat Caffarus apud Murator.*

52

MCCIII. die III. ſeptembris. *Fœdus inter Albæ cives, & Alexandriæ ad ſe tuendos adverſus eorum hoſtes ſalvo Imperatore, Marchione Montisferrati, Delphino, & Henrico Marchionibus Occimiani, Mediolano, Terdona, Caſſinenſibus, Ottone, & Henrico Marchionibus de Carreto, Manfredo Marchione de Saluciis, Braida, & Bannis.* R. A.

53

MCCIII. V. id. ſeptemb. *Inveſtitura medietatis oppidi Sexadii a Marchione Montisferrati recens acquiſiti conceſſa Henrico Calcamugio, Fitrufino, Jacobo de Guidone Tigna, & Guidoni de Donabona a Conrado de Occimiano conſule nomine Alexandrinæ Reipublicæ ſtipulante apud Schiavinam in annal. Alex. MSS.*

54

MCCIII. XV. Kal. octob. in Pozzolaſca. *Procuratio a Gulielmo Bonifacio filio in Vermum paſtorem, Rodulfum, & Anſelmum paſtores demandata, ut Alexandrinos nomine ſuo in fiduciariam poſſeſſionem immitterent dimidii oppidi Sexadii.*

Eadem die aliæ procurationis tabulæ, ut iidem legati Alexandrinis poſſeſſionem tribuant medietatis Caſarum novarum de Sezaina, Caſtrinovi, utriuſque Carpaneti ſuperioris, & inferioris, & Ritorti, & ab eis ſacramentum fidelitatis exigant.

Eadem die aliæ tabulæ, quibus Ruffinus Cornaliæ conſul, & Ugo Urtita legati Reipublicæ Alexandrinæ in eorumdem oppidorum poſſeſſionem immittuntur ap. Schiavinam in annal. MSS.

55

MCCIIII. die VIII. januarii. *Conventio inter Gulielmum Marchionem Montisferrati, & Gulielmum, Raimundum, & Jacobum filios quondam Alberti Marchionis Inciſæ, & Henricum eorum nepotem, quæ hi omnes ſuas in Sezzadina poſſeſſiones, ac quæcumque eis Tidonem ex allodio obtinent exceptis Oviliis Marchioni Monferratenſi cedunt, recepta ab eo de hiſce locis inveſtitura hac lege, ut cum Manfredus, & Poganus filii quondam memorati Alberti redierint hanc conventionem firmam, ac ratam habeant.* R. A.

Eodem anno *pax inita inter Aſtenſes, & Marchionem Montisferrati* in campis Feliciani. *Aug. ab Eccl. deſcr. Piem. MS. Vol. 1. c. XXXI.*

56

MCCVI. *Diviſio bonorum, ac caſtrorum inter Henricum, & Ottonem filios Henrici Guercii Marchionis de Carreto.*

Eodem anno Henrici Marchionis de Carreto fœdus cum Republica Aſtenſi, quo promittit bellum illaturum Albenſibus, nec pacem eis daturum niſi ex Aſtenſium conſenſu, ac liberas vias ad mare eis præbiturum ex Aug. ab Eccl. Piem. Ciſp. Vol. 1. cap. IV. & XVII.

57

MCCX. menſe martii apud Ymolam. *Diploma Ottonis IV. Imperatoris Monaſterio Locedii teſtis* Gulielmus M. Montisferrati. *Iric. de ſ. Oglerio diſſ. p.* 22.

58

MCCX. IV. non. junii apud Taurinum. *Diploma Ottonis IV. Imperatoris Monaſterio de Vezolano teſtis* VVilelmus Marchio Montisferrati. *Eſt inſertum in alio diplomate Henrici VII. Imperatoris* datum Aſtæ X. Kal. decembris an. MCCCX., *quo Ottonianum confirmatur. Ex Tabulario Regii Œconomatus.*

59

MCCX. XIIII. Kal. nov. ultra Vadum de Fareliano .... pactum pacis .... inter dominum Mainfredum Marchionem de Saluciis ex una parte, & Jacob. Lanceavetulam Poteſtatem Montisregalis nomine Communis Montisregalis ex altera &c.

Poſtea X. Kal. nov. .... jam dicti .... fuerunt concordes, ut exercitus ..... ita fierent ut ſupra, ſalvo domino Vilelmo Marcio (*lege* Marchio) de Ceva &c. *Graſſi Mem. Stor. di Monter. T. II. pag.* 25. & 27.

Eodem anno ceſſio Tajoli, ac partis Uvadæ, & Roſſilioni ab Ottone Marchione de Boſco, & nepotibus ejus Januenſibus facta v. Stellam ann. Jan.

60

MCCXI. XII. junii. Inveſtitura Marchionis Montisferrati pro Coſſano, Mangano, & Rochetta Belbi. *Memorie del Miniſtro di Savoja ap. Lunig. Cod. Ital. dipl. T. I. pag.* 373.

61

MCCXII. VIII. Kal. ſepremb. Veronæ. *Confederatio Azonis IV. Marchionis de Eſte, Comitis S. Bonifacii ex una, & civitates Cremonam, Brixiam, Veronam, Ferrariam, Papiam ex altera pro mutuo ſubſidio adverſus Mediolanenſes, Placentinos hac lege, ut ſingulæ ducentum milites debeant ſuppeditare per*

sex menses a calendis aprilis in antea, nec vi hujus sacramenti debeant „ offendere aliquam illarum Civitatum, quæ sit in hac societate, vel fuerit nec Parmam, nec Mantuam, nec Vicentinos forenses, nec Marchionem Montisferrati, nec Astenses. *Lunig. C. I. D. Tom. I. pag.* 1570.

62

MCCXII. X. Kal. junii Laterani. *Epistola Innocentii Pp. III., qua asserit Imperatorem Constantinopolitanum Monasterium S. Angeli de Saga in Romania, quod ad Priorem Crucifcrorum Bononiæ spectabat, sed a Marchione Montisferrati possidebatur, hoc in oriente defuncto Nobilibus de Canossa contulisse.* Ex Reg. Inn. III. edit. Baluzii lib. XV. epist. 99.

63

MCCXIII. II. id. jan. *Epistola Innocentii PP. III. Albanensi Episcopo, qua post narratam possessionem Monasterii de Cohortato Thessalonicensis Diocesis a Vilelmo Marchione Montisferrati ejus regionis principe captam, ac subjectionem Monasterio Locediensi ab eo imperatam, & quæ ex hac passi sunt Græci Monaci damna, ac injurias, ei committit, ut veritatem inquirat, ac quæ contra jus a Monachis Locediensibus gesta cognoverit emendet.* Ex Reg. Ep. Inn. III. ed. Baluz. l. XVI. Epist. 161.

64

MCCXIV. die IX. maii. *Investitura Rossanæ a Manfredo Lancea Marchione Buschæ facta Gulielmo de Rossana* ap. Eq. & R. C. Collateralem Robesti.

65

MCCXIV. die VIII. octob. *Juramentum, quo Gulielmus Marchio Montisferrati se obstringit ad servanda præcepta, ac concordiam, quam inter eum, ac Vercellensium cives conciliabit Episcopus Vercellensis, cujus rei obsidem tradit filium suum, & Cavagnolium, Caminum, Pontem Sturiam in pignus, ac custodiam &c.* V. Iricum pag. 74.

66

MCCXIV. die III. decemb. *Tabula, quibus Ugo Vercellensis Episcopus investit Civitatem Vercellarum de feudo Tridini, quod in ejus manibus Gulielmus Marchio Montisferrati renunciaverat.* Iric. p. 73.

Charta, qua Alasia Comitissa, & Manfredus ejus nepos donant quædam jura, ac prædia in Revello Monasterio S. M. de Stapharda pro damnis illatis Monasterio a Marchione ejus marito. Ex A. R.

67 MCCXV.

Anno a Nativitate Christi MCCXV., indictione IIII., X. Kal. aprilis in Revello apud Ecclesiam S. Ylarii præsentibus fratribus Monasterii sanctæ Mariæ de Stapharda, quorum sunt nomina frater Rogerius, frater Anselmus Cellerarius, frater Manifredus de Ponto Monachi, frater VVilelmus de Nives conversus coram testibus, quorum hæc sunt nomina Petrus Cafer presbiter, VVilelmus Constantia, Johannes Garizius, Jacobus filius VVilelmi Constantiæ, Bonifacius de Munifengo, Odo Canis, Ubertus Cocus, & alii. Domina Alasia Comitissa Salutiarum, & Manifredus nepos ejus dederunt Deo, & Monasterio de Stapharda pro anima domini Manifredi Marchionis Salutiarum, & pro damnis illatis ab ipso Marchione jam dicto Monasterio, & pro commutatione omnium Dominialium, quæ præfatus Marchio consueverat habere in villa Revelli, & territorio Revelli; dederunt videlicet sicut prædictum est in liberum alodium prout liberius, & plenius dare potuerunt quamdam petiam terræ cum bosco super existente, & arboribus, & fructibus, & herbis a celo usque in abissum cum ingressu, & egressu, & pertinentiis ejus ut præfatum Monasterium, & fratres in eo servientes Domino teneant, & possideant præfatum donum, seu cambium, & restitutionem in perpetuum absque contradictione prædictæ Comitissæ, & Manfredi, & hæredum ipsorum. Terminata est autem prædicta terra cum bosco sicut fratres prædicti Monasterii, & homines Revelli designaverant, & designati erant, & sunt tales termini coherentes: lacus prædicti Monasterii usque juxta fossatum Altini, & inde usque ad Ventresimam, & usque ad Glandonum usque ad finem de Bargiis, & exinde inferius versus jam dictum Monasterium hæc omnia videlicet terra, boscum, fructus, & herbas sicut supra legitur præfata domina Comitissa pro se, suisque hæredibus defendere promisit coram prædictis fratribus, & coram domino Henrico de Lomello, & Alrico de Drua ad opus præfati Monasterii. Confitebantur autem prædicti fratres, & jam dicta Comitissa, quod pretium de damnis, quæ fecerat, & intulerat præscriptus Marchio supradicto Monasterio erat septingentarum librarum Reforciator: Secusinorum. fecerunt autem jam dicta domina, & Mainfredus præscriptum donum, seu cambium, & restitutionem in manibus Dopni Jacobi Prioris jam dicti Monasterii, & hanc investituram in manibus ejus fecerunt. Insuper & homines de Revello insuper existentes consenserunt præfatæ donationi, & cambio, & restitutioni, & investituræ. Unde Henricus Daniel præcepto, & consensu eorum refutavit pro se, & pro illis in manibus jam dicti Prioris quidquid juris habebant, vel habere videbantur in omni prædicta donatione, & restitutione, & cambio. Hæc sunt nomina hominum de Revello, qui erant præsentes Thomas Guigo Cafer, Nicolaus de Monte, Henricus Daniel, Alamannus, Johannes Pallerius, Odo de sancto Johanne, Johannes Sablonus, Petrus Pallerius, Auricus Aimarus, Anselmus de Monte, Petrus Lombardus, Obertus de Rosa, Petrus Odetus, Jacobus Vaira, Vilelmus Decimarius, Stephanus Nebula, Petrus Maurinus, Amaldus Cibel, Jordanus Goitre, Aimo Venasca, Raimondus Brera, Michael Rebuffatus, Bernardus Goitre, Paschalius, Daniel de Verzolo, Petrus Laperius, Jordanus Crosa, Johannes Tosonus, Mainfredus Bec., Clemens.

Eodem anno, & indictione IIII. Kal. aprilis apud Ecclesiam S. Mariæ de Spina coram prædictis fratribus jam dicti Monasterii præsentia testium, quorum hæc sunt nomina presbiter VVilelmus de Spina, presbiter Petrus Cafer, dominus Henricus de Lomello, dominus Pinus, Auricus Daniel, Rufus de Rodino, Bonefacius de Munifengo, & Thomas de Revello, domina Alasia Comitissa Salutiarum, & Manfredus nepos ejus dederunt, & investituram fe-

d by Goog

cerunt in manibus Dompni Jacobi Prioris Monasterio de Stapharda ad opus ipsius Monasterii in perpetuum, & in alodium liberum prout melius, & liberius dare potuerunt pro damnis illatis a Marchione Salutiarum prædicto Monasterio, quæ damna prædicta confitebatur esse septingentarum librarum, & pro Dompnialibus Revello, & in villa, & in territorio Revelli, quæ tenebant fratres Monasterii præfati dederunt videlicet Serrum de Rabia, quod est super vineam Torreanæ via media cum terra, & arboribus, & fructibus earum, & omnia, quæ tenet, & possidet præfatum Monasterium de jure, vel de facto ubicumque sit in toto contitu eorum, sive sint alodia, sive usus, sive feuda, sive alterius modi. Item concesserunt, confirmaverunt, & dederunt pascua omnibus animalibus prædicti Monasterii pro tota terra, & contitu eorum, & boscos lignorum mortuorum viridium vero, & vivorum sicut sui homines habent, & omnes res, & personas, & bestias prædicti Monasterii, & grangiarum illius ab omni curaria, pedagio, & banno, & ab omni alia publica . . . . . seu exactionem absolverunt, & ad utilitatem ejusdem Monasterii, & grangiarum, & earundem rerum, & personarum dederunt piscationes, aquæductus, transitus viarum, & ea, quæ ad usus hominum, & bestiarum esse utilia comprobantur, & hæc omnia concesserunt, & confirmarunt per totum contitum suum, & terram suam. Item dederunt præfato Monasterio omnes arbores natas, & nascituras cum fructibus earum in tota terra, & possessionibus jam dicti Monasterii tam in supradictis locis, quam in aliis omnibus, & in boscо eidem Monasterio dato sicut supra legitur. His peractis jam dictus Prior cum fratribus suis ibi existentibus pro eis, & toto Conventu absolverunt animam jam dicti Marchionis prout melius potuerunt &c.

Ego Segnorinus Notarius sacri Palatii interfui, & hanc cartam scripsi.

Anno a Nativitate Christi MCCXVI. II. non. aprilis in castro Saluciis coram domino Petro, & Dompno Rogerio Monachis Staphardæ domina Alasia Comitissa Salutiarum obligavit quidquid habet in loco, qui dicitur Villa Monasterio de Stapharda pro DCC. libr. reforciator. Si Manfredus, vel aliquis hæres removeret, & firmum non tenuerit donum, & cambium, vel restitutionem de damnis illatis a domino Manfredo Marchione Saluciarum præter Dompnialia Revelli, donec de obventionibus, & fructibus prædicti loci recuperaverit jam dictum Monasterium DCC. lib. reforciator. Adfuerunt VVido de Plotzasco, Milo Merlo, presbiter Manfredus, VVilelmus Constantia. Et ego Segnorinus N. S. P. &c.

Anno a Nativitate Christi MCCXVI, indictione IIII. in castro de Ripol., VII. Kal. aprilis. Confessus est dominus Jacobus Dei gratia Taurinensis Episcopus, quod domina Alasia Salutiarum Comitissa tenebatur satisfacere, ac restituere damna, quæ fecerat maritus ejus secundum præceptum, & voluntatem ipsius Episcopi. Unde ipse mandavit ei præcipiendo, & consulendo, ut res dotis suæ obliget Monasterio de Stapharda pro DCC. libr, & melioramento de bosco, & terra pro restitutione, & cambio datis præter Domnialia Revelli. Testes adfuerunt dominus Marinus, VVilielmus de Moncuc, Petrinus de Moncuc, Anselmus de Camarlet, Pelleta. Actum præsente fratre Rogerio Monaco Staphardæ.

Ego Segnorinus N. S. P. &c.

Confirmationes pactorum initorum inter Communitatem Albæ, & Marchiones de Saluciis penes C. V. Jac. Durandum.

MCCXV. 68

Anno Domini MCCXV., indictione III., die Dominica madio in præsentia testium in pleno consilio congregato insimul per campanam voluntate omnium consiliariorum, qui erant in eodem consilio vel majoris partis dominus Oprandus Brachus judex & assessor domini VVilelmi Burri Albensis Potestatis vice, & nomine communis Albæ promisit, & juravit dominæ Alaxiæ uxori domini Manfredi de Saluciis Marchioni, & Manifredo ejus nepoti filio quondam domini Bonifacii prædictæ dominæ Alasiæ filii attendere in omnibus, & observare omnia pacta, conventiones, & contractus, quæ, & quos Commune Albæ quondam per Potestates, seu consules Albenses pro tempore existentes, vel eorum nuncios promiserunt, & juraverunt observare, & attendere supradicto domino Manifredo in omnibus, & per omnia sicut in publicis scripturis, & instrumentis inde compositis continetur, & apparet quæ omnia sicut superius scripta sunt, consiliarii, qui erant in eodem consilio in omnibus, & per omnia prosequi, & attendere prædictæ dominæ Alasiæ, & Manifredo promiserunt, & juraverunt, & dare fortiam consuli, & juvamen Potestati, & consulibus Albensibus pro tempore existentibus ut prædicta pacta, & conventiones, & contractus prædictæ dominæ Alaxiæ, & Manifredo ejus nepoti in omnibus, & per omnia attendantur, & observentur. Nomina autem consiliariorum sunt hæc &c.

Versa vice domina Alaxia promisit, & juravit dicto domino Oprando vice, & nomine Communis Albæ recipienti attendere, & observare &c.

Actum est hoc Albæ in choro sancti Laurentii. Interfuerunt testes Raimundus de Quiliano, VVilielmus de Summaripa, Bilaitor de Luserna, Manifredus de Drua, Rufinus de Marcenasco Judex, VVilelmus de Valio. Et ego Alexander publicus Notarius &c.

69

MCCXV. *Cessio Laureti, & Castegnolarum Astensibus facta a Manfredo Lancea Manfredi filio, ac juramentum fidelitatis eis ab utroque Marchione præstitum.* Aug. ab Eccl. descriz. Piem. MS. Vol. 1. c. XXXI. *Item sub titulo fœderis a M. Lancea cum Astensibus initum refertur ab eodem in MS. familiæ illustri: at hic assignavit annum* MCCXVI.

70

MCCXVII. *Fœdus inter Communia Albæ, & Astæ, in quo comprehensus fuit Episcopus Alexandriæ.* R. A.

Aliud inter Alexandrinos, & Albenses, quo hi excipiunt Episcopum Albensem, & Alexandrinum. R. A.

Hoc anno aliud inter Januenses, & Marchiones Boschi. Ex lib. cui tit. Compendio delle storie di Genova Lipsiæ 1750.

Digitized by Google

Aliud inter Ottonem, & Henricum fratres Marchiones de Carreto, & Astenses, quo illi spondent vias hisce per eorum imperium ad mare liberas, ac tutas præbituros. Ex Aug. ab Eccl. descriz. del Piem. MS. c. 33. Vol. I.

Eodem anno deditio Trecii, quod cum Neveis, ac Barbarisco ad Marchionem Buschæ spectabat, Astensibus facta. Ex Aug. ab Eccl. l. c. cap. 30.

71

MCCXVII. die V. julii. *Conventionis capita inter Ugonem Potestatem Albæ suorum civium nomine, & consules Paucæ paleæ, quibus spondent sibi mutuam opem in omnibus bellis, quibus contigerit eos distineri, præsertim vero adversus populum Breidensem &c. exceptis Episcopis Astensi, Albensi, Alexandrino, Ottone, & Henrico Marchionibus de Carreto, Saviliano, Comitissa Alasia de Salutiis, Bagiennis &c.* R. A.

72

MCCXVIII. die XI. julii. *Investitura Caballarii Leonis, & Pulingariæ Ottoni Boverio concessa a Marchione Lancea* ap. Eq. & R. C. Coll. Robetti.

73

MCCXIX. XIX. Kal. junii. *Charta, qua Agnes Comitissa filia q. Marchionis Manfredi emit locum Rivifrigidi a Comitissa Alasia vidua Marchionis Manfredi, ac tutrice Manfredi ejus nepotis filii Marchionis Bonifacii* ap. Eq. & R. C. Coll. Robetti.

74

MCCXX. *Charta, qua Jacobus Episcopus Astensis confirmat donationem castri Montisbasilii a Georgio Ceva Marchione Ecclesiæ Astensi factam.* Ex Ughel. T. IV. col. 375.

Eodem anno cessio Lequi ab Astensibus facta Manfredo Marchioni Salutiarum ex Aug. ab Eccl. descr. Piem. Vol. I. c. XIX.

Eodem anno fœdus inter Manfredum Marchionem Salutiarum, & Communitatem Astensem coram Henrico, & Ottone Marchionibus de Carreto initum ibi c. IV.

Eodem anno actus, quo Otto Marchio de Carreto cum filiis suis quartam partem Curtisimiliæ, S. Juliani, aliorumque castrorum a Marchione Montisferrati acceptam refert ibi.

75

MCCXX. XV. jan. ante portam Ecclesiæ S. Petri de Perna. *Sententia ex compromisso lata a Marchione Jacobo de Incisa, & Sibilitore de Lanerio inter Communitatem Lanerii, & Incisam circa Gerbora divisionem, qua eam partiti sunt per viam, seu lineam, quæ transit inter duos fontes Casalis, & Frioni.* Ex arch. civ. Niciæ.

76

MCCXX. die XVIII. maii. *Breve Honorii Papæ III. confirmantis fundationem Monasterii Monialium de Rivofrigido ab Agnete Comitissa factam. Extat in Tabulario Comitum Salutii de Paesana.*

77

MCCXX. VI. julii apud Burgum S. Donnini. *Diploma Friderici II. Imper. Henrico Marchioni Saonæ* ap. Lunig. Cod. It. diplom. col. 2118.

78

MCCXX. die XX. augusti. *Præceptum Oberti Strilli Albæ Prætoris Rufino Mandello Alexandriæ Prætori indictum, ut hic Gulielmo Marchioni Montisferrati remittat omnia Regalia Alexandriæ, & aliorum locorum, neque molestiam aliquam Marchioni inferat, quominus pedagium pontis ab hominibus Valentiæ consequi possit, atque illud idem promittat popularibus Apiani Quargnenti incolis* ap. Schiavinam.

79

MCCXX. *Depositiones testium ad comprobandum Castelletum vallis Urbæ spectasse ad Marchionem Montisferrati, secus atque contendebant Alexandrini.* Primo interrogatur testis: „ an fuerit per sententiam „ damnatus, an in judicium vocatus, per furti, vel „ injuriarum actionem, an raptor, an duxerit uxorem viduam intra annum, an duas uxores habuerit, an fuerit excommunicatus, an juraverit super animam alicujus, an fecerit unquam publice adulterium, an deprædatus Ecclesiam, vel rem Ecclesiasticam? *Quæ cum negasset testis, ideo ad reo in quæstione positas processit judex. Ex responsis vero, quæ multa sunt in membranaceo volumine ad multos pedes oblongo hæc colliguntur: feudum hoc possessum a Gulielmo Asdente, & Bernardo Ajazza fratre de Palodio; Sibiliam Gulielmi Asdentis filiam illud vendidisse Manfredo de Flisco, atque hunc Gulielmo Marchioni Montisferrati. Quidam vero testis ait venditum a Patre Sibiliæ, & ab aliis feudi dominis eidem Montferratensi Marchioni avo hujus Gulielmi in Alexandrinos afforis. Gulielmum beneficiario jure Castelletum dedisse Gulielmo Marchioni de Palodo. Accurate autem a Judice interrogantur testes, quo ritu facta fuerit hæc investitura*: „ an fuerit de ligio, vel lancea, an „ præcesserit datio feudi, vel non, an postea oscu„ lati se fuerint invicem? *Responderunt vero factam de ligio, præcessisse investituram postea fidelitatem, Marchionem fecisse sedendo, alterum recepisse stando.* „ Qua de causa dedit? *percontlatur Judex. Respondit* „ *testis*, quia (*Gulielmus M. de Paredo*) filius soro„ ris ejus (1) (*nimirum VV. M. Montisf. avi ipsius*) „ erat .... alter vero respondet, quia dedit Sibi„ liam filiam Gulielmi Asdentis, & dominæ Metildæ „ uxoris illius Gulielmi in uxorem Palodino filio dicti „ Gulielmi de Palodo nepotis ipsius Marchionis.

„ Quando? ante annos XL. ubi? R. in loco Lugi. *Quidam testis hæc habet* „ ante annos XXXII. Guliel„ mus Marchio Montisferrati guerram habebat cum „ Alexandrinis, & ante annos XXX. dominus Cun„ radus, & dominus Bonifacius venerunt ad Silva„ num tempore messis, quo Alexandrini erant cir„ cum Silvanum in excisione, & ipsi petierunt Ca„ stelletum turrim, & demanionem, & ipsi de Pa„ lodio dederunt dictis Marchionibus Montisferrati, „ qui illa muniverunt tamquam sua, & guarniverunt „ *alter refert Alexandrinos in eo bello* „ Gulielmum de „ Palodio obsedisse per octo menses, ac Palodium „ fuisse expulsum proditorie ab hominibus Ale„ xandriæ.

(1) *Hæc lucem ex Caffaro aliquam mutuabuntur. Sic ille ad an. MCCXVI.* Illo tempore Gulielmus Marchio Montisferrati, qui antea non fuerat tantæ laudis, tantæque magnitudinis, eo quod dominus Fridericus Imperator sibi multos honores contulerat, & villas, terras, & castra ditioni, & dominio ejus suppoluerat ..... Januensibus ignorantibus suo exer-

citu, & Guilielmus Saracenus ſecum & mater, ſoror prænominati Marchionis ad obſidendum caſtrum Palodii, quod tunc temporis a Januenſibus tenebatur, venerunt, non obſtante juramento Januenſibus ab eodem Marchione antea facto &c.

80

MCCXX. VII. Kal. ſeptembris *in caſtris prope urbem Fridericus II. Imperator præſente Gulielmo Marchione Montisferrati pro DCCC. marchis argenti oppignorat Aſtenſibus Montemmalum. Ex Char. Eccl. Aſt.*, *in quo adeſt aliud documentum, quo ipſis caſtrum Noni pro* [illegible] *marchis argenti in pignus dederat. Ex lib. vir.*

81

MCCXXI. *Charta, qua Manfredus III. Marchio Saluttiarum emit ſupremum dominium in oppidum Doliani, (quod antea Manfredo Marchione Buſchæ ſibi comparaverat) a Marchione Montisferrati Gulielmo Bonifacii filio pretio librarum MD. Bononien.* Aug. ab Eccl. deſcr. Piem. MS. Vol. I. c. XIX.

82

MCCXXII. *Litteræ Wilelmi Marchionis Montisferrati ad Honorium III. Pontificem maximum, quibus ei gratias agit de datis ſibi præceptis, ſpondetque ſe pariturum, atque inſuper rogat, ut* promoveat ſua negotia, & ad effectum perducat. *Lun. Cod. It. dipl. T. I. col.* 1342.

83

MCCXXII. die VI. novembris. *Alexandrini Prætoris reſponſio ad Marchionis Monferratenſis poſtulationem, quæ ei indixerat, ut decem milites ad ſe mitteret, qui cum Veronam ad Imperatorem proficiſcentem comitarentur, idque ratione feudi, quod ipſa Communitas a Marchione acceptum ferebat.* R. A.

84

MCCXXII. III. decemb. *Diploma Friderici II. Dominis de Romano teſtis* Manfredus Marchio Lancia dat. apud Precinam Storia Eccelin. Verci. T. III. pag. 240.

85

MCCXXIII. die XXVII. ſeptembris. *Conceſſio, qua Thomas Comes Sabaudiæ jura ſua in Buſca, & Scarnaſſxio Manfredo Marchioni Saluttiarum cedit. V. Tabularium Com. Saluttiis de Pueſana.*

86

MCCXXIII. die XXIX. ſeptembris. *Munus Civitatis donatio, pactaque ſocietatis inter Aſtum, Albam ex una parte, & Alexandriam ex altera adverſus quoslibet, qui vim iis inferre tentaverint.* R. A.

87

MCCXXIV. *Venditio Capriatæ ab Ottone Marchione de Boſco, & conſortibus Reipublicæ Januenſi facta pro libris LXXV. annuatim ſolvendis.* Ex Stella.

88

MCCXXIV. *Singrapha Marchionis Montisferrati, qua ſe debitorem conſtituit Imperatori Friderico M. marcharum argenti, eique oppignorat plura ſui Marchionatus loca.* R. A.

89

MCCXXIIII. die III. junii. *Mandatum Gulielmi Marchionis Montisferrati civitati Albæ indictum, quo Albenſibus denunciat caſtra, & loca Monfortis, ac Novelli ſua juris eſſe, atque præterea & ſuo, & Romani Pontificis, & Imperatoris nomine vetat Albenſibus, ne duo hæc caſtra emant, atque inſuper Henrico de Carreto Marchioni Saonæ præcipit, ne illa ullatenus vendat.* R. A.

Donatio bonorum, ac jurium Monaſterio ſancti Stephani de Milleſimo facta ab Henrico Marchione Saona, & Agatha Comitiſſa uxore ex Syn. Hiſt. Britii Ep. Alb. & Collect. DD. Ferraniæ collata cum exemplari tabul. C. de Mill.

MCCXXIV. 90

Anno Domini MCCXXIV., indictione XII., die lunæ decimoquinto Kal. julii. Quoniam, ut ait Apoſtolus, ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum; oportet nos diem miſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, dante Domino, cum multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Quapropter dominus Henricus Marchio ſua bona, & ſpontanea voluntate fecit puram, & meram inter vivos donationem pro remedio animæ ſuæ, & uxoris ejus Agathæ, atque parentum, nec non & hæredum ſuorum Monaſterio S. Stephani de Milleſimo in manibus dominæ Vilielmæ Abbatiſſæ dicti Monaſterii, atque in manibus domini Bonifacii Abbatis Tilieti ejuſdem Monaſterii Viſitatoris nominatim de omnibus poſſeſſionibus, mobilibus, & immobilibus, cultis, & incultis, cum omnibus ingreſſibus, & regreſſibus ab infimis uſque ad ſuperiora omnibus acceſſibus dicti Monaſterii, quas idem dominus Marchio ab Abbate, & Conventu S. Petri de Saviliano emit. Item dedit eidem Monaſterio Braidam, & pratum Milleſimi cum omnibus ſuis acceſſionibus undique cohærentes Burmida, Plebs Milleſimi, terra dicti Monaſterii, terra quondam Calafati, & Jacobus Loterius. Item dedit eidem Monaſterio campum, quem emit de Revilla (Revella) cohærens Burmida, idem Monaſterium, Plebs, & ferrarii. Item dedit Caſtagnetum, quod habet in plano Caſtagneto territorio Rochæ cohæret ei Vilielmus Cerratus Japurrona (Iapunona), Anſaldus, (Ancaldus), & Ruffina de Rupecula, atque foſſatum. Item dedit eidem Monaſterio molendinum, fullonem, ſeu Batanderium de Milleſimo, ſalvo eo, quod Plebs Milleſimi habeat decimam in molendino, & etiam omnes blavas, & grana ſua poſſint in eodem fine moltura molere in perpetuum. Item dedit ſi quod aliud molendinum, vel molendia, ſeu alia aquaria (aquanea), ædificia ad uſum hominum a lacu Stalonum (Italonum) uſque ad molendinum de Cerreta fierent ſimili modo, ſalvo ſemper in molendino, vel molendinis prædicto jure Plebis (Plebæ) ſupradictæ, cujus molendinum, ſeu molendinorum, aliorumque ædificiorum cluſus (cluſas) homines de Cruce ferrea facere, & reficere dicti Marchionis præcepto, ſicut conſueverint (conſueverunt) perpetuo teneantur. Item dedit, & conceſſit dictæ dominæ Guilielmæ Abbatiſſæ nomine ipſius Monaſterii libras quinquaginta Januæ, & quinque modios ſalis omni anno ad ſextarium Fluarii in Gabella de Fina-

Digitized by Goog

rio, in parte dicti Marchionis, quam tenet libere ad ſuum uſum, & demptionem tali modo, quod dictum Monaſterium debeat percipere, & habere in ſingulo (quolibet) anno in dicta Gabella, & ejus redditibus, & proventibus dictas (dictarum) libras (librarum) quinquaginta Januæ per duos terminos, videlicet libras triginta in feſto ſancti Michaelis, & in octava Dominicæ Reſurrectionis libras viginti, & dictos quinque modios ſalis quandocumque (quicumque) dicto Monaſterio placuerit: (*deſunt duo præcta*) conſtituendo (conſtituere), & cedendo (cedere) dicto Monaſterio jus percipiendi, & habendi dictas libras quinquaginta, & quinque modios ſalis a (in) dicta Gabella, & in ejus proventibus, & redditibus, ſecundum quod ſupradictum eſt. Item dictus dominus Henricus dedit, & conceſſit dictæ dominæ Abbatiſſæ nomine dicti Monaſterii decem ſcandalia vini puri ſuper vinea ſua, quam habet in Finario prope plebem Finarii, cui cohærent plebs de Finario, Beltramus, via publica, quæ eſt juxta mare: conſtituendo (conſtituere), & cedendo (cedere) dicto Monaſterio jus percipiendi, & habendi dicta decem ſcandalia vini in dicta vinea, & ejus proventibus, ſecundum quod ſupradictum eſt, & in Miſſis celebrandis per dictum Monaſterium prædicto vino uti debeat. Item dedit prædicto Monaſterio vineam unam ſitam in Rocha de Vignali in ora (loco), ubi dicitur mons S. Martini, & cohæret ei via publica, filii quondam Raphaelis (Cafari) Morandus (Morrandus), & foſſatum. Item dedit, & conceſſit dicto Monaſterio, quod poſſit beſtias in tota terra ſua, & regimine quod habet, & habiturus eſt per ſe, ſuoſque hæredes paſcere, & gubernare libere, & quiete ſine aliqua datione, vel exactione (vexatione ita deinceps). Item dedit, & conceſſit dicto Monaſterio, quod poſſit boſcare, & ligna percipere, & habere libere, & quiete, & ſine aliqua datione, vel exactione in tota terra ſua, quam habet, & habiturus eſt per ſe, ſuoſque hæredes; & ita dominus Henricus conceſſit dicto Monaſterio jus paſcendi, boſcandi, prout ſupra dictum eſt ſine ſua, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum contradictione, & cum eorum defenſione. Item dedit, & conceſſit dicto Monaſterio, ut liceat ipſi Monaſterio, & ejus nuntiis (matribus) libere, & quiete ſine aliqua datione, vel exactione per totam terram ſuam, quam habet, & habiturus eſt per ſe, ſuoſque hæredes, ire, redire, vendere, emere, ducere, reducere, & extrahere, (exhibere) blavam, & fruges, & animalia (avenas), & quaslibet alias res per totam terram ſuam intus, & extra (exterius) ſine pedagio, tributo, datione, vel aliqua exactione. Hæc omnia ut ſupra dictus dominus Marchio dicto Monaſterio dedit, & contulit cum omnibus ingreſſibus, & egreſſibus ſuis libere, & abſolute, & ſi quomodo faceret ei donationem, eo modo (eodem) dictum Monaſterium habeat (habet), hanc (dans) autem donationem, & donationem (donationes) taliter dictus dominus Marchio fecit, (fuit) dicto Monaſterio (*additur* tot) & quodammodo per ſe, ſuoſque hæredes, vel per præmiſſam (ſubmiſſam) perſonam non valeat inquietare (inquirere), ſed firma, & rata permaneant in æternum, cum omni juris, & facti abſolutione, jubens omnium ſupradictorum habita, & (licentia) recepta inveſtitura dictam Abbatiſſam nomine dicti Monaſterii corporalem, & plenam poſſeſſionem entrare (intrare) conſtituendo prædictus (prædictum) Henricus (Henricum) ſe poſſidere, vel quaſi poſſidere prædicto (prædicta) nomine prædicti Monaſterii, donec dictum Monaſterium prædictarum rerum entraverit (intraverit) poſſeſſionem, dando eidem Monaſterio facultatem liberam intrandi poſſeſſionem auctoritate ſua conſtituendo, & abſolvendo dictum Monaſterium, & res, quas habet, vel habiturus eſt liberum, & abſolutum ab omni datione, & exactione nihil prorſus juris in ſe retinendo, excepto jure patronatus; „ poſtea vero in inſtanti dicta domina veneranda „ Abbatiſſa Monaſterii S. Stephani prædicti cum conſenſu, & voluntate ſororum ſuarum, videlicet Petrona Iſabella de Chignino, Agatha Iſabella de Boges, Raimonda Chriſtiana Metilda, & Bonifacio „ Abbate Tilietti ejuſdem Monaſterii viſitatoris dedit, & remiſit domino Henrico Marchioni Savonenſi, quod dictus Marchio dederat, & conceſſerat dicto Monaſterio, ſecundum quod apparebat „ in quodam inſtrumento facto per manum Henrici „ de Caſtan. Notario, præter illud, quod invenitur „ in inſtrumento, & hanc donationem, & conceſſionem, & remiſſionem fecit dicta Abbatiſſa cum „ conſenſu, & voluntate ſororum ſuarum dicto domino Marchioni propter dationem, quam fecit „ dominus Marchio prædicto Monaſterio, ſecundum „ quod apparet in inſtrumento iſto, & inſtrumentum primæ conceſſionis voluntate ſororum ſuarum „ dicta Abbatiſſa reddidit dicto domino Marchioni. (*præcedentia lineolis obſignata deſunt in exemplari Britiano*).

Actum eſt hoc in porticu Eccleſiæ dicti Monaſterii, interfuerunt teſtes rogati Fulcus Monacus Tilieti, D. Simon ejuſdem Monaſterii S. Stephani Capellanus, dominus Gratapalea, frater Manfredus, D. Vicecomes Johannes de Moniſilio, D. Lubertus, Otto de Chario, Petrus Selvus, D. de Saja, D. Otto de Moncſilio, magiſter Johannes. Et ego Johannes David ſacri-Palatii Notarius his interfui, & hanc cartam rogatus ſcripſi.

91

MCCXXIV. *Apocha ſolutionis lib. MDCCLXXI. pro emtione oppidi Boſchi ab Oberto Montemerlo, Abramo Falarello, Bernardo Guidobono, Henrico Notario, Algero Caſtelletto, & Zanone Malaparolla conſulibus Terdonæ factæ Ottoni, & Gulielmo patri, & filio Marchionibus Boſchi.* Montemerlo Storia di Tortona pag. 38., *qui refert ante annos ſex conſules Terdonenſes Alexandrinis interdixiſſe, ne ſe in oppidum Boſchi ſibi jam devinctum immiſcerent.*

92

MCCXXV. *Notitia donationis Comitatus Laureti a Marchione Lancea factæ Marchioni Montisferrati ex Aug. ab Eccl. in Illuſtr. Hiſtor. cap. XI. Chron. Hiſt. &c. Monteregali* 1649.

Eod. an. Fœdus ab Ottone Marchione de Carreto Curtiſmiliæ cum Aſtenſibus percuſſum Aug. ab Eccl. deſcr. Piem. MS. Vol. 1. c. 19.

93

MCCXXV. die XVI. martii. *Inveſtitura caſtrorum,*

regienſi habentibus, nobilibus, Capitaneis, Valvaſoribus, & aliis hominibus, terris, villis, montibus, ſilvis, tholoneis, angariis, perangariis, argentis, paſcuis, pratis, agris cultis, & incultis, aquis aquarum decurſibus, & molendinis, caſtris quoque, & omnibus pertinentiis ſuis: nec non concedimus, & confirmamus ei, & hæredibus ſuis villam Eraſti cum omni jure ſuo, quæ omnia Divus Auguſtus Imperator Henricus Genitor noſter, & recordationis inclitæ jure compenſationis poderii, & terræ quondam Marchionis Henrici, quam Comes Raynerius de Blandrato pater quondam prædicti Comitis Guidonis in Tuſcia, tenuit, & præfato Genitori noſtro dedit, ipſi Comiti Raynerio conceſſit, ſicut in privilegio inde confecto, & majeſtati noſtræ per eundem Comitem Guidonem oſtenſo plenius continetur. Statuimus igitur, & regio ſancimus edicto, ut nulla unquam perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſæcularis, hanc paginam noſtræ conceſſionis, donationis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario audeat contraire. Quod qui præſumpſerit centum libras auri puri componat pro pœna medietatem Cameræ noſtræ, & reliquam medietatem paſſis injuriam perſoluturus. Ut autem hæc omnia in perpetuum rata ſemper, & firma permaneant, præſens privilegium inde conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt VVilielmus Mantuanus, Confinidenſis, & Chenrinenſis Abbas, Ugo Vormacienſis Abbas, Comes Guibertus de Verda, Comes Lodenetus de Vilimberg, Comes Everardus de Elſiſcen, Comes Guceſtus de Velſegge, Comes Henricus de Geminoponte, Anſelmus Mareſcalcus de Inſtringen., Philippus de Poliandra, & alii quamplures.

103

MCCXXIX. *Charta, qua Manfredus, & Berengarius Gulielmi Marchionis Buſchæ filii ſuam partem in Comitatu Laureti Aſtenſibus conceſſerunt: deſcripſit in chronico Alpherius teſte* Aug. ab Eccl. c. XVI. deſcriz. Piem. Vol. I.

104

MCCXXX. *Compromiſſum Albenſium, Aſtenſium, & Henrici Marchionis de Carreto in Communitatem Januæ.* Caffari an. ad h. a.

Eodem anno. *Confirmatio privilegiorum a Bonifacio Marchione Montisferrati facta civibus Taurinenſibus.* Pingon. Aug. Taur. pag. 36.

105

MCCXXXI. die II. februarii. *Sententia ex compromiſſo lata ſuper controverſias, bellaque agitata inter Communitatem Januæ, & Alexandriæ, in qua hæc præcipue capita ſancita fuerunt.*

I. Ut caſtrum Capriatæ Communitati Januæ reddatur hac lege, ut ejus medietas beneficiario jure Alexandrinis reſtituatur.

II. Ut Januenſes neque pedagium Alexandrinis auferant, neque eorum commercium ullatenus impediant.

III. Ut ipſi Placentinos, Papienſes, Bergomenſes, Laudenſes, ac omnes quoslibet eis, ac trans Padum habitantes Taurinum uſque, atque Hypporegiam, alioſque, dum a civitate Januæ revertuntur, per annos X. ſolummodo, mercimonia ſua per Alexandriam ducere, atque per hanc commercia ſua exercere obſtringant. R. A.

105

MCCXXXI. die XIII. aprilis. *Reipublicæ Alexandrinæ decretum, quo ſe obſtringit legatis Albenſibus ad pacis fœdus cum hiſce initum die III. ſeptembris an. MCCIII. obſervandum.* R. A.

Eodem anno. *Poſſeſſio Lequii a Bernardino Rubeo Poteſtate Aſtæ hujus Reipublicæ, & Marchionis Salutiarum nomine data Henrico Marchioni Saonæ* ex Aug. ab Eccl. c. XIX. T. I. deſcriz. Piem. MS.

107

MCCXXXII. die II. decemb. *Singrapha, qua conſules civitatis Terdonæ ſe obligant ad ſolvendum Bonifacio Marchioni Montisferrati lib. VDCC. libras pro emtione caſtri, & villæ Novi, quod Fridericus Imperator Terdonenſibus diplomate conceſſerat, at poſtea a Bonifacio fuerat acquiſitum.* Montemerlo St. di Tortona.

108

MCCXXIII. Kal. aprilis ..... Otto M. de Carreto ..... ſentiens animam ſuam eſſe aggravatam, & oneratam de quamplurimis rebus quondam male ablatis ab Eccleſia S. Petri de Ferrania, de tota terra, & boſco ..... in territorio Carii ad locum ubi dicitur mons Caballionus ſcil. a cerro Marchionis uſque ad viam Malicozelæ, & a via Malicozelæ uſque ad collam baſſam Ceyrolii ... *hanc eidem donat* nihil omnino retinens &c. *Coll. DD. Ferr. p. 2. pag. 25.*

Conventio inter Ottonem M. de Carreto, & Ottonem ejus nepotem, ac populares Curtiſmiliæ an. MCCLXXXIII.

109

MCCXXXIII.

In C. N. venientibus coram D. Oddone, D. Ugone, & D. Alberto MM. de Carreto, Gulielmo de Caſurcio ... & Ferraroto ... Sindicis Communis Curtiſmiliæ ſupplicaverunt ... quatenus eiſdem conſervarent ..., conſuetudines, quæ continentur in quodam inſtrum. ..... cujus tenor talis eſt.

Anno Domini MCCXXXIII., indictione VI, die VIII. intrante ſeptembre. In præſencia teſtium, quorum nomina inferius ſcripta ſunt. Dominus Otto de Carreto Marchio incompulſus neque per metum, ſed tamen ſua bona ſpontanea voluntate fecit pacem, finem, renunciacionem, & abſolucionem, & pactum de non petendo nomine tranſactionis ſuis fidelibus hominibus Curtiſmiliæ univerſaliter, & diviſim, ſeu ſingulariter, tam habitantibus in Curtiſmilia, vel poſſe quam habitaturis, vel manentibus, quam manſuris, ſcilicet Guillelmo Muſſo, domino Bonefacio Judici, Guillelmo Rabino, Jacobatio Vicurali, Johanni Teſtori, Morando, Arnaudo Cauderario, Muſſo de Mangolio, Ottoni de Trezio, Grimaudo, Jacobo militi, Petro Rodino, Guillelmo Lombardo, Bonino, Jacobo Malliano, Bonojohanni nomine eorum, & omnium aliorum hominum Curtiſmiliæ univerſorum, & ſingulorum tam habitancium in Curtiſmilia, quam habitatorum, vel manencium, quam manſurorum de omni fodro, exactione, & tota quod quam fodrum appellari poſſet, & quod & quam conſueverant a ſupradictis hominibus extorquere, ſeu quod & quam poſſet ab eis hominibus accipere ullo modo, vel extorquere. Promittens ſupradictus dominus Otto ſubnixa ſtipulatione jam dictis hominibus prædicto nomine univer-

Digitized by Google

saliter, & singulariter, & eorum hæredibus, quod ipse per se, vel ejus hæredes a supradictis hominibus, vel eorum hæredibus fodrum, exactionem, vel totam quod & quam fodrum appellari posset, non accipiet imperpetuum ullo tempore, nec extorquebit, vel accipi, vel extorqueri non substinebit ullo tempore, nec permittet ab aliqua persona, vel ab aliquibus. Insuper prædictus dominus Otto promixit, & voluit ratam, & firmam, & inconcussam omni tempore, & imperpetuum inviolabiliter teneri, & observari, videlicet quod si aliquis homo Curtismiliæ, vel de posse decederit, vel mortuus fuerit sine hærede, vel aliquis homo Curtismiliæ, vel de posse de rebus, & possessionibus mortui aliquid emerit, vel ipsas res omnes, & possessiones emerit, vel aliquo acquisierit juste, res terra, vel possessio empta, vel acquisita non possit, nec debeat jam magis ullo tempore reverti, vel revertere ad dominium ipsius domini Ottonis, vel ejus hæredis. Imo ille, seu illi, qui emerint, vel aliquo modo acquisiverint aliquid de dictis terris, possessionibps, sive rebus prædicto domino Ottoni, seu ejus hæredibus ipsas res, possessiones, & terras serviant, & servire debeant, & ipsas habeant, teneant, & possideant, prout serviet, habebit, & tenebit alia sua bona. Et similiter si aliquis homo Curtismiliæ, vel de posse alicui homini Curtismiliæ, vel de posse suas res omnes, & possessiones, & terras vendiderit, vel aliquo modo alienaverit, prædictus dominus Otto, vel ejus hæredes illum hominem, seu homines de Curtismilia, vel ejus hæredes de ipsis possessionibus, terris, vel rebus eciam vivente ipso, qui ipsas vendiderit possessiones, vel si mortuus fuerit non possint, nec debeant jam magis ullo tempore appellare, vel aggravare, vel ullo modo convenire. Ideo quia ipse dominus Otto, vel ejus hæredes possent dicere, quod poderium illius, qui vendiderit, non esset ei servitum, nec condicionatum, vel quod ignis illius, qui vendiderit, extinctus esset, imo ipsas terras, possessiones, sive res habeant, teneant, & possideant, & serviant eidem domino Ottoni, & hæredibus ejus prout habent, tenent, & serviunt alia sua bona, ut dictum est, sive sint de mansum, sive non sine omni dicti domini Ottonis, & ejus hæredum contradicione. Tali modo quod ipsi homines universaliter, & singulariter a prædicto domino Ottone, vel ab ejus hæredibus, vel ab alio pro eo de supradicto fodro, exactione, & tota terris, possessionibus, seu rebus non possint, nec debeant ullo tempore molestari, aggravari, vel ullo modo conveniri. Et ita prædictus dominus Otto per se, suosque hæredes prædictos homines prædicto nomine, & eorum hæredes universaliter, & divisim de supradicto fodro, exactione, & tota, & de supradictis terris, & possessionibus, sive rebus indempnes sub ypotheca omnium bonorum suorum observare, & tenere perpetuo promixit. Præterea promixit dictus dominus Otto per se, suosque hæredes prædictis hominibus eorum nomine, & prædicto stipulantibus prædictam pacem, finem, & refutacionem, & absolucionem, & pactum de non petendo, fodri, exactionis, totæ, & consuetudinis supradictæ, & omnia ut superius per singula denotantur, facta facerunt, & dicti prædictus dominus Otto præsente, volente, & consentiente domino Oddone de Carreto nepote ipsius domini Ottonis, qui promixit supradictam pacem, finem, & refutacionem, & absolucionem, & pactum de non petendo, & supradictam consuetudinem, ac omnia ut superius memorantur rata, firma, & inviolabilia omni tempore observare, & tenere, & nullo tempore contravenire. Supradicti vero homines Curtismiliæ universi, & singuli nomine eorum, & nomine omnium aliorum hominum Curtismiliæ, & posse tam habitancium, quam habitatorum, & tam manencium, quam mansurorum, & nomine tocius Communis Curtismiliæ non compulsi, neque per vim, sed tantum omnium prædictorum hominum, & tocius Communis Curtismiliæ voluntate spuntanea, & possencia promisserunt subnixa stipulacione supradicto domino Ottoni Marchioni de Carreto, & ejus hæredibus dare, & solvere annuatim ad festum S. Andreæ libras CXL. Januensis monetæ causa, & nomine ficti, atque puræ, & rectæ donacionis, ita quod ipse dominus Otto, & ejus hæredes, & cui ipsi dederint, vel habere statuerint dictum fodrum, seu dictas libras CXL. habeant, teneant, & possideant, & percipiant annuatim ad terminum supradictum sine contradicione hominum, & hæredum, & Communis Curtismiliæ. Promiserunt enim dicti homines prædicto domino Ottoni eorum nomine, & prædicto restituere ei, & ejus hæredibus omnes expensas, quas idem dominus Otto, vel ejus hæredes mutuo causa judicati, vel alio modo pro dicto ficto, seu prædictis libris CXL. habendis, vel petendis fecerit lapso termino supradicto credendo eis eorum verbis sine sacramento, sine testibus, sine alia probacione. Pro quo ficto, sive pro quibus libris CXL. annuatim habendis, vel percipiendis ad prædictum terminum, ut dictum est, prædicti homines eorum nomine, & prædicto omnia eorum bona mobilia, & immobilia pignori obligaverunt habita, & habenda. In quo ficto, seu in quibus libris CXL. voluit, & concessit dictus dominus Otto, & supradicti homines eorum, & jam dicto nomine, quod omnes homines in Curtismilia, vel habituri, seu manentes, vel mansuri, vel in posse Curtismiliæ dent, & solvant, & dare, & solvere teneantur universaliter, & divisim, secundum possibilitatem uniuscujusque partem eorum pro soldo, & libra, exceptata domo, & albergho Guillelmi Mule, & Ottonis ejus fratris cum omnibus, quæ ipsi habent, & tenent, & possident, vel habere, seu tenere visi sunt dono, vel acquisito de prædicto domino Ottone, qui in supradicto ficto dare, & solvere teneantur annuatim solidos XX. Januenses, scilicet quisque ipsorum solidos decem, & exceptis domibus, & albergiis Henrici Victuralis, & Guillelmi Rabini cum omnibus, quæ ipsi habent, vel possident, vel habere, seu tenere visi sunt, qui in supradicto ficto dare, & solvere teneantur annuatim solidos XL. Januenses scilicet quisque ipsorum S XX., & plusquam dictum est dicti exceptati in præfato ficto solvere non teneantur, nec cogantur. Supradictum vero fictum possit, & debeat supradictus dominus Otto offerre ad altare, & de ipso elemosinam facere, & quicquid voluerit per se, suosque hæredes tamquam de justiori redditu, quem ipse habeat sine contradi-

cione alicujus perſonæ. Supra vero dicti homines eorum nomine, & prædicto, & omnia, ut ſuperius memorantur, rata, firma, & inviolabilia promiſerunt attendere, obſervare, & tenere, & nullo tempore contravenire. Voluit autem, & conceſſit dictus dominus Otto, & dicti homines nomine prædicto, ut omnes cartas, ſeu omnia inſtrumenta conceſſa, vel facta a jam dicto domino Ottone, vel ab ejus hæredibus alicui homini de Curtiſmilia, vel de poſſe de aliquo ficto, vel dacita ficti ſint caſſa admodo, & inutilia, atque nullius valoris. Actum fuit hoc Curtiſmiliæ, & ibi interfuerunt teſtes rogati Jacobo de Cingio, Gullielmus de Curto Monachus, Guercius de Publiis de Alba, Philipponus Jacobus de Beſtagno, & Bonifacius. Ego Otto Notarius feci ſuprascriptum inſtrumentum, & cetera. Qui dicti Marchiones, videlicet domini Oddo, Ugo, & Albertus videntes, & conſiderantes, quod hæc petita facere debebant de jure, nec exinde poterant, neque poſſent ullo modo contradicere, ſed non compulſi neque per metum, ſeu violenciam, imo ſua bona, & ſpontanea voluntate, & ex certa ſcientia dictum inſtrumentum, ut ſupra ſcriptum eſt, factum manu dicti Ottonis Notarii, & omnia, & ſingula, quæ in ipſo inſtrumento continentur, confirmaverunt, approbaverunt, & ratificaverunt, & omnia capitula in ipſo inſtrumento ſcripta, ordinata, ſive promiſſa a prædeceſſoribus ſuis ſine ab aliquo ipſorum confirmant, approbant, & rettificant. Promittentes dicti Marchiones omnes inſimul, & quilibet per ſe, & in ſolidum dictis Sindicis ſtipulantibus nomine prædicto, & dictæ Univerſitati ibi more ſolito congregatæ dictum inſtrumentum, & convenciones ipſius, & omnia, & ſingula, quæ in ipſo continentur ratum, ratas, & rata, illibatum, illibatas, & illibata tenere, & non in aliquo contrafacere, vel venire occaſione aliqua, vel excepcione, ſeu obligacione omnium bonorum ſuorum. Renunciantes in hoc facto omni excepcioni doli, & in factum condicioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa fori privilegio, & omni legum, & jurium auxilio tam eccleſiaſtico, quam civili. Ita quod pro tali generali renunciacione intelligatur quælibet ſpecialis, cui ſpecialiter renunciandum eſſet. Certificati namque a me Notario infraſcripto de omni ſuo jure, quod eſt, & quo modo dicit. In cujus rei teſtimonium tam dicti Marchiones, quam dicti Sindici nomine prædicto juſſerunt mihi infraſcripto Notario duo exinde unius tenoris conficere inſtrumenta. Actum in Burgheto Curtiſmiliæ, ubi fuerunt teſtes dominus Henricus Templarius Marchio de Ponzono, dominus Thomas de Caſteno Marchio de Carreto, dominus Jacobus Pata, Oddo de Malliano, & Guillelmus de la Turri. Anno Domini MCCLXXXIII., indicione XI., die Mercuri XXIV. (1) novembris. Ego Oddonus Dardanellus Notarius ſacri Palacii hiis omnibus interfui, & a prædictis partibus rogatus hoc præſens inſtrumentum tradidi, & ſcripſi.

(1) *Erat dies Veneris, quare corrigendo dies menſis ut ſit XXII. uti puto extare in autogr. archivii M. de Pruneto, ex quo fuit extractum.*

310

MCCXXXIII. die XVIII. ſeptembris in loco Ceiui in caſtro ſancti Laurentii dominus Otto Marchio de Carreto ſciens, & cognoſcens debilitatem, poſſibilitatem, & paupertatem generalem totius populi . . . . . de Cario . . . . volente, & conſentiente domino Oddono de Montebaudono nepote ſuo . . . . fecit . . . . donationem . . . . in manibus totius populi . . . . de omni fodro ficto, ſeu malatota quæ . . . . conſuetus eſt accipere . . . . in dicto populo . . . . pro qua ſiquidem donatione, & inveſtitura confeſſus fuit . . . . dominus Otho Marchio, & dictus dominus Oddo nepos ejus . . . . . recepiſſe . . . . lib. LIX b. m. Januæ . . . . His . . . . peractis prædictus populus . . . . volens eſſe obediens, & fidelis . . . . . convenit dare, & ſolvere in perpetuum annuatim nomine recti ficti ad octavas S. Andreæ in Burgo Carii D. D. Oddoni, & ſuis hæredibus lib. LX. Januæ b. m. de toto poſſe Carii in pace &c. *Coll. DD. Fer. par. 2. pag. 25.*

311

MCCXXXV. die lunæ IX. decembris Clavarii. *Charta, qua* Bonifacius Marchio Montiſferrati *pro augmento dotis* uxoris ſuæ dominæ Margaritæ filiæ domini Amedei Comitis Sabaudiæ, & in Italia Marchionis fecit inveſtituram . . . . Planeziarum . . . . . de Ciriaco . . . . . Mathiarum . . . . . Caſtellarum . . . . de Virolengo . . . . Teſtes rogati dominus Manfredus Marchio de Salaciis &c. *Guichenon preuves &c. p. 73. It. ap. Lunig. Cod. It. dipl T. III. col. 1765. S. Georg. ad an. 1250. p. 65-6. refert Planitias, & Collegium a Thoma Amedei patre pro dote neptis fuiſſe Bonifacio donata.*

312

MCCXXXVII., indictione X., die X. aug. in platea Caſotoli juxta Eccleſiam S. Gulielmi . . . . . Georgius Marchio Cevæ . . . . . Cognoſcens opus eſſe miſericordiæ pro anima ſua, & patris ſui, ſuorumque anteceſſorum dedit, ceſſit, & inveſtivit pro ſe, ſuiſque hæredibus Deo, & B. Mariæ, & B. Gulielmo de Caſotolo, *ejuſque Monaſterio* in perpetuum *ſingulis quibuſcumque quadriennüs* duas molas molendini bonas, & optimas ad molendinum dicti Monaſterii. *Ex Collect. Docum. in cauſa Ferrariæ part. p. 25.*

313

MCCXXXVII. menſe octobris in caſtris prope Montemcharum. *Diploma Friderici II. Imperatoris Dominis de Carraria teſtis* Manfredus Marchio Lanza. *Stor. Eccel. VVerci T. III. doc. 145.*

Promiſſio parendi præcepto Manfredi Marchionis arbitri a Bonifacio Marchione Montiſferrati præſtita ſuper quæſtiones inter eum, & Amedeum Comitem Sabaudiæ penes C. V. Jac. Durandum.

MCCXXXVII. 314

Anno Domini MCCXXXVII., indictione XII., die ſabati XII., die menſis februarii coram teſtibus infraſcriptis. Nos Bonifacius Marchio Montiſferrati juramento præſtito promittimus dilecto fideli

Digitized by Google

noſtro Jacobo de Grafagno recipienti ad partem, & nomine dilectiſſimi noſtri conſanguinei domini Manfredi Marchionis Salutiarum tenere præceptum unum, vel plura, quæ dicere, ſeu præcipere nobis voluerit ſuper diſcordia, quæ vertitur inter nos ex una parte, & dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ ex altera, & inde dicto Jacobo ad partem, & nomine dicti Marchionis promittimus bonos dare fidejuſſores, obſtagia, ſeu ad voluntatem ſuam, quæ ſibi placuerit eo modo, pacto, & tenore, quod dictus dominus Manfredus Marchio Salutiarum non poſſit inde aliquid dicere ante medium menſem madii, & tunc tenendo io ãõ ſecundum quod ipſe Marchio Manfredus locutus fuit nobiſcum adput Caſtellas. Actum in Clavax. interfuerunt teſtes rogati, & avocati dominus Anſaldus de Lanerio Caſtellanus Clavaxii, & dominus Ubertus de Septimo. Et ego Bonifacius Notarius ſacri Palatii &c.

115

MCCXXXVIII. menſe madii Papiæ. *Diploma Friderici II. Imperatoris, quo Guidoni C. Blanderat. confirmavit privilegium ab Ottone IV. Imperatore ejus anteceſſoribus conceſſum teſte* Marchio de Montiferrato, Manfredus de Salutiis, Bellingerius Marchio de Romagnano, Henricus, & Guido Bertolottus C. Valpergiæ. *Ex Corio in annal. Mediol. ad h. a.*

116

MCCXXXIX. I. martii . . . in Monteregali . . . . in præſentia Ill. D. Thomæ M. Saluc. . . . . pro Ill. D. Bonifacio M. Montiſferrati . . . . Sindici . . . . Montiſregalis . . . . promiſerunt eſſe homines fideles dictæ Excellentiæ Marchionalis Montiſf. . . . . Hoc acto . . . . . quod . . . . juramentum . . . . intelligatur fieri . . . . ſecundum conventiones habitas cum Comitibus Sabaudiæ &c. *Graſſi T. II. p.* 41. *indicavit S. Georg. chron. p.* 61.

117

MCCXL. XI. Kal. aprilis. *Excommunicatio ab Epiſcopo Aſtenſi lata in Brexanos, ac populares Montisregalis, in qua hæc de Manfredo M. Lanceæ.* Item (excommunicamus) locum, & homines Baen. inferiorum quia D. Manfredus M. Lancea fecit ſpoliari Epiſcopum Aſtenſem, & Eccleſiam Aſtenſem caſtro, & villa Baen. *Graſſi T. II. pag.* 43.

118

MCCXL. *Litteræ Friderici II. Imperatoris, quibus Januenſes in ſuam amicitiam recipit, atque ſententiam adverſus Naulenſes a Manfredo Lancia Marchione, & Vicario imperiali Papiæ latam abrogat.* Lunig. C. It. Dipl. T. II. col. 2094.

119

MCCXLI. XX. aprilis. *Diviſio feudorum Marchionatus Cevæ inter D. Manuelem, & Georgium filios Gulielmi cum Leone, Gulielmo, Benedicto, aliiſque fratribus filiis ejuſdem Gulielmi. In hac diviſione Manuelis, & Georgii parti adjecta fuit quoque pars Michaelis, & Pagani fratrum pupillari ætate exiſtentium, modo promitterent, uti effecerunt hanc illis cum ſui juris eſſent reſtituere, ſi hanc diviſionem iſti ratam, ac firmam habere vellent. In ea conventum etiam fuit, ut Manuel, & Georgius medietatem Battifolli cum decimis, prout Gulielmus eorum pater ab Epiſcopo Albenſi fuerat inveſtitus an. MCLXXIV., die XXVI. martii, tum totum Scagnelli oppidum cum decimis pupillis cederent modo ab Epiſcopo Albenſi inveſtituram peterent, offerentes equum cum annis unius militis pro dicta medietate, prout conſuetum eſt fieri: atque alia pacta inita inter hos duos, ac Jacobum Marchionem Carreti teſtamentarium eorum tutorem Michaelis, & Pagani nomine. Scriptum fuit a Johanne Ferrario Albæ Notario, & extat in Tabul. Marchionis Cevæ a Roaſio.*

120

MCCXLII. die I. martii in Monteregali, & in palatio D. Marchionis . . . . in præſentia magnif., & M. D. Bonifacii M. Montiſferrati . . . . Sindici de Monteregali . . . . volentes recognoſcere omagia . . . . per ipſos alias præſtata D Bonifacio . . . . promiſerunt &c. fidelitatem &c. *Graſſi T. II. p.* 43. *indicavit a S. Georg. chron. p* 64.

Ipſo anno facta fuit pax inter D. Bonifacium Marchionem Montiſferrati, Manfredum Marchionem de Carreto, Georgium, & Manuelem Marchiones de Ceva pro ſe, & fratribus ſuis ex una parte, & Commune Januæ, Mediolani, & Placentiæ; & venerunt dicti Marchiones Januam, quibus ivit Poteſtas obviam uſque Stellam; & jurarunt in conſilio Januæ Eccleſiam Romanam defendere, & facere ejus inimicis vivam guerram. *Caffari annal. quem vide anno ſequenti.*

121

MCCXLIII. die IV. maii datum Barletæ. *Diploma Conradi Siciliæ Regis, quo aſſignat Bonifacio Marchioni Montiſferrati Caſale S. Evaſii, pontem Cunioli, & Tridinum, aliaque loca, & poderia*, quæ ob crimen læſæ majeſtatis, quod per Manfredum Lanceam M. rebellem contra nos, & imperium perpetratum eſt . . . . . ad noſtram curiam devoluta ſunt. *Iric.* 94.

Juramentum fidelitatis a Vaſſallis oppidi Carmagnoliæ D. Thomæ M. Salut. præſtitum penes C. V. Durandum.

MCCXLIII. 122

Anno Domini MCCXLIIt., indictione III., die martis III. Kal. novembris. Iſti ſunt de Carmagnolia, qui fecerunt, & juraverunt fidelitatem domino Thomæ Marchioni Saluciarum in manibus, & præſentia domini Bonifacii Marchionis Montiſferrati recipienti vice, & nomine dicti domini Thomæ, qui fuit filius quondam domini Manfredi Marchionis Saluciarum &c. . . . . .

Iremque erunt fideles, & obedientes dicto domino Marchioni Montiſferrati, & dominæ Beatrici Comitiſſæ de Salutiis matri dicti domini Thomæ, dum erunt tutores, & curatores ipſius domini Thomæ. His ita pactis dominus Marchio Montiſferrati tutorio nomine &c. . . . . ipſos de ſuis feudis inveſtivit. Actum fuit hoc Carmagnolie in domo Bonijohannis Giareti &c. . . . . .

123

MCCXLIII. die XII. novembris. *Facultas a Manfredo Marchione Lancea, & ab Albenſi Prætore conceſſa popularibus Braidæ, ut poſſint in planitie Che-*

naſchi ad honorem Dei, & Imperatoris Friderici ſibi locum conſtruere, ut ita tuti, atque incolumes ſint ab injuriis, ac quotidianis offenſionibus, damniſque, quibus a dominis, atque Braidæ nobilibus Imperatori inimicis aſſidue premebantur. R. A.

Fidelitas a Vaſſallis oppidi Raconixii Marchioni Salutiarum præſtita penes eumdem.

124 MCCXLIIII.

Anno Domini MCCXLIIII., indictione III., die martis III. Kal. novem. Iſti ſunt de Raconiſio, qui fecerunt fidelitatem domino Thomæ Marchioni Salutiarum filio quondam domini Manfredi Marchionis Salutiarum in præſentia domini Bonifacii Marchionis Montisferrati recipienti nomine dicti domini Thomæ &c.

125

MCCXLIII. Lugduni III. id. maii Pontificatus anno VI. *Litteræ Innocentii IV., quibus Capitulo Aſtenſi præcipit, ut præbendam quidam Jacobino ſibi a Marchione Montisferrati precibus commendato in ſua Eccleſia conferant. Ex Chartulario Eccleſiæ Aſtenſis.*

126

MCCXLIV. die III. aug. *Venditio ab Ottone de Roſſana facta Manfredo Marchioni de Salutiis de omni ſuo jure* in Monaſterolio contitu, & juriſdictione &c. pretio lib. LXXX. bonorum denariorum reforciatorum. R. A.

127

MCCXLV. die XII. julii. *Votum ſapientum, quo approbant ſententiam Manfredi Marchionis Lanceæ Vicarii generalis q. ſacri imperii a Papia ſuperius damnantis Caſtellanos Niellæ ad reſtitutionem oppidi Georgio, Leoni, Benedicto, & Manueli Marchionibus Cevæ. Item præceptum Ricardi Filinzerii* delegati a Rege Henrico Vicario, & legato generali in Italia *mandantis, ut eamdem ſententiam executionis traderent.* Ex Collectione DD. Ferranica aggiunta p. 32.

128

MCCXLVI. *In quadam domo, quæ dicitur Hoſpitale Monaſterii Beatæ Mariæ de Stapharda &c. .... Bonifacius Marchio Montisferrati* tamquam tutor domini Thomæ Marchionis Salutiarum confirmavit donationes factas *Monaſterio de Stapharda* per dominum Manfredum quondam Marchionem &c. *Ex charta penes Cl. V. Durandum.*

129

MCCXLVII. die XXVII. martii *Inveſtitura Caballarii Leonis, & Pulingariæ Ottoni Boverio* ap. Eq. & R. C. Coll. Robeſti.

130

MCCXLVII. menſe junii datum apud Victoriam in obſidione Parmæ. *Diploma Friderici II. Imperatoris Guezolæ de Prato ubi* teſtis Manfredus Marchio Lancea. *Verci Stor. Eccl. doc.* 89.

131

MCCXLVII. die XXII. aprilis ap. Camberiacum. *Juramentum a Gualterio de ocra nomine Friderici Imperatoris*, & Manfredi Lanceæ ejus filii D. Amedeo Comiti Sabaudiæ *præſtito de matrimonio contrahendo inter eumdem Manfredum*, & Beatricem Comitiſſam Salutienſem filiam Comitis ſupradicti uſque per totum menſem maii proxime futurum . . . . . dominus Imperator dabit præfato Manfredo filio in feudum totam terram a Papia uſque ad montes .... & uſque ad maritimum Januæ .... dabit etiam ei regnum Arelatenſe. *Guichenon preuves p. 72. &c.*

132

MCCXLVIII. *Diploma Friderici II. Imperatoris Comiti Maurianenſi Vercellis editum: teſtis* Jacobus Marchio Saonæ. *Aug. ab Eccl. deſcriz. Piem. V. I. c. 4.*

133

MCCXLVIIII. die XX. ſeptembris. *Breve Innocentii Papæ IV. confirmantis bona Monaſterii de Riſredo &c. Extat in Tabulario Com. Sal. de Paeſana. Aliud ejuſdem anni die XXIII. ſeptembris ab eodem ſummo Pontifice eidem Monaſterio conceſſum ibi.*

134

MCCL. *Charta, qua Jacobus Marchio Saonæ donat Monaſterio Riviſrigidi cujuslibet veſtigalis exemtionem per totum ſuum imperium, itemque ſalis annuam penſitationem in perpetuum.* Aug. ab Eccl. deſcr. Piem. Vol. I. c. 4.

135

MCCL. VII. aug. in Vico . . . . . data fuit tregua, & ordinata per D. Thomam de Sabaudia . . . . . S. I. Vic. Gen. . . . . D. Marchionibus de Ceva videlicet D. Leoni, & D. Georgio fratri ſuo . . . . . eorum nomine, & fratrum ſuorum ex una parte . . . . . & Communis Montiſregalis . . . . . ex altera . . . . . juravit D. Georgius M. de Ceva pro ſe, & fratribus ſuis D. Mantello (*leg. error irrepſit: corrige* Manuello) & D. Leone, & pro tota parte ſua &c.

Item ordinatum eſt per eumdem D. Comitem . . . . . quod D. Georgius M. de Ceva .... debeat . . . . taxare . . . . . de damnis datis . . . . hinc retro uſque modo ſub tregua data inter prædictas partes per D. Jacobum de Carreto, & D. Comitem, vel eorum nuncios.

Item quam treguam dicti DD. Marchiones de Ceva . . . . conceſſerunt ſalvo eorum D. Epiſcopo Aſtenſi . . . . . verſa vice acceptatum eſt per . . . . . Poteſtatem Montiſregali . . . . . pro ipſo Communi, & per D. Brexanum ſalvis eorum dominis, & ſalvis omnibus præceptis Marchionis Lan. (*lege* Lanceæ), & Communi Alexandriæ: infraſcripti dati ſunt per dominos de Ceva, qui debent eſſe in tregua iſta pro parte illorum de Ceva: inprimis Bonifacius de Cravexana, & fratres. *Graſſi T. II. p.* 45-6-7.

136

MCCL. *Immunitas ab omni veſtigali a Jacobo de Carreto M. Saonæ Monaſterio Riviſrigidi per ſuum imperium conceſſa.* Ex arch. ejuſd. Mon. teſte A. ab Eccl. in lib. Fam. Illuſ.

137

MCCL. *Notitia fœderis inter Manfredum de Carreto M. Saonæ, Commune Aſtenſes, Papiam, & Manfredum M. Lanceam in Alexandrinos.* Ex Alpherio id. Aug. l. cit.

138

MCCLI. *Fœdus Jacobi Marchionis Saonæ cum Januenſibus initum.* Aug. ab Eccl. deſcrip. Piem. V. I. c. IV. *Refertur etiam hoc anno apud Caffarum his verbis*: mortuo Friderico Imperatore ſchiſmatico

Digitized by Google

Jacobus de Carreto, Saonenſes, & Albingaunenſes petierunt pacem, quam quibuſdam conventionibus præmiſſis obtinuerunt &c.

Inveſtitura a Republica Aſtenſi Jacobo M. de Carreto conceſſa. Ex Aug. ab Eccl. deſcript. MS. Pisan. c. 23.

139 MCCLII.

Anno Domini MCCLII., indictione IX., die ſabbati VIII. menſis aprilis. I. N. D. J. C. amen. ad honorem, & ſervitium ejus, & B. Mariæ Virginis, & S. Secundi martiris, & omnium Sanctorum Dei, & Communis Aſtenſis D. Oſſa de Caneva nova Aſtenſis Poteſtas in pleno conſilio de Campana more ſolito congregato utriuſque credentiæ, & Rectorum ſocietatum nomine, & vice Communis Aſtenſis, & ad partem ipſius Communis inveſtivit in gentile feudum D. Jacobum de Carreto Marchionem Saonæ de toto feudo, quod tenet a Communi Aſtenſi, & ſpecialiter de caſtris, & villis, Novelli, Monclari, Lequi, & Saliceti, quæ, & quas ipſe D. Jacobus in eodem conſilio a prædicto Communi in feudum tenere confeſſus eſt, qua inveſtitura facta ipſe D. Jacobus Marchio juravit, & fidelitatem fecit eidem D. Oſſæ recipienti nomine Communis Aſtenſis, in quo ſacramento continetur, poſuit (*promiſit*) & juravit amodo eſſe fidelis ipſi Communi, & hominibus de Aſte, & Poteſtatibus, & Conſulibus de Aſte, & quod non erit in conſilio &c. Actum in palatio novo Communis. Teſtes D. Cambius Marciavacca, Paganus de Micallo de Cremona &c. Et ego Mediolanus Gullius Notarius ſacri Palatii interfui, & ſcripſi.

140

MCCLII. die XIX. ſeptembris apud Rupeculam. *Teſtamentum Amedei IV. Comitis Sabaudiæ, quo ſubſtituit Bonifacio filio, & Thomæ fratri ſuo* Beatricem filiam ſuam uxorem q. Manfredi M. Salutiarum, & Margaretam filiam ſuam uxorem Bonifacii M. Montisferrati & hæredes inſtituit in dotibus, quas pro ipſis dedit ſupradictis Marchionibus Montisferrati, & Salutiarum &c. *Guich. preuves &c. T. IV. p. I. pag. 69.*

Conventio quantitatis ſodri a Communitate Turris Uzoni Dioc. Aq. Manfredo M. de Carretto ſolvendæ. Ex autographo Tabularii M. Scarampi de Pruneto.

141 MCCLIII.

Anno Domini MCCLIII., indicione XI., die martis IV. intrante novembri præſentibus domino Bonifacio de Gorino, domino Bonifacio Judice, domino Henrico de dominabus, & Jacobo de Plano Marcenaſcho teſtibus rogatis. Placuit domino Maynfredo Marchioni de Carreto ex una parte per ſe, ſuoſque hæredes, & Guillelmo Pezolio de Pezolio, Guillelmo Autruengo, & Oberto Guerra de Turre Uzoni procuratoribus Communis de Turre Uzoni, ſicut patet per cartam factam manu Jacobi Rabini Notarii anno currente MCCLIII., indicione XI., die Dominico II. novembris ex alia vice, & nomine Communis de Turre, videlicet quidem quod fodrum, ſeu fictum de Turre Uzonis incidi (indici) debeat, & colligi per maſſuram tantum quod ſufficiat ad ſolutionem faciendam dicto domino Maynfredo, & ſuis ſucceſſoribus de libris ſexaginta Januenſis, vel Aſtenſis monetæ. Qui procuratores prædicti nomine, & vice Communis de Turre Uzonis, & ad hoc ſpecialiter electi promiſſerunt, & convenerunt dare, & ſolvere dicto domino Maynfredo, vel ſuis ſubceſſoribus omni anno in feſto ſancti Andreæ nomine fodri, ſeu ficti Communis de Turre Uzonis libras LX. Aſtenſis, vel Januenſis monetæ imperpetuum, & ſi aliqua maſſura eſſet, quæ non poſſet ſolvere id quod evenit ei, quod Commune de Turre teneatur eidem domino Maynfredo, vel ſuis ſucceſſoribus ſolvere pro ea manſura non valente ſolvere, & Commune debeat, & poſſit eam maſſuram capere, & tenere concordando, & ſolvendo domino ſubceſſionem, & condicionem ſuam. Et ſi prædicta omnia dicto domino Maynfredo non attenderent, promiſſerunt ei dare, & ſolvere, & reſtituere omnia dampna, & omnes expenſas, quæ & quas faceret pro prædictis omnibus exigendis ſub obligacione omnium bonorum Communis de Turre Uzonis, & dictus dominus Maynfredus per ſe, ſucſque hæredes promixit eis omnia prædicta attendere, & obſervare, & præſentem cartam voluit ratam, & firmam, & illibatam toto tempore perpetualiter permanere. Et pro his omnibus attendendis, & obſervandis eis nomine, & vice Communis de Turre Uzonis omnia ſua bona pignori obligavit, & ejuſdem tenoris ad conſcilium unius, vel plurium ſapientum duas cartas, vel plures fieri præceperunt. Actum Curtiſmiliæ in domo domini Bonifacii Judicis. Et ego Bonifacius Mulacius Notarius Palatinus rogatus hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Eod. an. *Inveſtitura aliquorum feudorum a Manfredo M. de Carreto conceſſa Henrico Spinulæ. Ex Friderico de Fridericis. Brich. Tabul. Carrett.*

Eod. an. Venditio caſtri Andoliæ (*lege* Andoriæ) cum ejus territorio a Marchionibus Claveſanæ Guiſcardo Poteſtati Ianuæ *facta* pretio VIII librarum. *Caſſari.*

142

MCCLIV. *Adhærentia nonnullorum Marchionum de Carreto Duci Mediolani.* V. Lunig. C. It. D. T. I. col. 382. ad col. 386.

143

MCCLV. XXX. aprilis. *Pacta conventa inter Georgium Marchionem Cevæ, & Manfredum Biſacciam, Thomam, & Bertolinum ex dominis Ulmeiæ rog. Jacob. Valbella* ap. M.e Ceva a Boſia.

144

MCCLVI. die V. febr. Sententia ex Compromiſſo inter Commune civitatis Albæ . . . . . vice D. Jacobi Marchionis de Carreto . . . . & DD. Georgii, & Gulielmi MM. Cevæ . . . . . & D. Thoe (*lege* Thomæ) Marchionis Saluciarum . . . . . & D. D. Bonifacii, Manuelis, & Franciſci MM. de Cravexana . . . . & omnium amicorum ipſius Communis Albæ, & Claraſchi ex una parte . . . . & ipſum Commune Montis . . . . . ex altera &c.

Agit D. Georgius Marchio Cevæ procurator D.

Manuelis M. fratris sui, & curator Gulielmi, & tutor Jacobini, & Bauduini filiorum, & hæredum D. Leonis q. M. Cevæ fratris sui &c. *Grassi Mem. Stor. Monstereg. T. II. pag.* 55.

145

MCCLVI. die II. septembris. *Declaratio, qua Otho de Nuceto Thomæ Marchioni Saluziarum profitetur ad ipsum spectare castrum, & villam Monasterolii* cum contitu, poderio, & jurisdictione, & paratus est eidem facere fidelitatem de dicto castro, & villa dicto domino Marchioni, quandocumque ipsi domino Marchioni placuerit ipsam fidelitatem recipere, quia cognoscit quod dictum castrum ab ipso domino Marchione tenetur in feudum, & nullum alium dominum recognoscit, nec recognoscere vult.

Sequenti anno die XI. julii Thomas Marchio Saluziarum prædictum Ottonem de Nuceto de Monasterolii feudo investivit. R. A.

Donatio Monasterio S. Stephani de Millesimo a Jacobo de Carreto Marchione Saonæ facta. Ex Tabul. Comitis Carreti de Millesimo.

146 MCCLVI.

Anno Domini MCCLVI., indictione XIIII., die nono novembris in præsentia testium infrascriptorum dominus Jacobus de Carreto Marchio Saonæ F. q. domini Henrici de Carreto Marchionis Saonæ volens ampliare donationem, & elemosinam, quam q. prædictus dominus Henricus pater ejus fecerat Monasterio S. Stephani de Millesimo Cisterciensis ordinis intuitu pietatis, & eleemosinæ dedit, & concessit fratri Ogerio de Monesilio procuratori, & massario dicti Monasterii recipienti nomine, & vice ipsius Monasterii ut infra. Inprimis igitur statuit, præcepit, & ordinavit, atque præcepit, quod omnes homines habitantes in villa Crucisferreæ, Plodii, & Biestri debeant ire ad molendina, fullones, & batenderia ad molendinandum, fullandum, & battendum dicti Monasterii, & illa videlicet quæ nunc sunt, & deinceps erunt pro dicto Monasterio in plana constructa, & ædificata, sive in aqua, quæ decurrit per planam, & in riparia Burmiæ secundum expressionem factam dicto Monasterio per dictum quondam dominum Henricum Marchionem eo salvo, & excepto expressum quod prædicti homines Crucisferreæ, Plodii, & Biestri possint, & debeant ire ad molendinandum ad molendinum dicti Monasterii, quod dicitur molendinum de Cerreto eorum granum, & quidquid aliud blavum, quod hac usque consueverunt sine impedimento alicujus personæ, & ad battenderium, & fullonem loci ejusdem non ad aliqua alia battenderia, molendina, & fullones ire debeant, aut præsumant, & qui contrafacere inventus fuerit de locis prædictis videlicet qui iverit nisi ad prædicta molendina, battenderia, & fullones dicta occasione, & quoties iverit solvat pro banno pro qualibet vice soldos V. Actum est hoc in castro Cingii; interfuere testes vocati, & rogati Petrus Sicardus, Guido Bafed, Marchisius de Saliceto. Et ego Jordanus de Cingio Palatinus Notarius his interfui, & mandata dicti Marchionis, atque rogatu dicti fratris Ogerii hanc cartam scripsi.

147

MCCLVII *Fidelitas a Gulielmo Marchione Monferrati, Johanni de Barono Episc. Epored. de Clavasio, Castagnito, & Verolengo.* A. Eccl. MS. fam. &c.

148

MCCLIX. *Venditio Bialuci, Bajardi, & medietatis Buzanæ ab Oberto de Vintimilio, & Pagano Marchione Cevæ suo, & Veyzanæ filiæ dicti Oberti nomine Januensibus facta pro libris bis mille trecentum.* V. Stella.

149

MCCLX. XIII. januarii. *Fœdus inter Bonifacium, & Manuelem MM. Cevæ, & alios Toparchas.* R. A.

150

MCCLX. XXIII. februarii. *Investitura a Vincentio de Aquis, & Gualterio Saliceto marescalco procuratoribus Caroli Provinciæ Comitis, & Domini Albæ, Cheraschi, Cunei, & Saviliani concessa Georgio pro una tertia parte, & Manuli fratri pro alia tertia parte, & Gulielmo, Jacobino dicto Capuccio, & Bandoino fratribus, & filiis Leonis pro alia tertia parte de locis, & castris Cevæ, Castellini, Roasii, Prierii, Priolæ, Violæ, Lisii, S. Michaelis, & medietatis Bagnaschi, Massimini, Garresii, Ulmetæ, Seagnelli, & cujuslibet juris ad ipsum Comitem spectantis ex venditione facta a Marchionibus Cevæ Communi Albensi in castro Blanco, & Zuccarello.* Tali modo, & forma quod si aliquis prædictorum Marchionum Cevæ decederet absque legitimis liberis, alii prædicti Marchiones Cevæ superstites succedant, ac etiam feminæ &c. *ap. M. Cevam a Bosia.*

Libellus, quo Legati Regis Caroli profitentur coram Marchionibus Cevæ se nullum jus habere in quibusdam castris. Ex autographo penes C. V. Eq. Joh. Bap. Vascum.

MCCLX. 151

Anno a Nativitate MCCLX., indictione III., die XXIII. intrante februario. Albæ in Ecclesia S. Laurentii præsentibus domino Bertramo de Alammanono, domino Jacobo Ganterino, Jacobo Caisu, Oddardo de Bettisiasco, Ferrando de Roccabruna, domino Ottone de Santinex, domino Vivaldo de Rone, & Oddarde de Croicare testibus. Venerabilis Pater dominus Vice-dominus divina permissione Aquensis Archiepiscopus, & dominus Gauterius de Auneto miles, & Seneschalcus provinciæ, & Folcarcherii procuratores domini Illustrissimi Karoli Com. Provinciæ, & Folcarcherii, Andegaviæ, & Marchiæ provinciæ tenentes locum ejusdem in partibus Lombardiæ nomine ipsius domini Illustrissimi Karoli, ut de procuratione eorum apparebat per instrumentum factum manu Martini de Parisiis Notarii in anno Domini MCCLIX., die jovis post festum S. Martini hyemalis Dominis Georgio, & Vullielmo filio domini Leonis q. Marchionis Cevæ recipientibus eorum nomine, & nomine domini Manuelis, & Jacobini, qui vocatur Cappucius, & Bauduini fratrum dicti D. Vullielmi Marchionis Cevæ fecerunt finem, & refutationem, & omnimodam absolutionem, remissionem, & pactum de non petendo de omni jure, ratione,

& actione; quod vel quæ dictus dominus Illustrissimus Karolus habet, vel habere videtur, vel habere posset, vel movere posset, vei sibi competunt, vel competere possent in castris, villis, & locis Montisbaxilii, Pamparati, Lichinei, Montisgrossi, Palodi, Monasteirolii, & sancti Michaelis excepta Turri, & medietate palatii deversus turrim castri sancti Michaelis cum territoriis, contilibus, jurisdictionibus, & hominibus, & fidelitatibus hominum eorumdem locorum, & Vassallis, & fidelitatibus Vassallorum, & cum omnibus, & singulis pertinentibus ad prædicta, seu contra possessores, vel detentores dictorum castrorum, villarum, & locorum excepta Turri, & medietate palatii deversus turrim castri sancti Michaelis, & contra possessores, vel detentores aliquid ex prædictis, vel aliquid pertinens ad prædicta, & specialiter contra dictos dominos Marchiones Cevæ, vel eorum hæredes, vel habentem causam ab eis occasione venditionis factæ a prædictis Marchionibus Cevæ domino Henrico Bauduino tunc Sindico Communis Albæ nomine ipsius Communis, vel occasione investituræ factæ a domino Nicola Imbriaco tunc Potestate Albæ, & a dicto domino Henrico Bauduino tunc Sindico Communis Albæ nomine ipsius Communis dictis Marchionibus Cevæ, vel occasione fidelitatis factæ a prædictis Marchionibus Cevæ dictis dominis Nicolæ, & Henrico nomine dicti Communis Albæ de prædictis castris, villis, & locis superius nominatis, seu occasione dictorum castrorum, villarum, & locorum superius nominatorum, vel occasione alicujus juris acquisiti, vel competentis dicto domino Illustrissimo Karolo occasione prædictæ venditionis, & emptionis, vel occasione prædictæ investituræ, fidelitatis prædictorum castrorum, villarum, & locorum ex donatione, seu ex donationibus factis dicto domino Illustrissimo Karolo, vel ejus procuratoribus nomine ipsius domini Illustrissimi Karoli a prædicto Communi, vel universitate Albæ, seu a Sindico, vel Sindicis, vel Ambaxiatoribus dicti Communis, & universitatis Albæ, & Claraschi nomine ipsius Communis, & universitatis Albæ, & Claraschi. Quam finem, refutationem, absolutionem, & pactum de non petendo dicti domini Archiepiscopus, & Gauterius nomine dicti domini Illustrissimi Karoli dictis dominis Marchionibus Cevæ fecerunt, quia cognoverunt dicta castra, villas, & loca superius nominata esse errore apposita in instrumento prædictæ venditionis, & emptionis, & in instrumento prædictæ investituræ, & fidelitatis prædictorum castrorum, villarum, & locorum superius nominatorum cum ab aliis in feudum tenerentur; salvis tamen, & integris permanentibus, & is in suo robore duraturis omnibus pactionibus, & conventionibus factis de dictis castris, & villis, quæ continentur in instrumento investituræ feudi Cevæ, & aliorum castrorum factæ per dictos dominos Archiepiscopum, & Gauterium nomine dicti domini Illustrissimi Karoli Marchionibus supradictis. Promittentes dicti domini Archiepiscopus, & Gauterius procuratores dicti domini Illustrissimi Karoli nomine ipsius domini Illustrissimi Karoli dictis dominis Georgio, & Wulielmo Marchioni Cevæ stipulantibus eorum nomine, & nomine dictorum domini Manuelis, Jacobini, & Bauduini Marchionium Cevæ, quod prædictus dominus Illustrissimus Karolus confirmabit, & ratificabit omnia supradicta, & singula, & quod faciet ipsis Marchionibus Cevæ, vel eorum procuratoribus similem finem, refutationem, & omnimodam absolutionem, remissionem, & pactum de non petendo in omnibus capitulis, ut dictum est supra, & instrumentum de prædictis omnibus, & singulis fieri jubebit, & inde plura instrumenta ejusdem tenoris jussa fuerunt mihi Notario infrascripto, & Wullielmo de Strata Notario.

Et ego Ogerius provincialis Notarius his interfui rogatus, & scripsi.

152

MCCLXI. die XXII. januarii. *Decretum Reipublicæ Alexandrinæ, quo confirmantur capita conventionis initæ inter eam, ac dominum Bastardinum de Monteferrato tempore suæ electionis in Capitaneum generalem ejusdem.* R. A.

153

MCCLXII. die XXI. januarii, in alio Catalogo præfert diem XXII. maii. *Conventiones inter Marchiones Cevæ, & Communitatem Ulmetæ Not. Jacobo.* Extat in arch. M. Cevæ a Roasio.

154

MCCLXII. XIV. Kal. febr. *Laudæ diploma Friderici II. Imperatoris, quo Guidoni C. Blanderatæ* Vallem de Canal *concedit: testis* Marchio de Monteferrato. *Ex MS. Banvcn. de orig. Gens. suor.*

155

MCCLXII. XIII. aprilis. *Testamentum Manuelis filii Gulielmi Marchionis Cevæ, quo hæredem facit Nanum Nepotem ex fratre suo Georgio.* Ex arch. M. Cevæ de Lesegno.

Compromissum Georgii, Gulielmi, Jacobi Baudini, & Nani MM. Cevæ circa quasdam quæstiones cum Castellanis Niellæ. Ex Coll. DD. Ferraniæ aggiunta *pag.* 37.

MCCLXIII. 156

Anno Domini MCCLXIII., die XXII. junii. Dominus Georgius Marchio Cevæ, & dominus Jacobus, qui vocatur Japucius Marchiones Cevæ, & dominus Georgius, qui dicitur Nanus Marchio Cevæ, & filius prædicti domini Georgii ex una parte, & domini Henricus, & Jacobus fratres Castellani de Niella ex altera concorditer, & communi consensu de paribus, & Vassallis Curiæ dictorum DD. Marchionum Cevæ elegerunt dominum Bellengerium de Rupecillari, Joh. Castellanum de Garexio, Viermum Castellanum de Nuceto in Curia, & pro Curia inter eos cognitores tamquam de paribus Curiæ, & ut pares Curiæ ad cognoscendum &c., & sententiandum super quæstionem, seu quæstiones &c. vertentes &c. inter dictos DD. Georgium, Gulielmum, Jacobum, qui vocatur Japuccius, Bauduinum, & Georginus, qui vocatur Nanus Marchiones Cevæ ex una parte, & dictos DD. Henricum, & Jacobum fratres Castellanos de Niella ex altera occasione feudorum Niellæ, & occasione castri, villæ, & jurisdictione pro duabus partibus pro indiviso Niellæ,

Digitized by Google

& occasione offensionum, & ingratitudinum, & injuriarum, quas dicti DD. Marchiones Cevæ dicunt dictos DD. Henricum, & Jacobum Castellanos de Niella, seu alterum eorum commisisse, & fecisse erga, seu contra dictos DD. Marchiones Cevæ, seu alterum eorum, quam electionem, & omnia supradicta, & singula dicti DD. Jacobus, qui vocatur Japuccius Marchio Cevæ, Georgius, qui vocatur Nanus Marchio Cevæ, & Bauduinus Marchio Cevæ proferunt, & juraverunt tacto libro ad S. Dei Evangelia prædictis DD. Henrico, & Jacobo fratribus, & Castellanis de Niella attendere &c., & non contravenire ratione minoris ætatis.

157

MCCLXIIII. indict. VII., die lunæ XXIIII. novembris in Nicia in Ecclesia S. Johannis de Lanerio. *Deditio Niciæ Gulielmo Marchioni Montisferrati, ac subsequens statutorum Niciæ ab eodem Marchione addita confirmatio. Ex Tabulario Niciæ, ubi adservantur posteriora Marchionum in hac re diplomata scilicet Gulielmi MCCLXXVI., Theodori MCCCIX., Johannis præsente Ottone Duce Brunsvic. MCCXLIV. die III. aprilis, item MCCCXLIX. die XXIII. aprilis in castro civitatis Aquis &c.*

158

MCCLXV. *Venditio Roccheta Belbi a filiis Raimundi Marchionis Buschæ facta Oberto Bertaldo.* Ex Aug. ab Eccl descr. Piem. c. XVII.

Divisio bonorum inter Gulielmum, & Oddonem filios Oddonis M. Cevæ de Nuceto coram Georgio filio Nani ibi cap. XXVIII.

159 MCCLXV.

Anno Domini MCCLXV. XI. februarii in castro Cevæ D Gulielmus, & D. Otho fratres de Nuceto filii q. D. Oddonis in præsentia dominorum suorum scilicet DD. Georgii Marchionis Cevæ, & filii ejus Georgii, qui dicitur Nanus, & cum eorum voluntate, & consensu diviserunt inter se se eorum bona stabilia, quæ habent in Nuceto, & Maleputremo, & alia bona, quæ habent in territorio Cevæ, & Perlo. Primo D Otho dat dicto D. Gulielmo ejus fratri castrum, & omnia bona Nuceti cum contitu, & hominibus, & versa vice dictus D. Gulielmus cedit dicto D. Ottoni totum id, quod habet in castro, & villa Maliputremi cum territorio, hominibus, & fidelitatibus cum contitu, & jurisdictione &c.

Quos quantosque haberent vassallos Marchiones Cevæ patet ex altera charta ex archivo Dalphinatus a V. C. G. Sclavo nuper extracta, quæ sic habet.

Cum dominus Manuel Marchio Cravexanæ ad postulationem, & instantiam DD. Gullielmi filii q. D. Robaudi de Garrexio, & Oddini, & Joannis, & Manfredi filiorum q. D. Robaudi de Garrexio q. fratris dicti D. Gullielmi nominibus suis propriis, fratrum suorum filiorum, & hæredum dicti q. D. Robaudi, & Manfredi, & Petri fratris ejus filiorum q. D. Ramundi de Maximino, & Jacomatii, & Joannis fratrum filiorum q. D. Robaudi de Maximino, & Simonis filii q. D. Oddonis Vetula de Maximino conceffisset de gratia speciali eisdem, ut castrum Garrexii, quod ab eo tenent in feudum pro medietate pro indiviso ipsi domino, vel suis hæredibus reddere non teneatur, dum ipsi D. Manuelli Marchioni adjutores, & fideles extiterint, & amici, ut patet in instrumento publico incontinenti ante istud facto hodie in eodem loco, & coram eisdem testibus prænominati DD. de Garrexio incontinenti pro dicta concessione, & gratia eis facta, & ex causa dictæ concessionis, & gratiæ per pactum incontinenti appositum convenerunt, & promiserunt pro se, & eorum hæredes dicto D. Manueli Marchioni stipulanti nomine suo proprio, & suorum hæredum, & filiorum in perpetuum ei, & suis hæredibus fideles esse, & adjutores, & defensores, & contra fidelitatem non facere, vel venire, & si in contrarium fieret, quod absit per prædictos dominos, vel aliquem eorum, vel hæredes suos, vel aliquem ex eis, dicti DD. Gullielmus, Oddinus, Joannes, & Manfredus nominibus suis propriis, & aliorum fratrum suorum dederunt, & tradiderunt in solutum dicto D. Manueli ex nunc prout, ex tunc pro eorum damno, & interesse, si non observarent integraliter quod promiserunt totum, & omne id, quod habent, & tenent in Cuxio, & in Pornaxio, & in ipsorum territoriis, & alibi in tota valle Arociæ. Ratis semper manentibus omnibus supradictis stipulationibus constituerunt se se possidere, & quasi possidere nomine ipsius D. Marchionis, & hæredum suorum &c. Insuper prænominati DD. Gullielmus, Oddinus. Joannes, & Manfredus precibus, & mandatis prænominatorum Manfredi, Petri Jacomatii, Joannis, & Simonis de Maxemino, & cujuslibet ex eis promiserunt dicto D. Manueli contra nomine suo, & suorum hæredum se facturos, & curaturos, quod prædicta per eos conventa, & promissa attendent, complebunt, & observabunt, alioquin nisi observarent, attenderent, & complerent ut promiserunt, voluerunt, & dederunt ipsi D. Marchioni omnia ea, quæ habent in Cuxio, & Pornaxio. & in tota valle Arociæ &c. renuntiantes &c. Actum in Garrexio anno a Nativitate Domini MCCLXXXI., indict. IX., die Veneris XXIV. januarii. Testes rogati, & vocati fuerunt DD Bartholomeus de Ulmeta, Girbaldus Capulla, Arnaudus Ricardus, Nanus Galvagii, & Gellinus Galvagni fratres. Ego Manuel Bardellus Notarius particulariter rogatus hanc cartam scripsi.

Codicillum D. Jacobi de Carreto M. Saonæ.

MCCLXV. 160

Dominus Jacobus de Carreto illustris Marchio Savonæ post institutionem filiorum suorum, quam fecit in ægritudine ultimæ suæ voluntatis, fecit plures donationes, & legata, inter quas voluit, & ordinavit prædictus D. Marchio, quod omnia dona, & omnia instrumenta, quæ fecit ipse D. Marchio Monasterio S. Stephani de Millesimo, & quæ fecit D. Henricus de Carreto Marchio Savonæ pater dicti q. D. Marchionis, & ea quæ fecit D. A. Comitissa Savonæ mater dicti q. D. Marchionis eidem Monasterio sint firma. Actum est apud Caminatam Finarii die I. februarii MCCLXV. a Rodulpho de Cingio Notario sacri Palatii.

V. Brich. Columb. Manad. ad Tabul. Carret. p. 88. ex autenticis Cancellariæ Imperialis aulæ a MM. Finarii productis in causa Carcherarum, & Caligani 1596.

161

MCCLXVI. X. auguſti. *Venditio jurium in decimas terrarum Prierii a Petro de Prierio facta Georgio, & Georgio dicto Nano M. Cevæ pretio lib.* 30. Ex archiv. Marchionis a Boſia.

Eodem anno die II ſeptembris. *Inveſtitura Caballarii Leonis, & Pulingariæ conceſſa Ottoni de Nuceto* ap. Eq. & R. C. Collat. Robeſti.

162

MCCLXVI. die XXIX. novembris Clavaxii. *Libellus. quo Sindici, & Conſiliarii civitatis Hypporegiæ ſe ſuoſque, ac Civitatem tradunt cum mero, & mixto imperio Gulielmo M. Montisferrati, ac conſequens hujus inveſtitura Sindicis eiſdem conceſſa Indicatur a Benv. S Georgio ad h a. p.* 68. *Extat vero apud Rouſſet Suppl. Corp. Dipl. T. II. p.* 123. D. Fridericus de Ponſonibus Judex teſtis.

163

MCCLXVI. circiter. *Epiſtola Clementis PP. IV., qua Marchioni Montisferrati negat petitum pecuniæ ſubſidium.* Martene theſaur. Anecd. T. II. p. 172.

164

MCCLXVII. *Electio Marchionis Montisferrati in dominum Terdonæ a civibus facta* Annal. Genuen.

165

MCCLXVIII. die XIII. ſeptembris Papiæ. *Pax inter Gulielmum Marchionem Montisferrati cum numero militum Papiæ, & Baſtardinum Poteſtatem extrinſecorum Terdonæ ex una parte, & intrinſecos hujus Civitatis ex altera.* Montemerlo St. di Tortona p. 52.

Diviſio hæreditatis Jacobi de Carreto Marchionis Saonæ in tres partes tercieria vocata inter Conradum, Henricum, & Antonium ejus filios. Ex archiv. Comitis Carreti de Milleſimo.

166 MCCLXVIII.

Anno Domini MCCLXVIII., die XXI. octobris apud Stephanum de Milleſimo D. Conradus de Carreto filius q. D. Jacobi de Carreto Marchionis Savonæ, D. Nicoloſius de Auria tutor DD. Henrici, & Antonii fratrum prædicti D. Conradi nomine ipſorum, & ipſi DD. Henricus, & Antonius auctoritate prædicti D. Nicoloſii pro evidenti utilitate ipſorum, voluntate, conſenſu, & conſilio Vaſſallorum, & hominum ſuorum plurium vocatorum pervenerunt ad diviſionem hæreditatis paternæ bonorum caſtrorum, villarum, & omnium aliorum inter ipſos communium exceptis iis, quæ inferius exprimuntur, & ſecundum modum, & formam inferius declaratam: fecerunt enim de prædicta hæreditate, & bonis, & juribus inter ipſos communibus habita in una parte, & pro una parte villas, & caſtra, & vaſſallos infraſcriptos cum hominibus ipſarum villarum, & caſtrorum, & cum omni juriſdictione, & contitu, & pertinentiis ipſorum, & ipſarum, & cum omnibus aquaticis, paſquaticis, venationibus, occupationibus domeſticis, & ſilveſtribus, ruinis, & rupibus, nemoribus, & cum omnibus redditibus, & introitibus, & fidelitatibus, & homagiis ipſarum, ipſorum, & cum omnibus angariis, & perangariis, & cum omni mero, & mixto imperio ipſorum caſtrorum, & villarum, & cum omnibus bannis, fodris, & ſucceſſionibus, & generaliter cum omnibus aliis pertinentiis ad infraſcripta caſtra, & villas videlicet caſtri Novelli, & Montiſclarii, & territorio ipſorum. Item caſtrum, villam, & territorium Boſſolaſchi, & Boſſolaſcheti. Item caſtrum, villam, & territorium Serravallis. Item caſtrum, villam, & territorium Arguelli. Item villam, & territorium Albaretti. Item caſtrum, villam, & territorium Calvenſanæ. Item caſtrum, villam, & territorium Levexii. Item caſtrum, villam, & territorium Gorzegnii. Item omnia jura, quæ habent dicti fratres in caſtro, & villa Lequii hominibus contitu, & juriſdictione, & omnibus aliis pertinentibus ad dictum caſtrum, & villam Lequii. Item domum, terram, & poſſeſſiones, & omnia alia, quæ habent in civitate Albæ, & diſtrictu ipſius Civitatis. Item omnia jura, quæ dicti fratres habent tam in dominio, quam in juriſdictione, quam in omnibus aliis in caſtris, & villis infraſcriptis, & Caſtellanis, & hominibus ipſorum caſtrorum, & villarum videlicet in caſtro, villa, & territorio, & Caſtellanis, & hominibus de Sinois. Item in caſtro, villa, & territorio, & pedagio Burgimali Item in caſtro, villa, & territorio Pruneti, & hominibus, fidelitatibus, & vaſſallis ipſorum, & molendinis. Item in caſtro, villa, & fidelitatibus, & hominibus Monexilii. Item in caſtro, villa, & territorio, fidelitatibus, & vaſſallis Fauxolii. Item caſtrum, villam, & territorium Roſſiæ cum vaſſallis, fidelitatibus, & omnibus pertinentiis dictorum caſtri, & villæ. Item caſtrum, villam, & territorium, fidelitates, & vaſſallos Niellæ. Item in caſtro, villa, hominibus, fidelitatibus, & vaſſallis Cerreti, & generaliter totum Vicecomitatum Gorzegnii, & omnia, quæ ad ipſum Vicecomitatum pertinent, & pertinere conſueverunt tam de jure, quam de conſuetudine excepto caſtro, & villa Goteficca. Item omnes vaſſallos, qui aliquid tenent in feudum in prædicto Vice-cõmitatu, vel in aliquo prædictorum caſtrorum, & villarum de eo quod ibi tenent. Item medietatem pro indiviſo de domibus, poſſeſſionibus, redditibus, fictis, & omnibus aliis, quæ habent dicti fratres in civitate, & territorio Aſtenſi; quæ pars prædicta cum omnibus in ipſa parte contentis de communi voluntate prædictorum fratrum, & dicti D. Nicoloſii, & omnium ſupradictorum vaſſallorum, & hominum ipſorum venit in partem prædicto D. Henrico auctoritate prædicti D. Nicoloſii, & ipſi D. Nicoloſio nomine dicti D. Henrici, & ejus voluntate, ipſamque partem dictus D. Henricus auctoritate dicti D. Nicoloſii tenuit ſe tacitum, & contentum.

In alia vero parte, & pro una parte poſuerunt, & aſſignaverunt caſtra, & villas, & vaſſallos infraſcriptos, infraſcriptas, & infraſcripta cum hominibus ipſarum villarum, & caſtrorum, & cum omni juriſdictione, & contitu, & pertinentiis ipſorum, & ipſarum villarum & caſtrorum, & cum omni juriſdictione, & contitu, & pertinentiis ipſorum, & ipſarum, & cum omnibus aquaticis, paſquaticis, venationibus, occupationibus domeſticis, & ſilveſtribus, rivis, rupibus, & nemoribus, & cum omnibus introitibus, & redditibus, fidelitatibus, & homagiis ipſorum, & ipſarum, & cum omnibus angariis, & parangariis, & cum omni mixto, & mero imperio ipſorum caſtrorum, & villarum, & cum omnibus bannis, fodris, & ſucceſſionibus, & generaliter cum omnibus aliis pertinentiis ad infraſcripta caſtra, &

villas videlicet caſtrum, villam, & territorium Saliceti, caſtrum, villam, & territorium Cingii, caſtrum, villam, & territorium Rochettæ, caſtrum, villam, & territorium Rochæ, ſalvo quod de caſtro, & villa Rochæ inferius exprimetur, caſtrum, villam, & territorium Mallarum. Item jura, quæ habent in villa, & territorio Altaris. Item caſtrum, villam, & territorio Auxiliæ. Item jura, quæ habent in caſtro, villa, & territorio, hominibus, fidelitatibus, & vaſſallis Gotteſiccæ &c. Item medietatem pro indiviſo domorum, terrarum, reddituum, fictorum, & omnium aliorum, quæ habent dicti fratres in territorio Aſtenſi, quæ pars de communi voluntate dictorum fratrum, & D. Nicoloſii, & omnium ſupradictorum vaſſallorum, & hominum ipſorum venit in parte prædicto D. Conrado, ipſamque elegit, & ea tenuit ſe tacitum, & contentum. Item in alia vero parte, & pro alia parte poſuerunt, & deſignaverunt de communi conſenſu, & voluntate prædictorum fratrum, & D. Nicoloſii ſupradicti, & omnium ſupradictorum vaſſallorum, & hominum ipſorum caſtra, villas, vaſſallos, & campagnas infraſcriptos, & infraſcripta cum hominibus ipſarum villarum, campagnarum, & caſtrorum, & cum omni juriſdictione, & contitu, & pertinentiis ipſorum, & ipſarum, & cum omnibus aquaticis, paſquaticis, & venationibus, & occupationibus, piſcationibus domeſticis, & ſilveſtribus rivis, rupibus, nemoribus, & cum omnibus redditibus, introitibus, fidelitatibus, & vaſſallis ipſorum, & omnibus angariis, & parangariis, & cum omni mero, & mixto imperio ipſorum caſtrorum, villarum, & campagnarum, & cum omnibus bannis, ſodris, & ſucceſſionibus, & generaliter cum omnibus aliis pertinentiis ad infraſcripta caſtra, & villas, & campagnas videlicet caſtrum, burgum, & territorium Finarii. Item caſtrum, campagnam, & territorium Orchi. Item campagnam mediam de Portuis, & de Voſiis. Item mediam campagnam, & juriſdictionem Variacii. Item campagnam, & territorium Verſe. Item campagnam, & territorium Cravexanæ. Item campagnam, & territorium Maris. Item campagnam, & territorium Monticelli. Item territorium, & campagnam Pulaſentiæ. Item campagnam, & territorium Perticarum. Item campagnam, & territorium Montiſſurdi Item campagnam, & territorium Erancis. Item campagnam, & territorium Gurræ. Item campagnam, & territorium Rialti, & generaliter totum Vice-comitatum Finarii, & jura, quæ ad dictum comitatum pertinent, & pertinere conſueverunt tam de jure, quam de conſuetudine. Item jura quæ habent in caſtris, villis, hominibus, fidelitatibus, vaſſallis, & ſodris Caliſſani, Ventice, & Bardineti. Item jura quæ habent in Vecio, & Velerio, & Borgio, & Naulo. Item fidelitates, & vaſſalitica D. Lanfranchi Marocelli, & Mattei Cebæ. Item omnes vaſſallos qui habent aliqua feuda in parte iſta. Item omnia jura eis pertinentia in Epiſcopo, & etiam Epiſcopatu Albinganenſe, & homines ejus, & dicti Epiſcopatus, quæ pars communi voluntate, & conſenſu prædictorum fratrum, & prædicti D. Nicoloſii, & omnium ſupradictorum vaſſallorum, & hominum ipſorum venit in parte prædicto D. Nicoloſio nomine ſupradicti D. Antonii, & ipſi D. Antonio auctoritate prædicti D. Nicoloſii, ipſamque partem dictus D. Nicoloſius nomine, & conſenſu prædicti D. Antonii elegit, eaque nomine dicti D. Antonii tenuit ſe tacitum, & contentum, quibus partibus ſupradictis factis, & de conſenſu communi omnium prædictorum electis, & receptis a qualibet partium prædictarum, ut ſupra expreſſum eſt prædictas partes ſibi ad invicem promiſerunt, ut infra ſcilicet dictus D. Conradus prædicto D. Nicoloſio nomine prædictorum dominorum Henrici, & Antonii, & prædictus D. Henricus auctoritate prædicti D. Nicoloſii prædicto D. Conrado, & ipſi D. Nicoloſio nomine prædicti Antonii, & ipſe D. Nicoloſius nomine prædicti Antonii prædictis DD. Conrado, & Henrico ſe ſe non inquietare, nec moleſtare, vel inquietari, ac moleſtari facere de jure, vel de facto in parte, nec a parte alteri in prædicta diviſione obventa, ſed prædictam diviſionem in perpetuum per ſe, ſuoſque hæredes ratam, & firmam habebunt, & tenebunt, & inviolabiliter obſervabunt promittentes etiam dictæ partes ſibi ad invicem ut prædictum eſt defendere, & expedire a quacumque perſona partem, quæ cuilibet prædictorum dominorum in prædicta parte obvenit; alioquin omne damnum, intereſſe, & expenſas, quod, & quas aliquis prædictorum faceret, vel ſuſtineret pro parte, quæ ſibi obvenit integraliter reſtituere promiſerunt ſub pœna dupli. Inſuper placuit prædictis fratribus, & prædicto D. Nicoloſio, & omnibus vaſſallis ſupradictis, & hominibus ipſorum pro communi voluntate ipſorum, quod in infraſcripta diviſione non veniant, ſed in communione & indiviſa remaneant.

In primis totum pedagium, quod accipitur, & accipi conſueverunt in Carcaris, & omnia jura quæ dicti domini habent in Carcaris tam in villa, hominibus, juriſdictionibus, mero, & mixto imperio, quam in omnibus aliis. Item jura quæ habent in Paſcherio. Item Sextum quod accipitur in lignamine per terram eorum. Item omnia jura quæ prædicti DD. habent in Garexio, Profenca, Muroſica, Cerexolii, Ulmeta, Bagnaſco, Maxemino, & generaliter in tota valle Tanagri tam in caſtris, & villis prædictis, hominibus ipſorum, molandinis, fullis, & battandariis, albergariis, & fidelitatibus, & vaſſallis, quam in omnibus aliis ipſis pertinentibus in prædicta valle Tanagri. Item jura quæ habent in D. Manfredo, & contra ipſum, & in dominos Cravexanæ, & Marchionibus de Pulſono, & in Brexanis, & in hæredibus D. Jacobi Lanzaveciæ, & in dominis de Anciſia, & in illis de Quiliano, & in Andoria, & caſtro, & villa Andoriæ. Item jura quæ habent in Cruceferreæ, & Carcaris, & villa Cruceferteæ, & ejus pertinentiis, & in Milleſimo, & in omnibus aliis obligatis dominæ C. Comitiſſæ Savonæ matri eorum pro dotibus ejus, & in D. Nicoloſio Auria tali modo quod prædicta omnia, & ſingula, quæ inter ipſos communia remanſerunt quilibet prædictorum pro tertia parte pro indiviſo habeat, teneat, & percipiat, poſſideat, vel quaſi poſſideat promittentes ſibi ad invicem ſcilicet unus alteri, & alter alteri manutenere, defendere, & ſalvare pro poſſe ſuo ad communem ipſorum utilitatem omnia, & ſingula, quæ ſupra in communione remanſerunt. Hoc acto, &

expreſſim dicto inter ipſos, quod aliquis prædictorum non poſſit, nec debeat vendere, nec alienare de parte, quæ ſibi obvenit, vel aliquid de iis, quæ inter ipſos communia remanſerunt, niſi prius requiſitis aliis fratribus, ſi ipſam emere vellent pro illo pretio, quo alii ipſam vendere vellent. Item expreſſim acto, & inter ipſos, quod libertas, ſeu immunitas non præſtandi pedagiis, hominibus Finarii, firma, & invi labilis perſeveret, & generaliter omnes libertates, & ſimiles immunitates conceſſæ generaliter, & ſingulariter hominibus ipſorum. Item actum, & expreſſum eſt inter ipſos, quod D. Henricus prædictus debeat, & teneatur ſolvere fratribus minoribus de Curtimilia illud quod legaverat dictis fratribus pater ejus quondam, quod extimatum eſt lib. 6. annuatim. Dictus vero D. Conradus teneatur, & debeat ſolvere fratribus minoribus Carii relictum ipſis fratribus minoribus per prædictum patrem ſuum, quod ſimiliter extimatum eſt in libris VI. annuatim dictus vero D. Antonius teneatur ſolvere monachabus S. Stephani minas decem Januenſes frumenti, quas prædictæ Monachæ recipere debent in Finario ſuper leſa, & molandinis. Item ſtatutum eſt, quod LIV. minæ ſalis, quæ debent ſolvi annuatim ſuper gabellam Finarii monachabus S. Stephani de Milleſimo, & Monaſterio Staphardæ, Caſænovæ, Caſotoli, & Palolis, & Brexanis de Montevici, & decem ſandilia vini, quæ debentur monachabus S. Stephani ſuper vineam Demai, quæ prædicta aſcendunt, & capiunt lib. XXXIV. Jan. ſolvatur per Antonium eo quod omnia prædicta collocata ſunt in Finario, & ipſe annuatim recipiat in pedagio Carcherarum lib. XXXIV. Januæ ante partem, ſalvo eo quod ſi prædicti DD. Conradus, & Henricus facerent, & curarent ita & taliter quod prædictus Antonius abſolveretur a duabus partibus prædictorum ſalis, & vini, quod poſtmodum non caperet prædictas libras XXXIV. ante partem. Item actum eſt, & pactum inter eos, quod ſi apparuerit, quod D. Henricus de Rocha obtineat in quæſtione, quam habet cum dictis dominis occaſione reddituum, & eorum, quæ petit in Rocha, & Auxilia, quod dictus D. Conradus habeat in pedagio Carcherarum ante partem tantum quantum fuerint extimati illi redditus, & illud jus quod obtinebit in vallimento. Item actum, & expreſſim dictum eſt inter ipſos, quod dictus D. Antonius, ſive D. Nicoloſius nomine ejus capiat ante partem uſque ad duos annos in pedagio, & de pedagio Carcherarum libras tercentum Januæ in quolibet anno lib. 150., eo quod gabella Finarii, cujus redditus, & introitus extimati ſunt in libris 150. annuatim eſt vendita uſque ad duos annos Raimondino de Mari, de quo pretio fuit ſatisfactum creditoribus communibus Januæ. Item actum eſt, & expreſſum dictum inter ipſos, quod ſi aliquod damnum contingeret prædicto Ramondino ex emptione prædictæ Gabellæ propter ſtatutum factum Januæ occaſione ſalis, vel alia occaſione, quod damnum ipſi eſſet emendandum, quod illud damnum ipſi Ramundino per prædictos communiter emendetur, & ipſo damno ipſe Ramondinus ab omnibus prædictis fratribus communiter conſervetur indemnis. Item actum, & expreſſim dictum eſt inter ipſos, quod omnes ſtratæ totius terræ ipſorum ſtent, & remaneant apertæ, & in eadem forma, & eodem ſtatu, & eadem conditione, quo, & qua nunc ſunt, & eſſe conſueverunt, quod claudi, vel interdici non poſſint, vel mutari ſine communi conſenſu omnium prædictorum fratrum. Item actum, & expreſſum dictum eſt inter ipſos, quod omnes fructus, redditus, & proventus totius terræ ipſorum remaneant in communione uſque ad feſtum Nativitatis Domini, & tunc ſi quid ex ipſis ſupererit inter ipſos communiter dividatur. Item facta, & habita ſolemni deliberatione, & diligenter inſpectis, & inquiſitis creditoribus, & legatariis infraſcriptis, factaque diligentiſſime hinc inde compenſatione omnium infraſcriptorum creditorum, & legatariorum diviſa ſtent de communi voluntate, & conſenſu ipſorum infraſcripta debita, & legata inter ipſos: hoc acto, & expreſſim inter ipſos, quod ſi quæ alia debita, vel legata reperiantur, quæ inferius non ſint ſcripta, quod ab ipſis communiter ſolvantur, & actum fuit, & expreſſum dictum, & inter ipſos conventum, quod prædicti fratres ſolvant infraſcriptis creditoribus, & legatariis cuilibet de parte ſua ut inferius continetur. Inprimis D. Antonius, ſeu D. Nicoloſius nomine ejus ſolvat, & ſatisfaciat infraſcriptis creditoribus, & legatariis pro tertia parte, & D. Conradum, & Henricum ab ipſis liberet, & liberari procuret, & faciat liberari, & de ipſis ipſos conſervet indemnes: & ſic enim dictus D. Antonius a ctoritate dicti D. Nicoloſii, & ipſe D. Nicoloſius nomine ipſius Antonii prædicti DD. Conrado, & Henrico ſtipulantibus ſe facturos, & curaturos ſolemniter promiſerunt. Inprimis ſolvat, & ſatisfaciat Cepulino de Albingana lib. 400. Item Rubaldo de Cruceferrea ex una parte libras 172. 10. Item eidem Rubaldo ex alia parte libras 105. Item Ramundino de Mari libras 5. .... Item in Janua, quos manulevavit D. Nicoloſius Auria libras 700. ſumma lib. 1792. 10. Item de debitis, ſive uſuris primo Gulielmo Ugoni de Finario lib. 5. 2. Item Johanni Vincentio lib. 50. Item Delfinæ filiæ quondam Reinaldi lib. 16. 13. Item Auſinulfo de Pia lib. 25. Item Jacobo Vincentio lib. 22. 10. Item hæredibus q. Billioni lib. 71. Item Item Gandulpho de Guaſco, & Gabrieli de Naulo lib. 200. Item Eredibus q. D. Ogerii de Monexilio lib. 45. Item Leoni de Gavio lib. 120. Item Pegato de Naulo lib. 20. Item Ramello de Boſco de Caliſſano lib. 3. Item Jacobo David, & Johanni de Roet lib. 10. Item Andreate de Cinglo lib. 8. ſumma de iſtis lib. 596. 5. Item evenit eidem Antonio pro tertia parte legatorum infraſcriptorum, quæ fecit quondam pater eorum lib. 543. Aſtenſes, quæ judicata ſunt iſte in primis in ſervitio S. Crucis de Ultramare, quos legavit D. Henricus lib. 300. Item Monaſterio S. Mariæ de Montagna in Teneveſio, quas judicavit domina q. mater D. Jacobi lib. 15. Item pro pedagio male ablato in Gottaſicca lib. 480. Item pro quodam curſu lib. 35. Item Petro de Buſſolaſco quod reſtat ad ſolvendum de lib. 20. judicati lib. 9. Item Petro Ruffino, & Nicolao Travaliis, quas D. Jacobus habuit ab eis lib. 40 Item Anſelmo de Guaſco, & fratribus lib. 50. Item illis de Burgomalo lib. 100. Item Eccleſiæ de Fornellis lib. 100 Item fratribus minoribus de Janua

Digitized by Google

lib. 50. Januæ. Item fratribus minor. de Aſt lib. 50. Item fratribus Prædicatoribus de Janua lib. 50. Item Eccleſiis terrarum D. Marchionis quondam patris eorum lib. 100. Item domui Ferraniæ lib. 50. Item domibus hoſpitalis templi, & S. Larari de Ultramare lib. 100. Item domui de Caſotulis lib. 25. Item debet ſolvere dictus Antonius Henricetto de Baamonte lib. 19. 8. Item Monachabus S. Stephani lib. 6. 7., quas dictæ Monachæ debent habere occaſione lib. 50., quas recipere debent de anno præterito de lib. 50., quas recipere debent annuatim in gabella Finarii, & occaſione VIII. minarum ſalis, quas eis reſtabant ad ſolvendum de minis X. ſalis, quas recipere debent annuatim in gabella Finarii. D. vero Conradus ſolvat, & ſatisfaciat infraſcriptis creditoribus, & ſupraſcriptis legatariis pro tertia parte de parte ſua, & prædictos DD. Henricum, & Antonium ab ipſis liberet, & liberari procuret, & faciat liberari, & de ipſis ipſos conſervet indemnes. Sic enim dictus D. Conradus prædictis fratribus ſuis ſtipulantibus ſe facturum, & curaturum promiſit. In primis ſolvat, & ſatisfaciat Ruffino Puttaerio lib. 1150. Aſten. Item Jacobino de Rocha lib. 39. Aſten. Item D Manuelo de Cravenſana lib 250 Aſten. Item debito Brezanorum lib. 725. Aſt. Item D. Jacobo Maloſelle lib. 62. Aſten. Item D. Ruffino de Braida lib. 25. ſumma lib. 2251. 10. Aſt. Item de debitis ſine uſuris ſolvat Jacob. Malocello lib. 100. Januæ. It. G. Berato l 120 Item Aimo de Milleſimo lib. 100. Item D Alaſiæ lib. 200. Item D. Henrico de Rocha lib. 45. Item in expenſis factis pro D. Marchione Montiſerrati lib. 15. Item Petrino de Cingio lib. 6. ſumma lib. 586. Januæ. Item debet ſolvere tertiam partem legatorum infraſcriptorum, de quibus evenit ei lib. 543. Aſt. Item debet ſolvere Monacabus S. Stephani lib. 24 5. Januæ occaſione lib. LVIII. librarum, & VIII. minarum ſalis, quas recipere debebant in gabella Finarii. D vero Henricus ſolvat, & ſatisfaciat infraſcriptis creditoribus, & ſupraſcriptis legatariis pro tertia parte de parte ſua, & prædictos DD. Conradum, & Antonium ab ipſis liberet, & liberari procuret, & faciat liberari, & de ipſis ipſos conſervet indemnes. Sic enim dictus D. Henricus auctoritate prædicti D. Nicoloſii prædictis fratribus ſuis ſe facturum, & curaturum promiſit. In primis ſolvat Brexanis lib. 575. Aſt. Item Poncio Conſtantio, & D. Opecio Bauduino lib. 1000. Aſt. Item Lumellis lib. 305. Item Gulielmo de Saliceto pro guardia Novelli lib. 100. Item Rubaldo Rugnono lib. 30. Item Zacharenghis lib. 60. Item Lumellis ex alia parte lib. 25. Item Anſelmo de Caſtelliono lib. 100. Item Conrado de Braida, & fratribus lib. 50. ſumma de ipſis Aſtenſibus lib. 2245, & valent ad Januam lib. 1792. Item debet ſolvere de debitis, ſive uſuris primo Johanni Ferracano lib. 20 Item Galliamelle de Doliano, & ſociis lib. 13. Item Jacobo Aicatori lib. 18. 10. Item Jacobo Villano lib 2. Item Oberto Villano lib. 1. Item Guafredo de Novello lib. 2 Item Conrado de Predomo lib. 3. Item Henrico de Predomo cum fratribus lib. 3. Item Leoni de Curlo lib. 3. Item Bonifacio Groſſo lib. 2. Item Borrino de Henrico frigido lib. 2. Item Henrico Maximiliano lib. 1. Item Oddoni Maximiliano lib. 1. Item Nigro cum ſocietatibus lib. 1. Item pro expenſis, quas ipſe Henricus fecit in Canoſio lib. 13. Item Jacobino Rubeo de Finario lib. 9. ſumma de prædictis Aſtenſibus lib. 98. 10., & valent ad Januam lib. 68. 8. Item D. Lanfranchino Mallocollo lib. 212. Item D. Leone lib. 300. Januæ, Item Aimoni Muratori de Milleſimo lib. 2. 3. 6. ſumma lib. 581. 11. 6. Januæ. Item debet ſolvere pro tertia parte legatorum ſupradictorum lib. 543. Aſt. Item debet ſolvere Monacabus S. Stephani lib. 24. 5. Januæ occaſione L. lib., & VIII. minarum ſalis, quas recipere debebant de annis præteritis in gabella Finarii, quæ omnia & ſingula ſupradicta prædicti ſibi ad invicem promiſerunt ſcilicet D. Conradus prædictus fratribus ſuis Henrico, & Antonio auctoritate prædicti D. Nicoloſii, & ipſe Henricus auctoritate prædicti D. Nicoloſii prædictis DD. Conrado, & Antonio, & ipſe Antonius auctoritate D. D. Nicoloſii, & ipſe D. Nicoloſius nomine ipſius prædicti D. D. Conrado, & Henrico habere, & tenere rata, & firma, & inviolabiliter obſervare omnia, & ſingula ſupradicta attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere, & curare ſub pœna duomillium marcarum ſibi ad invicem ut ſupra ſtipulata, & promiſſa, quæ pœna toties committatur, & ea commiſſa exacta, vel non, nichilominus omnia, & ſingula ſupraſcripta in ſuo robore perſeverent, & detur dicta pœna obſervanti a non obſervante in omnibus autem, & ſingulis ſupraſcriptis prædicti fratres, & dictus D. Nicoloſius nomine dictorum Henrici, & Antonii certificati de jure ipſorum expreſſum, & ex certa ſcientia renunciaverunt exceptioni doli, & in factum conditioni ſine cauſſa, & ex juſta cauſſa omni privilegio minoris ætatis deceptioni dupli, & generaliter omni alii legum, & juris auxilio, & conſuetudini generali, & ſpeciali, eccleſiaſtica, & civili, & municipali, quo ſe tueri poſſent contra prædicta, vel aliquod prædictorum. Item quod in iſta generali renunciatione ſpeciali quælibet comprehendatur, ac ſi de ipſa expreſſim mentio facta foret, pro quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, attendendis, & obſervandis prædicti fratres cum auctoritate dicti D. Nicoloſii obligaverunt ſibi ad invicem omnia ſua bona, quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta corporaliter prædicti fratres tacto libro juraverunt attendere, & obſervare inviolabiliter, & in contrarium de jure, vel de facto non venire. Actum apud S. Stephanum de Milleſimo in caminata præſente D. Gulielmo de Anciſa, Lanfranchino Malocello, Anſaldo de Varagine, D. Jacobo de Verdemo, & D. Jacobo Judice de Finario teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis anno Domini MCCLXVIII., indictione XI., die Dominica XXI. octobris.

Ego Jacobus Aicardi Barilli imperiali auctoritate Notarius licentia mihi conceſſa a D. Nicolino Brexano Judice Finarii dictum inſtrumentum de Cartulario, ſeu protocollo Manuelis, ſcribæque, ſecundum quod in eo ſcriptum inveni nihil a me addito, vel minuto, quod ſenſum mutet, vel variet intellectum, extraxi autent., & in publicam formam redegi, & ad majus robur me ſubſcripſi, & ſigno meo firmavi.

Donatio juris piſcandi a Nano Marchione Cevæ Monaſterio Caſularum conceſſa. Ex Tabulario ejuſdem Monaſt.

167 MCCLXIX.

In nomine Domini Jeſu Chriſti. Amen. Nos Nanus Marchio Cevæ filius quondam domini Georgii Marchionis Cevæ pro bono, & utili remedio animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum damus, & concedimus integraliter, & abſque ulla conditione titulo donationis puræ, meræ, ſimplicis, & irrevocabilis, ac perpetuo duraturæ fratri Gullielmo Baſſo Priori Domus, & Monaſterii Caſularum recipienti nomine Conventus Monacorum, & fratrum prædicti Monaſterii Caſularum utilitatem, ſervitutem, & uſum piſcandi, & totam piſcationem, ſeu piſcariam in omni acqua, ſeu tota acqua, quæ eſt a Ponte murato paſſus ſuperius quantum durat, & protenditur dominium, & juriſdictio dicti domini Nani Marchionis Cevæ, tali modo quod Prior, prædictus Conventus, & fratres Monaſterii Caſularum poſſint, & valeant licite, & impune piſcari, & piſcari facere quandocumque, & quotieſcumque placuerit Priori, Conventui, & fratribus Monaſterii ſupradicti in acqua, ſeu acquis a dicto ponte ſuperius ſtantibus, vel diſcurrentibus eo modo, & forma, quod ipſe dominus Nanus, ſeu ejus hæredes, vel ſucceſſores ejuſdem, vel homines diſtrictuales ipſius, ſeu quicumque alii extranei, vel adventitii ullo modo non poſſint, nec debeant piſcari, vel piſcari facere in aquis prædictis, & ſub aquis iſtis intelligatur tam aqua Caſotoli, quam Ferraniæ abſque licentia, & parabola prædicti Priori, ſeu Conventui, vel fratrum Monaſterii Caſularum. Si vero aliquis piſcatus fuerit, vel piſcari fecerit in aqua, ſeu aquis prædictis, Nos Nanus Marchio Cevæ prædictus ſtatuimus, volumus, & ordinamus, quod ſolvat, & ſolvere debeat pro banno exceſſus prædicti ſolidos 10., ſi vero quis in tantam temeritatem prosuperit, quod in aqua, ſeu aquis prædictis emiſerit rem morboſam ſolvat, & ſolvere debeat pro pœna exceſſus ſolidos ſexaginta. Inſuper Prior prædictus nomine Conventus, & fratrum Monaſterii Caſularum promiſit dicto domino Nano non piſcari, nec piſcari facere a prædicto ponte inferius verſus Pamparatum niſi fuerit de parabola, & licentia dicti domini Nani; & hæc omnia ſuprædicta, ſicut ſcripta, & determinata ſunt dictus dominus Nanus Marchio Cevæ per ſe, & hæredes ſuos promiſit, & convenit dicto Priori ſtipulanti vice, & nomine Conventus, & fratrum Monaſterii ſæpe dicti attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere in perpetuum bona fide, & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum. Actum in Eccleſia ſancti Johannis de Caſotolis, præſentibus teſtibus Raimondino De-Boveſo, Manfredo Borracco de Montexilio, & Niſello de ſancto Michaele anno MCCLXIX., indict. XII., die IV. exeuntis julii. Ego Gullielmus domini Manuellis de Ceva Notarius hanc cartam rogatus ſcripſi.

Tranſactio ſuper quaſdam quæſtiones inter Marchiones Cevæ, & Robertum de Laveno. Ex R. A.

MCCLXX. 168

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, decimaſeptima Kalendas januarii in præſentia teſtium infraſcriptorum, vocatorum, & rogatorum, videlicet magiſtri Martei Barriballi de Gaeta, Petri Raibaldi de ſancto Andrea, Audiberti de Montelauro, Richerii Balberii de Ceva, Foci Joannini Daubarra, & Marqueti Caran, ſit certum, & indubitatum cunctis præſentibus, & futuris, quod Nobilis domina Sophia uxor Nobilis viri domini Roberti de Laveno Juris Profeſſoris, & dominus Philippus filius Nobilis dominæ prædictæ, & Nobilis viri domini Roberti prædicti ad deſiderium dicti domini Roberti, & ad requiſitionem ejus approbaverunt, ratificaverunt, & confirmaverunt concordiam, & omnia pacta facta per ipſum dominum Robertum cum Nobilibus viris domino Guillelmo Marchione Cevæ nomine ipſius Guillelmi, & domini Guillelmi fratris ſui cum domino Capucio Marchione Cevæ, nomine ſuo, & domini Nani Marchionis Cevæ, cujus dicebat ſe eſſe procuratorem, & cum domino Baldoino Marchione Cevæ ſecundum quæ concordia, & pacta prædicta infraſcripta continentur in publico inſtrumento facto per manum Guillelmi de Strata publici Notarii, cujus inſtrumenti tenor talis eſt.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti amen. Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, indictione tertia decima, die ultimo menſis ſeptembris, regnante Excellentiſſimo domino Karolo, Dei gratia Rege Siciliæ, Domino Albæ, Claraſci, Cunei, Saviliani, Montiſregalis, & Petrum Araceurium; per hoc publicum inſtrumentum notum ſit præſentibus, & futuris, quod plures quæſtiones vertebantur inter nobiles viros dominum Guillelmum, dominum Nanum, dominum Chapucium, dominum Thomam, & dominum Baldoinum Marchiones Cevæ ex una parte, & dominum Robertum, dominum Garexii nomine ſuo, & domini Philippi filii ſui, & dominæ Sofiæ uxoris ejus, filiæ quondam domini Guillelmi Marchionis Cevæ ex altera, quæ tales erant.

Dicebant enim dictus dominus Guillelmus ſuo nomine, & dicti domini Thomæ, & dictus dominus Chapucius nomine ſuo, & dicti domini Nani, & dictus Baldoinus nomine ſuo, quod medietas totius, & fidelitatum eſt, & Burgi Garexii, & villarum Cerexolæ, Muriſtechi, & Proenchiæ, & dominorum, & homines Garexii, & prædictarum villarum, & totius Caſtellaniæ, & conſortum Garexii, cum territoriis eorumdem, & pertinentiis erant, & eſſe debebant prædictorum Marchionum Cevæ, & eis pertinebant jure dominii, vel quaſi; una cum (*qua omnia*) dictus dominus Robertus, & dictus dominus Philippus filius ejus prædictum caſtrum Garexii cum burgo, & villis prædictis, & hominibus, & territoriis, & pertinentiis, & omni juriſdictione, meri, & mixti imperii, & juribus eorumdem tenent, & poſſident, & quaſi poſſident, & dictus dominus Philippus de medietate omnium prædictorum, nomine ſuo, &

ed by Google

dicti patris sui fecerit, seu promiserit facere fidelitatem, & recognitionem, & servitia sicut Vassalli Dominis facere consueverint ipsis Marchionibus, & petebant ipsi Marchiones ab ipso domino Roberto, nomine suo, & dicti domini Philippi quantum de medietate prædictorum est, & burgi, & villarum, & Senoriæ dominorum, & hominum dictorum locorum, cum juribus, & pertinentiis eorumdem facere fidelitatem, & recognitionem, & servitia consueta fieri a Vassallis ipsis Marchionibus Cevæ, & antecessoribus eorum.

Et ex adverso dictus Robertus dominus nomine suo, & dicti domini Roberti filii sui asserebat, & dicebat quod ipse, & filius ejus Philippus tenebant, & possidebant, & quasi possidebant prædicta omnia immediate sub senhoria, dominio, & fidelitate prædicti domini Regis, & hæredum suorum, & quod ipsis Marchionibus Cevæ, vel hæredibus eorum, nec alicui alii domino non tenebantur de prædictis facere fidelitatem, & recognitionem, vel alia servitia, nisi domino Regi, & hæredibus ejus, & si ipse Philippus fecerit fidelitatem, seu recognitionem, fecerit per errorem, & non tenebatur inde uti petebat ei, quod absolverent ipsum ab omni sacramento fidelitatis, & promissione, quam eis, vel alicui eorumdem inde feciset. Et ex adverso ipse dominus Robertus nomine suo, & dicti filii sui dicebat, quod tota senhoria castrorum, & villarum, & dominorum, & hominum castrorum Ulmetæ, & Banasqui, & Maximini, & Bardaneti, & fidelitates dictorum dominorum dictorum castrorum, & villarum, & hominum Ulmetæ erant i sius domini Roberti, & d cti filii sui, & ad ipsos jure dominii, vel quasi dominii totaliter pertinebant cum molendinis Ulmetæ, & omnibus aliis, quæ dicti Marchiones in prædictis castris, & villis, & fidelitatibus, & juribus, & omnibus aliis rebus, quæ ipsi Marchiones, vel aliquis ipsorum tenebant, & possidebant, & quasi pro indiviso omnium prædictorum, & molendinorum Ulmetæ, & quædam alia in prædictis castris, & villis, & territoriis, & pertinentiis eorumdem, & super Dominos prædictorum castrorum, & villarum.

Petebat ab eis nomine suo, & dicti filii sui, quod prædicta omnia ii restituerent, & ipsa dimitterent, itaque de cetero ipse dominus Robertus, & dominus Philippus, & hæredes eorum libere, & quiete absque contradictione ipsorum Marchionum, sub dominio, & fidelitate dicti domini Regis, & hæredum suorum totam senhoriam, & jurisdictionem, & fidelitates totas, & omnia servitia dominorum, & hominum dictorum castrorum, & villarum haberent sicut majores domini post dominum Regem in omnibus, & singulis supradictis, & quod dicti Marchiones absolverent dominos, & homines dictorum castrorum, & villarum ab omni fidelitate, & promissione, quas eis fecissent.

Etiam petebat dictus dominus Robertus nomine dictæ dominæ Sophiæ uxoris suæ filiæ quondam domini Guillelmi Marchionis Cevæ ab ipsis Marchionibus Cevæ tertiam partem Cevæ, & omnium castrorum, & villarum, & Vassallorum, hominum, & bonorum, quæ fuerint dicti quondam domini Guillelmi patris dictæ dominæ Sophiæ, & matris ejusdem dominæ Sophiæ, cum juribus, & pertinentiis eorumdem, & fructibus inde perceptis.

Hoc ideo præter quam (*propter quod*) dictus dominus Guillelmus, & filii dicti domini Guillelmi, qui fuerint ejus hæredes sunt mortui, quibus homines sint (*hæredes sunt*) pro tertia parte.

Et cum dicti Gullielmus, Nanus, Chapucius, Thomas, & Baldoinus teneant hæreditatem, & bona omnia prædictorum defunctorum, petebant ab eis nomine prædictæ uxoris suæ, ut ii restituant tertiam partem omnium prædictorum, tandem intervenientibus amicis communibus, scilicet Fulcone Ardoino, domino Uberto de Gorrano, & Berenguario de Rocha de omnibus prædictis quæstionibus voluntarie, & amicabiliter transigerunt, & fecerunt concordiam, prout inferius continetur.

Videlicet quod prædictus dominus Guillelmus nomine suo, & nomine fratris sui domini Thomæ, & dictus dominus Chapucius nomine suo, & domini Nani, cujus est procurator, ut dicit, & dominus Baldoinus ex causa transactionis, & concordiæ dederunt, & tradiderunt, & quasi tradiderunt, & concesserunt omnia jura, & omnes actiones, & omnia bona, quæ eis competebant, vel competere poterant, vel quasi, vel aliquis eorum habebant, vel habere poterant in castris, & burgo, & villis Garrexii, & Ulmetæ, & Maximini, & Bardaneti, & Ceresolæ, & Murilicci, & Proenchiæ, & in territoriis, & pertinentiis eorumdem, videlicet in fidelitatibus dominorum, & hominum dictorum castrorum, & villarum, & senhoriis, & mero, & mixto imperio, & omni jurisdictione, & omnibus aliis juribus in molendinis Ulmetæ &c.

Et quod dictus dominus Robertus nomine suo, & dictæ uxori suæ, & filii sui domini Philippi dedit, & tradidit, & quasi tradidit, & cessit ex causa transactionis, & concordiæ ipsi domino Guillelmo recipienti nomine suo, & dicti domini Thomæ, & ipsi domino Capucio recipienti nomine suo, & dicti domini Nani, & ipsi domino Baldoino nomine suo omnem proprietatem, & omne dominium, & omnia bona, & jura competentia, & omnes actiones competentes in bonis, & hæreditate prædicti domini Guillelmi quondam Marchionis Cevæ, & filiorum suorum defunctorum, & dominæ Sophiæ quondam uxoris dicti domini Guillelmi, & matris dictæ uxoris ejus competentes, & competentia ipsæ dominæ Sophiæ, vel ipsi domino Roberto, vel ejus filio Philippo aliqua occasione, qui prædicta omnia, & singula absolvit, remisit, & degamparavit prædictis Marchionibus nomine suo, & aliorum Marchionum prædictorum scilicet domini Nani, & domini Thomæ cuilibet eorum pro ea parte, quam tenent modo, & fecit eis pactum de non petendo.

Salvis his, quæ dicta sunt supra de Garexio, Ulmeta, & Maximino, & Bardaneto, & Ceresola, & Murosicco, & Proenchia, & Dominis, & hominibus, & castris, & villis, & pertinentiis eorumdem, qui remaneant dicto domino Roberto, & successoribus, ut dictum est.

Item dictus dominus Robertus dedit, & tradidit, & quasi tradidit, & cessit prædictis Marchionibus Cevæ eorum nomine, & prædicto recipientibus me-

dietatem ſenoriæ caſtri Banaſquî, & fidelitatem, & juriſdictionis Dominorum, & ſervitorum dictorum, quod fuit quondam ipſius domini Guillelmi Marchionis Cevæ cum omnibus juribus, & pertinentiis iis competentibus in eodem, quæ omnia ſcilicet totam ſenoriam dicti caſtri, & ſervitia dictorum Dominorum, & hominum dicti caſtri dicebat ſua eſſe irregulariter amparatam concordiam exemptionem (*ex emtione*), quam fecerat a filiis domini Jacobi de Carreto, cui domino Marchioni Cevæ vendiderat medietatem fidelitatum, & majoris ſenoriæ totius prædicti caſtri, & omnium prædictorum ex aquiſitione, quam fecerat de alia medietate prædictorum a Marchionibus Craveſanæ.

Hoc acto expreſſum inter dictos Marchiones Cevæ, & dictum dominum Robertum in hac compoſitione, quod dicti Marchiones Cevæ, ſcilicet dominus Nanus pro quarta parte, & dominus Guillelmus, & dominus Capucius, & dominus Baldoinus, & hæredes eorum pro alia quarta parte, & dictus dominus Robertus, & hæredes ſui pro dimidia ſub dominio dicti domini Regis Siciliæ, & hæredum ſuorum habeant majorem ſenoriam ſuper dicto caſtro, & villa, & territorio, & pertinentiis ejuſdem, & fidelitates dominorum dicti caſtri, & omnia ſervitia dominorum, & hominum dicti caſtri, ſicut habent majores domini, & ſuis Vaſſallis, & ab hominibus ipſorum Vaſſallorum, quas fidelitates recipiant communes, ſi eis placebit pro partibus ſupra nominatis, & ponant forſalitia dicti caſtri in ſignum dominii communis lenerias ſuas, & ſi volunt ſeparatim recipere fidelitates poſſint quilibet pro parte ſua, & ponere lenerias, ita tamen quod alii non ſit præjudicium pro parte ſua.

Item promiſit dictus dominus Robertus prædictis MM., eorum nomine; & pro dicto (*prædicto*), quod ſi Marchiones Cravexanæ appellarent per ſe, vel per alios Marchiones Cevæ, vel aliquis eorum pro conceſſione, quam fecerunt ipſi domino Roberto in feudis, vel juribus vallis Tanagri, vel occaſione quinquaginta librarum, quas Marchiones Cevæ annuatim dare tenebantur Marchionibus Cravexanæ, vel de medietate fidelitatum, & ſervitiorum dominorum, & hominum Banaſqui dictus dominus Robertus eos conſervabit indemnes, & reſtituet eis damna, & intereſſe, quæ pro eis ſuſtinet, eo ſalvo, quod ſi dicti Marchiones Cevæ incidiſſent aliquam pœnam pecuniariam contra Marchiones Cravexanæ, antequam prædictus dominus Robertus acquiſiviſſet jura in valle Tangri a Marchionibus Cravexanæ, ſive ante præſentem contractum dictus dominus Robertus de ipſa pœna non teneatur conſervare indemnes, & inſuper prædictus dominus Robertus ex certa ſcientia promiſit eiſdem Marchionibus Cevæ ſtipulantibus eorum nomine, & per eos, quod ipſe conſervabit eos ſine damno de toto eo, quod Curia petit, vel petere poſſet ab ipſis Marchionibus Cevæ, vel aliquis eorum uſque in hodiernum diem, occaſione præceptorum, vel pœnarum impoſitarum ipſis Marchionibus ne offendent Marchiones Cravexanæ, vel aliter aliquid ab eis petent, vel petere poſſent occaſione ipſarum offenſionum, uſque in hodiernum diem, vel occaſione caſtri Montiſclari, quod dicitur reſtituiſſe ante terminum ordinatum in pactis inter ipſum dominum Robertum nomine Curiæ, cum Mayfredo de Chaireto, quod ipſi Marchiones non confitentur, imo dicunt quod firmiter intendunt, & credunt, quod terminus erat elapſus, ſecundum quod audiverint in ipſis pactis tractari, & viderint inde publicum inſtrumentum.

Ita tamen quod dicti Marchiones ad mandatum domini Seneſcalli ipſi Mayfredo, & terræ ſuæ, & filiorum ſuorum faciant ſuo poſſe bonam, & vivam guerram ſine intermiſſione, & non faciant inde treguam, nec pacem, vel guerram intromittant ſine conſenſu Curiæ domini Regis, ſive aliqua alia occaſione tali modo, quod ipſe dominus Robertus de hoc ſe ſupponet voluntarie arbitratui, & voluntati Curiæ, ſive domini Seneſcalli a dictis defenſionibus, & rationibus, allegationibus ipſorum Marchionum.

Et ſi dominus Seneſcallus vellet hoc recipere, quod recipiantur defenſiones eorum intra terminum competentem, & poſtmodum fiat inde, quod fieri debebit, & ſi prædictis, vel aliis occaſionibus in aliquo condemnarentur, dictus dominus Robertus inde ipſos indemnes conſervare promiſit, & ſe opponere detenſioni eorum, ſalvo quod ſi prædicti Marchiones tractaſſent malum domini Regis, vel liberorum ejus dictus dominus Robertus non teneatur eos de ipſo tractatu conſervare indemnes.

Item promiſerunt ad invicem una pars alteri capere, & tenere, & alteri parti reddere inimicos alterius parti ſi eos invenerit in terra ſua, & eo addito, quod dictus dominus Robertus, ſive dominus Philippus ejus filius, vel alius pro eis, vel aliquo ipſorum non poſſint, nec debent emere, nec aliquo modo acquirere aliquid in feudis, ſeu Vaſſallis ipſorum Marchionum Cevæ ſine voluntate, & ſpeciali conſenſu ipſorum, nec e converſo dicti Marchiones poſſint acquirere aliquid in feudis, vel Vaſſallis ipſius domini Roberti ſine voluntate ipſius &c.

Actum in Monteregali in domo Bonifacii de Bolateo; ibi fuerunt teſtes rogati dominus Fullo Ardoinus, dominus Hubertus de Gonano, dominus Beregarius de Rocha, dominus Bonifacius Marentus de Conu, Guillelmus Brievis, & Magiſter Matthæus Baraballus de Gaeta, & Guillelmus Garrorus. Ego Guillelmus de Strata Imperialis, & præfati domini Regis Notarius, & civis Albæ prædictis omnibus interfui, & rogatus hoc inſtrumentum ſcripſi.

Juſſuque prædicta domina Sophia, & dictus dominus Philippus voluntate, & conſenſu dicti domini Roberti juraverunt, & promiſerunt mihi Notario publico infraſcripto recipienti, & ſtipulanti nomine prædictorum Marchionum Cevæ prædicta omnia, & ſingula attendere, & obſervare ipſis Marchionibus Cevæ, & nullo tempore contravenire ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, de quibus omnibus prædictus dominus Robertus, & domina Sophia, & dominus Philippus præceperunt mihi Notario infraſcripto, ut inde facerem duo publica inſtrumenta.

Actum Valernæ in domo dicti domini Roberti in præſentia teſtium ſuperius in principio nominatorum, vocatorum, & rogatorum, & mei Petri Deſtroforti Notarii publici, a domino Carolo Comiti Provinciæ, & Forcalquerii Comite Rege Siciliæ conſtituti, qui

Google

mandatus a dicto domino Roberto hanc cartam scripsi, & signo meo signavi.

169

MCCLXXIV. *Fœdus a Republica Januensi, Marchione Montisferrati, Legatis Communitatis Astæ, ac Civitatem Papiæ initum adversus Regem Carolum, ejusque asseclas.* Caffari Ann.

170

MCCLXXV. *Pax a Thoma Marchione Salutiensi cum Astensibus composita.* Aug. ab Eccl. descr. Piem. MS. c. 31. Vol. I. *Quare emendandus Benv. S. Georgius, qui ad an. MCCLXXVI. pacem quamdam refert initam inter Manfredum Marchionem Salutiarum, & Gulielmum Marchionem Montisferrati cum Albensibus, & Astensibus. Hoc enim tempore Thomas non Manfredus regnabat.*

171

MCCLXXVI. die prima januarii. *Charta, qua Rufinus Nanus Sindicus factionis Lanceavetularum jurat se Alexandriæ imperium, ac Capitaneatum Marchioni Montisferrati traditurum.* A. R.

Ventura Astensis in chronico apud Muratorium R. I. S. T. XI. pag. 247. electionem Gulielmi, in Capitaneum Alexandriæ ad decennium factam retulit sub anno præcedenti MCCLXXV.

Divisio partium Crucisferreæ, Millesimi, & Carcararum inter Conradum, Henricum, & Antonium de Carreto M. M. Savonæ. Ex charta autentica penes C. de Millesimo.

172 MCCLXXVI.

Anno Domini MCCLXXVI., indict. IV., die VIII. aug. cum D. D. Conradus, Henricus, & Antonius de Carreto M. M. Savonæ habeant, & teneant communiter pro indiviso castrum, & villam, & jurisdictionem, & districtum Crucisferreæ, Millesimi, & Carcherarum, & redditum, & proventum communiter percipiendum. Cognoscentes prædicti D. D. supra hoc habito consilio Vassallorum infrascriptorum, videlicet Facini, & Petri de Saliceto, Jacobi de Bruneto, D. Jacobi de Carreto, D. Amadei de Monexilio, Jacobi David, D. Robaldi de Niella, & aliorum plurium Vassallorum, quod potius expediebat ipsis dominis Marchionibus prædicta dividere, & divisum tenere, & possidere, quam stare in communione de communi beneplacito, & consensu pervenerunt ad divisionem de prædictis omnibus, modo, & forma infrascripta, videlicet quia factæ, & ordinatæ fuerunt per Vassallos, & fideles prædictorum Dominorum ad hoc vocatos tres partes villæ, & hominum Crucisferreæ, tres partes burgi, & hominum Millesimi. Item tres partes villæ, & hominum medietatis Carcherarum ad dictos Dominos pertinentes. Quibus tribus partibus ordinatis, & factis per dictos Vassallos, & fideles de beneplacito dictorum D. D. M. M. simul ipsæ partes infrascriptæ sunt declaratæ, & ordinatæ, placuit eisdem D. D. M. M. expressum, & de consilio dictorum Vassallorum, & fidelium, quod daretur electio, sive optio, seu arbitrium eligendi dictis Dominis circa dictas partes, seu divisas, ut infra videlicet, quod D. Antonius prædictus possit eligere, vel habere facultatem eligendi de tribus partibus Millesimi, quam velit, dictus vero D. Henricus habeat electionem, & possit eligere, quam velit de partibus villæ, & hominum Crucisferreæ; dictus autem D. Conradus habeat electionem de tribus partibus villæ, & hominum medietatis Carcherarum. D. vero Conradus prædictus possit, & habeat secundo loco eligere circa partes Millesimi, & tertio D. Henricus prædictus circa partes Crucisferreæ posset, & deberet eligere primo D. Henricus prædictus, 2. D. Antonius, 3. D. Conradus præfatus: apud Carcharas autem habeat electionem D. Conradus prædictus, 2. D. Henricus, 3. D. Antonius. Fuerunt autem dictæ tres partes factæ, & ordinatæ, ut infra videlicet quod de burgo, & hominibus Millesimi tres partes factæ, & ordinatæ fuerunt, quarum una vocata fuit pars Petri de Saliceto, alia pars Jacobi David, tertia pars vocata fuit pars Jacobi Ribaliæ, & quarum quælibet pars habuit adjunctiones hominum, & hospitiorum infrascriptorum &c. Partes autem Crucisferreæ appellatæ fuerunt sic: prima pars de Viarinis, secunda de Coxiis (de Carpanetis) tertia de burgo. Partes autem Carcherarum sic fuerunt vocatæ prima pars Gulielmi Berruti, secunda pars Martini Berruti, tertia pars D. Ogerii de Monexilio quondam . . . . . Unde dictus D. ANTONIUS ex potestate, & arbitrio sibi concessa habita super hoc deliberatione, & consilio maturo elegit in Millesimo partem appellatam partem Petri de Saliceto &c. Dictus vero D. HENRICUS &c. circa electionem partium Crucisferreæ elegit partem &c. de Viarinis: apud Carcharas vero &c. elegit D. CONRADUS partem, quæ fuit appellata pars hæredum D. Ogerii de Monexilio. Insuper obvenit in partem de communi beneplacito, & consensu dicto D. CONRADO apud Millesimum pars Jacobi David. Dicto vero D. HENRICO obvenit apud Millesimum pars Jacobi Ribaliæ: apud vero Crucisferream obvenit in partem &c. dicto D. HENRICO pars de Viarinis: apud Carcharas pars Ulmi Berruti. Dicto vero D. CONRADO obvenit in partem apud Crucisferream pars de Burgo: dicto vero D. ANTONIO pars de Coxiis &c.

Item placuit prædictis Dominis consilium prædictorum Vassallorum, quod nullus homo, qui veniret in partem alicujus ipsorum possit subtilitate aliqua esse homo, nec domicilium suum transmutare ad dominium, nec jurisdictionem alterius Domini, nisi esset de voluntate ipsius Domini, cujus esset homo &c.

Rationes vero, quas prædicti Domini habent in Ferrania, & Fornel, & boscum Ronchismalli, & omnes guadi, & aquaticum, & pasquaticum communes sint. Item Communis remaneat per decennium Crucisferreæ, quod tenet Barlocus; item pedagia portæ Millesimi lezæ, canna, bechariæ, canepa, mercatum, & domus donea, & alia, quæ spectant ad prædicta communia, remaneant, & eo salvo quod si aliqua familia fieret in Millesimo, & Crucisferrea de aliquo forensi sit commune.

Actum est hoc in Millesimo in domo Jacobi de Crucisferrea testes Jacobus Piper, Manfredus de Ayrali, Bellagatta, D. Jacobus de Carreto, Jacobus de Brancto, & Amadeus de Monexilio.

Et ego Johannes de Cingio &c. de mandato D. Conradi de Carreto M. de Saona de chartulariis Jacobi de Cingio q. Notarii extraxi &c.

173
MCCLXXVII. die XV. junii. *Venditio decenarum partium feudi Varaginis a Thoma Marchione de Ponzono pretio librarum MD. Januenſibus facta. Annal. Gen. L. IX. ad h. a.* Stella.

174
MCCLXXVII. die IV. octobris. *Procuratio a Conſulibus extrinſecæ factionis Alexandrinæ mandata Manfredo Acato ad confirmanda pacta conventa inter Marchionem Gulielmum Montisferrati tempore, quo in caſtris Bergolii, atque Alexandriæ morabatur.* R. A.

175
MCCLXXVIII. die VIII. maii. *Procuratio a Vicario, conſulibus, optimatibus, cunctoque populo Alexandrino in generali concione coacto nomine partis intrinſecæ Borgaro de Arabona demandata ad feriendum fœdus cum Lanzavetulis, Merlanis, aliiſque extrinſecis, atque ad obtinendam abſolutionem ab obligationibus in fœdere inter eos, & Marchionem Montisferrati paulo ante percuſſo contractis cum eodem, ac civitatibus Papiæ, Aſtæ, aliiſque perſonis.*

Die XXI. maii decretum Concilii generalis Alexandriæ ubi adfuerunt quingentum, & novemdecim Conſiliarii, in quo, rogante Marchione Montisferrati Gulielmo, ex plebis, populique totius conſenſu facta ei facultas curandi ſolutionem pecuniæ Petro Trotto propter ejus in Alexandria Prætoris officium cum laude geſtum debitæ, municipalium legum reformationem, Rectoris populi electionem, ac cetera, quæ ipſe e re publica fore intelligeret, providendi. R. A.

Emancipatio Mainfredi M. Salutiarum. R. A.

176 MCCLXXIX.

Anno Domini MCCLXXIX. I. die martis XII. menſis ſeptembris in caſtro Revelli. Nos Thomas Marchio Saluciarum coram nobis &c. . . . . emancipamus Mainfredum filium noſtrum præſentem, conſentientem &c. . . . . .

Ego Jacobus Verzellinus Notarius S. P. &c.

177
MCCLXX. die V. februarii. *Decretum Concilii generalis Alexandriæ, quo D. Nicolinus Baſtardus de Monteferrato Prætor Alexandriæ eligitur arbiter ad dirimendas lites inter Communitates Serravadii, Caſſinarum, & Caſtrinovi exortas.*

Die II. martii Litteræ ſocietatis S. Petri de Bergolio, quibus petitur a Marchione Montisferrati ut Manfredo de Acato, & Gulielmo a Valle prohibeat, ne Amantio Criſtæ eorum ſodali vim aliquam inferat, vel moleſtiam ereet. R. A.

178
MCCLXXX. in vigilia S. Bartholomei *in obſidione Caburreti epiſtola Thomæ Comitis Sabaudiæ ad Philippum Regem Franciæ, qua ad eum defert ſe cum Marchione Montisferrati pacem iniiſſe, eumque carceribus liberaſſe.* Guichenon preuves &c. p. 99. vide a S. Georg. p. 75.

179
MCCLXXXI. Domina Alaxina uxor q. D. Jacobi Marchionis de Inciſa, & Ubertetus filius q. D. Jacobi, & dictæ dominæ Alaxinæ auctoritate dictæ dominæ Alaxinæ, & domini Albertini Marchionis de Inciſa, & tutoris dicti Uberteti confitentur *poſſidere* ortietum ſt. XIIII. ad ſeſtarium XII. tabularum in territorio Aquenſi loco Inciſſæ *a Capitulo Aquenſi. Ex Chartul. Alberti Ep.*

Electio Gulielmi Marchionis Montisferrati in Vicarium facta a Communitate Blanderatis. Ex MS. Benv. de S. Georg. de Orig. Gent. ſuorum.

MCCLXXXI. 180

In nomine Domini anno Dominicæ Incarnationis MCCLXXXI, indictione nona, die lunæ vigeſimo ſecundo menſis ſeptembris in caſtro veteri Blandratæ congregate conſilio Communis, & Univerſitatis hominem de Blandrato more ſolito convocato, in quo quidem conſilio Gulielmus de Reverdino Vicarius dominorum Jacobi teſte de Arborio, Uberti de Ticionis de Vercelli, Guarnerii Turnelli, & Buxiani Caballarii Novarienſium Poteſtatum Communis, & hominum Blandratæ propoſuit, quod eis placeret deliberare fieri ſuper eligendi Vicarium Poteſtatem, & Dominum Communis, & Univerſitatis de Blandrate, & Canſonorum de Blandrate.

Qua propoſitione facta in ipſo conſilio dominus Bonus Segnor de Arborio, & Guidetus Draco conſulerunt, quod eligatur per præſens conſilium dominus Gullielmus illuſtris Marchio Montisferrati in Vicarium, Poteſtatem, & Dominum Communis, & hominum de Blandrate uſque ad quinque annos incepturos in Kalendis januarii proxime venturi ad ſalarium librarum ducentum imperialium cum medietate bannorum, & condemnationum ſolidorum decem, & a ſolidis decem ſupra, videlicet de parte contingente communi pro quolibet anno tenendo ipſe dominus Marchio unum Vicarium pro eo in Blandrate per totum prædictum tempus quinque annorum expenſis ſui, ſeu dicti ſalarii, & poſt prædicta facto partito per dictum Vicarium placuit omnibus de ipſo conſilio nemine diſcrepante, quod fiat ſecundum dictum prædictorum Boni Segnoris, & Guidoti Draci, ibique incontinenti prædictum conſilium, ſeu conſiliarii elegerunt dictum dominum Gulielmum illuſtrem Marchionem Montisferrati in Vicarium, & Poteſtatem, & Dominum, & Segnorem Communis, & Univerſitatis de Blandrate uſque ad quinque annos incepturos in Kalendis januarii proxime venturi cum ſalario librarum ducentum imperialium pro quolibet anno dictorum quinque annorum cum medietate bannorum, & condemnationum, & a ſolidis decem ſupra, videlicet de parte contingente Communi, tenendo unum Vicarium in Blandrate ad expenſas dicti domini Marchionis de dicto ſalario, ſalvis, & reſervatis juribus, & honoribus Communis Novariæ, & Vercellarum, & Comitum Blandrate, & omnium aliarum ſingularum perſonarum. Et inde plura inſtrumenta fieri juſſa ſunt. Interfuerunt teſtes Guido de Laude filius Petri de Laude habitator Blandrate, Manfredus filius quondam Madii Servitoris, & Martinus Servitor Vici longi.

Ego Olricus Patria filius quondam Guidonis Pa-

Digitized by Google

tria Notarius interfui, & inde hanc cartam rogatus ſcripſi, & ſubſcripſi.

181 MCCLXXXIII. die XXVI. januarii. *Deditio civitatis Albæ Marchioni Montisferrati.* V. Tabulas ap. Rouſſet T. II. p. 137.

Confirmatio conſuetudinum Communitatis Montisclari facta a DD. Oddono, Ugheto, & Alberto Marchionum de Carreto. Ex Tabulario ejus oppidi.

182 MCCLXXXIV.

Anno Domini MCCLXXXIV., indictione XII., die XX. januarii in Carreto ſcilicet in domo domini Bonifacii de Guarino præſente domino Henrico Templario Marchione de Panzono, & domino Thimoteo Judice de Cremona, & Petro de Eccleſia de Mon. Notario teſtibus rogatis ad poſtulationem, & requiſitionem Pagani de Serirollo, & Ruffino de Rogna de Monteclaro Sindicorum Communitatis, & Univerſitatis Montiſclari ut patet per unum inſtrumentum factum, & compoſitum per manum mei Bonifacii de Denicis Notarii infraſcripti eodem anno, & die Dominico nono .... menſis jan. &c. Dominus Odonus, Ughetus, & Albertus Marchiones de Carreto per ſeſe, & ſuos homines confirmaverunt, & promiſerunt dicto Pagano, & Rufino Sindicis ſtipulantibus, & recipientibus eorum nomine, & nomine, ac vice dictæ Communitatis, & Univerſitatis Montiſclari attendere, & obſervare, & non contravenire de jure, vel de facto omnes bonos uſus, mores, & conſuetudines, quos, & quas dicta Communitas, & Univerſitas Montiſclari habet, vel viſſa eſt habere: ſunt autem infraſcripti.

Inprimis eſt Caſtellum hominum Montiſclari ſicut vadit via de plano villæ per croſſam uſque ad puteum, & a puteo uſque ad domum q. Odonis Fabe, & ... ſicut vadit dicta via a domo q. Odonis Fabe uſque ad domum Garelli, & a domo Garelli uſque ad domum Fabarum, & ſicut dicta via vadit a domo Fabarum uſque ad domum Sclapati, & a domo Sclapati uſque ad domum Botaciorum deverſus caſtello uſque ad dictum caſtellum omnes homines, qui habent terras, poſſeſſiones, domos, & aliquid in dicto confinio poſſunt vendere, alienare, judicare, impignorare cuicumque perſonæ voluerint ſine contradictione . . . . domini Montiſclari infra has coherentias.

Inſuper habent per conſuetudinem ſicut *vadit terra de plano* de villa, & quæ via vadat per croſſam uſque ad domum Oronis Fabe de puteo uſque ad domum Garelli, & ſicut vadit dicta via uſque ad domum Fabarum, & a domo Fabarum uſque ad domum Sclapatorum, & a domo Sclapati uſque ad domum Boccaciorum: omnia ſunt caſtricia uſque ad caſtellum, quæ caſtricia homines Montiſclari poſſunt vendere, dare, alienare, & pro anima judicare ſine contradictione Domini.

Item dicti homines habent in Vado ſicut vadit foſſatum de Barbixino uſque ad flumen Erri, & ſicut vadit flumen Erri uſque ad Bozolaſcum, & ſicut vadit foſſatum Bozolaſchi uſque ad foſſatum Ruagroſſi, & ſicut vadit dictum foſſatum Ruagroſſi uſque in montem Arbigle, & ſicut via Arbigle uſque in mogliam Garini, & ſicut vadit foſſatum Caſtelleti uſque in foſſatum Berbixini eſt vadum dictorum hominum, quod vadum prædicti homines vendere, dare, & judicare ad eorum voluerint facere ſine contradictione domini, & de terris laboratoriis dare tenentur dictum domino, ideſt illi, qui eſt hodie dominus Montiſclari tantum, & non alii perſonæ.

Item dicunt dicti homines Montiſclari, quod ipſi habent unum boſcum in dicto Vado, quem boſcum volunt dicti homines, quod ſit bannitum, & quod aliqua perſona non debeat incidere in dicto boſcho uſque ad tres annos proximos, & a dictis tribus annis in antea debent incidere lignamen de domo, & circhullos, & non aliud lignamen, cui boſcho cohæret foſſarum Caſtagneti, Aſcperelli, & via prout .... uſque ad collam de rainatis a coſta de ten. .... uſque in montem Arbigle, & via ſuperna uſque ad Caſtagnetum Carafiorum.

Item totum boſcum de Devia eſt dictorum hominum, & domini Montiſclari habent dictum, & decimam in terris laboratoriis dicti boſchi de Devia.

Item ſi aliqua perſona de Monteclaro auferret bonum, ſive pignus alicui homini in dicto boſco tertia pars eſt domini, & duæ partes campariorum, & ſi acceperit aliquam beſtiam in dicto nemore, ſive boſco tertia pars eſt domini, & duæ partes campariorum.

Item habent pro conſuetudine dicti homines, quod quælibet perſona, quæ teneat boves, poſſit levare quatuor ſeſtarios frumenti ſine nuncio domini, & non debent dare dictum, & illi, qui habent ſapam, poſſunt levare duos ſeſtarios frumenti ſine nuncio domini, & non debet dare dictum de illis duobus ſtariis.

Item omnes terræ, quæ dant dictum, dare tenentur tantum ſolummodo undecimum ſeſtarium de omnibus blavis de meſoira, computata, bragaza, & inmenda.

Item de omnibus leguminibus, quæ dant dictum, dare tenentur tantummodo ſeptimum ſeſtarium dictum.

Item de Avena, de Faxolis, de Lentibus, & de Melga, & de Cazis, quæ non ſunt batute, non debent dare dictum ſalva Avena, quæ terminatur in Devia, quæ tenetur dare dictum extranei, & non illi de Monteclaro.

Item ille, qui non habet gallinam de a portu poteſt dare denarios XII. domino pro illa gallina.

Item ſi cum eſt in Monteclaro debet *habere de capere* (via) gallinam per denarios XII. tantum pro villa Aſtenſium.

Item homines de Meladio, & de Saxello, & de Varagine, de Pareto, de Spigno non debent ſolvere pedagium in Monteclaro, & homines Montiſclari non debent ſolvere pedagium in villis prædictis, nec lezam, nec curariam, & homines Meladii debent juvare, & adjuvare ad defendendum Montemclarum pro pedagio.

Item ſi aliqua perſona decederet ſine hærede in rebus mobilibus poteſt judicare duas partes cuicum-

Digitized by Google

que perſonæ voluerit, & tertiam partem domino, & ſi decederet ſine teſtamento dominus debet habere totum.

Item ſi ſunt plures fratres, & non ſunt diviſi, & aliquis iſtorum deceſſerit quod reliqui fratres ſuccedant bonis mobilibus, & immobilibus fratris defuncti.

Item quælibet perſona de Monteclaro poteſt facere ortum, & Canabelle, & pratum in ſuis terris, in quibus voluerit, & non tenetur dare dictum domino.

Item omnes homines de Monteclaro debent facere roxiam domino Montiſclari cum bobus in braida ad ſeminandum præter hæredes Rolandi de Cruceferia, & omnes illi, qui poſſunt ſe defendere cum carta de dicta roxia ſunt abſoluti, & omnes debent paſcere ejus boves.

Item ſi aliqua perſona Montisclari acquiſierit de maſſariis hominum Montiſclari, quod dominus Montiſclari non poteſt confirmare dictam menſuram ementi convenienter fueverunt, tenetur, & debet ſolvere fodrum, & alias conditiones, quod, & quas illa menſura, & tenentes eam dare, & ſolvere conſueverunt.

Item ſi aliquod poderium perveneris ad dominum & ipſe dominus donat alicui, ille debeat ſolvere, & dare fodrum, & alias conditiones dicti poderii *dare* (*f.* Dnis) videlicet infraſ. lib. X.

Item homines de Stella non debent dare pedagium in Monteclaro, & omnes Montiſclari non debent dare pedagium in Villa Stellæ, hoc ideo quia fuerunt denoo conſortita.

Item ſi habent aliquam conſuetudinem inter eos, non debent dicti homines dare, vel ſolvere dictum aliquod niſi fuerit ſententiata per judicem, & ſi contingeret judicem venire occaſione illius quæſtionis, debet ſolvi expenſis hominum placitantium.

Item habent conſuetudinem, quod Caſtellanus Montiſclari poteſt facere aconzamentum, & confirmare in loco Montiſclari.

Ego Antonius de Judicibus de Spigno Imperiali auctoritate Notarius, & locumtenens ex commiſſione data, & facta a domino Alberto de Carreto Marchione Saon. hanc cartam de protocollis, ſive rogat. q. Bonifacii de Donice Notarii prout in ipſis inveni, ita fideliter ſcripſi, & in publicam formam redegi nihil addens, vel minuens niſi forte punctum, copullam, vel ſillabam, qua non mutat ſubſtantiam veritatis, vel intellectum varietatis, & me ſubſcripſi, atque ſignum meum conſuetum, & aliis impoſui, & me ſubſcripſi.

Eodem anno. *Inveſtitura feudorum a Republica Januenſi Oddoni, Hugoni, & Alberto MM. de Carreto conceſſa. Brich. Tab. Carret. ex Friderico de Fridericis.*

Confeſſio Oddonis, Hugonis, & Alberti MM. quod juriſdictio in territorio Ferraniæ integre ſpectat ad Eccleſiam. Ex Coll. DD. Ferranica.

183 MCCLXXXV.

Anno Domini MCCLXXXV., die XXVI. martii. Quum . . . . . exactores fodri hominum Carii acceſſiſſent ad domum Jacherii Guallæ de valle Burmiæ habitantes in poſſe Ferraniæ cauſa exigendi ab ipſo ſolidos tres, & exinde . . . . . pignus pro dicto fodro per violentiam exportaſſent . . . . . & D. Præpoſitus (Ferraniæ) . . . . . requiſiviſſet DD. Oddonem, & Hugonem, & Albertum MM. de Carreto, & dominos Carii, & . . . Communitatem . . . . . Carii, ut faceret ipſi D. Præpoſito reſtitui dictum pignus . . . . ideo dicti DD. Oddo, Hugo, & Albertus MM. in plena congregatione hominum Carii . . . . & ipſi homines univerſi . . . . ſe nullum jus, vel juriſdictionem habere in toto poſſe Ferraniæ, niſi in quantum ſibi concederetur per Eccleſiam Ferranicenſem recognoverunt . . . . & propterea dictum pignus ablatum dicto Jacherio reſtituerunt. Actum &c. in præſentia &c. *Coll. DD. Ferr. p. 2. pag. 32.*

184

MCCLXXXV. X. octobris. *Venditio ab Ottone de Turri Oberto Epiſcopo Aſtenſi facta de bonis, & redditibus S. Michaelis excepto palatio ad Marchionem Nanum ſpectante.* Ex Chartul. Aſten.

185

MCCLXXXVI. VI. martii. *Conventio DD. Bonifacii, Paolucii, Manfredi fratrum Marchionum Cevæ.* R. A.

186

MCCLXXXVI. *Emphiteuſis ab Abbate S. Mauri de Pulcherada de alpibus a Cruce Rovetti uſque ad ſummitatem montium Marchioni Gullielmo conceſſa.* Ex Tabul. R. Æcon.

Eod. an. *Breve Honorii IV. circa occiſionem Epiſcopi Terdonenſis culpa Marchionis Montiſferrati patratam, in quo cædes ſacrilega refertur, ac pœnitentialia opera recenſentur ab Epiſcopo Conzani delegato Pontificis ei præſcribenda Ugh. Ep. Derton. T. IV. p. 637.* it. ex Ughellio Iricus lib. I. p. 100.

187

MCCLXXXVII. VII. martii. *Sententia ex compromiſſo de quæſtionibus inter Marchionem Nanum, & Georgium patrem, & filium Marchiones Cevæ, & Bonifacium, Manfredum, Paoluccium de Nucceto filios q. Gulielmi Marchionis Cevæ, vi cujus omni eorum juri in Marchionatu Cevæ . . . . . renunciant, media reſtitutione Nuceti a Nano Marchione eis facta, pro qua ſpondent ſe hujus feudi inveſtituram ab ipſo Nano, ejuſque hæredibus petituros.*

Hæc autem ſententia jubente Gulielmo Paolucii filio patris nomine fuit ex autographo ſolemniter exſcripta Salutiis ſub porticu domus domini Marchionis ubi jus redditur coram domino Henrico de Verduno Judice, & Vicario generali Manfredi Marchionis anno MCCCXXIV. die XIX. ſeptembris ap. M. a Boſia.

Pacta conventa inter Gulielmum Marchionem Cevæ, & Communitatem Montisregalis ex libro cui titulo jura Montiſregalis.

MCCLXXXVIII. 188

Anno Domini MCCLXXXVIII., indictione I., die Jovis XXVI. februarii. In Monteregali in domo Communis præſentibus Facio filio Ottonis Biglioni, Gullielmo filio Johannis Anelæ, Garlanda decano, & Ramundo Prevero decano teſtibus rogatis.

Digitized by Google

Noverint universi præsentes pariter, & futuri, quod D. Jacobus de Solario Potestas Montisregalis, D. Gullielmus, qui dicitur Berrana, D. Brexaninus Brexani Rectores societatis B. Donati, & Jacobus de Romanisio Sindicus loci ejusdem ex vigore Bayliæ sibi concessæ a generali Consilio Montisregalis super habitatoribus recipiendis, tenor cujus talis est. Anno Domini MCCLXXXVIII., indictione I., die Veneris II. exeunte januario in pleno Consilio Montisregalis sono campanarum, & voce preconum more solito congregato D. Jacobus de Solario Potestas Montisregalis petiit sibi consilium exhiberi super infrascriptis primo &c.

Item quomodo, & qua forma volunt, quod habitatores recipiantur. In reformatione cujus consilii placuit majori parti, quod D. Potestas, Rectores, & Sindicus possint recipere habitatores secundum formam capituli, & illud, quod fecerint, valeat, & teneat, ac si totum consilium fecisset. Receperunt in dictum absente dicto Brexanino in habitatorem, incolam, & vicinum Communis Montisregalis illustrem virum D. Gullielmum Marchionem Cevæ in pleno, & generali consilio dicti loci more solito in domo Communis congregato specialiter ad sacramentum dicti D. Gullielmi, & credendariorum recipiendum pactis, & conventionibus continentiæ infrascriptæ. Hæc sunt pacta, quæ fecit nobilis vir D. Gullielmus Marchio Cevæ pro se, & hæredibus suis, Vassallis, & hominibus cum D. Jacobo de Solario Potestate Montisregalis, & cum D. Brexanino, & Gullielmo de Brexanis, & cum D. Jacobo de Romanisio dicti Communis Montisregalis, quibus data est Baylia per Consilium generale Montis recipiendi habitatores. Primo promisit dictus D. Gullielmus Marchio Cevæ emere, & habere in villa Montisregalis sine fraude, & dolo unam domum, vel domos valoris centum librarum ad minus, & quod erit fidelis habitator Montis, quæ domus sit obligata pro taleis, & fodris, & obligatæ si plures emerit, sicut in capitulo Montis continetur, & eas, vel eam habitare promisit usque ad octavam Paschæ proximæ venturæ, nisi inde habuerit parabolam a Communi. Item promisit solvere fodrum, seu taleam in Monte pro extimo 100. librarum, sicut solvunt, & solvent alii habitatores Montis. Item promisit pro se, & suis Vassallis, & suis hominibus pro Communi Montis exercitum, & cavalcatas, & aliæ, quæ facient habitatores Montis, quando fuerit requisitus, & quando casus se ingereret opportunus contra alias personas quascumque, salvo contra Marchionem Montisferrati, quem non intendit offendere, nec pro ipso Marchione Montisferrati aliquid intendit facere contra Commune, nec contractare, nec ordinare; & si contingeret eum non facere exercitum, vel cavalcatas semper gaudeat habitatione quousque fuerit requisitus. Item excipit Marchionem Saluciarum sub hac forma, quod si contingeret dictum Marchionem Saluciarum, vel ejus homines venire contra locum Montis, vel jurisdictionem, & homines ipsius vult, & paratus est dictus D. Guillelmus esse ad defensionem, tuitionem, & gubernationem loci, & Communis Montis, & jurisdictionis ejus, sicut alii habitatores Montis, dum tamen non teneatur dictus D. Gullielmus, nec ejus homines ire ad offendendum dictum Marchionem Saluciarum, nec ejus terram extra territorium, & jurisdictionem Montis. Item excipit illos Dominos, a quibus teneret feuda aliqua, & illas personas, quæ sibi essent submissæ ratione feudi, & D. Guillelmum de Ponti Marchionem de Carreto generum suum. Item promisit dictus D. Guillelmus pro se, & hæredibus suis, & Vassallis, & hominibus salvare Commune, & homines Montis bona fide, & dictos homines Montis recolligere, & salvare in terra sua, & jurisdictione sua, & prædicta omnia, & singula suprascripta attendere, & observare in supradicto consilio pleno promisit dictus D. Gullielmus Marchio prædicto D. Potestati, & Jacobo de Romanisio Sindico dicti Communis, & mihi Robaudo Notario infrascripto, ut publicæ personæ recipienti, & stipulanti nomine Credentiæ Montis, & totius Universitatis ejusdem, ac etiam ad sancta Dei Evangelia idem D. Guillelmus Marchio, & ejus filius D. Fredericus perpetuo inviolabiliter attendere juraverunt corporaliter tacto libro. Versa vice dicti D. Jacobus de Solario Potestas Montisregalis, & Brexanus, & Guillelmus Rectores societatis, & Jacobus de Romanisio Sindicus nomine dicti Communis infrascripta pacta fecerunt, & promiserunt prædicto D. Guillielmo Marchioni, & hæredibus suis, & Vassallis attendere, & observare bona fide, ac etiam tacto libro ad sacra Dei Evangelia corporaliter juraverunt cum infrascriptis credendariis dicti loci excepto D. Potestate, qui non juravit, nec etiam D. Brexaninus, nec etiam dictus Sindicus nomine omnium de credentia, & totius Universitatis, & super animabus ipsorum attendere, & infrascripta juraverunt Primo promiserunt dictum D. Guillielmum Marchionem Cevæ tenere, & habere pro bono, & charo habitatore Montis pro se, & suis hæredibus, Vassallis, & hominibus, & quod Commune Montis eum tenebit pro habitatore, & tractabit sicut alios habitatores Montis. Item promiserunt prædicto D. Guillelmo dare consilium, auxilium, & juvamen contra omnes alias personas præterquam contra D. Astensem Episcopum, & Commune Astense, & omnia jura durante jura prædicta. Item excipiunt D. Marchio Montisferrati, & D. Marchio Saluciarum, sicut exceptati sunt per D. Guillielmum. Ita quod Commune Montis teneatur facere contra prædictos Marchiones pro D. Guillielmo, sicut tenebitur dictus D. Guillielmus contra prædictos pro dicto Communi Montis. Excipiunt autem Nicolaum, & Petrum Cavalerium, & ejus fratres. Item promiserunt nomine dicti Communis, quod Commune Montis recolliget, salvabit, & reducet dictum D. Guillielmum, Vassallos, & ejus homines in toto territorio, & jurisdictione Montis, & in Monte bona fide, sicut alios habitatores Montis. Item voluerunt, quod prædicta observentur non obstantibus aliquibus capitulis, quæ istis capitulis, & conventionibus in aliquo obviarent, & specialiter capitulis, in quibus continetur, quod habitatores Montis debeant ibi habitare ad focum, & cathenam, & aliis capitulis de hoc loquentibus. Nomina vero Decurionum, seu qui juraverunt pacta, & conventiones attendere, & observare dicto D. Guillelmo.

ut ſupra ſunt hæc D. Conradus Brexanus &c. *Nomina eadem ſunt, ac in alia poſteriore ſequenti numero, relata, quæ proinde conſulto prætermitto illud ſolum animadvertens multam inter hoc exemplar, & aliud quod in Cod. MS. Comitis Caroli Salutii de Paeſana legere eſt in nominum recenſione varietatem adeſſe.* Et ego Nicoletus Ruvor Notarius auctoritate mihi conceſſa a conſilio generali Montiſregalis, nihil addens, vel minuens præter punctum, vel ſillabam de abbreviationibus olim Robaudi de Savil ano Notarii ſic ſcripſi, & extraxi.

Tabulæ fœderis inter D. Manuelem Marchionem Cravexanæ, & Communitatem Montisregalis. Ex eodem lib.

189 MCCLXXXVIII.

Anno Domini MCCLXXXVIII., indictione I., die lunæ XVI. auguſti in Monteregali in domo Communis præſentibus Henrico Dati Notario, Bonanato Fauſſono Notario, Petro Tricolo Notario, Bertramo de Cinalio, Rufino de Braida, & Jacobo Toſcano decano teſtibus rogatis, & vocatis. Infraſcripta pacta fecerunt, tractaverunt, & compleverunt nobilis vir D. Manuel Marchio Craveſanæ per ſe, & hæredes ſuos ex una parte, & D. Jacobus de Solario Poteſtas Montiſregalis ex altera. Primo promiſit dictus D. Poteſtas, & Conſiliarii nomine prædicti Communis Montiſregalis recipere dictum D. Manuelem in habitatorem Montiſregalis, & eum receperunt in habitatorem promittendo, quod eum tenebunt tamquam bonum, & carum habitatorem. Item promiſit dictum D. Manuelem, & familiam ſuam, & omnes Vaſſallos, & homines ſuos, & bona, & res ipſorum ſalvare, cuſtodire, manutenere, juvare, & defendere, & bona fide tractare in poſſe, & juriſdictione Montis contra omnes perſonas exceptis infraſcriptis, & inferius denotatis. Item promiſerunt dare, & concedere dicto D. Manuelli centum clientes ultra jugum omni anno ſemel tantum in anno, ſi dictus D. Manuel faceret exercitum generale ultra jugum, & hoc promiſerunt facere per unum menſem expenſis dicti Communis Montis, & ultra dictum menſem expenſis dicti Manuelis, & hoc teneatur facere, ſi inde fuerint requiſiti per dictum D. Manuellem. Item promiſerunt dictus D. Poteſtas, & Conſiliarii nomine prædicto juvare, defendere, & manutenere caſtra, villas, & loca Cravexanæ, & Marſagliæ dicto D. Manuelli contra omnes perſonas exceptis infraſcriptis, & inferius denotatis. Item promiſerunt, quod ſi homines Cravexanæ, & Marſagliæ haberent guerram pro Communi Montis, vel occaſione Communis Montis, ſive ad inſtantiam dicti Communis dictum Commune teneatur facere guerram vivam, ſicut pro ſe ipſis. Exceptati autem pro Communi Montis ſunt iſti. Primo D. Epiſcopus Aſtenſis, & terra ipſius. Item Commune Aſtenſe, & Communia jure præſtante dicta jura. Item Commune Januæ. Item Nicolaus, & Petrus Cavallerius, & fratres. Verſa vice dictus D. Manuel Marchio Cravexanæ pro ſe, & hæredibus ſuis promiſit D. Jacobo de Solario Poteſtati Montis, & infraſcriptis Conſiliariis recipientibus nomine Communis Montisregalis, quod ipſe erit bonus, & fidelis habitator Montiſregalis, & quod ipſemet in Montevico unam domum, vel domos valentem centum libras ad minus, quam domum promiſit habere, & emere hinc ad feſtum Nativitatis Domini proxime venturum, quæ domus ſit obligata Communi Montis pro ſolvendis fodris, & taleis, ſicut in Capitulis Montis continetur. Item promiſit dictus D. Manuel ſolvere fodrum, & taliam in Monte de libris ducentum Aſtenſium, quoties, & ſicut ſolverent alii habitatores Montis. Item promiſit omnes homines Montis, & juriſdictionis, & bona ipſorum ſalvare, & cuſtodire, & manutenere, juvare, defendere, & tractare bona fide in poſſe, & juriſdictione ſua, & in omnibus terris ſuis contra omnes perſonas exceptis infraſcriptis, & inferius notatis. Item promiſit dictus D. Manuel facere pacem, & guerram pro Communi, & hominibus Montis de caſtris, villis, & hominibus Cravexanæ, & Marſagliæ, & reducere, & recolligere homines Montis communiter, & diviſim in dictis terris, villis, ſeu locis, & in omni terra ſua, & facere exercitus, & cavalcatas pro Communi Montis de dictis caſtris, & villis excepto contra inferius nominatos. Nominati autem, & exceptati ſunt iſti D. Marchio Montisferrati. Item Commune Januæ, Commune Albæ, & Commune Claraſchi. Item convenitur inter dictas partes, quod D. Manuel non teneatur juri parere in Monte, niſi quantum eſſet de contractibus habitis, & celebratis in loco Montis, & poſſe, & niſi ſicut de jure debebit. Item promiſit dictus D. Manuel dare, & concedere centum clientes, ſive Baliſtarios de hominibus ſuis de ultra jugum omni anno, ſemel tantum in anno, ſi dictum Commune faceret exercitum generalem, & hoc promiſit facere per unum menſem expenſis dicti D. Manuelis, & ultra dictum menſem expenſis dicti Communis Montis, & hoc facere teneatur, ſi inde fuerit requiſitus pro Commune Montis, vel Rectore dicti loci. Et hæc omnia, & ſingula ſupraſcripta D. Poteſtas, & Conſiliarii infraſcripti eidem D. Manuelli ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis, & mihi Notario infraſcripto recipienti nomine, & vice omnium, quorum intereſſet, vel intereſſe poſſet, promiſerunt attendere, & obſervare perpetuo, & bona fide, & numquam contrafacere, vel venire aliqua cauſa, vel ingenio de jure, vel de facto ſub obligatione omnium bonorum dicti Communis, & refectione damnorum, & expenſarum, & totius intereſſe. Quæ quidem bona obligavit prædicto D. Manuelli, & mihi Notario recipienti nomine, quo ſupra pro prædictis, & ſingulis ſupradictis perpetuo obſervandis, & ad majorem firmitatem dictus D. Poteſtas, & Conſiliarii infraſcripti juraverunt ad ſacra Dei Evangelia omnia ſupradicta, & quodlibet prædictorum tacto libro inviolabiliter obſervare. Et hæc omnia, & ſingula ſupraſcripta, & promiſſa dictus D. Manuel per ſe, & ſuos hæredes dicto D. Poteſtati, & Conſiliariis infraſcriptis, & mihi Notario recipienti nomine prædicti Communis Montis, & omnium ipſorum intereſſet, vel intereſſe poſſet, promiſit attendere, & obſervare, & non contrafacere, vel venire aliqua cauſa, vel ingenio per ſe, vel per interpoſitam perſonam, etiamſi de jure con-

travenire posset sub obligatione omnium bonorum suorum, & refectione damnorum, & expensarum, & totius interesse, quæ quidem bona pro omnibus prædictis, & singulis attendendis, & observandis obligavit dicto D. Potestati, & Consiliariis, & mihi Notario recipienti nomine prædicto, & ad majorem firmitatem prædicta omnia juravit ad sacra Dei Evangelia attendere, & observare corporaliter tacto libro. Item juravit habitaculum dicti loci, sicut in pactis superius scriptis plenius continetur. Nomina autem Consiliariorum sunt hæc D. Coradus Brexanus, D. Blancus Brexanus, D. Berrana Brexanus, D. Odo Brexanus, Obertus Brexanus, Sadonius Brexanus, Nicoletus Reglatius, Brexanus Reglatius, Guglielmus Reglatius, Caria Faussonus, Henricus Faussonus, Monacus Faussonus, D. Jacobus Donzelius, Joannes Cauderarius, Petrus Cauderarius, Jacobus de Aynoda, Petrus de Aynoda, Guglielmus Torcherius, Calcanus Dolius, Obertus Anella, Guillelmus de Lova, Guillelmus Rogerius, Jacobus de Burgo, Guillelmus Dondinus, Jacobus Rogerius, Manfredus Scassus, Marcius de Lavagnina, Petrus Cinaverius, Nicoletus Ruver, D. Bonitacius de Bozolascho, Oddinus de Morotio, Obbertus de Turri, Robaudus de Polis, Jacobus Tricolus, Oddo Tricolus, Henricus de Aymis, Ramundus de Aymis, Guillelmus de Aymis, Guillelmus de Tollo, Mina Radantius, Jacomonus de Lupicino, Guillelmus Thomas, Joannes Tareglianus, Ramundus Boverius, Raphael de Nani, Jacobus Centus, Henricus de Syneo, Jacomellus Bonada, Oddo Biglionus, Guillelmus Biglionus, Jacobus Rubeus, Ubertis Du, Latius Bonardus, Oddo Magl anus, Nicoletus Grammaticus, Petrus Crosettus, Bellardus Blancus, D. Guillelmus Burgensis, Pontius Burgensis, Robaudus de Saviliano, Thomas Garotius, Brexanus de Valle, Conradus Dolius, Petrus Dolius, Arditio Dolius, Petrus frater Anselmi Dolii, Ubertus Molinarius, Deloss de Morotio, Petrus Azurtius, Guillelmus Travaglius, Henricus de Mogliolis, Thomas Garbena, Jacobus Clericus, Andreas Vascus, Septem Molinarius, Henricus Xararatus, & Jacobus Palmexanus. Et inde plura instrumenta ejusdem tenoris mihi Notario fieri, & refieri præceperunt. Et ego Guillelmus de Vasco Notarius dictus Bagnoffer scripsi hanc cartam.

190

MCCLXXXVIII. *Confœderatio a Communitatibus Januæ, Mediolani, Papiæ, Placentiæ, Cremonæ, & Brixiæ adversus Guillelmum Marchionem Montisferrati.* Ann. Genuen.

Eodem anno. Venditio partis in Uvada a D. Guerrera filia, & hærede quondam Henrigaccii de Bosco, & uxore Leonis Marchionis de Ponzono pro libris .... Januinorum Januensibus facta quamvis de jure amisisset eandem, eo quod dictus pater ejus Communi Januæ feudatarius tempore Caroli Regis guerram fecisset Communi Januæ pro Rege supradicto, & eidem fidelitatem de feudo Communis jurasset. Ibi item Stella &c.

191

MCCLXXXIX. die XXIII. julii. *Ratihabitio venditionis aliquorum castrorum, ac possessionum facta a Marchione Leone de Ponzono procuratoribus Januensibus: extat in Tabul. MM. Botta Adorno.*

192

MCCLXXXIX. *Venditio partis loci Ovadæ Januensibus facta ab Ugheta filia Marchionis Boschi, & uxore Marchionis Ponzoni.* Ex Annal. Jan.

Conventiones inter Communitatem Turris Uzoni Dioc. Aq., & Albertum M. de Carreto. Ex autog. apud M. Scarampum de Pruneto.

MCCXC. 193

Anno Domini MCCXC., indictione III., die Mercurii tertio madii, in castro Turris Uzoni præsentibus domino Jacobo Pata, Maynfredo de Gorrino, & Guillelmo de Verugine testibus vocatis, & rogatis. Cum omnes homines Turris Uzonis essent coram domino Alberto Marchione de Carreto more solito congregato occasione tractandi, & ordinandi bona, & utilia Communis dicti loci convenerunt se se in unum, & ordinaverunt prout inferius continetur. Videlicet quod si aliquis homo de Turre Uzonis habens terras, & possessiones in dicto loco ibit de novo ad manendum extra posse Turris Uconi, sive districtus dictæ villæ, & stabit per spacium duorum annorum extra dictum posse; quod abinde in antea bona sua omnia perveniant, & pervenire debeant ad prædictum dominum Albertum sine aliqua quæstione. Si vero aliquis homo dicti loci hinc retro iverit ad standum extra dictum posse, & non venerit infra unum annum, quod dictus dominus Albertus sua auctoritate accipere possit omnia bona sua, & de ipsis bonis ad suam facere omnimodam voluntatem. Insuper ordinaverunt prædicti homines de communi voluntate, quod si aliqua mulier nupta fuerit per patrem, matrem, vel fratres, seu per parentes, quod non possit, nec debeat petere partem, vel aliquid in bonis paternis, vel maternis nisi dotem sibi promissam per prædictos, & ultra id nichil petere debeat in dictis bonis. Insuper fuit dictum, & ordinatum, quod ille, qui esset investitus per dictum dominum Albertum de bonis illius, qui staret ultra dictum tempus extra terram, teneatur servire dicta bona secundum quod consueverat ille, cujus fuerant; & inde duo instrumenta, vel plura fieri rogaverunt, ut supra. Ego Bartholomeus Boverius Notarius hanc cartam rogatus scripsi.

Transactio inter Marchiones Ponzoni, & Communitatem Januæ circa eorum jura in nemus Montis Ursalis. Ex charta autent. penes me.

MCCXC. 194

In nomine Domini Amen. Cum inter Commune Januæ ex una parte, & Dominos Thomam filium q. D. Enrici, Manfredinum filium q. D. Conradi, & Enricetum q. D. Bonifacii Marchionis de Ponzono pro se, & hominibus eorum de Spigno ex altera quæstiones, & lites, atque controversiæ, seu contentiones orirentur, & plerumque ortæ fuissent, ac imposterum exoriri possent occasione nemoris infrascripti, quod nemus dicitur Mons Ursalis volentes ipsæ partes omnem materiam litium, & contea-

tized by Google

tionum de medio tollere, ut eis impoſterum locus aliquis minime relinquatur ita inter ſe tranſigerunt, & pacti fecerunt D. Joannes de Lucino Poteſtas Januæ, & DD. Obertus Spinula, & Conradus Auriæ Capitaneus Communis, & populi Januæ de voluntate, & conſenſu conſiliariorum, & antianorum Communis Januæ ad conſilium more ſolito congregatorum, nec non & ipſi antiani, & conſiliarii in præſentia decreto, & auctoritate dictorum D D. Poteſtatis, & Capitaneorum nomine, & vice Communis Januæ ex una parte, & dicti DD. Thomas, Enricetus, & Manfredino pro ſe, & hominibus ſuis de Spigno ex altera, videlicet quia ex cauſa tranſactionis ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod dictum nemus cuſtodiatur, & banniatur per homines de Pareto, qui ſunt homines Communis Januæ, & per homines de Spigno, ſive per camparios electos, & conſtitutos a dictis hominibus de Pareto, vel ab eorum Caſtellano, & ab hominibus de Spigno, & quod omnia banna, quæ auferentur ab aliquibus perſonis inventis in ipſo nemore contra prohibitionem, & omne id, quod exigetur occaſione bannorum ipſius nemoris dividere debeant per medium. Videlicet quod Commune Januæ, ſeu Caſtellanum Pareti habeant medietatem, & dicti Marchiones pro ſe, & hominibus ſuis habeant aliam medietatem. Acto quod ad removendas diſcordias inter homines Pareti, & homines Spigni, quod camparii de Spigno non capiant pignora, ſive banna ab hominibus de Pareto, ſcilicet Commune Januæ teneatur illa facere ſolvi ab hominibus de Pareto, & Converſo camparii Pareti non capiant pignora, ſive banna ab hominibus de Spigno, ſed dicti Marchiones teneantur ſolvere, & ſolvi facere ipſa banna, ita quod camparii poſſint, & debeant denunciare eos, quos invenerint in ipſo nemore contra prohibitionem ex hominibus ipſorum locorum, & credatur verbo cujuslibet camparii ſine alia probatione, & ſemper ſingulis annis camparii innoventur, & de novo ponantur. Item ex cauſa tranſactionis prædictæ ſtatutum eſt, & ordinatum, quod ſi quo tempore Commune Januæ ad opus Commnnis, & ad ſuas expenſas voluerit facere fieri, vel fabricari galeas, liceat Communi Januæ, & Nunciis ipſius Communis accipere de ipſius legnamine boſchi, & arboribus quantum neceſſarium fuerit ad fabricam galearum quinquaginta, ita quod liceretur ſine aliqua probatione, & ſine aliqua præſtatione Communi Januæ quandocumque galeas ad opus Communis facere fieri vellet, poſſit boſcare, & boſcari facere in ipſo nemore lignamen ſufficiens uſque in galeis quinquaginta ad ſuam voluntatem. Ita tamen quod ſi Commune Januæ boſcari fecerit aliquo tempore legnamen pro galeis quinquaginta debeat ceſſare ab inciſione nemoris uſque ad annos decem tunc proximos ſubſequentes ad hoc ut nemus poſſit, & valeat pullulare, & poſtea ſubſequenter de decem in decem annis poſſit Commune Januæ accipere, & accipi facere, ſi voluerit facere fieri galeas ad opus Communis lignamen ſufficiens ad fabricam quindecim galearum, & Commune Januæ debeat adjuvare dictos Marchiones, & homines de Spigno, & de Pareto ad nemus prædictum defendendum ab omni perſona, & dare opem, & conſilium, & auxilium contra omnes perſonas ad tuitionem, & cuſtodiam nemoris prædicti, & dicti Marchiones, & homines ſui debent dare conſilium, opem, & auxilium prædicto Communi Januæ ad prædictum nemus defendendum, & tuendum. Acto etiam, & expreſſim dicto inter ipſas partes, quod Commune Januæ uſquequo prædicta per ipſos Marchiones fuerint obſervata, non poſſit, nec debeat de ipſo boſco, vel aliqua parte movere controverſiam, neque e converſo ipſi Marchiones contra Commune Januæ quouſque per Commune prædicta fuerint obſervata, poſſint, nec debeant movere controverſiam contra Commune de ipſo boſco, vel ejus parte, ſed ſemper debeant ipſum nemus remanere ad utilitatem utriuſque partis ſecundum modum, & formam ſuperius traditam poſſint etiam dicti Marchiones, & homines de Spigno, atque Pareto ex ipſo nemore incidere, & uti, & frui pro eorum uſu, & pro eorum beſtiis, ſicut olim uti, & frui conſueverunt. Supradicta omnia, & ſingula promiſerunt ad invicem dictæ partes inter ſe ſe ſupradicti D. D. Poteſtas, Capitaneus, antiani, & conſiliarii nomine, & vice dicti Communis, & dicti Marchiones pro ſe, & dictis hominibus ſuis ut ſupra attendere, & obſervare perpetuum, & in nullo contravenire ſub pœna librarum mille Januæ inter ipſas partes ad invicem ſtipulata, & promiſſa, quam petere, & exigere poſſit cum effectu pars, quæ obſervaret a parte non obſervante, qua ſoluta, & etiam non ſoluta ratis exiſtentibus ſupradictis obligantes propterea bona ſua dicti Marchiones eiſdem D. D. Poteſtati, Capitaneo, & antianis, & conſiliariis ſtipulantibus nomine dicti Communis, & dicti D. D. Poteſtas, Capitaneus, antiani, & conſiliarii pro eodem Communi eiſdem Marchionibus bona Communis Januæ, quæ obligari poſſunt præſentia ſcilicet, & futura, cui nemori cohæret, ut infra ſcilicet ab una parte decurrit aqua rivi Ambroſii uſque in rivi Franguelli, ab alia parte verſus occidentem decurrit aqua Franguelli, ab alia parte decurrit aqua Vallis uſque in poſſe illorum de Deo, & ipſa aqua dividit dictum nemus uſque in territorium de Juſvalla, & eſt in medio dictorum territoriorum locus quidam, qui dicitur Canavii Juſvalle revolvendo uſque in roverem bellam, quæ dividit territorium ipſius a territorio Juſvalle ſuperius deverſus orientem eſt via, quæ dividit territorium dicti nemoris a territorio Meugii. Inſuper ex pacto in continenti adhibito in prædictis promittimus, & convenimus vobis dictis D. D. Poteſtati, Capitaneis, antianis, & conſiliariis ſtipulantibus nomine, & vice Communis Januæ, quod faciemus, & jurabimus, ita quod homines de Spigno attendent, & obſervabunt omnia, & ſingula ſupradicta in omnibus, & per omnia prout per nos obſervari debent, ſeu obſervari promiſſa ſunt, ut ſuperius continetur. Et ipſa omnia ratificabunt, & confirmabunt, & firma habebunt, & tenebunt in perpetuum. Ac ſi per eos nomine dictæ Univerſitatis Communi Januæ, ſeu legitimæ perſonæ ſtipulanti pro ipſo Communi Januæ, ſive nomine ipſius ſolemniter, & efficaciter promiſſæ fuiſſent obligando ſe de prædictis Communi Januæ, ſeu legitimæ perſonæ pro ipſo Communi in publico inſtrumento exinde conficiendo cum penalibus ſtipu-

lationibus, & hypothecis in laude ſapientis uſque ad Kalendas martii proxime venturas ſub hypotheca, & obligatione bonorum noſtrorum, & cujuslibet noſtrum &c.

Actum Januæ in palatio hæredum q. Oberti Auriæ teſtes D. D. Bertolinus Bonifacii, Judex Obertinus Paxius, & Caſtellanus de Lauro Judex, Jacobus Alpanus, & Loyſius Calvus anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo nonageſimo, die vigeſimaſecunda ſeptembris circa Completorium.

Et ego Rollandus de Riccardo ſacri Palatii Notarius, & hæc inſtrumenta quinque donationum feudorum, & conventionum extraxi, & exemplavi ex Chartulario inſtrumentorum compoſitorum manu Lanfranchi de Vallario Notario &c.

195

MCCXC. die XXX. octob. *Charta, qua Oddonus, & Albertus fratres Marchiones de Carreto promittunt ſe conventionem an. MCCXXXV., die VI. decembris cum popularibus Carii initam obſervaturos, ac præterea eam iterum novo diplomate confirmant* teſtis D. Thomas de Turri Marchio de Carreto.

196

MCCXCI die XX. novembris. *Notitia venditionis Spigni, terrarumque ejus imperio ſubjectarum Communi Januæ factæ a Thoma, Henrico, & Manfredino de Ponzono.* Ex Lunig. C. I. D. T. I. col. 376.

197

MCCXCI. die XV. junii. *Donatio a Marchione Thoma de Saluzio, & Alovſia de Ceva Comitiſſa ejus uxore Monaſterio de Riſredo.* Extat in Tabul. CC. Sal. de Paeſana.

Conventiones inter Oddonem, & Manfredum MM. de Carreto, & Communitatem Curtiſmiliæ. Ex Tab. M. Scaram. de Pruneto.

198 MCCXCI.

Anno Domini MCCXCI., indicione IV., die martis XVI. octobris. In Curtiſmilia præſentibus domino Guillelmo de Pruneto, Guillelmo de Veragine, domino Baudracho Pautrerio de Alba, Percivallo de Calverich, & Johannino de Novello, cui dicitur Raſizotus teſtibus vocatis, & rogatis. Conſiliarii Communis Curtiſmiliæ in Eccleſia ſancti Michaelis per ſonum campanæ caſtri more ſolito congregati, & quibus data erat plena poteſtas ab Univerſitate hominum Curtiſmiliæ, ut patet per inſtrumentum factum manu Petri de Eccleſia Notarii ſub eodem anno, & eadem indicione, die ſeptimo menſis octobris, nomina quorum conſiliariorum inferius nominantur. Inprimis Facius de Curtino, Oddo Mulacius, Magiſter Dominicus Mulacius, Jacobus de Merlo, Baſtardus Mulacius, Baſtardinus Judicis, Henricus de Turre, Peranus Rodinus, Johannes Verrus, dominus Guillelmus de Eccleſia, Fenoginus Oddonus domini Petri, Bartholomeus de Alexandria, Laurentius de Voeria, Bonusjohannes Nozonus, Petrus de Eccleſia, Guillelmus de Caſurcio, dominus Jacobus Rabinus, Arnaldus Garibous, Jacobus Rubeus, Bonusjohannes Cauderarius, Petrus de Dego, Guillelmus Maynerdus, Morandus Maynerdus, Bonius de Rocha, Guillelmus de Merlo, & Belardus Victuralis pro libertate, & utilitate Univerſitatis eorum nomine, & nomine dictæ Univerſitatis, & omnium, & ſingulorum hominum, & perſonarum manencium, & manſurorum in poſſe, & juriſdicione villæ, & burghi Curtiſmiliæ per ſe, & eorum hæredes ex una parte, & dominus Oddo Marchio de Carreto, & Maynfredus ejus filius per ſe ſe, eorumque hæredes, & ſucceſſores ex altera parte eorum propria voluntate, & ex certa ſcientia inter ſe ſe ad invicem unanimiter, & concordes fecerunt, & contraxerunt infraſcripta pacta, & infraſcriptas convenciones, videlicet quod dictus dominus Otto Marchio, & dictus Maynfredus ejus filius eorum propria, & ſpontanea voluntate ex certa ſcientia per ſe ſe, eorumque hæredes, & ſucceſſores fecerunt prædictis conſiliariis recipientibus, & ſtipulantibus eorum nomine, & nomine, & vice dictæ Univerſitatis, & nomine omnium hominum, & perſonarum univerſaliter, & diviſſim, ſeu ſingulariter manencium, ſeu habitancium, vel habitatorum, vel manſurorum in Curtiſmilia, vel poſſe, & juriſdicione ipſius loci pacem, finem perpetuam, & omnimodam remiſſionem, & abſolucionem, & pactum perpetuum de non petendo ulterius nomine tranſactionis de omni ſucceſſione, & de omni acoramento, & de omni jure, & accione reali, & perſonali, utili, & directa, pretoria, contraria, & civili, ſeu mixta, quod, & quas prædictus dominus Otto, & dictus Maynfredus ejus filius habebant, vel eis pertinebant, vel pertinere ullo modo poterant adverſus conſiliarios, ſeu adverſus homines, & perſonas Curtiſmiliæ ſingulariter, & diviſſim tam adverſus habitantes in Curtiſmilia, & poſſe, quam habitaturos, & manentes, quam manſuros occaſione alicujus hominis, ſive perſonæ, qui, vel quæ decederet, ſive moriretur in Curtiſmilia, & poſſe, ſive inteſtato, ſive ab inteſtato, ſive in Curtiſmilia, & poſſe, ſive extra Curtiſmiliam, ſive extra poſſe Curtiſmiliæ, ſive eſſet perſona, quæ poſſet condere teſtamentum, ſive eſſet perſona, quæ non poſſet condere teſtamentum aliquo jure, ſive aliqua conſuetudine, quæ dici, vel excogitari poſſet prædictis domino Ottone, & Maynfredo filio ſuo in omnibus, & ſingulis ſupradictis, vel occaſione prædictorum, vel cujuslibet eorum in ſe penitus nichil retinentes eo tamen modo, quod quilibet de Curtiſmilia habitans, vel habitaturus, & manens, vel manſurus extra poſſe Curtiſmiliæ poſſit liberæ voluntatis arbitrium habere vendendi, donandi inter vivos, & in ultima voluntate legandi, teſtandi, alienandi cuilibet perſonæ, & in quamcumque perſonam, & de ſuo, & rebus ſuis mobilibus, & immobilibus facere, & ordinare ad ſuam omnimodam voluntatem, quemadmodum quilibet ſui juris, & ſuæ poteſtatis, & civis Romanus facere poteſt ſine contradicione, & moleſtia dictorum dominorum Ottonis, & Maynfredi, eorumque hæredum, & omnium perſonarum non obſtante aliqua conſuetudine, quæ eſſet, vel fuiſſet pro temporibus in Curtiſmilia. Et ſi aliqua perſona ab inteſtato deceſſerit, ſive ſit infans, ſive pupillus, ſive mutus, ſive furioſus, ſive poſtumus, ſive rellegatus, ſive aliquis alicujus condicionis, qui aliquo jure, vel conſuetudine teſtari non poſſit, vel non poſſet, &

Digitized by Google

ab inteſtato deceſſerit quis qui de jure civili eidem, vel eiſdem ſuccedere debent, ſuccedant ſecundum quod poſtulat jus civile. Verſa vice prædicti conſiliarii eorum nomine, & nomine dicti Communis, & cujuslibet alterius perſonæ manentis, vel habitantis, ſeu manſuri, vel habitantium, & quarumlibet perſonarum manencium, vel habitancium, manſt rorum, vel habitatorum in Curtiſmilia, vel poſſe Curtiſmiliæ non compulſi, neque per metum inducti, ſed eorum propria, & ſpontanea voluntate ſtipulacione ſubnixa pro bono, libertate, & utilitate dicti Communis, & cujuslibet ſingularis perſonæ dicti Communis promiſerunt prædicto domino Ottoni, & Maynfredo ejus filio ſuo recipientibus eorum nomine, & nomine hæredum ſuorum, & ſucceſſorum eorum occaſione ſupradictis, & nomine tranſactionis dare, & ſolvere annuatim imperpetuum ad feſtum ſancti Laurentii libras XLV. Januenſis monetæ cauſa, & nomine ficti in pecunia numerata. Ita quod prædicti dominus Otto, & Maynfredus, & eorum hæredes, & cui ipſi dederint, & quem habere ſtatuerint dictum fictum, ſeu dictas libras XLV. Januenſes habeant, & percipiant annuatim in dicto termino, & petere, & exigere poſſint in dicto termino, alioquin omne dampnum, expenſas, & intereſſe, ſumptuſque litis reſtituere, & reſarcire, quod, quas, & quos proinde facerent, incurrerent, vel ſubſtinerent eundo, reddendo, ſtando, cando, mutuando, & quolibet alio modo tam in judicio, quam extra credendo eis in ſuo ſimplici verbo de omnibus, & ſingulis ſupradictis ſine teſtibus, & ſacramento, & honere probacionis alicujus, & pro prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & firmiter obſervandis prædicti conſiliarii eorum nomine, & nomine, & vice dicti Communis, & tocius Univerſitatis, & cujuslibet perſonæ, vel perſonarum manencium, vel manſurarum in Curtiſmilia, & poſſe omnia eorum bona, & dicti Communis prædictis domino Ottoni, & Maynfredo filio ſuo pro ſe ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus eorum pignori obligaverunt confirmantes, & approbantes dictæ partes ad invicem quoddam aliud inſtrumentum Communis Curtiſmiliæ factum per manus Ottonis de Mula Notarii in anno Domini MCCXXXIII., indicione VI., die VIII. intrante ſeprembre quantum eſt in fodro, ſive ficto librarum CXL. Januenſium, & eciam quantum eſt in aliis, quæ continentur in ipſo inſtrumento, quæ ſunt pro bono, & utilitate dicti Communis, & hominum Curtiſmiliæ. Renunciantes dictæ partes excepcioni doli mali in factum, & ſine juſta, & ex injuſta cauſa fori privilegio, & cuilibet exce cioni, & legi civili, vel eccleſiaſticæ, quibus ſeſe tueri poſſent. Cercioratis dictis partibus in omnibus, & ſingulis ſupradictis de omnibus juribus eorum dicentibus ſe ſe jura eorum ſcire, & non in aliquo ignorare, & inde duo inſtrumenta, vel plura unius tenoris fieri rogaverunt, ut ſupra. Actum Curtiſmiliæ in Eccleſia ſancti Michaelis prædicti. Ego Bartholomeus Boverius Notarius rogatus interfui, & hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

199

MCCXCII. die XII. junii. *Fœdus inter Johannem Marchionem Montiſferrati, & Rempublicam Aſtenſem, in quo quædam ſtatuuntur circa ceſſionem a Marchionibus Inciſæ Aſtenſibus factam.* R. A.

200

MCCXCII. indictione V. die XIX. junii. *Conventiones inter Rempublicam Genuenſem, & Antonium de Carreto Marchionem Finarii.*

Actum Caliſani teſtes DD. Leo Marchio Cevæ, Henricus ejus frater, Lodixius de Guttuariis civis Aſtenſis V. Cyrol. Raphael a Turri lit. B. p. 245. V. etiam *Compendio delle ſtorie di Genova ecc.*

201

MCCXCIII. die V. maii. *Notitia inveſtituræ a Thoma Marchione Montiſferrati conceſſæ Marchioni Saluttienſi de valle Thurana, & oppido Doliani.* R. A.

202

MCCXCIII. die XI. maii. *Venditio* quartæ partis Uvadæ, *omniumque poſſeſſionum* a Lancellotto Marchione Boſchi q. Manfredi facta Communi Januæ pro lib. MMMM. Januinorum. *Annal. Gen. L. X. Stella.*

203

MCCXCIV. XX maii. *Donatio omnium jurium in Marchionatu Cevæ facta a Johanne, Oberto, Franciſco, Leone, Vilielmo, Petrina, Felicia, Valeriana fratribus, & ſororibus filiis Pagani Marchionis Cevæ Georgio filio Nani.* R. A.

Venditio plurium locorum a Marchione Oddono de Carreto nomine Marchionis Nani de Cevæ facta Communitati Aſtenſi. Ex R. A.

MCCXCV. 204

Anno Domini MCCXCV., indictione octava, die ſabati vigeſimoſecundo menſis octobris in præſentia teſtium infraſcriptorum apparebat per cartam unam ſcriptam per Jacobum Pietorem Notarium in anno Domini MCCXCV., indictione VIII., die XIV. inſtantis menſis octobris, quod illuſtris vir dominus Nanus Marchio Cevæ fecit, conſtituit, & ordinavit dominum Oddonem de Carreto præſentem, & mandatum ſuſcipientem ſuum certum nuntium actorem, procuratorem, ſindicum ad omnia ſingula, & univerſa ſua negotia, & facta gerenda, tractanda, facienda, & ad adminiſtranda, & ad pacifcenda, & omnem contractum faciendum pretium ipſius venditionis recipiendum, & confitendum, & ad ipſum, & ejus bona obligandum cui voluerit, & quibus voluerit, & qualitercumque ei placuerit, & ad promittendum, & promiſſionem faciendum nomine ipſius Nani prout hæc, & alia in dicta carta plenius continentur. Ecce quod dictus dominus procurator nomine prædicto Nano, & nomine, & vice ipſius domini Nani vendidit, & ex cauſa venditionis confeſſus fuit ſe tradidiſſe, & quaſi tradidiſſe domino Renaldo de Ponterolio Potestati Aſtenſi, & diſcretis viris domino Jacobo de Gorzano, & Thomæ de Arſiano Notariis Franciſco Sbarato Rogeria, decuria, vicariis, ſive locum tenentibus domini Capitanei populi Aſtenſis rectoribus populi Aſtenſis, & Facino Iſnardo, Tomaino Caſſano, Sandano, Malrecho, Rigando Pelletto quatuor ſapientibus civitatis Aſtenſis habentibns una cum dicto domino Potestati Aſtenſi, & Vicariis, ſive Rectoribus populi

Aſtenſis, Bailiam generalem ſuper univerſis negotiis Communitatis Aſtenſis, eis conceſſa per conſilium generale jam dictæ Communitatis Aſtenſis, recipientium nomine, & vice Communitatis Aſtenſis caſtra, villas, loca, & actiones infraſcripta, & infraſcriptas.

Et in primis caſtrum, & villam Cevæ, item villam Roaxi, item Rivum frigidum, item caſtrum Caſtellini, item villam Igliani, item caſtrum villæ Turicellæ, item medietatem Nicilæ, item caſtrum ſancti Michaelis ſalvis juribus domini Epiſcopi Aſtenſis, item caſtrum Pamparati ſalvis juribus domini Epiſcopi Aſtenſis, item caſtrum Ventipenivæ, item caſtrum, & villam Violæ, item caſtrum, & villam Lixii, item caſtrum, & villam Monaſterolii, item medietatem hominum Battifolii, & Villæ, ſalvis juribus Epiſcopi Albenſis, item caſtrum, ſive Caſtitam Montiſguardiæ, item caſtrum, & villam Noxeti, item caſtrum, & villam Bagnaſchi, item caſtrum, & villam Proenchæ, item caſtrum, & villam Muriſicci, item caſtrum, & villam Garexii, item caſtrum, & villam Malpautremi, item caſtrum, & villam Prierii, item medietatem caſtri, ac villæ Montizemoli cum omni mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, & cum Vaſſallis, & hominibus ecc. pro pretio librarum centummilium bonorum denariorum Aſtenſium, quod pretium, ſive quos denarios dictus dominus Odonus procuratorio nomine, prædicto domino Nano, & nomine ipſius domini conteſſus fuit ſe integraliter habuiſſe, & recepiſſe ecc.; tali modo, & forma facta eſt prædicta venditio, qua dicti domini Poteſtas Vicarii tenentes locum Capitanei, & quatuor Sapientes nomine, & vice Communitatis Aſtenſis, & ipſum Commune prædicta omnia, & ſingula vendita habeat, teneat, & poſſideat, & ex eis quidquid voluerit faciat non obſtante contradictione dicti domini Nani, & hæredum ſuorum ipſius, & cujuslibet alterius perſonæ cum omnibus, & ſingulis ſupra ſe, & intra ſe habentibus, & cum omnibus juribus, rationibus, & actionibus, & acceſſionibus, & ſervitutibus realibus, & perſonalibus, ingreſſionibus, & egreſſionibus, uſibus publicis, & privatis ecc., & pro prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſervandis dictus dominus Oddonus prædicto nomine omnia bona dicti domini Nani dictis Poteſtati, & Sapientibus recipientibus nomine, & vice Communis Aſtenſis, & per eos dicti Communi Aſtenſi pignori obligavit, & fuit confeſſus dictus dominus Oddonus prædicto nomine ad poſtulationem, & requiſitionem prædictam Poteſtatis Vicariorum, & Sapientium nomine, & vice Communis Aſtenſis, quod dictus dominus Nanus nullam venditionem, vel donationem, vel alienationem fecit de prædictis rebus venditis, vel aliqua earum alicujus perſonæ præterquam Communi Aſtenſi, & delato eidem domino Oddono ſacramento per me Notarium infraſcriptum ipſe dominus Oddonus prædicto nomine corporaliter tactis ſcripturis juravit prædicta vera eſſe, & dictam venditionem, & omnia, & ſingula ſupradicta rata, & firma habere, tenere, & attendere, & obſervare, & in nullo tempore contrafacere, vel venire, & nullo modo revocare, vel retractare aliqua ratione, jure, vel modo.

Inſuper dictus dominus Oddonus promiſit ſolemni ſtipulatione interveniente prædicto nomine prædictis Poteſtati Vicariis, & Sapientibus, & ſtipulantibus, recipientibus. & ſtipulantibus nomine, & vice Communis Aſtenſis ſe facturum, & curaturum, quod dictus dominus Nanus, & ejus filii Georgius, & Gullielmus ſolemniter, & cum juramento ad poſtulationem Sindici Communis Aſtenſis ratificabunt, & approbabunt omnia, & ſingula ſupradicta, & omnibus, & ſingulis ſupradictis expreſſe conſentient, & omni jure quod haberent in prædictis rebus venditis renunciabunt.

Et quod fidelitatem facient Communi Aſtenſi, ſeu Sindico Communis Aſtenſis quotieſcumque inde fuerint requiſiti de tota terra, quam ipſi, vel aliquis ipſorum haberent, tenerent, & poſſiderent, vel habere, tenere, & poſſidere viderentur, & de tota terra, quam ipſi, vel aliquis ipſorum haberent, tenerent, & poſſiderent, vel habere, tenere, & poſſidere viderentur.

In futurum aliqua cauſa, jure, vel modo aquirent, & omnia jurabunt facere, & attendere, quæ in ſacramento fidelitatis continentur, quæ ſi non faceret, promiſit idem dominus Oddonus prædicto nomine prædictis Poteſtati, Vicariis, & Sapientibus ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & vice Communis Aſtenſis reſtituere omnes expenſas, damnum, & intereſſe, quæ, & quas dictum Commune Aſtenſe faceret, incurreret, vel ſubſtineret, eundo, redeundo, ſtando, litigando mutuo pretio, vel alio quovis modo credendo in damnis expenſis, & intereſſe in Sindici Communis Aſtenſis verbo ſimplici ſine ſacramento, & ſine probatione aliqua, & pro prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſervandis idem dominus Oddonus nomine, & vice ipſius domini Nani, & pro ipſo domino Nano omnia bona dicti domini Nani Poteſtati, Vicariis, & Sapientibus pignori obligavit renunciando in omnibus, & ſingulis ſupradictis exceptioni doli, & in factum conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & generaliter omni, & cuilibet aliæ exceptioni, & conditioni, defenſioni. Actum eſt in domo filiorum quondam Bartholomei Proverii, in qua moratur dominus Arnaldus de Ponterolio Poteſtas Aſtenſis teſtes interfuerunt dominus Remondus Fachacienſis, Gullielmus Brunus, Geraldus Caijolius omnes Judices, Paganus de Rocheta, & Gullielmus de Pontio Notarius, & ego Gullielmus de Paſſatore Notarius Palatinus publicum inſtrumentum abbreviatum per Gullielmum de Gregorio Notarium præcepto, & voluntate ipſius ſcripſi, & ideo me ſubſcripſi. Balba.

Fidelitas a Marchione Oddono de Carreto nomine Marchionis Nani Communitati Aſtenſi jurata. Ex R. A.

MCCXCV. 205

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, indictione octava, die ſabati vigeſima ſecunda menſis octobris in præſentia teſtium infraſcriptorum apparebat per cartam unam factam per Jacobum Pictorem Notarium in anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, indictione

octava, die Veneris decimaquarta menſis octobris, quod illuſtris vir dominus Nanus Marchio Cevæ fecit, conſtituit, & ordinavit dominum Oddonem Marchionem de Carreto præſentem, & mandatum ſuſcipientem ſuum certum nuncium, actorem ecc.

Item apparebat per aliam cartam ſcriptam per me Notarium infraſcriptum hoc eodem anno, & indictione, die ſabati vigeſimaſecunda menſis octobris, quod dictus dominus Oddonus procuratorio nomine, & pro dicto domino Nano, & nomine, & vice ipſius domini Nani, & ex cauſa venditionis confeſſus fuit ſe tradidiſſe domino Raynaldo de Pontirollo Poteſtate Aſtenſi, & diſcretis viris ecc. nomine, & vice Communis Aſtenſis villas, & loca, & jura, & actiones infraſcriptas, & infraſcripta.

Item caſtrum, & villam Cevæ ecc.

Ecce igitur quod prædicti domini Poteſtas Vicarii, & Sapientes nomine, & vice dicti Communis Aſtenſis, & pro ipſo Communi dictam terram venditam, & traditam per dictum dominum Oddorem nomine, & forma, & modo prædictis prout in inſtrumentis ſuperius memoratis plenius continetur conceſſerunt in rectum nobile, & gentile feudum dicto domino Oddono procuratorio nomine ipſius domini Nani pro ſe, & filiis ipſius domini Nani Georgio, & Gullielmo, & aliis eorum hæredibus, ſeu ſucceſſoribus tam maſculis, quam fœminis fratribus collateralibus, & aliis deſcendentibus ab eis uſque in gradum, quem jura permittunt, & de ea dictum dominum Oddonem prædicto nomine inveſtiverunt per quemdam baculum, quem dictus dominus Poteſtas in manu tenebat, & ad oſculum pacis dictus dominus Poteſtas, Vicarii, & Sapientes ipſum dominum Oddonem receperunt nomine, & vice dicti domini Nani, filiorum, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum ſub pactis, conventionibus, ſtipulationibus, & modis infraſcriptis, qui dominus Oddonus procuratorio nomine dicti domini Nani juravit corporaliter ad ſancta Dei Evangelia dicto domino Poteſtati, Vicariis, & Sapientibus nomine, & vice Communis Aſtenſis recipientibus, quod dictus dominus Nanus, & ejus filii prædicti, & ſucceſſores erunt fideles ipſis Poteſtati ecc.; hæc omnia juravit, & promiſit dictus dominus Oddonus, & dicto nomine, & omnia alia, quæ in ſacramento fidelitatis continentur; tenor autem pactorum, & conventionum, quibus, & ad quæ tenetur dictus dominus Nanus pro ſe, & filiis ſuis, & hæredibus, & ſucceſſoribus ipſorum dicto Communi Aſtenſi, & quibus, & ad quæ tenetur dictum Commune Aſtenſe dicto domino Nano pro ſe, filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis talis eſt videlicet

Quod prædictus dominus Nanus, & filii ejus ſuperius dicti per ſe ſe, eorum hæredes, & ſucceſſores maſculos, & fœminas tenent, & tenere debent a Commune Aſtenſi in feudum nobile, & gentile totam, & univerſam eorum terram, caſtra, villas, loca, Communitates, quæ denotantur, & ſpecificantur in inſtrumento venditionis factæ de prædictis per prædictum dominum Oddonem procuratorem dicti domini Nani nomine ipſius, quæ videlicet dictus dominus Nanus tenebat tempore dictæ venditionis, & quæ habet, ſeu habere videtur in quacumque & loco excepto caſtro Sallarum, & villa, & hominibus, & juriſdictione dicti caſtri, & omnem, & univerſam terram, caſtrum, villas, Communitates, quæ, & quas aquireret ipſe dominus Nanus, & ejus filii, hæredes, & ſucceſſores de ipſa terra, & hominibus pro Commune Aſtenſi pacem, guerram, exercitus, cavalcatas, itinera, & ſuccurſus ad voluntatem dicti Communis Aſtenſis contra quaſcumque perſonas, Collegium, & Univerſitates, Communitates, & loca, Caſtellanos Communitates, & Marchiones, & cæteras alias perſonas.

Item quod dictus dominus Nanus, ſeu filii, hæredes, & ſucceſſores ſui, ſeu aliquis ipſorum non poſſint ipſam terram, caſtra, villas, loca, Communitates, vel aliqua alia de prædictis in totum, vel in parte vendere, ſeu alienere ſine voluntate, & conſenſu Communis Aſtenſis; & verſa vice dictum Commune Aſtenſe tenetur, & debet, teneatur, & debeat ipſum dominum Nanum, & filios, & hæredes ſuos, & univerſam, & totam terram, caſtra, & villas, quam, & quæ, & quas nunc habent, tenent, vel poſſident, ſeu detinent, vel habebunt, ſeu tenebunt, vel aquirerent ipſe dominus Nanus filii, & hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, vel aliquis ipſorum juvare, defendere, & manutenere, & pacem, & guerram, exercitus, & cavalcatas facere contra quaſcumque perſonas, collegia, & univerſitates, civitates, & & loca, Caſtellanos; Communitates, & Marchiones, & cæteras alias perſonas qui, & quæ offenderent in prædicto feudo.

Item quod Commune Aſtenſe juvabit prædictum dominum Nanum, filios, & hæredes ſuos in omni jure eorum quod habent, vel habebunt, vel aquirerent in omni loco ut ſupra continetur.

Item quod Commune Aſtenſe non poſſit dictum feudum vendere, donare, vel permutare alicui perſonæ, Collegio, & Univerſitati ſine voluntate dicti domini Nani, filiorum, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum, & ſi contra faceret, quod tunc dictus dominus Nanus, filii, & hæredes, ſeu ſucceſſores ipſorum non teneantur in aliquo dicto Communi Aſtenſi, nec etiam illi, vel illis, cui, vel quibus dictum feudum venderetur, ſeu alienaretur per dictum Commune Aſtenſe

Item teneatur Commune Aſt, quod ſi aliquis Vaſſallus, vel homo dicti domini Nani, filiorum, hæredum, vel ſucceſſorum eorum poſt confectionem præſentis inſtrumenti, & poſt venditionem, & feudationem ſuperius nominatas foret, vel fieret Bannitus per dictum dominum Nanum, filios, & hæredes, ſive ſucceſſores ſuos, ſive aliquis fuerit proditor dicti domini Nani filiorum, hæredum, ſive ſucceſſorum ſuorum, & poſt ipſum bannum datum, ſeu proditionem factam ſe reduceret maleſator, ſeu Bannitus, ſeu proditor in civitate Aſtenſi, ſeu diſtrictus, caſtris, vel villis dictæ civitatis Aſtenſis, quod Poteſtas, & Rector civitatis Aſtenſis poſtquam eis denunciatum fuerit per dictum dominum Nanum, vel nuncium ipſius teneantur Poteſtas, & ipſe Rector Communis Aſtenſis ipſos Bannitos, & proditores infra quindecim dies expellere de civitate Aſtenſi, & poſſe, & diſtrictu ipſius civitatis Aſtenſis, & eis, & cuilibet ipſorum poſt dictum terminum quindecim dierum

dari, seu dari facere bannum maleficii, seu de maleficio, quo transacto si dictus bannitus, vel proditer repertus, seu inventus fuerit in civitate Astensi, seu posse Astensi personaliter capiatur, & puniatur secundum formam juris.

Item quod Commune Astense non possit, nec debeat ullo modo sub aliquo ingenio recipere, vel secum associare pro civibus habitatoribus, Vassallis pro amicis juratis, vel sociis aliquem inimicum, vel aliquos inimicos publicos, vel publicum, cum quibus haberet prædictus dominus Nanus publicam guerram, seu discordiam ipse, seu ejus filii, hæredes, & successores ejus nisi pace facta, & concordia inter Commune Astense, & dictum dominum Nanum filios, & hæredes, sive successores ex una parte, & prædictos inimicos ex altera, & nisi de voluntate dicti Communis Astensis, & dicti domini Nani, vel ejus hæredum, & eodem modo, & forma prædicta dominus Nanus filii, hæredes, seu successores non possint, seu debeant ullo modo sub aliquo ingenio recipere, vel secum associare pro civibus, habitatoribus, Vassallis, pro amicis juratis, vel sociis aliquem inimicum, vel aliquos inimicos publicos, vel publicum, cum quibus Commune Astensis haberet guerram, seu discordiam nisi pace facta, & concordia inter Commune Astense, & dictum dominum Nanum, filios, hæredes, sive successores ex una parte, & prædictos inimicos ex alia ut superius continetur.

Item actum est quod si aliqua persona, collegium, seu universitas, Castellanus, Marchio, vel Comes, vel quicumque alius cuicumque conditionis, vel gradus existat aliqua occasione, actione reali, vel personali, directa, vel utili, civili, vel prætoria, pecuniaria, vel criminali, vel quo alio modo agere vellet contra dictum dominum Nanum filios, vel hæredes, sive successores suos non possit, seu debeant ullo modo compelli, vel distringi per Potestatem Astensem, vel aliquos Capitaneos, seu Rectores, Magistratus, Præsidem, seu Præsides Communis Astensis, seu pro Communi Astensi, vel nomine, & vice Communis Astensis parere, seu stare juri, seu respondere de jure in civitate Astensi, sive in aliquo castro, villa, vel loco Communis Astensis tam ratione contractus futuri, quem facerent, seu contraherent, ipse, vel aliquis ipsorum in civitate Ast, vel posse ratione delicti, quod committeretur in civitate Astensi, vel posse, & delictorum commissorum in civitate Astensi, districtu, vel posse, ac ratione domicilii quod ipsi, vel aliquis ipsorum haberent, seu constituerent ipsi, vel aliquis ipsorum in civitate Astensi, seu districtu Astensi, & ratione rei, & rerum sitæ, seu sitarum in posse, seu territorio, sive districtu Astensi, teneantur juri, & rationi stare, & parere in civitate Astensi, & de ipso feudo respondere, & juri parere in civitate Astensi secundum jura feudalia, & aliter non.

Quæ omnia, & singula dicti Potestas, Capitaneus, Sindicus, & credendarii nomine, & vice Communis Astensis, & pro ipso Communi Astensi ex una parte, & dictus dominus Nanus suo proprio nomine, & nomine, & vice præscriptorum filiorum suorum, hæredum, & successorum ex altera sibi ad invicem, & vicissim, & una pars alteri, & altera alteri solemni stipulatione, & solemnibus stipulationibus intervenientibus promiserunt attendere, & attendi facere, & curare ecc.

Actum Ast in domo filiorum quondam Uberti Privargi, in qua moratur dominus Raynaldus de Pontirollo Potestas Astensis. Testes interfuerunt dominus Raymondus Chachajrandus, Gullielmus Boninis, Bellardus Lajolius omnes judices, Paganus de Rocha, Gullielmus de Poncio Notarius; & ego Gullielmus de Passatore Notarius Palatinus prædictum instrumentum abbreviatum per Gullielmum de Gregorio Notarium præcepto, & voluntate ipsius scripsi.

Ratihabitio venditionis a Marchione Nano facta. Ex R. A.

MCCXCV. 206

Anno Domini MCCXCV., indictione VIII., die lunæ XXI. novembris. *Præmissa notitia chartæ præcedentis, & venditionis, & fidelitatis ab Oddone de Carreto ejus legato prosequitur.*

Ecce quod prædictus dominus Nanus Marchio Cevæ in pleno, & generali consilio civitatis Astensis voce Preconis in sono campanarum more solito congregato sub voltis sancti Secundi de mercato Astensi ad instantiam, & requisitionem domini Rajnaldi de Pontirollo Potestatis, & domini Lambæ Auriæ Capitanei populi civitatis Astensis, & Petri de Solario, loco Percivalli de Solario, cui dominus Vespa Rector societatis militum, & dominorum Lajoli Doctoris legum, & Philippi de Platea, Francisci de Gorzano, & Martini Inganni quatuor sapientum, quibus sunt commissa negotia civitatis Astensis, & credendariorum primæ, & secundæ credentiæ, & totius consilii generalis jam dictæ Civitatis, in quo consilio interfuerunt plusquam tercentum viri, & xandrini Malbedui Sindici Communitatis Astensis, de quo sindicatu apparet per publicum instrumentum scriptum per me Notarium infrascriptum hoc eodem anno, indictione, & die, nomine, & vice Communis Astensis recipientium ratificavit, & approbavit venditionem prædictam factam per dictum dominum Oddonum nomine ipsius domini Nani, & omnia, & singula, quæ in dictæ venditionis instrumento factæ per dictum dominum Oddonem nomine dicti domini Nani, & scripto per me Notarium infrascriptum continentur in præsentia dictorum dominorum Potestatis Capitanei Rectorum, societatis militum sapientum, & credendariorum, & totius consilii generalis recipientis nomine, & vice Communis Astensis ex certa scientia, & expresse consentit & insuper ad cautelam, & ad majorem negotii firmitatem, omnia, & singula supradicta vendita per ipsum dominum Oddonem nomine ipsius domini Nani idem dominus Nanus vendidit, & ex causa venditionis confessus fuit se dedisse, tradidisse cum omnibus juribus, pertinentiis rerum prædictarum, & omni plenitudine juris earum dictis dominis Potestati, Capitaneis, Rectoribus, sapientibus, & credendariis, & consiliis civitatis Astensis recipientibus nomine, & vice Communis Astensis nihil in se penitus retinendo, sed in ipsos nomine dicti Communis, & per eos in dictum Commune totaliter transferendo

pro prædicto pretio librarum centummillium Aſtenſium, de quo pretio idem dominus Nanus ſe vocavit, & tenuit tacitum, & contentum, & confeſſus fuit ſibi eſſe de dicto pretio a dictis Poteſtate, Capitaneo, Rectoribus, ſapientibus, credendariis, & conſilio nomine, & vice Communis Aſtenſis integre ſatisfacere, & in dictum pretium quod dictus dominus Oddonus nomine ipſius domini Nani confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe a prædictis Poteſtate, & Vicariis, ſive Rectoribus, & ſapientibus habuiſſe nomine, & vice Communis Aſtenſis, confeſſus fuit, & recognovit dictus dominus Nanus ad poſtulationem prædictorum Poteſtatis, Capitanei, Rectorum, ſapientium, & credendariorum, & totius conſilii generalis recipientis nomine, & vice Communis Aſtenſis integre perveniſſe, & in utilitatem ſuam converſum, & errogatum eſſe. Actum Aſt ſuper voltis de ſancto Secundo de mercato Aſtenſi teſtes interfuerunt domini Paganus De-Rochetta, Jacobus Beniſchus Jordanus, & Jordanus de Platea Notarius, & ego Gullielmus de Paſſatore Notarius Palatinus prædictum inſtrumentum abbreviatum per Gullielmum de Gregorio Notarium præcepto, & voluntate ipſius ſcripſi.

Inveſtitura ſuperiorum locorum Communitate Aſtenſi D. Nano conceſſa cum ſubſequenti juramento fidelitatis. Ex R. A.

207 MCCXCV.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, indictione octava, die lunæ vigeſimo primo menſis novembris. Actum Aſt ſuper voltis de ſancto Secundo de mercato Aſtenſi, teſtes interfuerunt dominus Paganinus de Rocha, Jacobus Bupuſſus, & Jordanus de Placentia Notarius, quorum præſentia apparebat per cartam unam factam per Jacobum Pictorem Notarium ecc. *Hic deſcribuntur ſummatim præcedentia documenta venditionis, & ratihabitionis, dein proſequitur.*

Ecce igitur quod dominus Reynaldus de Pontirolio Poteſtas Aſtenſis, & Lamba Auriæ Capitaneus populi Aſtenſis, & domini Bernardus Lajolius Doctor legum, Philippus de Placentinis, Franceſchinus de Gozzano, & Martinus Mignanus, quibus conceſſa ſunt facta, & negotia Communis Aſtenſis, & dominus Petrus de Solario loco Perſalvali de Solario Rectoris ſocietatis Baroniæ militum civitatis Aſtenſis, & Xandronus Malbechus ſindicus, & procurator Communis Aſtenſis, de quo ſindicatu apparet per publicum inſtrumentum factum per me Notarium infraſcriptum hoc eodem anno, indictione, & die conſtituti ſuper voltis ſancti Secundi de mercato Aſtenſi in pleno, & generali conſilio more ſolito, & loco conſueto per nuncios, & campanas congregato, & voluntate, & conſenſu ipſius conſilii nomine, & vice Communis Aſtenſis, & pro ipſo Communi Aſtenſi dictam terram venditam, & traditam per dictum dominum Oddonem nomine, & forma, & modo prædictis, & poſtea per ipſum dominum Nanum prout in inſtrumentis ſuperius memoratis plenius continetur.

Conceſſerunt in nobile, & gentile feudum dicto domino Nano pro ſe, & filiis ſuis Georgio, & Gallielmo, & aliis eorum hæredibus, ſeu ſucceſſoribus tam maſculis, quam feminis, fratribus, collateralibus.

Et de ea dictum dominum Nanum corporaliter, & alios deſcendentes ab eis uſque ad gradum, quem jura permittunt ſuo, & prædictorum nomine inveſtiverunt per quemdam baculum, quem dictus dominus Aſtenſis tenebat in manu, & ad oſculum pacis dictus dominus Poteſtas Aſtenſis ipſum dominum Nanum pro ſe, & filiis ſuis, hæredibus, & ſucceſſoribus recepit, ſub pactis, conventionibus, & modis infraſcriptis.

Qui dominus Nanus ſuo proprio nomine, & nomine filiorum ſuorum ſuprаſcriptorum juravit corporaliter ad ſancta Dei Evangelia dicto domino Poteſtati, Capitaneo, Sapientibus, Rectori, Sindico, & credendariis nomine, & vice totius Communis Aſtenſis recipientibus ſe, & filios ſuos prædictos, & ſucceſſorum ipſorum eſſe fidelem, & fideles ipſi Poteſtati, & aliis per temporum exiſtentia in regimine civitatis Aſtenſis etcc. *poſtea repetuntur pacta eadem, quæ in fidelitate ab Oddono de Carreto Aſtenſibus præſtita ſuperius adjecta fuerunt.*

208

MCCXCVI. XVI. februarii. *Charta, qua Georgius, & Gullielmus filii Nani Marchiones Cevæ ratam habens venditionem feudorum a patre ſuo Reipublicæ Aſtenſi factam* apud D. Torelli.

Quorumdam jurium donatio facta a D. Nano M. Cevæ Communitatibus Garexii &c. Ex R. A.

MCCXCVI. 209

Anno Nativitatis Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoſexto, indictione nona, die vigeſima intrante februario. Cum homines eſſent legales, probi, & fideles illuſtri viro domino Nano Marchioni Cevæ, nec non domino Jacobo Scarela de Garexio, & tales fuerint in guerra, quam ſuprаſcripti dominus Nanus, & dominus Jacobus habebant cum domino Gullielmo Marchione Cevæ, & filiis ejus, & cum dominis Scagnelli, & Battifolli, & cum domino Manuele Marchione Cravexanæ, & hominibus Montiſvici, ac multa damna ſuſtinuiſſent occaſione dictæ guerræ, & inimicos ipſorum dominorum Nani, & Jacobi rumpſiſſent, multos ex eis capientes.

Idcirco memorati dominus Nanus Marchio Cevæ, & Jacobus Scarela pro eorum parte Garexi, Muriſicchi, & Provinchæ, & pro jure in Garexio eis competente, volentes omnes homines, & perſonas habitatores Garexii, Muriſicci, & Provinchæ, & ejus territorio, poſſe, & diſtrictu, vel qui in futurum in dicto loco, & territorio habitaverint, ſeu in prædictis locis ſupranominatis remunerare de prædicta legalitate, probitate, & fidelitate eorum.

Donaverunt, & ex cauſa puri, meri doni, ſimplicis, & irrevocabilis ad præſens, & inter vivos remiſerunt, & abſolverunt pro jure eis competente prædictis omnibus hominibus, & perſonis nunc habitantibus, vel in poſterum habitaturis in dicto loco Garexii, Muriſicchi, & Provinchæ, & toto alio

districtu, jurisdictione, & toto alio territorio Garexii domino Johanni Scarelæ de Garexio Sindico Communis Garexii, & districtus, ut de Sindicatu patet per publicum instrumentum factum manu mei Constantii de Peculo Notarii infrascripti millesimo ducentesimo nonagesimoquarto, indictione septima, die vigesimasexta mensis junii, stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singularum personarum nunc in Garexio habitantium, vel quæ pro tempore habitaverint in prædictis locis, seu in toto alio territorio, & districtu Garexii, Murisicchi, & Provinchæ, dictum, & decimam, & jus percipiendi dictum, & decimam, quem, & quam, & quod habent in omnibus hominibus, & personis dicti loci Garexii, & ejus jurisdictione, territorio, & districtu, seu consueti sunt habere, percipere, & exigere a prædictis hominibus, & personis, ita quod prædicti homines, & personæ nunc habitantes, & quæ in futurum habitaverint in Garexio, & in prædictis locis, & jurisdictione Garexii, Murisicchi, & Provinchæ, & in toto alio territorio, & posse, sint liberi, & immunes a dicto, & a præstatione, & datione decimæ, ita quod nomine decimæ, & pro decima, nec qualibet alia præstatione, aliquid solvere debeant prædictis dominis, vel eorum Gastaldis, sive nunciis, nec ab ipsis dominis, vel eorum nunciis, & Gastaldis ullo modo compelli possint ad solvendum, vel dandum nomine decimæ, & pro decima, nisi sestarium decimum octavum sui laborerii tantum, scilicet de frumento, siligine, avena, spelta, ordeo, parmela, mileo, faba, & leguminibus, & animalibus, quæ deinceps solvere debeant prædicti homines, & personæ Garexii, Murisicchi, & Provinchæ, & eorum districtu, & territorio, & posse prædictis dominis, vel eorum nunciis, in quibus, & a quibus omnibus hominibus, & personis prædicti domini jus in antea habebant percipiendi decimam, & prædicta locum habeant usque ad quartam, & prædictum decimum octavum sestarium decimæ, etiamsi prædictus dominus Nanus, & Jacobus Scarela prædictus, vel alterutrius hæredes castrum Garexii cum ejus honore, & districtu, & qui in futurum habitaturi sunt in dicto loco Garexii, & ejus territorio, & districtu, fructus, reditus, & proventus acquirerent in futurum, vel hactenus acquisissent a consortibus, & hominibus Garexii, vel a quocumque alio acquirerent, seu acquisivissent. Promittentes dicti domini Nanus, & Jacobus Scarela prædicto Sindico stipulanti, & recipienti nomine omnium prædictorum singulorum hominum, & personarum nunc in Garexio habitantium, & in prædictis locis, & eorum hæredum, & successorum habitantium, & qui in futurum habitaverint, vel habitaturi sunt in dicto loco Garexii, Murisicchi, & Provinchæ, & in toto posse Garexii, & districtu per se se, & suos hæredes, & successores, vel singulares, & universales, quo in prædictis, vel aliquo prædictorum dictum, & decimam, & omnia, & singula supradicta, & infradicta perpetuo firma, & rata habere, & tenere per se se, vel pro alia aliqua causa, vel ingenio, de jure, vel de facto, nec ex causa ingratitudinis, sive qualibet alia infestatione, revocatione, sub pœna dupli, solemni stipulatione stipulata, & promissa dicto Sindico stipulanti, & recipienti vice, & nomine, quo supra, & mihi Notario infrascripto, vice, & nomine, quo supra, quæ pœna toties committatur, & exigi possit cum effectu ubique locorum, & fori, quotiens in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafactum fuerit, rato nihilominus, & firmo manente suprascripto dono, & remissione, & absolutione renunciando legi dicenti donationem factam sine insinuatione ultra quingentos aureos non valere, propter quod, vel quæ dicta donatio posset revocari, vel infringi, in toto, vel in parte, privilegio fori, exceptioni doli mali, conditioni sine causa, in factum actioni, feriis solemnibus, & repentinis, & omni alii juri, & consuetudini, legum, & statutorum auxilio terrarum omnino renunciaverunt.

Quod donum, sive absolutio, & remissio locum habeant, & prodesse debeant omnibus hominibus, & personis habitantibus, & habitaturis in dicto loco Garexii, & in toto ejus territorio, posse, & districtu Murisicchi, Provinchæ, & Celexororum, cum omnibus pertinentiis Garexii.

Ad habitaturos vero extra posse prædictum, territorium, & districtum nullatenus extendatur, salva canaba, & lino sient, sicut antea faciebant, prædictum instrumentum, & promiserunt ipsi Sindico recipienti, nomine quo supra, reficere omnes expensas, & missiones, omnia damna, interesse, quæ, vel quas modo aliquo dictus Sindicus, vel alter pro tempore, qui esset dicti Communis Sindicus, nomine ipsius Communis Garexii, Murisicchi, & Provinchæ, vel aliquis homo, seu aliqua persona dictorum locorum facerent, vel subsisterent in defensione ipsius donationis, remissionis, & absolutionis, obtinendo, sive subcumbendo in judicio, vel extra, & ex eo, vel eis credendo eorum solo verbo, sine testibus, vel sacramento, vel qualibet altera probatione. Et pro prædictis omnibus observandis, & melius attendendis dicti domini Nanus Marchio, & Jacobus Scarela pignori obligaverunt omnia eorum bona mobilia, & immobilia, habita, & habenda, & inde præceperunt dicti domini Nanus Marchio, & Jacobus Scarela, & Johannes Scarela Sindicus prædictus nobilibus Constantio de Peculo, & Oddoni Bellino de Garexio Notariis publicis secundum formam prædictam de prædictis deberemus componere instrumentum unum, & plura ad unius consilium sapientis, vel plurium, danda, & tradenda cuilibet postulanti.

Actum in Cimiterio Ecclesiæ S. Mariæ de Garexio, ubi ad hoc testes vocati, & rogati fueruut dominus Michael de Perlo, Conradus de Rocha, Carlinus Notarius de Ceva, Girbaldus de Perlo, Antonius de Bovello, Schelinus de Ceva, Rubia Marenchus de Peiriola, & plures alii.

210

MCCXCVII. die VIII. januarii. *Charta, qua Rufinus Præpositus Ecclesiæ Ferraniæ confirmat electionem* D. Johannis de Possolio *in Rectorem S. M.* de Fornellis *factam* a D. Antonio de Carreto Marchione Saonæ. *Ex Coll. DD. Ferr. p. 2. pag.* 36.

Digitized by Google

Pax inita inter Communitatem Montisregalis, & Dominum Nanum Marchionem Cevæ.

Ex arch. civitatis Montisregalis.

211 MCCXCVII.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, indictione decima, die vigeſimoquinto menſis junii. In nomine, & honore, & laude Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, & glorioſæ Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum, & totius Curiæ cœleſtis.

Dominus Nanus Marchio Cevæ, & Georgius ejus filius per ſe, filios, vaſſallos, homines, & diſtrictuales eorum ex una parte, & Henricus de Lavagnina Notarius Sindicus Communis, Univerſitatis, & hominum dicti loci, de cujus Sindicatu apparet per publicum inſtrumentum manu . . . . . ſub eodem anno, indictione, die . . . . . voluntate, & conſenſu domini Oberti de Govono Poteſtatis Montisregalis, & omnium Conſiliariorum dicti loci, ſive majoris partis ipſorum præſentium, & conſentientium vice, & nomine dicti Communis, & Univerſitatis, & diſtrictualium ſuorum ex una parte, ad honorem, & bonum ſtatum prædictorum de omnibus guerris, diſcordiis, controverſiis, damnis, incendiis, homicidiis, percuſſionibus, & injuriis hinc inde illatis, fecerunt ad invicem bonam, & firmam, & ſtabilem concordiam, & pacem in æternum Deo propitio duraturam, & de prædictis offenſionibus, damnis, injuriis remiſſionem, & omnimodam, prout prædicta, & infraſcripta, melius, & firmius valere potuerint de jure.

In cujus pacis, & concordiæ confectione prædictus dominus Nanus, & Georgius, nomine quo ſupra ex una parte, & dictus Sindicus vice, & nomine, quo ſupra, ex alia, ex certa ſcientia dixerunt, & voluerunt, & ordinaverunt, & firmaverunt ea, quæ inferius continentur, videlicet

Quod dicta pax, & concordia, & omnia, & ſingula prædicta ſint facta, & firmata ſalvo Communi Aſtenſis, & ſalvo feudo domini Epiſcopi Albenſis, videlicet pro medietate Battifoli, pro quarta parte Scagnelli, in qua pace una pars non poſſit, vel debeat offendere aliam, nec alia alteram.

Item quod dictus dominus Nanus teneatur reddere omnes præxonerios Montis, quos ipſe habet, & omnes abſolvere, & eorum ſecuritates, de quibus præxoneriis, ſive carceratis idem dominus Nanus intendit facere Societati Montis gratiam, ita quod de redemptione ipſorum faciant voluntatem ipſorum, qui carcerati ſunt iſti Henricus de Vaſco, Guillielmus Romanixio, Joannes de Annella, & ejus filius, Robaudus de Urſa, Serfernus de Montealto, & Rajnerius Foranus de Carucho, & filii Croſetti.

Item promiſit dictus dominus Nanus, & Georgius ejus filius dicto Sindico ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti Communis, quod ipſi juvabunt homines Montis de qualibet guerra Brexanorum, & eorum coadjutorum, ſalvo Communi Aſtenſi, & ſi contingeret Marchionem Salutiarum, & ejus fratres, Marchionem de Carreto juvare prædictos Brexanos contra dictum Commune Montis, quod dictus dominus Nanus, & ejus filii non teneantur juvare Commune Montis contra prædictos Salutiarum, & Carreti, niſi ſuper territorio, & diſtrictu Carruci, Montis, & ejus diſtrictu; & ſi contingeret quod dicti Brexani reconciliarentur in Monte, quod in ipſa reconciliatione expreſſe dicatur, & agatur, & promittatur cum juramento per omnes Brexanos prædictos, tam legitimos, quam baſtardos, quod ipſi bona fide, & toto eorum poſſe attendent, & obſervabunt, & attendere, & obſervare teneantur dicti Brexani, tam legitimi, quam baſtardi dictam pacem, & omnia alia contenta in præſenti contractu, & inſtrumento ſub obligatione omnium bonorum ſuorum.

Item quod Commune Montis prædictum nunquam debeant juvare Brexanos, etiamſi reconciliati eſſent ipſi Brexani cum Commune Montis prædicto, nec aliquem ipſorum Brexani contra dictum dominum Nanum, hæredes, & homines, & diſtrictuales ipſius de aliqua guerra, vel diſcordia, quæ eſſent inter dictum dominum Nanum, vel hæredes ejus ex una parte, & dictos Brexanos, vel aliquem ipſorum ex altera, occaſione alicujus caſtri, vel villæ, vel alicujus rei, ſive de aliquo caſtro, vel villa, vel re, quæ non ſint de poſſe, vel juriſdictione Montis.

In quo poſſe ſolummodo intelligantur caſtra, & villæ Turris, Rubulenti, Montiſalti, Frabuſiæ, Rochæfortis, Villænovæ, Guaſchi, S. Blaſii, Rochabaudorum, Carruci, & Careſſoni.

Item quod omnia cambia, ſive laudes, quæ ſint, vel eſſent data, & conceſſa inter Commune Montis, vel alias ſingulares perſonas ex una parte, & dominum Nanum prædictum, & ejus Vaſſallos, & homines ejus ex altera ceſſent, & ſint caſſa, & irrita, & nullius valoris, ac ſi nunquam conceſſa fuiſſent.

Item quod homines Montis non ſolvant pedagia, niſi in uno loco tantum in terra dicti domini Nani, & e converſo homines dicti domini Nani non debeant ſolvere in Monte, vel diſtrictu ejus, niſi unum pedagium tantum, ſcilicet conſuetum, & dictum pedagium domini Nani non ſit magis pedagio Montis, & hoc capitulum de pedagio fiat, & ſervetur cum aliis capitulis cum eo ſcriptis in inſtrumento antiquo inde facto.

Hoc acto, & expreſſe dicto inter ipſas partes, quod Commune Montis debeat, & teneatur ejicere, & expellere de ſocietate, & conjuratione, & habitatione Montis infraſcriptos, videlicet dominos Oddonem, & Franciſcum Marchiones Cravexanæ, dominos Moneſtayrolii, dominos quondam Ulmetæ, dominum Leonem, & Oddonem de Batifollo, dominum Leonem, & fratres ejus de Scagnello, dominum Guillielmum Marchionem Cevæ, & filios ejus, Benedictum, & Lanceam fratres de Ceva, & dominos de Maximino, & dominos de Pornaxo, Monachum de Nuceto, & fratres ejus, & Joannem Scarellam, Antonium de Cuxio, omnes Vaſſallos Marchionum Cevæ.

Et quod dictum Commune Montis non poſſit, nec teneatur facere guerram, vel offenſiones aliquas dicto domino Nano, nec filiis ejus, & terræ, & hominibus, & diſtrictualibus ſuis pro prædictis, vel aliquo prædictorum, nec pro aliquibus aliis perſonis aliquo tempore.

Digitized by Google

Et quod dictum Commune teneatur non supradictis, vel alicui prædictorum aliquod auxilium, vel favorem publice, vel occulte contra dictum dominum Nanum, filios, vel homines ejus, nec contra terram suam, & nunquam recipere prædictos, vel aliquem prædictorum sine licentia dicti domini Nani, & hæredum ejus in societate, vel conjuratione, seu habitatione dicti Communis.

Hoc acto expressim inter ipsas partes in dicta pace, quod si deveniret, quod dominus Episcopus Astensis teneretur de jure defendere castra, & villas Lezegni, & Montisbasilii, & Montisgrossi, & ipsa manuteneret, & defenderet, quod homines, & Commune Montis, si inde requirentur a dicto Domino Episcopo, possint juvare dictum dominum Episcopum ad defendendum prædicta castra, & villas, & homines ipsarum villarum in finibus, & territorio ipsorum castrorum, & villarum tantum, & non alibi, maxime super terra, & posse dicti domini Nani, Vassallorum, & hominum ipsius, & super alia terra, & posse ipsius domini Guillelmi Marchionis Cevæ non possit dictum Commune ipsi domino Episcopo, seu dicto domino Guillielmo, & filiis contra dictum dominum Nanum occasione prædicta dare aliquod auxilium, consilium, vel favorem pubblice, vel occulte aliquo tempore.

Quæ omnia, & singula supradicta, & prædictæ partes vice, & nominibus supradictis solemni stipulatione hinc inde interveniente, in singulis capitulis hujus contractus, sibi ad invicem convenerunt, & promiserunt, & corporaliter juraverunt ad sancta Dei Evangelia tactis sacris Scripturis præsente, consentiente, & confirmante, & approbante domino Uberto de Govono Potestati Montisregalis attendere, & observare, attendi, & observari facere, perpetuo ab hominibus dictarum partium, sub pœna restitutionis damnorum, & expensarum, & totius interesse, quod, vel quæ pars contra quam factum, vel contraventum esset, pateretur, faceret, vel sustineret, semel, vel pluries, sub obligatione bonorum partium prædictarum.

Quæ bona dictæ partes vice, & nominibus, quibus supra vicissim pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & firmiter observandis pignori obligaverunt, renunciando exceptioni, & actioni, doli, mali, in factum non sic esse verum, condictioni sine causa, & ex justa causa, & omni alii juri generali, & speciali, quo, vel quibus dictæ partes se tueri, aut contrafacere, vel venire possent, & prædicta intelligantur, & interpretentur, quoties opus esset ad attendendum, & observandum dictam pacem, & concordiam, & omnia, & singula suprascripta, ut melius tenere, valere, & servari possint.

Actum in Pratum Brexanorum, ubi dicitur Pratum Feræ in contrata Putei, in fine, & posse Montisregalis, præsentibus domino Tadeo de Montealto Cavensi, domino Joanne Marencho, Carlino de Magistro, Arnaldo Notario, domino Jacobo de Montefalcono, domino Facio Bomerico, Ottone de Brajda, & Jacobo Zerboregno testibus rogatis.

Et Petrus Merzerius Notarius publicus iis interfuit, & rogatus hanc cartam recepit.

Venditio locorum a Gulielmo M. Cevæ facta D. Nano. Ex R. A.

MCCXCIX. 212

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die Mercurii quarta mensis februarii. Actum Ast in pleno, & generali consilio civitatis Astensis congregato sub voltis de dom., ubi consilia celebrantur; interfuerunt ibi testes Jordanus de Palacio Notarius, Rolandus Ricardinus Notarius, Guillielmus Conatus Notarius, & Boconomus Preco Communis Astensis. Quorum præsentia nobilis vir dominus Guillielmus Marchio Cevæ non vi, non metu, non dolo inductus, sed sua spontanea voluntate vendidit, & tradidit, & quasi, & ex causa venditionis confessus est se tradidisse, & quasi tradidisse libere, & in allodium Girbaldo Cepulæ procuratoris nobilis viri domini Nani Marchionis Cevæ nomine ipsius, & pro ipso domino Nano, & successoribus, & hæredibus suis, de qua procura apparet per publicum instrumentum factum per Antonium Ferrarium Notarium in anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die Dominico primo intrante februarii, partem suam, quam habet in Ceva, quæ est medietas Cevæ minus octava parte, & omnia quæcumque habet, seu habere videtur in Ceva tam in hominibus, & Vassallis, & juribus Vassallorum, quam in domibus, sediminibus, terris, & possessionibus, pratis, vineis, boschis, sive nemoribus, castagnetis, gerbis, molendinis, furnis, battenderiis, paratoriis, sive folonoriis, clusis, & omni mero, & mixto imperio, & jurisdictione, & cum omnii dominio, honore, & districtu, & cum omnibus fodris, taleis, atque collectis, subcessionibus, bannis, decimis, & vicesimis, & juribus patronatus, pedagiis, curaxiis, mercatis, fictis, dictis, venationibus, & piscationibus, & pasquis, aquis, & aquarum discursibus, & alluvionibus, rupibus, atque ruinis & cum omnibus juribus, redditibus, & obventionibus quibuscumque, & quocumque nomine censeantur competentibus, & quæ competere videbantur dicto domino Guillielmo ante præsentem venditionem in dicta parte, & cum omnibus pertinentiis suis.

Item villam, & homines Roaxii. Item castrum, villam, & homines Petriolæ. Item castrum, villam, & homines Montisbaxilii. Item castrum, sive locum Montisgrossi Item castrum, villam, & homines Lesegni. Item vassallaticum castri, villæ, & hominum Cilliarii. Item vassallaticum castri, villæ, & hominum Rochæ Cilliarii. Item vassallaticum medietatis castri, villæ, & hominum Niellæ. Item vassallaticum medietatis castri, villæ, & hominum Perli, cum omnibus vassallis, & hominibus, quos habet in eis dictus dominus Guillelmus, & cum omni jurisdictione, mero, & mixto imperio, & cum omnibus juribus, & pertinentiis, honore, ac districtu eorum, & earum, & cum omnibus bannis, fodris, taleis, sive collectis, subcessionibus, decimis, & vicesimis, & juribus patronatus, pedagiis, vectigalibus, & curaxiis, molendinis, clusis, aquis, aquarum decursibus, alluvionibus, rupibus, atque ruinis, venationibus, piscationibus, pasquis, fictis, dictis, quartis,

quintis, roxiis; & cum omnibus domibus, ſedimi-
nibus, pratis, gerbis, vineis, boſchis, ſive nemo-
ribus, caſtagnetis, & aliis quibuſcumque rebus, quæ,
& quas habebat dictus dominus Guillielmus, ſeu
viſus erat habere, & tenere in prædictis caſtris,
villis, ſeu locis ante præſentem contractum, pro pre-
tio librarum ſexagintamillium Januæ. Quod pretium
dictus dominus Guillielmus confeſſus fuit, ſe habuiſſe,
& recepiſſe a prædicto Girbaldo procuratore nomine
dicti domini Nani, & de ipſo ſibi fuiſſe integre ſa-
tisfactum in bona pecunia numerata, & in ſuam uti-
litatem fuiſſe converſum. Renuncians exceptioni non
numeratæ pecuniæ, & precii ſibi non ſoluti, ſive
numerati, & quod non poſſit dicere, vel allegare
ſe fuiſſe deceptum, vel circumſcriptum in hac ven-
ditione reipſa, vel dolo dictum procuratorem domini
Nani ultra dimidiam juſti precii, vel in aliqua parte
ipſius precii aſſerendo dictum precium verum, &
juſtum eſſe, & quod non poſſit dicere, vel allegare
dictam pecuniam non fore converſam in utilitates
ſuas, cum vere converſa fuerit. Tali modo facta eſt
dicta venditio, ut de cætero dictus dominus Nanus,
& hæredes, & ſucceſſores ejus res prædictas omnes,
& ſingula per ſe, & ſuos hæredes, & ſucceſſores
habeant, teneant, & poſſideant, & de ipſis quic-
quid voluerint cum omnibus ingreſſibus, & egreſſi-
bus, & cum omni uſu publico, & privato, & cum
omnibus ſupra ſe, & infra ſe exiſtentibus, & cum
omni jure. Quas res omnes, & ſingulas dictus do-
minus Guillielmus per ſe, & ſuos hæredes, & ſuc-
ceſſores promiſit dicto Girbaldo procuratorio nomine
dicti Domini Nani, & pro ipſo, & ſuis hæredibus
in perpetuum defendere, disbrigare, & auctorizare
ab omni perſona &c.

Prædicta autem omnia facta ſunt, vendita, &
translata, ſalvo omni jure competenti Eccleſiis Aſtenſi,
& Albenſi, ſi quod habent in Montebaxilio, & in
Leſegno, & in Montegroſſo, & eo jure eorum ſal-
vo, ſi quod habent dictæ Eccleſiæ, vel earum ali-
qua, omnia jura dicti domini Guillielmi in ipſis ca-
ſtris, villis, & locis ei competentia intelligantur,
& ſint translata in dictum Girbaldum nomine dicti
domini Nani, & in ipſum dominum Nanum, ſecun-
dum quod ſuperius plenius continetur.

Inſuper domini Henricus Pelleta, & Roſſinus Al-
ferius habentes generalem, plenam, & liberam po-
teſtatem, auctoritatem, atque bayliam a Communi,
& populo Aſtenſi tractandi, ordinandi, ſtatuendi,
& firmandi omnia, & ſingula quæcumque eis vi-
debuntur eſſe neceſſaria, vel opportuna pro Com-
muni, & populo Aſtenſi in factis, & negotiis dicto-
rum Dominorum ſuper pace fienda inter eos, & ad
ea pertinentibus, & ad ea tangentibus, de qua bay-
lia eis conceſſa a Communi conſtat per publicam
ſcripturam ſcriptam per Petrum Zachum Notarium
in anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo
octavo, indictione octava, die Jovis decimo octavo
menſis decembris; & de qua baylia eis conceſſa a
populo conſtat per publicum inſtrumentum ſcriptum
per . . . . . Notarium in anno Domini mil-
leſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, indictione
undecima, die . . . . . auctoritate prædicta-
rum bayliarum, omnimodo, & jure, quo melius
potuerunt nomine, & vice dicti Communis, & po-
puli, & pro ipſo Communi, & populo omnia præ-
dicta, & ſingula approbaverunt, laudaverunt, &
ratificaverunt. Renunciando dicto Girbaldo nomine
dicti domini Nani, & pro ipſo domino Nano no-
mine dicti Communis, & populi omni juri compe-
tenti in dictis rebus venditis, & earum ſingulis, &
populo Aſtenſi, & omni infeudationi, & inveſtituræ
facta per dictum populum de dictis rebus in dictum
dominum Guillielmum, vel filios ejus; facientes no-
mine dicti populi dicto Girbaldo nomine dicti do-
mini Nani plenam remiſſionem, & quitationem de
prædictis omnibus, & ſingulis per Aquilianam ſtipu-
lationem præcedentem, & acceptilationem ſequen-
tem. Pro quibus omnibus obſervandis obligaverunt
dicto Girbaldo nomine dicti domini Nani pignori
omnia bona dicti Communis, & populi Aſtenſis.
Ceſſantes etiam, & irritantes ex certa ſcientia auc-
toritate dictarum bayliarum, & omni jure, & modo,
quo melius potuerunt omnes venditiones, infeuda-
tiones, & contractus factos, & factas inter dominum
Guillielmum, & filios, ſeu aliquem ipſorum ex una
parte, & Commune, ſeu populum Aſtenſem ex al-
tera, ſeu nomine ipſius populi Aſtenſis, ſeu pro ipſo
populo Aſtenſi.

Præterea Fredericus filius domini Guillielmi de
Ceva ſuo nomine, & nomine Joſephi, & Aymé-
rici fratrum ſuorum, quorum procurator eſt, ut patet
per duo inſtrumenta facta per Henricum de Ulmo
Notarium in anno Domini milleſimo ducenteſimo
nonageſimo octavo, indictione undecima, unum die
decimoquinto menſis auguſti, & aliud die decimo-
ſexto ejuſdem menſis, & nomine Manuelis ſimiliter
fratris ſui, quem ratum habiturum promiſit dicto
Girbaldo prædicto nomine ſtipulanti prædictis omni-
bus pactis dictæ venditioni conſenſit, & tam ſuo,
quam dictorum fratrum ſuorum nomine renunciavit
omni juri ſibi, & ipſis fratribus ſuis competenti in
ipſis rebus venditis, & qualibet earum, & hoc ad
poſtulationem, & requiſitionem dicti Girbaldi no-
mine ſupradicto.

Franciſcus Morandus civis aſtenſis Notarius Pa-
latinus de prædictis inſtrumentum recepit.

213

MCCXCIX. die IV. februarii. *Fœdus pacis per-
cuſſum inter Marchionem Nanum de Ceva, & Leo-
nem, Obertum, Johannem, Guillielmum, & Franciſcum
fratres de Scagnello* apud M. Ceva a Boſia.

214

MCCXCIX. die IV. februarii. *Fœdus pacis per-
cuſſum inter Guillielmum, Fredericum, Joſephum, Ma-
nuelem, & Aimericum patrem, filioſque ex Marchio-
nibus Ceva, & Marchionem Nanum, quo illi Nano
Marchioni cedunt omne, ac quodlibet jus in pluribus
Marchionatus feudis excepto eo quod poſſident in Ceva
Roaſio, & Priola* apud eumdem.

215

MCCXCIX. die IV. februarii. *Venditio medietatis
Roaxii excepta octava parte caſtri, & villæ Priolæ,
Monbaſilii, Montiſgroſſi, Leſegni, Ciliari, Rocha,
medietatis Nigellæ, & Perli a Guilielmo Marchione
Ceva facta pretio librarum* 12. *Aſtenſium Nano Mar-
chioni* apud M. Cevam a Boſia.

MCCCIX. IV. februarii. *Inveſtitura a Marchione Nano conceſſa Federico, Joſepho, Manueli, & Aimerico fratribus, & filiis Gullielmi locorum, & caſtrorum Roaſii, Montisbaſilii, Priolæ, Montiſgroſſi, Leſegni, Cilliari, & Roccha, Niellæ, Perli de piſtrinis &c. Hac inveſtitura præceſſit traditionem inde factam Communi Aſtenſi, quam retuli in ſuppl. col. 447. n. 203. Apud Marchionem Cevam a Boſia extat mentio alterius inveſtituræ de ſolo feudo Leſegni eiſdem fratribus conceſſa die XIV. februari; attamen non aliam puto, quam præcedentem.*

Chronica Alexandrina Joannis Antonii Clari ex Collegio Notariorum Alexandriæ.

Incipiunt quædam probitates, & facta noſtrorum prædeceſſorum extractæ per me Joannem Antonium Clarum a quodam libreto prædeceſſorum meorum, & adſunt plurimæ, & diabolicæ partialitates inter homines Alexandriæ.

Anno Domini MCLIV. Venit Imperator Fridericus primus in Italiam, & hoc anno beatus Philippus inchoavit ordinem Fratrem Servorum Virginis Mariæ in Monteſenario foris Florentiam.

Anno Domini MCLV. Terdona diſſipata fuit die XI. aprilis.

Anno Domini MCLXII. Imperator Fridericus deſtruxit Mediolanum.

MCLXVIII. Ædificata fuit civitas Alexandriæ die XV. menſis maii, appellataque fuit Alexandria ab Alexandro Pontifice, & compoſita fuit ex quatuor quarteriis, videlicet Gamundio, Marengo, Roboreto, & Bergolio, & ex quatuor villis circumvicinis, videlicet ex Caſtellacio, Uvigliis, Quargnento, & Solerio.

MCLXXIV. Fuit obſeſſa Alexandria ab Imperatore.

MCLXXVIII. Fuit magna careſtia per totam Lombardiam.

MCLXXXV. Fuit magna fames per totam Italiam.

MCLXXXVI Soldanus accepit ſacrum ſepulcrum Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

MCLXXXX. Imperator Fridericus intravit Lombardiam. *Erratum in nomine, vel in anno: legerem Henricus.*

MCLXXXXVIII. Dominus Gullielmus de Puſterula fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc obiit Imperator in Apulia (*ſcilicet* Henricus).

MCCIV. Fuit obſeſſa Valentia a Papienſibus.

MCCVIII. Dominus Obertus de Fontana fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc factum fuit Betale Alexandriæ.

MCCX. Dominus Guinifortus de Belixiis fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc amiſſum fuit Pezetum, & levatum Montemcaſtrum.

MCCXII. Dominus Rufinus de Avogaliis de Verzellis fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit rupta de Baſignana.

MCCXV. Dominus Nicolinus de Andito fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc captum fuit Caſale ſancti Evaxii.

MCCXVI. Dominus Ottobonus de Cruce fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc ædificata fuit porta nova.

MCCXXI. Fuit maximus terremotus in feſto Nativitatis Domini Noſtri.

MCCXXV. Dominus Ablaticus Marcellinus fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit rupta de Valle de Quatuordecim, & Calamandranæ.

MCCXXXI. Dominus Roxenatus de Puteobonello fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc obſeſſum fuit, & captum Clavaſium.

MCCXXXII. Dominus Antonius Fontana fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit prima diſcenſio populi, & communis, & Bergolium combuſtum fuit, & tunc Guaſchi tenebant cum populo.

MCCXXXVI. Dominus Roſenatus de Putebonello iterum fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit ſecunda diſcordia populi, & communis, & proinde electi fuerunt duo conſules, ſcilicet domini Ruffinus Guaſcus, & Carolus ex Reinaldis, & tunc multi de populo venerunt de Communi; quia erant violenter oppreſſi a potentibus populi, & deſpectu illorum de Putheo, & de Guaſchis nobilibus adhæſerunt, & hi fuerunt Gallinæ, Vacchæ, & multæ aliæ parentelæ parvæ, quæ modo nobiles ſe appellant, & fecerunt hoc in contemptum, & deriſum populi, & multi Guelfi evenerunt Gibellini, & e contrario Squarſaſichi Guelfi de populo evenerunt Gibellini de communi deſpectu Guaſcorum ex ſimili cauſſa. Qua ex cauſa eis male ſucceſſit, quia tunc auxilium, & favorem amiſerunt populi, qui tirabat cum ipſis, eo quia tenebant a Guaſchis, propter quod deſtructi, & expulſi fuerunt propter cautelas, & ingenia Guaſcorum, quod ſi fideliter ſemper cum populo tenuiſſent nunquam ſuis contingentibus honoribus cecidiſſent, quare populus eos ſubitinuiſſent, quia voluerunt per ſe valere perſonarum multitudine confiſi, & paros effici Guaſchis, & honoribus partis, & non potuerunt deficiente virtute. Acharini, Gibellini tunc evenerunt Guelfi deſpectu Squarzaſichorum, qui voluerunt eis auferre, & arripere, & eos privare honoribus partis Gibellinæ, cujus caput erat in Bergolio, & multæ aliæ novitates in Bergolio fuerunt, quas hic longum narrare eſſet, ideo cauſſa brevitatis ommitto.

MCCXXXVIII. Fuit dominus Obertus Vicecomes de Placentia Poteſtas Alexandriæ, & tunc obſeſſa fuit Brixia ab Imperatore, & tota deguaſtata Alexandria, & fuit ſequenti anno iterum deguaſtata, & dicto anno ſol eclipſavit.

MCCXL. Se concordavit Alexandria cum Imperatore.

MCCXLVIII. Caſtrum S. Salvatoris captum fuit.

MCCXLIX. Fuit dominus Odoardus Poteſtas Alexandriæ, & obſeſſio de Lu, & tunc Lanzavegiæ erant extra Alexandriam.

MCCL. Fuit dominus Obertas Canis Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit concordia de Lanazvegiis cum illis de Putheo, & de Guaſchis, & eo anno Cremonenſes Carroſium Parmæ ceperunt; & Melazium, & Beſtagium datum fuit in concordia domino Marchioni, & dominus Imperator obiit in die ſanctæ Luciæ.

MCCLI. Fuit guaſtata Alexandria a domino Marchione Montisferrati, qui cum ſua gente erat in Alexandria, & tunc fuerunt Rectores, & Conſules dominus Paganus de Putheo, & dominus Jacobus Lanzavegia.

MCCLII. Fuerunt Rectores Alexandriæ ſupraſcripti dominus Jacobus, & dominus Paganus, & tunc capti fuerunt illi de Burgo; & Papa Innocentius venit Alexandriam; & eo anno Mediolanenſes ceperunt Laudem, & deſtruxerunt Caſtrum; & Alexandria devaſtata fuit per Papienſes, & amicos ſuos, & multi de Aſtenſibus capti fuerunt apud Borgolium.

MCCLVII. Fuit dominus Borazolus de Buris Poteſtas Alexandriæ, qui captus fuit per partem de Lanzavegiis, & illi de Putheo exiverunt de Alexandria cum Marchione Lanzia.

MCCLVIII. Dominus Zanonus de Beccaria fuit Poteſtas Alexandriæ, qui fuit expulſus de Poteſtaria, & pars de Lanzavegiis exivit de Alexandria cum militia Papienſium, & illi de Putheo ceperunt plures de Alexandria apud Terdonam.

MCCLX. Fuit dominus Armericus de Caſſinalo Poteſtas Alexandriæ, tum redierunt illi de Putheo in Alexandriam, & ipſe dominus Armericus mortuus fuit apud Novariam, qui dominus Armericus cum communi Alexandriæ ceperunt Serravallum. Eodem anno dominus Franciſcus de Canepanova fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc dominus Jacobus Lanzavegia, & pars ſua exivit Alexandria.

MCCLXI. Dominus Baſtardus Montisferrati fuit Poteſtas, & tunc obiit dominus Manfredus de Marengho in anno novo, & Papienſes devaſtaverunt Alexandriam cum amicis ſuis. Eodem anno Papienſes fecerunt Pavonum in odium Alexandriæ.

MCCLXII. Eodem anno Coradus Rex Alamaniæ fuit Romam.

MCCLXIII. Dominus Gullielmus de Petra fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit rupta de Madio (1), & de militia Alexandrina multi capti fuerunt per dominum Marchionem, & in maxima quantitate de populo Montisferrati capti fuerunt per populum Alexandrinum.

(1) *Forte* de Maſio.

MCCLXIV. Dominus Gullielmus de Davia fuit Poteſtas Alexandriæ, & in illo anno fuit oppreſſum Sezadium, & Nicia amiſſa, & civitas Aquis, & illi de Nicia, qui intrarunt Alexandriam, ſuſpenſi fuerunt.

MCCLXV. Dominus Obertus de Scipiono fuit Poteſtas Alexandriæ, & cum militia ſua, & Alexandriæ capitur apud Nitiam. Tunc milites Regis Caroli tranſiverunt per Lombardiam euntes Apuliam.

MCCLXVI. Dominus Dalphinus Canis fuit Poteſtas Alexandriæ, & levati loco Conſulum propter diſcordiam populi, & communis. Fuerunt privati Antiani, & Rectores populi Gullielmus Bellazena, & Jacobus Fanibuellus rexerunt Bergolium ſex menſibus abſque rumore populi, & communis, & in ſtatu pacifico; & peſtmodum invidia fuerunt depoſiti per illos de communi, nolentes, & invito populo minuto cum ipſius ſocietate ſancti Petri, quæ tunc regnabat circa numero ducentorum peditum, & q. (1) illi de communi, & ſpecialiter Guaſchi, qui cum illis æqualiter in juſtitia vivere volebant, in magno rumore (2) tenebantur, ne facerent exceſſum in populo: ſuis tamen contingentibus honoribus non oppreſſos . . . . . & tunc pars illorum de Putheo redivit domum, quæ fuerat expulſa per partem de Lanzavegiis, & dicto tempore Rex Carolus ivit Romam.

(1) *Lege* quia. (2) *Potius* timore.

MCCLXVII. Rex Corradus de Alemania ivit Romam.

MCCLXVIII. Rex Corradus factus fuit mortuus per Regem Carolum in Apulia.

MCCLXIX. Dominus Franciſcus de la Turre de Mediolano fuit Poteſtas Alexandriæ, & pro eo ſtetit dominus Guido de Caſtelliono, & in exitu ſui regiminis fuit concordia Regis Caroli, & Alexandriæ.

MCCLXX. Dominus Otto Ardicius fuit Vicarius Alexandriæ pro Rege Carolo.

MCCLXXI. Dominus Brandalixius de Lambertinis de Bononia fuit Poteſtas Alexandriæ, qui explanavit foſſatum Quargnenti. Illo anno incepta fuit guerra cum Marchione Montisferrati, & facta turris Montaudeli.

MCCLXXII. Dominus Gandulfus Palaſtrellus fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc obſeſſum fuit caſtrum Aquis, & per homines Alexandriæ Provinciales captum, & acquiſita Rocha, Carpenetum, & Conzanum.

MCCLXXIII Dominus Odoardus de Comituris fuit Poteſtas Alexandriæ, qui ſuo tempore cepit caſtrum, & villam S. Salvatoris, & poſtea amiſit, & ibi capti fuerunt illi de Marengho. Item eodem anno fuit obſeſſa Nicia, & regimen (1) Alexandriæ factum fuit.

(1) *Forte* regiſtrum.

MCCLXXV. Dominus Lodricius della Turre de Mediolano fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc venerunt Spagnoli in Lombardia, & cum Marchione Montisferrati Papienſes, & Aſtenſes devaſtaverunt Alexandriam.

MCCLXXVI. Dominus Gullielmus de Petra fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc pars de Lanzavegiis exivit Alexandria, & Tertonenſes rupti fuerunt apud Seravallum per Marchionem, & Aſtenſes, & illi della Turre capti fuerunt, & expulſi de Mediolano

MCCLXXVII. Dominus Gullielmus de Odonis fuit poteſtas Alexandriæ, & tunc dominus Marchio cum parte de Lanzavegiis intraverunt Bergolium, & poſtea victi, & derobati fuerunt illi de Borgolio.

MCCLXXX. Dominus Nicolinus Baſtardus Montisferrati fuit Poteſtas Alexandriæ, & illo anno dominus Marchio eundo in Hiſpaniam captus fuit a Comite Sabaudiæ.

MCCLXXXII. Dominus Guido de Caſtione Poteſtas fuit . . . . . dominus Marchio cum Alexan. fuit apud Cremonam, & Cremam cum Parmenſibus . . . . . & eodem anno illi de Putheo cum parte ſua exiverunt Alexandria, & Guaſchi de Burgolio, & eos reduxit dictus dominus

Digitized by Google

Marchio in Alexandriam, & dominus Boſo de Doaria fuit expulſus de Soncino, & dominus Franciſcus de Puſterla venit in Poteſtatem Alexandriæ, & dominus Nicolinus Merlanus fuit Capitaneus populi Alexandriæ.

MCCLXXXIII. Dominus Bonifacius de Puſterla fuit Poteſtas Alexandriæ, & in ipſo anno fuit obſeſſum Caſtellatium, & captum, & ſimiliter Uviliæ; & Epiſcopus Terdonæ, & homines expullerunt Gullielmum de Monte Merlo, & reduxerunt partem illorum de Putheo; & inceperunt guerram cum domino Marchione, & Alexandrini voluerunt intrare Alexandriam juxta portam Rozoliæ de nocte, & qui intraverunt, fuerunt expulſi: & illa nocte dominus Obertus Canis necavit in Burmida, & dominus Muſſus de Beccaria fuit Capitaneus populi in Alexandria.

MCCLXXXIV. Dominus Gullielmus de Binaſco fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc illi de Putheo cum amicis ſuis ruperant homines de Alexandria apud portam Marenghi, & ceperunt Boſcum, & Freſonariam. & Marchio Montisferrati cepit Terdonam, & Epiſcopum Terdonæ.

MCCLXXXV. Obiit Papa Martinus, & Rex Carolus. Marchio Montisferrati. Marchio de Saluciis fecerunt exercitum apud Burgum S. Dalmatii; & Rex Franciæ fecit exercitum ſuper terram Regis Aragoniæ; & venit Rex Franciæ, & redivit..... Vercellas. & exercitus intraverat Cumas.

MCCLXXXVI. Dominus Simon de Nazario fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit obſeſſum Boſcum, Friſonariam, & illi de Putheo per concordiam redierunt Alexandriam, & dominus Jacobus Clarus (1) juriſperitus fuit Locumtenens Generalis domini Marchionis extra Tanarum.

(1) Arlerius *non* Clarus *in antiquiori exemplari.*

MCCLXXXVIII. Dominus Simoninus de Bellixiis fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc combuſtum fuit Palatium novum communis Alexandriæ.

MCCLXXXIX. Dominus Marchio Montisferrati devicit Papienſis apud Lumellum, & poſtea intravit civitatem Papiæ, & habuit Papiam, Baſſignanam, Montemcaſtellum, Pavonum, Pezetum, Pomarium, Valentiam, Caſale de voluntate domini Manfredi de Beccaria.

MCCLXXXX. Dominus Anſelmus de Barutiis fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc Marchio Montisferrati cœpit guerram cum Aſtenſibus, & fecit exercitum cum hominibus Alexandriæ, Terdonæ, & militia Papiæ, & Vercellarum apud Inſulas de menſe martii: & poſtea de menſe madii fecit exercitum apud Montemmagnum, ubi homines Alexandriæ, & Vercellarum ſe ſe ad invicem præliaverunt, & dicto anno de menſe auguſti dictus Marchio cum Papienſibus, Novarienſibus, Vercellenſibus, & Tortonenſibus cum militia Alexandrina fecerunt exercitum verſus Milanum contra illos della Turre; & quando redivit de ipſo exercitu venit cum militibus prædictarum terrarum in Alexandriam, die veneris octavo ſeptembris; & die ſabbati ſequenti rumor factus fuit per homines Alexandriæ contra ipſum dominum Marchionem dicentem, quod volebat totam Civitatem deſtruere, & ipſum ceperunt, & reduxerunt in palatio de Fraſcariis, ubi per homines Alexandriæ cuſtodiri faciebant ſub fida cuſtodia, & die lunæ ſequenti recluſus fuit ſuper palatio veteri communis Alexandriæ, & ibi ſtetit captus per menſes decemſeptem, vel circiter, & ibi obiit die mercurii quinto februarii.

MCCLXXXXI. Dominus Guidefredus della Turre de Mediolano fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit conjuratio, & conſpiratio civitatum Lumbardiæ, videlicet Mediolani, Papiæ, Parmæ, Brixiæ, Pergami, Placentiæ, Laude, Regii, Cremonæ, Vercellarum, Novariæ, Alexandriæ, Terdonæ, Aſtæ, Taurini, civitatis Januæ, Savonæ, Albingianæ, Albæ, Iporigiæ, & homines Papienſes venerunt in obſidionem Baſſignanæ, & in dicto anno communes Alexandriæ recuperavit Zenzanum, Septembrium, Caſſinas, & civitatem Aquis, Carpenetum, Montemcaſtellum, & Pavonum, quas omnes terras tenebat dominus Marchio Montisferrati. . . . . ut dicitur, debent eſſe in Lumbardia, pro parte ſpecialiter Italiæ triginta civitates, in quibus ſunt ſexaginta principales parentelæ, capita partium diverſæ voluntatis; aliæ autem parentelæ groſſæ ſunt ſecundariæ collaterales, & quodammodo ratione ordinis ſervandi ſequentes tam unius partem, quam alterius; aliter res ſine ordine procederet, & ſubcumberet periculo confuſionis, quare ſtant male uni duo capotia.

MCCLXXXXII. Dominus Antonius Mainerius fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc ſcilicet die Veneris primo februarii milites Papienſes, & ſuæ partis, qui ſtabant in Baſſignana, & pedites Baſſignanæ de Pezeto, & Pavono rupti fuerunt, capti, & menati apud Salas in magna quantitate, & plures de Belingeriis ibi capti fuerunt, & die mercurii ſequenti quinto dicti menſis februarii dominus Marchio Montisferrati obiit in Alexandria, & dicto anno milites Papienſes concordati ſunt cum populo Papiæ, & redierunt Papiam, & dicto anno commune Alexandriæ recuperavit, & habuit Viarixum, Altavillam, Fraxinellum, Zenzanum. Etiam eodem anno fuit levatum domicilium, & alta turris per homines Alexandriæ, & fuerunt Maſſarii Gullielmus Mantellus, & Villanus Boninus, & illi de ſancto Salvatore ſe concordaverunt cum communi Alexandriæ.

MCCLXXXXV. Dominus Tarianus de Villa de Mediolano fuit Poteſtas Alexandriæ, & tunc fuit capta Villa S. Salvatoris per concordiam, & omnia deſtructa cum domibus, quæ erant in ipſa Villa forti, & tunc mortui fuerunt duo de Schazoziis per Bonizanos, & ipſa de cauſſa Schazoxii procuraverunt, ut homines Alexandriæ haberent dictam Villam, & eis placuit, ut diſſiparentur. Sed certe non fuerunt bene ſapientes Alexandrini ad faciendum mori præfatum Marchionem Montisferrati in carceribus, quia ſe ſubjecerunt maximo periculo perſonarum propter offenſam tanti hominis juxta illud. ſtant male ſecuri, qui ſubdunt colla ſecuri: aliqui dicunt tamen, quod ex maxima cauſſa mori fecerunt, quia volebat deſtruere Alexandriam. Mihi tamen videtur, quod eſſet melius pati aliquam injuriam ab aliquo naturali Domino, & potenti Viro, quam currere

ad vindictam: quare aliquando vendicantis conditio deterior fit, cum destrui non potest cui inferatur injuria, quia destructo principali non destruuntur possessores naturæ, vel dignitatis; nam destructo illo Marchione, non destructi fuerunt successores dignitatis, quare Marchionatus Montisferrati est dignitas naturalis, quæ nullo modo deficere potest; quum enim forte sine arte succedatur, & succedentes semper recordabuntur injuriæ factæ dignitati, & numquam naturaliter diligunt, qui injuriam fecerunt, sed semper odio habent, & numquam ipsis confidunt in factis, neque dictis, sed semper eorum destructionem quærunt.

MCCCX. Rex Robertus habuit Alexandriam: & causa ultimi recessus partis Gibellinæ fuit ista, quare quando Rex Robertus habuit Alexandriam, ut supra misit Sinischalcum suum ejus Locumtenentem, vel ejus personam repræsentantem, & quando fuit Alexandriæ, ambæ partes erant, & fecit ambas partes convocari coram se, ut dicitur, occulto consilio partis Guelfæ, sive privato, & quando ambæ partes fuerunt coram se super palatio Alexandriæ dixit: *causa propter quam feci convocari vos personaliter est ista, quare volo detis mihi omnes fortalitias, quas tenetis super jurisdictione Alexandriæ.* Pars Guelfa in continenti sibi dedit; pars autem Gibellina dare noluit, & ab hoc ibidem existentes detineri, & in carceribus recludi fecit. Alii vero Gibellini, qui se non præsentaverunt, ab Alexandria recesserunt non expulsi, sed timore, & inde ceperunt guerram cum Alexandria, & steterunt extra tantum quod dominus Luchinus Vicecomes redegit eos domum, quod fuit MCCCXLV.

MCCCXIV. Rex Robertus ædificare fecit Ecclesiam S. Francisci de Alexandria, & ejus uxor ædificari fecit Monasterium S. Mariæ Magdalenæ, & dominus Nicolinus Canefrus dote auxit capellam S. Laurentii.

MCCCXXX. Tanager intravit Borgolium. & eum quasi totum dissipavit, & dicto anno Marchio Montisferrati devastavit posse Borgolii.

MCCCXLVII. Fuit concordia inter Antonium, & Rufinum fratres de Calcamugiis de filiis Rufini pro fortalitio Sezadii medio D. Conradi Lanzavegiæ, & Pagani Guaschi militis.

MCCCXLVIII. Illustris dominus Luchinus Vicecomes dominus Mediolani obtinuit dominium Alexandriæ, quod antea tenebat Rex Robertus.

MCCCLXV. Dominus Galeaz Vicecomes dominus Mediolani habuit guerram cum domino Montisferrati, & duravit pluribus annis, & in illa guerra dominus Galeaz, quare potentior erat, devastavit plures terras, & arripuit plura loca, videlicet Casale, Valentiam, Felizanum, & plures alias, quæ ignorantur, quum sint Marchionatus Montisferrati.

MCCCLXXI. Fuit maxima mortalitas in Alexandria, & obierunt infinitæ personæ, & regnavit annis tribus, & plus, & in platea majori erat herbarum, sicut prata, & etiam contratis Civitatis; & mortui sunt plures de Claris, videlicet dominus Jacobus Clarus Jurisperitus, dominus Magister Bertramus Clarus, dominus Magister Tonsus, Magister Ugo de Claris artium, & medicinæ Doctores, & etiam Ghilardonus Clarus Armiger ex primoribus Capitanei domini Marchionis Montisferrati, & multæ parentelæ veteres privatæ sunt, videlicet mortuæ; & in ultimo anno dictæ mortalitatis videlicet 1373. obierunt plures de Burgolio, & Præsbiteri S. Mariæ de Burgolio.

MCCCLXXIII. Fuit maxima caristia in Alexandria, & duravit tribus annis, & in ultimo anno valuit modium frumenti florenos sexdecim auri, & plures obierunt fame.

MCCCLXXVII. Regnaverunt lupi rapaces in posse Burgolii, & interfecerunt plusquam 50 homines de Burgolio.

MCCCLXXXI. Die vigesimasecunda augusti combusta fuit fere quarta pars Burgolii adversus Acharinos, & ibi igne casu accenso.

MCCCLXXXII. Venit Dux Andegaviæ vulgo de Angiò de stirpe regia Francorum in partibus Lumbardiæ cum centum militibus hominibus ab armis occasione eundi Apuliam ad expellendum Carolum de pace, & regno, quem Rex Ungariæ posuerat in possessione dicti regni, expulsa Regina Joannina, cujus erat, & dicto anno erat magnum Schisma inter Ecclesiam sanctam Dei, quare regnabant duo Papæ, quorum unus erat Italicus, & alter Ultramontanus: & obiit Obertus Dux Andegaviæ in Apulia cum Comite, & multis aliis Baronibus Franciæ, & Sabaudiæ, & dictum regnum habere non potuit.

MCCCLXXXIII. Fuit maxima discordia inter populum, & Commune de electione Antianorum, quia eos volebant eligere illi de populo dicentes, quod electio stabat ad ipsos, & illi de Commune dicebant, quod erat sua, & sic ortum fuit maximum odium inter populum, & nobiles, populares, & populares, nobiles, & nobiles inter unam parentelam, & aliam, & in illo tali tumultu, & odio duo fratres domini Dominici Invitiati milites interfecerunt fratrem domini Ottini Invitiati quondam domini Joannis, Bartholomeus filius Augustini Castellarii de Merlanis interfecit Antonium patrem domini Jacobi, & Stephani de Stornionis: unus de Acharinis unum alium de Mangiagatis, & unus de Guerciis unum de Pertuxatis, & unus de Mantellis unum de Grassis, & unus de Caciis unum alium de Panciis, & plures alii fuerunt interfecti durante illa discordia cautelis, & ingeniis Guascorum nolentium, quod aliquid fieret in Burgolio absque eorum beneplacito, & consensu, & tandem electio Antianorum fuit illorum de populo.

MCCCLXXXV. Fuit secunda combustio Burgolii de mense martii, & fere tanta quanta prima. Eodem anno de mense madii captus fuit dominus Barnabos Vicecomes cum filiis suis per Comitem Virtutum, & gentes sua extra muros Mediolani, & reclusus in carceribus una cum filiis suis; exceptis illis, qui fugerunt, & in primoribus tribus mensibus sibi levavit totum territorium suum.

MCCCLXXXIX. Unus de Mantellis percussit unum de Collis, & unus de Collis postea percussit unum alium de Mantellis, & postea unus de Mantellis percussit unum alium de Porcellis nullus tamen obiit: & ob hoc utraque pars fecit detenere

ſuper palatio Communis Alexandriæ duobus menſibus, antequam potuerint concordare de dando ſecuritatem de ſe non offendendo. Eodem anno domina Valentina filia dominis Comitis Virtutum ivit maritum in dominum Ducem Turoniæ de ſtirpe regia Francorum cum magna comitiva Baronum Lombardiæ nobilium, & procerum, & dedit ſibi in dotem Aſt, Claraſcum, Brajda, & ultra hoc maximam pecuniæ quantitatem, & dicto anno Barnabos Mantellus fuit Poteſtas Brajdæ pro dicta domina Valentina.

MCCCCIII. In menſe ſeptembris domus de Guaſchis cum ſequacibus ſuis dederunt Alexandriam Bizocardo Gallico nomine ſereniſſimi Regis Franciæ. Per paucos tenuit dies, & poſtmodum in brevi dominus Comes Facinus Canis de Caxali armorum Ducalis Capitaneus generalis, & Gubernator Illuſtriſſimi D. D. Philippi Mariæ Vicecomitis populi Ducis Mediolani, exiſtente ipſo domino Facino Bononiæ in tribus diebus, & duabus noctibus Alexandriam intravit, & dicti de Guaſchis cum eorum ſequacibus, & de Putheo nocte receſſerunt, & fuerunt banniti ibi in exilio, ſteterunt in Pedemontio uſque ad mortem præfati Illuſtriſſimi domini Ducis Philippi Mariæ; quo tempore multi de Guaſchis crudeli morte perierunt. Inclemeatia, & crudelitates tacentur pro pluri honeſtate.

Ab illo vero anno MCCCCIII. uſque ad annum MCCCCXII. die nona junii præfatus dominus Facinus moram traxit in civitate Alexandriæ, & regebat totum dominium Ducale; quo anno ſuum clauſit diem extremum. Ab illo etiam tempore Joannes de Vignati tenebat Laudum, & dominus Philippus de Arzeſio Placentiam, domini della Scala Veronam, & illi de Cavalcabovis Cremonam, & multi alii.

MCCCCXII. Die duodecima junii mortuo domino Facino Cane Illuſtriſſimus dominus Philippus Maria Vicecomes caſtrum portæ Jovis Mediolani intravit, & totum Dominium, & Ducatum Mediolani obtinuit, qui poſtmodum tempore, quo vixit, infinitas habuit victorias, & trigintaduas obtinuit civitates, computata Janua cum toto ſuo dominio per mare, & per terram, magnaſque populis faciebat extortiones, ſed de geſtis per eum longum eſſet narrare. Dominus Galeaz Vicecomes fuit princeps Mediolani, quare ante dicebatur dominus Mediolani, & Imperialis Vicarius, Joanni Galeaz ejus filius fuit primus Dux Mediolani, relicto domino Philippo Maria ejus filio proprio, qui ſub cura præfati Comitis Facini Canis remanſit

MCCCCXV. Præfatus dominus Philippus Maria Dux Mediolani, ut ſupra, voluit reducere Guaſcos in Alexandriam, qui banniti erant propter ſeditionem, quam fecerant in dando Alexandriam domino Regi Francorum anno MCCCCIII contradicentibus illis de Lanzavegiis, & ipſi de Lanzavegiis indignati dederunt Alexandriam Marchioni Montiſferrati in fine menſis januarii; at die quinta menſis februarii ipſius anni præfatus dominus Dux Mediolani dictam civitatem expulſo Marchione cum comitiva ſua recuperavit, & Gibellinos ſaccomanavit, & magna remanſit diviſio in dicta civitate, & poſt peracta pars Gibellina ſemper fuit amicitiſſima, & in defenſione domini Marchionis Montiſferrati. Et Ducati Mediolani, & Januæ erant a ſolidis triginta-duobus Imperialium.

MCCCCXXVI. Briſſia ſe rebellavit, & ſe dedit Venetis, ibi miſſi fuerunt maximi exercitus, & fuit dura guerra, & tandem obtinuerunt Veneti.

MCCCCXXIX., & MCCCCXXX. fuit terribilis peſtis in Alexandriæ civitate, & tempore veris cepit in Burgolio, quo anno MCCCCXXX. ad relationem, ſeu vocem fratris Toni Anulfi, qui habitabat tunc in Eccleſia Trinitatis, qui retulit in Peſchalibus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſe viſionem in nocte vidiſſe, & habuiſſe a quodam in forma peregrini eunte tempore ſano (1), & pluioſo, qui dixit: fiat hic ad muros Burgolii ſuper iſta prata juxta viam Gabæ groſſæ Eccleſia una ſub vocabulo ſancti Sebaſtiani, homines Burgolii pro majori parte peribunt peſte. Et mane die facto prædicta intimavit domino Priori ſancti Stephani, qui die martii Reſurrectionis Domini in Miſſis populo tremebundo notificavit, & ſic populus credidit; & in die octava Paſchæ ædificata fuit cum proceſſionibus, & magno fervore dicta Eccleſia ſancti Sebaſtiani, & ſubito peſtis ceſſavit. In Burgolio, & Alexandriæ perierunt peſte perſonæ numero quatuormillia: & in dicta ædificatione, & cura ſemper fit officium dictæ Eccleſiæ extra muros in octava Paſchæ.

(1) *Hoc additur in meo Cod.* ſano, *& quæ corrupta arbitror.*

MCCCCXXXI. In die converſionis ſancti Pauli Illuſtriſſimus dominus Joannes Marchio Montiſferrati rupit guerram cum Illuſtriſſimo Principe D. D. Philippo Mariæ Duce Mediolani, in qua totum Marchionatum deſtruxit, & terras ſaccomanavit, & ipſe Venetias aufugit, & poſtmodum præfatus dominus Dux Mediolani ſua liberalitate totum Marchionatum ipſo domino Marchioni reſtituit.

MCCCCXXXVI. Die duodecima novembris Simoninus Ghilinus Ducalis Aulicus levavit oſtagia partis Gibellinæ in civitate Alexandriæ de Lanzavegiis, de Invitiatis, & Squarciaſichis, qui poſt menſem redierunt domum.

MCCCCXXXVII. Die decimatertia auguſti præfatus Illuſtriſſimus Philippus Maria Dux Mediolani diem ſuam clauſit extremum, & Communitas Mediolani libertatem in toto dominio erexit. Eodem anno die IX. ſeptembris in feſto ſancti Michaelis dominus Ludovicus Guaſchus cum adhærentibus ſuis, & Simonino Ghilino, Antonio de Putheo, & certis aliis Burgolium dederunt domino Franciſcho de Canetris recipiente nomine domini Rinaldi Franciæ Mareſcalli cum loco Solerii, & Sexadium ſaccomanaverunt, & totum devaſtaverunt. Et tandem caſtramentando verſus locum Boſchi cum gentibus ſanctæ libertatis Mediolani gens Gallica rupta fuit cum toto exercitu eorum, & interfecti pro majori parte in vigilia ſancti Lucæ, & in feſto ſanctæ Urſulæ Burgolium relaxaverunt, & aufugerunt cum eis dominus Ludovicus Guaſchus cum tota domo eorum, & pluribus aliis de Borgolio, ac Simonino Ghilino, Antonio de Putheo, & certis aliis, & deinde magnificus Petrus de Puſterla Commiſſarius in Alexandria pro libertate Borgolium intravit pro ſancta libertate,

& per gentes armigeras conquaſſatum fuit palatium magnum de Guaſchis, & ſic ſteterunt in libertate a dicta die uſque ad totum annum MCCCCXLVIII., & in natalibus Domini Noſtri Jeſu Chriſti Illuſtriſſimus dominus Gullielmus Marchio Montisferrati Borgolium intravit, & obtinuit dominium civitatis Alexandriæ, & diſtrictus magno cum favore annorum ſuorum. Ex poſt vero per paucos menſes Illuſtriſſimus Franciſcus Sforcia Ducatum obtinuit Mediolani mediante fame.

MCCCCXLIX. Præfatus dominus Dux Mediolani ad ſe bonis verbis vocavit Illuſtriſſimum dominum Gullielmum, & illum in caſtro Papiæ incarceravit, ubi per plures menſes ſtetit.

MCCCCL. Die decimaſeptima madii præfatus dominus Gullielmus de Monteferrato a carceribus relaſſatus fuit, & civitatem Alexandriæ cum toto diſtrictu Illuſtriſſimo domino Duci Mediolani reſtituit.

MCCCCLIX. Die decimaquinta auguſti fundata fuit Eccleſia ſanctæ Mariæ de Gratiis ad Aſtiglianum per Blaxium Panciam.

MCCCCLXV. Illuſtriſſimus Franciſcus Sforcia Dux Mediolani diem ſuum clauſit extremum. Eodem anno die vigeſimaſexta februarii Illuſtriſſimus Galeaz Maria ejus filius Mediolanum intravit, & Ducatum, qui viriliter ſe geſſit in dominio, & Januam ſubjugavit.

MCCCCLXXVII. In natalibus Domini, videlicet in feſto ſancti Stephani, & in ipſa Eccleſia Mediolani in ſancto Stephano in Brolio hora 17. occiſus fuit a Johanne Andrea de Lampugnano, & etiam in eodem loco a conjuratis interemtus fuit, & multi alii ecriter interciſi, & mortui fuerunt. Dominium vero Mediolani, & ſtatus remanſit pacificus Johanni Galeaz Mariæ ejus filio, & dominus Cichus faciebat omnia, tamquam gubernator.

MCCCCLXXVIII. Reverendiſſimus in Chriſto Pater dominus Marcus Epiſcopus Alexandriæ Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Gratiis ad Aſtiglianum erexit in Prioratum, cui Priorem dedit fratrem Clementem de Gariboldis de Mediolano, qui fuit primus Prior in ipſa Eccleſia

MCCCCLXXIX. Dominus Carocius Spinola fuit Poteſtas Alexandriæ, & in eo anno fuit epidemia in Alexandria, & præcipue in quarterio Borgolii.

MCCCCLXXX. Dominus Petrus Tortus legum Doctor de Caſtronovo fuit Poteſtas Alexandriæ, & ipſe .... quo tempore ſui regiminis ædificata fuit domus datii mercantiæ, & in ipſo anno dominus Johannes Baptiſta de Caſtiliono civis Mediolani fuit Commiſſarius Alexandriæ. Eodem anno Illuſtriſſimus Gullielmus Marchio Montisferrati invenit quoddam theſaurum abſconditum ſuper poſſe Moncalvi valoris ſecundum communem exiſtimationem ducatorum duorum millionum, & plus reſpectu membra Sanctorum, in quo inventum fuit brachium, ſeu digitus cum brachio ſancti Johannis Baptiſtæ, Sanguis verus Corporis Chriſti, caput Sancti ..... calices ſeptem auri, & quædam gallina cum pulxinis duodecim auri.

MCCCCLXXXIV. Dominus Petrus Veſpucius de Florentia fuit Poteſtas, & Commiſſarius Alexandriæ, & fuit interfectus, & laqueo ſuſpenſus per illos de Villavegiis, eo quia in vigilia Aſcenſionis Domini ſuſpendi fecit ad Lobiam palatii Carrantum Villavegiam abſque confeſſione, & de facto, & propter hoc die Aſcenſionis ſupradicti de Villavegiis indignati ipſum interfecerunt, & ſuſpenderunt, ut ſupra, & propter hoc Illuſtriſſimus Dux Mediolani indignatus miſit in civitatem plures armigeros, & domos ipſorum de Villavegiis deruinari fecit.

MCCCCLXXXXV. Fuit magna peſtis in Alexandria, & Tanager fecit magnas devaſtationes hominum, qui erant in campania, videlicet in Albereto propter peſtem.

MCCCCLXXXX. Dominus Bernardinus de Curte fuit Commiſſarius Alexandriæ, qui reparari fecit pontem Tanagri, & ſtetit plures annos, & ſolari fecit plures vias in civitate, & in Quarterio Burgolii, & de anno MCCCCLXXXXIV. dominus Raphael Vaſtamilia de Viglevano fuit Poteſtas Alexandriæ.

MCCCCLXXXXV. Dominus Joſeph Jacobus Cotta de Mediolano Ducalis Conſiliarius fuit Commiſſarius Alexandriæ.

MCCCCLXXXXVI. MCCCCLXXXXVII. Fuit Commiſſarius Alexandriæ dominus Scaramutia Vicecomes de Papia, & continue erat locumtenens dominus Georgius ejus frater Notarius, qui male ſe geſſit, & fuit ſindicatus, & dati fuerunt libelli pro danariis datis ſibi, & dicto domino Georgio pluſquam quatuormilia ducatorum, & in dicto anno dominus Johannes Franciſcus de Alpiano fuit Poteſtas, & in præſenti anno Rex Carolus Francorum venit in partibus Lumbardiæ ductus ab Illuſtriſſimo domino Ludovico Maria Sforcia Duce Bari cauſſa expellendi Regem Ferrandum Neapoli, eo quia dictus Rex Ferdinandus veniebat Mediolanum pro dando dominio Mediolani Johanni Galeaz ejus genero, & quando præfatus Rex Carolus fuit Placentiæ, Illuſtriſſimus Johannes Galeaz ſextus Dux Mediolani mortuus eſt, & plures dicunt, quod prælibatus Ludovicus Sforcia eum veneno mori fecit, eo quia Ducatum Mediolani poſt mortem Johannis Galeaz obtinuit, & juveſtituram a Chriſtianiſſimo Imperatore Maximiliano, & in dicto anno Rex Ferdinandus fuit expulſus a Chriſtianiſſimo Rege Francorum, qui dominium Neapolitanum cepit ſine aliquo contraſtu, vel aliquo colpo bombardæ, qui poſtmodum dictum ſtatum obtinuit per pancos menſes. Hæc videntes Veneti, & Duces Italici, ac Alexander ſextus Pontifex, Maximilianus Imperator, Rex Hiſpaniæ ſimul ligaverunt, & fecerunt magnum exercitum verſus ſupraſcriptum Regem Francorum, quod veniebat de Neapoli, & ibat in Franciam, & cum fuiſſet in agro Parmenſi, videlicet ad Furnum novum prope flumen Tari in ſimul pugnaverunt, & captæ fuerunt plures perſonæ, & plures interfecti, & Illuſtriſſimus Johannes Franciſcus Gonzaga fuit Capitaneus Venetorum, qui accepit magnum Baſtardum Borbonii, & Comes Galaziæ fuit Capitaneus pro Illuſtriſſimo Duce Mediolani. Poſtmodum Dux Ludovicus Aurelianenſis exiſtens in civitate Aſt cum magna comitiva circa quinquemille hominum habens intelligentiam cum Novarienſibus videlicet cum domino Opicino Cacia, & aliis civibus, civitas Novariæ in

rebellione se misit contra Ducem Mediolani, videlicet in festo sancti Barnabæ Apostoli, quod videns dictus Dux Mediolani misit subito ad dominum Galeaz de sancto Severino, qui erat a Nono cum armigeris, & ipse venit subito cum sua gente in contrastu, & subito misit in Alamania, & habuit plures equestres, & pedestres ab Imperatore, & posuit se in campania pro obsidione civitatis, & venit in obsidione pro sancto Marco . . . . . Illustrissimus Marchio Mantuæ . . . . & ibidem steterunt plures dies; & in castro Novariensi erat dictus Illustrissimus Dux Orelianensis, & Marchio Saluttarum, qui postmodum de accordio recesserunt a civitate, & dimiserunt civitatem, & castrum Illustrissimo Duci Mediolani, & Francigenæ recesserunt cum banderis in sacco, & cives Novariæ propter hoc fuerunt puniti, & castigati, & semper dicuntur: *Becchi Novarexi, che ve ave dato a signori Francixi.*

MCCCCLXXXXVIII, & MCCCCLXXXXIX. dominus Lucius Malvesius de Bononia fuit Commissarius Alexandriæ: de anno MCCCCLXXXXVIII. mortuus est Rex Carolus, & corona pervenit Illustrissimo Duci Orelianensi; & de anno MCCCCLXXXXVIIII. de mense augusti venit campus in Alexandriam. Deversus portas Marenghi posuerunt bombardas, & dominus Johannes Jacobus Triultius erat Capitaneus campi pro Rege Francorum; & prout inferius videbimus res se agere pro nobis, videlicet in civitate Alexandriæ . . . . .

In alio exemplari additæ fuerunt sequentes annotationes.

MDLXIII. De mense decembri multa nix incubuit, quæ duravit per menses quatuor, videlicet a mense decembri MDLXIV. per medium mensem martii MDLXV. cujus causa messes, & segetes fere omnes perierunt, frugesque perpaucæ collectæ fuerunt.

MDLXV. Flumen Tanari totus glacie coopertum fuit, ita ut per mensem unum molendini macinare non poterant, & ob id homines coacti erant comedere panes ex furfure confectos. Casalenses de mense junii rebellaverunt, & impetum fecerunt contra dominum Mantuæ, qui Casalem ingredi volebat, & eis majora onera, quam antea non habebant, imponere, eorumque privilegia infringere. Quare omnes Hispani, & armigeri in favorem Ducis Mantuæ versus dictam civitatem iter arripuerunt, & ibi in circa tentoria fixerunt, & sic civitas Alexandriæ per quatuor dies militibus vacua stetit, hominesque Alexandriæ custodiam, & vigilias faciebant, demum facta inter eos concordia, Hispani redierunt ad Alexandriam.

MDLXVI. Die septimo mensis januarii Reverendissimus, & Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus summus Pontifex creatus fuit, & nominatus Pius quintus, & die jovis decima ejusdem mensis januarii circa vigesimamtertiam horam Alexandriæ de dicta creatione summi Pontificis allatum fuit nuncium, quo viso, & audito die sequenti, quæ fuit dies veneris in vespris, magnifici Antiani convocatis hominibus consiliariis concilium inierunt, ordinaveruntque nuncios, & legatos Communitatis nomine civitatis Romæ ad summum Pontificem mittendos fore, pro quibus nuntiis, & legatis elegerunt Reverendissimum Archiepiscopum fratrem Thomam Firusinum, Reverendum, & Magnificum Dominum J. U. Doctorem Nicolaum Guascum Præpositum Ecclesiæ majoris civitatis Alexandriæ, & Magnificum Dominum Capitaneum Archelaum Invitiatum, qui die lunæ vigesimaoctava mensis januarii discesserunt, & versus Romam iter arripuerunt. Eodem anno die primo mensis martii Collegium etiam Jurisperitorum nuntios, seu legatos misit, qui fuerunt Magnifici Domini Cæsar Canestrus, Antonius Maria Sappa, & Johannes Franciscus Aularius.

Permutatio terrarum inter Ermengardam F. Anselmi M., & Petrum Episcopum Astensem. Ex Tabul. Ecclesiæ Cathedralis.

DCCCCXCVI. 217

Anno Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi DCCCCXCVI. duodecimo Kalendas novembris. Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractum ut vice emptionis obtineat firmitatem, eoque necsu oblicant contraentes. Placuit itaque bona evenit volutatte, inter dominum Petrum vir venerabilis Astensis Ecclesiæ, necnon Hamelgausum filium q. Francisci, & Ermengarda jugalibus filia Anselmi Marchio professa forsan ex nacione vere Romana, & nunc pro ipso viro meo ege ut vere video Longobardorum, ipso namque jugale ex Mundoaldo meo michi ēi, & subī confirmare ex justa lege Ecclesiæ vigente, ut si qua mulier cum viro suo abet potestatem res suas venundandum, item mutandum, ideoque ego q̄ ī. Ermengarda una cum noticia de propinquioribus parentibus meis in eorumdem præsemptiæ ut estimantium certam facio professionem, quod nullam me pati violenciam, nec ab ipso jugale Emundoaldo meo vifī mea bona, & spontanea volutatte, ut idem nomen dare sicut & apud forenses .... & tradiderunt vicissim sibi unum alteri in comuracionis causa, & in pignus dedit ipse dominus Petrus Episcopus a parte ipsius Episcopii jugalibus. Idest peciam unam de sedimen cum curte, & caso, & pecia una de vites in simulseterenen., seu & pecia una de vites divisæ, & pecias duas de casis juris ipsius Episcopii, quibus esse videntur in loco, & fundo Cadeliano, primo dicta pecia de sedimen cum curte .... ex pecia una de vites cum area, ubi est ad insimultenente est pro mensura justa tabularum octuaginta & una, cohærentes da una parte terra, & vites Agimundi, de alia parte terra, & vites Odelii, da tertia parte via publica, da quarta parte ..... de castro ipso Cadeliani. Secunda dicta pecia de vites cum area, ubi est ad prope ipso castro, est pro mensura justa tabularum decem, cohærentes da tribus partibus vias publicas, da quarta parte terra, & vites præsenti Amelgausi. Prima pecia de caso est pro mensura justa tabularum quinquaginta & una, cohærentes da una parte terra ipsius Episcopii, quod ipse reservaverat estate, ut alia parte terra Ayberti, da tertia parte pro curte est ...., da quarta parte terra præsenti Amelgausi. Secundo

dicta pecia de caso ibi prope est pro mensura justa tabularum sexaginta & tres, cohærentes da duabus partibus vias publicas, da tertia parte terra in nomine fantulo, da quarta parte terra præsenti Amelgausi. Quod de, & ad vicem recepit ipse dominus Petrus Episcopus a parte ipsius Episcopii ab eisdem jugalibus meliorata res sicut lex abet, idest pecia una de vites cum area, ubi extat, & pecia una de fundo insimultenente juris ipsius jugalibus, quam abere visi fuerunt in isto loco, & fundo Cadeliano, præscripta pecia de vites cum area sua, cum prædicta pecia de caso insimultenente est pro mensura justa tabularum duocentum treginta & octo. Cohærent da una parte terra, & vites teutoni, de alia parte terra, & vites butefredi, da tertia parte terra Andrei, da quarta parte pro curte via publica sibi ex aliis ... omnibus cohærentes. Cunctis denique jam dictis rebus suprænominatis ut commutatis cum accessionibus, & egressionibus earum, seu cum superioritatibus, & inferioritatibus earum rerum qualibet super mensura, & cohærencias teneantur sibi unum alteri pars parti per as paginas comutacionis nomine tradiderunt, facientes exinde a præsenti die unumq. de eo receperunt tam ipsi, quam per, & subcessores, & hæredes jugalibus legaliter, & proprietario nomine quodcumque voluerint, aut providerint sine omni uni alterius contradicione. Sed & sponderunt se ipsi comutatores tam ipsi, quam per, & subcessores, & hæredes eisdem jugalibus, præscriptis rebus, quod ab invicem comutacionis nomine tradiderunt, intendunt omniter, & ab omni omine defensare q. de, & ut ordo legis, de posse, & ad hanc providendam comutacionem accesserint super ipsis rebus ad providendum, idest Adelbertus Presbiter de ordine ipsius Episcopi misso eidem domino Petro Episcopo ab eo directo una cum bonos omines ecstimatores, id. sunt Adrevertus, & Gaybaldus, seu Gaymundus, quibus omnibus ecstimantibus comparuit eorum, & ex firma veritate, quod meliorata res reciperit ipse dominus Petrus Episcopus a parte ipsius Episcopii ab eisdem jugalibus, quam daretur legibus, comutacio ipsa hæc fieri potuisset, de quibus ..... aut subcessores, & hæredes jugalibus, sed eamdem comutacionem removere quesierint, & non permanserint, prout si ea omnia qualia supra &c. ut si ab unumquodque omine q ut supra dederunt invicem non defensaverint sponte, & pars parti fide servandi pena dubli super ipsis rebus qualibet superius sicut pro tempore fuerint melioratus, aut valuerint sub ecstimatione in simile loco, & nec ..... Ermengarda liceat ullo tempore nolle quod voluisset, quod ab ea semel factum ut conscriptum est sub jusjurandum inviolabiliter conservare promitto cum stipulacione subnixa. Unde duæ cartæ comutacionis uno tenore scriptæ sunt.

Signum manibus præscriptorum Amelgausi, & Ermengarda jugalibus, qui anc cartam comutacionis fieri rogaverunt, & relecta est. Ego dictus & Petrus Presbiter missus sui hic Ecclesiæ Episcopus. Signum manibus præscriptorum Andrei, & Walfredi q eadem Ermengarda propinc parente suo existit, & rogaverunt, ut supra. Ego Adelbertus Notarius sacri Palacii propinc parent merit, rogavi, & subscripsi. Signum manibus præscriptorum Adreverti, & Gaybaldi, seu Gaymundi, qui super ipsas res accesserunt, & ecstimaverunt, ut supra. Signum manibus Ayberti, & Adreverti ambo lege viventes Romana testes. Signum manibus Durandi, & Romaldi, seu Raperti testes.

Ego Albericus Notarius sacri Palacii scriptorum as cartas comutacionis posttradita complevi, & dedi.

Diploma Friderici Imperatoris, quo Raineriо Comite Blanderaten. dona possessiones Marchionis Henrici. Ex MS. Benv. de Orig. Gent. suor. ap. C. V. Com. Jos. Pulinum a S. Anton.

MCLXXVIII. 218

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus. Imperatoria conluevit benignitas obsequia benemerentium attendere, ac ipsis per dignam munificentiæ compensationem tempore opportuno recedere. Notum ergo sit omnibus Imperii nostri fidelibus tam futuris, quam præsentibus, quod nos intuentes tam præclara merita Comitis Raynerii de Blandrate, quæ nobis, & imperio cum multa fide, & strenuitate exhibuit, concessimus, & concedimus ei nomine legalis feudi omnes possessiones illas, quas Marchio Henricus juste, & legaliter detinebat, vel possidebat, vel possidere videbatur tempore mortis suæ, vel per se, vel per alium, vel quas aliquo jure petere, vel habere poterat, ac inde eum de manu nostra investivimus, excepto castro, quod dicitur castellum Astrui cum eis pertinentiis, quæ nobis, & nostro juri reservamus Statuimus igitur videlicet ipse, & sui hæredes deinceps eadem bona, ut supra deteriora sunt quiete, & libere habebant, & teneant, ac præcipientes, ut nemo eos in ipsis de cætero irrationabiliter infestet. Siquis autem contra hanc nostræ benignitatis concessionem prænunciatum fidelem nostrum Comitem Raynerium, aut suos hæredes in aliquo molestare præsumpserit, aut in his bonis injuriam inferre, cognoscat se ex nostra Imperiali auctoritate, & præcepto centum libras auri purissimi pro pœna compositurum, quorum medietas fisco nostro referatur, residua vero medietas præfato Comiti, & suis hæredibus persolvatur. Ut igitur hæc nostra Imperialis donatio, & concessio ab omnibus rata teneatur, & in omne ævum firma, & inconcussa permaneat, præsentem paginam scribi, & sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes autem sunt hi Wolricus Patriarcha Aquilejensis, Christianus Maguntinus Archiepiscopus, Philippus Colonienſis Archiepiscopus, Arnoldus Treverensis Archiepiscopus, Wietannus Magdeburgensis Archiepiscopus, Harvicus Augustensis Episcopus, Conradus Wormacensis Electus, Wocturnius Protonotarius Florentinus, Comes Holandiæ, Sebastianus Ziani Dux Venetiæ, Marchio Theodoricus de Saxonia, Marchio Conradus Montisferrati, Comes Ubertus de Blandrate, Conradus Marchio Anconitanus, Comes Henricus de Dietsoe, Musculo de civitate Castelli, Chavalchasella de Castello, Jacobus de Castello, Jacobus de Montegrandi, Ro-

gerius de Harenga, Lechardus de Foſſato, Wido ſancti Nazarii, & alii quamplures. Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Gottofridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi Italiæ Regni Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, indictione decima, regnante domino Frederico Romanorum Imperatori invictiſſimo anno Regni ejus vigeſimoſexto Imperii vero vigeſimoquarto. Datum Venetii in palatio Ducis undecimo Kalendas ſeptembris feliciter. Amen.

219.

MCLXXIX. VIII. Kal. novembris, Chartula conventionis, & convenientiæ inter dominum Henricum de Carreto, & Commune Savonæ . . . . Ego Henricus Marchio Saonæ una cum filiis meis Oddone, & Anrico . . . . . Nos vero Guido Savonenſis Epiſcopus, & Unricus Inlocellus, & Embrunus Derdonæ mediatores inter dominum Henricum Marchionem Savonæ cum filiis ſuis, & populum Savonæ. *Extans in archivo civitatis Savonæ teſte Brichierio Columb. in manuſ. ad Tabul. Carretten. p. 57.*

Inveſtitura Andalonis Poteſtatis Januæ de aliquibus feudis facta Ottoni M. de Boſco, & Wilelmo filio, item Manfredo, & Corrado filiis Bonifacii ejus nepotibus. Ex Tab. M. Battæ Adorni.

220 MCCXXIV.

Nos Andalo de Bononia Januenſis civitatis Poteſtas nomine Communis Januæ, & de voluntate conſiliariorum Communis Januæ, & quatuor hominum pro compagnis damus, & concedimus vobis Othoni Marchioni de Boſco, & Wilelmo filio veſtro, & Manfredo, & Corrado fratribus filiis q. Bonifacii Nepotis veſtri (1) pro vobis, & filiis veſtris, & deſcendentibus ex vobis nomine recti, & gentilis feudi, videlicet vobis Othoni, & filio veſtro pro medietate, & Manfredo, & Corrado, pro altera medietate caſtrum de Uvade, & caſtrum Campalii, caſtrum Roſſiglioni, & caſtrum de Tajolii, & caſtrum Silvani, & caſtrum Campi, & caſtrum Maſoni, & medietatem Triſobii, & medietatem Bruxeti, & medietatem Montigii, & totum illud, quod plus habemus in Montigio, & Bruxeto, & quartirios duos, & dimidium in monte, quod vocatur Caharmorinus, & id, quod plus habemus in caſtrum Uxetii, & medietatem caſtri Arquati, quam tenent Hoſpemilli, & Moriſaſcum, & Caſſinellis, & quidquid habemus in Valle Urbis veſtra donatione præter Capriatam.

Prædicta caſtra, & omnia ſupradicta vobis damus cum tota Caſtellania, vel Caſtellaniis, & Villis ipſorum caſtrorum cum omnibus pertinentiis ſuis, quod in ipſis terris colligitur, vel colligetur, & omnia jura, rationes, & actiones, quas habemus in locis illis, & in eorum territorio in terris omnibus, domeſticis, & fabricatis, & cultis, & incultis, in aquaritiis, & in omnibus regaliis, in fodro, in haſta, & cavalcata, in bannis, in fidelitatibus, ſcilicet quod homines facient vobis fidelitates, ſalvis ſemper fidelitatibus, & ſacramentis Communis Januæ in hominibus, & habitantibus ipſorum locorum, & in omni jurisdictione, & imperio, quod habet Commune Januæ, in prædictis locis, ſimiliter, & omnia jura, quæ Commune Januæ habet in ipſis locis, & in prædictis omnibus, de quibus donationem feciſtis Communi Januæ, prout continetur in inſtrumento inde facto per manum Marchiſii ſcribæ, & vos de prædictis omnibus per baculum, quem tenemus in manu beato omine inveſtimus.

Ad habendum, tenendum, & poſſidendum per vos, veſtroſque hæredes maſculos, & fœminas deſcendentes ex vobis, nomine recti, & gentilis feudi ſine omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum contradictione tali modo, & forma prædicta vobis damus, quod prædicta caſtra guarnita, & diſguarnita debetis vos, & hæredes veſtri reddere Communi Januæ, vel ſuo certo nuncio, & de ipſis, atque hominibus ipſorum locorum pacem, & guerram facere in ordinatione Communis Januæ, vel ſui certi nuncii quotieſcumque, & quandocumque per conſules Communis Januæ, vel Poteſtatem, qui pro tempore fuerit, vel per litteras ſuas ſigillo Communis Januæ ſigillatas fuerit requiſitum, & quod per homines dictorum locorum fidelitatis facietis, fieri, & renovari Communi Januæ quotieſcumque, & quandocumque a conſulibus Communis Januæ, vel Poteſtati, qui pro tempore fuerit per ſe, vel per ſuas litteras ſigillo Communis Januæ ſigillatas, vel per ſuum certum nuncium fuerit requiſitum, in quibus continebitur, quod ipſi mandata, & ordinationes conſulum Communis Januæ, vel Poteſtatis, qui pro tempore fuerint, quas fecerit per ſe, vel per ſuas litteras, aut nuncium attendent, & obſervabunt, nec ea audire, vel exaudire ſub aliqua fraude vitabunt, & quod fidelitates ipſas Communi Januæ obſervabunt contra omnes perſonas, nec fidelitates ab eis exigetis, vel accipietis vos, vel aliqua perſona pro vobis, in qua non ſolvetur, & . . . . . fidelitas, & ſacramenta, quæ fecerunt Communi Januæ . . . . . Inſuper, & homines jam dictorum locorum in exercitibus, & cavalcatis Communis Januæ ad proprias eorum expenſas ultra jugum . . . . ire facietis quandocumque, & quotieſcumque expedierit in ordinamento conſulum Communis Januæ, vel Poteſtatis, qui pro tempore fuerit.

Nos Otto Marchio de Boſco, Villelmus ejus filius, Manfredus, & Conradus prædicti de jam dictis omnibus, de quibus Communi Januæ donationem facimus, confitemur eſſe Vaſſallos, & fideles Communis Januæ promittentes vobis domino Andalo Poteſtati nomine Communis Januæ per nos, noſtroſque hæredes, quod prædicta caſtra guarnita, & diſguarnita nos, & hæredes noſtri reddimus, & conſignamus Communi Januæ, vel ſuo certo nuncio, & de ipſis, atque hominibus dictorum locorum pacem, & guerram faciemus in ordinatione Communis Januæ, vel ſui certi Miſſi quotieſcumque, & quandocumque a conſulibus Communis Januæ, vel Poteſtatem, qui pro tempore fuerint, vel per ſuas litteras ſigillo Communis Januæ ſigillatas fuerit requiſitum.

Insuper & per homines jam dictorum locorum fidelitatem, & juramentum faciemus fieri, & renovari Communi Januæ quotiescumque, & quandocumque a consulibus Communis Januæ, vel Potestati, qui pro tempore fuerit per se, vel per suas litteras sigillo Communis Januæ sigillatas, vel per suum nuncium fuerit requisitum, in quibus continebitur, quod ipsi mandata, & ordinationes consulum Communis Januæ, vel Potestatis, qui pro tempore fuerint, quas eis fecerint pro se, vel suas litteras, aut nuncium attendent, & observabunt, nec exaudire, vel exaudiri sub aliqua fraude evitabunt, & quod fidelitates ipsas Communi Januæ observabunt contra omnes personas, nec ab eis fidelitatem exigemus, vel accipiemus nos, nec aliqua persona pro nobis, in qua non solvetur, & exceptetur fidelitas, & sacramentum, quam ipsi homines Communis Januæ jurabunt.

Insuper & homines tam dictorum locorum in exercitibus, & cavalcatibus Communis Januæ ad proprias eorum expensas ultra jugum, citra vero ad viandam Communis ire faciemus quotiescumque, & quandocumque expedierit in ordinamento consulum Communis Januæ, vel Potestatis, qui pro tempore fuerit: hæc autem facimus salvis semper, & inconcussis existentibus conventionibus inter nos, & Commune factis.

De feudo præteriti temporis videlicet de lib. 25. annuatim nos quietos, & solutos vocamus, renunciantes exceptioni pecuniæ non solutæ: prædicta omnia juramus tactis Evangeliis bona fide sine fraude attendere, & observare, & firmum haberi, & fidelitatem juramus Communi Januæ.

Nos vero Manfredus, & Corradus fratres hæc facimus cum consilio Guidonis de Uvada, & Othonis Ranæ, quos propinquos, & vicinos appellamus, & authoritate domini Othonis Curatoris nostri renunciantes omni juri, quo nos juvare possumus, & beneficio minoris ætatis.

Acta sunt hæc in Janua in domo Fornaciorum testes Ubertus de Novara, ... Muscula, ... Ditavinus, Riccobonus . . . . . Vicecomes, Obertus Raxius Ugolinus, Marsilii, Albertus de Drago, Illustrissimus Zucca, Jacobus Pastor, Corradus de Monbello, Obertus Zucca, Simon de Ovada, anno Dominicæ Nativitatis MCCXXIV., indictione duodecima, septimo die julii.

Ego Bonus Vassallus Calliggialii Notarius hanc cartam scripsi, & extraxi de imbreviariis, sive cartullariis Marchisii scribæ nihil diminuto, vel demto plus, minusve excepto, forma, littera, & mandata, & voluntate domini Brancaleonis de Bononia Potestatis Januæ, qui mandavit, & statuit ut vim eam habeat, eamque per omnia obtineat firmitatem, quam si ipsam propria manu ipsius Marchisii &c.

Actum Januæ in domo Fornaciorum testes . . . . . Papasulla, Lanfrancus de Calvo, Ugollinus, Marsilii anno Dominicæ Nativitatis MCCXXV., indictione XII, die XVI. martii inter Vesperam, & Tertiam.

(1) *Puto hic esse legendum nepotibus vestris: vide Gencal. M. Boschi, & notam ad Bonifacium.*

220

MCCXXVI. Diploma Friderici II. Imperatoris, quo Bonifacio de Languillia filio q. Anselmi de Quadraginta *concessionem quamdam a Friderico I ejus patri factam in gratiam meritorum erga præfatum Imperatorem, & Henricum patrem suum confirmat.* Testes sunt Gerardus Patriarcha Hierusalem, Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Henricus Mediolanensis, Landus Reginus Archiepiscopus, Ic. Vormaciensis Conradus Hildoriensis . . . . . Molinus, Johannes Astensis, Johannes Taurinensis, Thomas Comes Sabaudiæ totius Italiæ Legatus, & Marchio ejusdem, Reinaldus Dux Spoleti, Recaldus Marescalcus, Marchiones de Ceva, domini de Gorzegno, & alii quam plures . . . . . Acta sunt hæc apud Burgum S. Donnini imperante domino nostro Friderico ecc. anno Imperii ejus VI., Regni Hierusalem I., Regni vero Siciliæ XXIX. A. D. I. MCCXXVI. VI. m. julii ind. XIV. *Ex Aug. ab Eccl. descriz. Picm. MS. Vol. I Cap. XXV.*

Ratificatio facta per quondam Dominam Guerreriam venditionis factæ a domino Leone viro suo, & Procuratore Communitati Januæ in personam Afachini de Afachino ejusdem Communitatis Procuratoris. Ex eod. Tabul.

MCCLXXXIX. 221

In nomine Domini amen Domina Guerreria uxor domini Leonis Marchionis de Ponzono, & filia quondam domini Enrici Marchionis de Bosco, & hæres ipsius domini Enrici, ac etiam hæres saltem pro dimidia quondam domini Leonis Marchionis de Bosco patrui sui ratificavit, & approbavit Afachino de Affachino civi Januæ Sindico Communis Januæ venditionem factam ipsi Afachino nomine, & vice dicti Communis Januæ per dictum dominum Leonem virum suum, & ejus procuratorem procuratorio nomine pro ipsa de parte eam contingente in possessionibus, castris, hominibus, & juribus specificatis, & designatis in instrumento dictæ venditionis scripto manu Lanfranchi de Valario Notario hoc anno die sexto julii sciens ipsa domina Guerreria, & cognoscens ea quæ in dicto instrumento venditionis continentur, approbavit etiam, & ratificavit quamlibet refutationem, de qua fit mentio in instrumento prædicto, & demum omnia, & singula, quæ in dicto instrumento continentur, & maxime pretii solutionem factam viro suo, & demum quidquid factum est per dictum virum suum procuratorio nomine ipsius versus dictum Afachinum, seu cum dicto Afachino nomine Communis Januæ, seu cum dominis Capitaneis Januæ, vel alia persona nomine Communis, & pro ipso Communi, & ad majorem cautelam, cum etiam ita fuerit actum, & ordinatum circa dictam venditionem dicta Guerreria constituit se precario possidere pro dicto Communi ea, quæ ipsam possidere, vel quasi reperiretur de his, quæ nominantur in instrumento prædicto venditionis, dans, & concedens dicto Affachino nomine dicti Communis, & per ipsum ipso Communi potestatem apprehendendi possessionem, & quasi eorum, de

quibus in dicto instrumento sit mentio, authoritate propria ipsius Communis sine alicujus Magistratus decreto, non obstante ipsius dominæ Guerreriæ, vel alterius pro ea contradictione, etsi quid plus valent ea, de quibus in dicto instrumento sit mentio, pretio in ipso instrumento contento ipsum plus dicto Affachino nomine dicti Communis, & per ipsum ipsi Communi libere donavit, remisit, atque concessit, renuncians legi, qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi pretii promisit etiam ad majorem cautelam ipsi Affachino recipienti nomine dicti Communis Januæ, eaque vendita, remissa, seu concessa sunt in dicto instrumento dicto Communi Januæ, seu ipsi Affachino nomine dicti Communis non impedire, neque subtrahere de jure, vel de facto, nec aliquatenus imbrigare, seu potius ipsa omnia defendere, & auctorizare, & disbrigare a quacumque persona, collegio, corpore, & universitate expensis propriis ipsæ dominæ Guerreriæ remissa dicto Affachino nomine dicti Communis, & per ipsum dicto Communi necessitate denunciandi, & hoc quantum pro facto dictæ dominæ Guerreriæ, & dicti quondam domini Enrici, & cujuslibet habentis causam ab ipsa domina Guerreria, vel a dicto quondam domino Enrico, ita quod facto alterius in nihilum teneatur, nec ad restitutionem pretii, vel interesse, vel aliquid aliud sub pœna contenta in dicto instrumento solemniter stipulata, & promissa, & obligatione bonorum ipsius dominæ Guerreriæ, ratis nihilominus manentibus iis, quæ in dicto instrumento continentur. Insuper ad cautelam cessit, & mandavit, ac remisit ipsa domina Guerreria ipsi Affachino nomine dicti Communis, & per ipsum ipsi Communi omnia jura, rationes, & actiones utiles, & directas, & mixtas, quæ, & quas habet, & ipsi competunt, vel competere possunt in ipsis omnibus venditis in dicto instrumento, & actis ipsorum; ita ut ipsis dictum Commune Januæ, sive dictus Affachinus pro dicto Communi uti possit, agere, excipere, replicare, & omnia demum facere, quæ ipsa domina Guerreria facere posset, vel unquam melius potuit. Constituens dictum Affachinum dicto nomine procuratorem, ut in rem suam, & fecit dicta domina Guerreria prædicta in præsentia, consensu, & voluntate dicti domini Leonis viri sui, & consilio testium infrascriptorum, quos in hoc casu suos consiliatores propinquos, & vicinos elegit, & appellavit, & renunciavit etiam dicta domina Guerreria in prædictis omnibus Epistolæ Divi Adriani jura hypothecaria, legi Juliæ de fundo dotali, Senatu Consulto Vellejano, & omni juri. Actum in civitate Saonæ in domo dicti Leonis, qua habitat. Anno Dominicæ Nativitatis millesimo ducentesimo octuagesimonono, die vigesimotertio julii circa tertiam, indictione prima (1). Testes, & consiliatores vocati, & rogati fuerunt Porchetus Spinula, & frater Priorum de Papia de ordine Minorum, Jacobinus de Cisterna Vicarius Potestatis Saonæ, Gullielmus de Ponciis Judex Communis Saonæ, Jacobus Grullus de Saona, Judex, & Magister Pistis de Vintimilio.

Subscript. etc. cum signo Tabellionatus in margine posito, hic vero ommisso. Ugolinus de Stalpa Notarius sacri Imperii rogatus scripsi.

Item subscript. &c. cum signo Tabellionatus in margine posito hic pariter vero ommisso. Rolandinus de Ricardo sacri Palatii Notarius hoc exemplum extraxi, & exemplavi ex authentico instrumento scripto manu Ugolini de Stalpa Notarii sicut in eo vidi, & legi, nihil addito, vel diminuto, nisi forte littera, vel sillaba, titulo, seu punto abbreviationis causas non mutatas de mandato domini Darii de Osenaggo civitatis Januæ Potestatis præsentibus testibus Johanne Bonihomine, Leysio Calvo Cancellariis Communis Januæ, & Jacobo de Albario Notariis millesimo tricentesimoprimo, indictione decimatertia, die vigesima junii.

Millesimo tricentesimo octuagesimooctavo, die vigesimaquarta februarii extractum est ut supra de registro conventionum Communis Januæ existente in Cancellaria Ducali.

Subscript. etc. approbatus Anconius de Credentia Notarius, & Cancellarius.

(1) Erat VI. juxta cursum Januæ.

Ratificatio Jacobi, & Ugonis fratrum filiorum quondam domini Manfredi Marchionis de Bosco venditionis Ovadæ, & aliorum castrorum facta a Lanzeloto altero fratre Lanfranco de Valario Notario nomine Communis Januæ. Ex eod. Tabul.

MCCXCIII. 222

Anno Domini Nativitate millesimo ducentesimo nonagesimotertio, indictione sexta, die vigesimotertio madii. In Mollariis, scilicet in Curia domini Lanzaloti Marchionis de Bosco. Præsentibus Marimono filio domini Simonis de Camilla, Thomæ de Finamoris, & Thomæ de Laverio de Mollariis, testes vocati, & rogati. Nos frater Jacobus de Bosco, & Ugo fratres filii quondam domini Manfredi Marchionis de Bosco scientes venditionem per te Lanzalotum fratrem in eum factam de parte, quam dictus quondam dominus Manfredus habebat in Ovada, Ruziliono, Tziolo, & anexorum in Silvano, Campo, & Masono, & in nemore, quod fuit Marchionum de Bosco, & in aliis prout continetur de dicta venditione parte facta in instrumento, & instrumentis scriptis manu Lanfranchi de Valario Notario hoc anno, ratificamus, approbamus, & confirmamus tibi dicto Lanzaloto, & tibi Notario infrascripto recipienti nomine Communis Januæ, cui dicta venditio parte facta est, venditionem prædictam, & omnia, quæ per te facta fuerunt circa dictam venditionem, & omnia, quæ dictis instrumentis dictæ venditionis, & quolibet eorum continentur promittentes tibi dicto Lanzaloto retro tuo nomine, & tibi dicto nomine recipienti officio publico nomine dicti Communis, quod rationem dictæ venditionis, & quolibet eorum nullo tempore contra dictum Commune, vel contra te, vel in tuum, vel dicti Communis præjudicium movebimus, & controversiam, vel requisitionem faciemus nos, vel aliquis nostrum pro eis, vel habentes causam a nobis, vel aliquo nostrum. Aliquam pœnam dupli de quanto, & quotvis contra fierent, vel ut supra non observaretur tibi dicto Lanzaloto

recipienti nomine, & tibi dicto Notario acceptanti nomine dicti Communis ſtipulanti promittimus, & pro prædictis obligamus vobis recipientibus, ut ſupra pignori omnia bona noſtra, & cujuslibet noſtrum. Et inde hanc cartam fieri rogaverunt, & per eos pervenerunt, ut ſupra, & ratione eorum, qui in inſtrumento, & in inſtrumentis dictæ venditionis continetur, & pro hiis, & de hiis, de quibus ſupra facta eſt mentio, & de quibus fit mentio, & in inſtrumentis dictæ venditionis.

Subſcript. &c. Ego Petrus Guaraſcus Notarius ſacri Palatii hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Subſcript. &c. cum ſigno Tabellionatus in margine poſito, hic vero ommiſſo. Rollandinus de Ricardo ſacri Palatii Notarius hoc exemplum extraxi, & exemplavi ex autentico inſtrumento ſcripto manu Petri Guaraſchi Notarii ſupradicti ſicut in eo vidi, & legi nihil addito, vel diminuto niſi forte litera, vel ſillaba titulo, ſeu ponto abreviationis cauſa ſumma non mutata de mandato tamen domini Danii de Oſonaygo civitatis Januæ Poteſtatis præſentibus teſtibus Joanne, Bonihominis Loyſio Caluvo Cancellarii Communis Januæ, & Jacobo de Albano Notario milleſimo trecenteſimoprimo, indictione decimatertia, die vigeſima junii.

Milleſimo treconteſimo octuageſimo octavo, die vigeſimaquarta februarii extractum eſt ut ſupra de regiſtro conventionum Communis Januæ exiſtente in Cancellaria Ducali.

Subſcript. &c. approbatus de Oyada Notarius, & Cancellarius &c.

Immunitas vectigalium ab Ottone, & Henrico MM. de Carreto, Gulielmo de Ceva, & Bonifacio de Craveſana fratribus Marchionibus conceſſa Monaſterio de Caſanova ex autogr. archivi R. Œconomatus.

223 MCCIV.

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCCIIII, indictione VII., quod fuit X. die intrante novembri præſentia teſtium infraſcriptorum dominus Oto de Carreto Marchio, & Henricus Marchio frater ejus, & Guillelmus dominus de Ceva, & Bonifacius Marchio de Craveſana frater ejus una pro remedio animarum ſuarum, & parentum eorum liberam faciunt donationem, & quietam abſolucionem Cenobio ſanctæ Mariæ de Caſanova in manibus Anſelmi de Mirbello ejuſdem Cenobii Abbatis. Nominatim de univerſo debito, & pedagio, quod actenus a rectoribus, & conviatoribus dicti Cenobii pro eorundem beſtiis per ſtratam, & diſtrictum dictorum Marchionum tranſeuntibus, nec non & ejuſdem Cenobii res proprias, ſive oleum, ſive ſalem, ſive caſeum aud coria, vel granum, vel aliud quodlibet deprecandum exigere, & uſu capere conſueverunt. Eo quidem tenore quod dicti Cenobii rectores præfatum pedagium, ſive debitum amodo in ſempiternum libere teneant, & quiete poſſideant ſine omni prædictorum Marchionum, & eorum hæredum contradictione, & cum omni juriſdictione dummodo eorum beſtiæ res ad proprium uſum, & commoditatem præfati Cenobii deprecent ſpectantes, & deinc ut prædictum eſt per circuitum, & totam terram uſque ad mare prædictorum Marchionum dicti Cenobii beſtiæ liberum habeant ingreſſum, & regreſſum, & quod ſemel ab eis Marchionibus factum eſt ratum, & inviolabiliter cum ſtipulatione ſubnixa per ſe, & eorum hæredes, & ab eorum decedentibus in perpetuum conſervare promiſerunt in manibus prænominati Abbatis. Actum fuit hoc in Curtimilia in domo Petri de ſancto Egidio. Ibi fuerunt teſtes rogati Cantor de Tilieto, Albertus de Canello, Guillelmus de Turri, Oto de Flobes Albenſis civis, Ogerius de Moneſilio, & multi alii. Ego Petrus Notarius ſacri Palatii interfui, & rogatus hoc ſcripſi.

Pacta conventa inter Bonifacium Taliaferrum Marchionem Craveſanæ, ejuſque nepotes Bonifacium, Manuelem, & Petrum, & Poteſtatem Januæ ex arch. Dalphinatus, ex quo eduxit C. V. G. Sclavus, humaniterque dedit.

MCCXXXIII. 224

In nomine Domini amen. Nos Bonifacius Taliaferius, & Bonifacius filius quondam domini Oddonis Marchionis Cravexaniæ pro nobis, & pro aliis fratribus Bonifacii filiis quondam domini Oddonis Marchionis Cravexaniæ ſcilicet Manuelus, & Petrus per nos, & ſucceſſores noſtros, & dictorum minorum fratrum dicti Bonifacii filii quondam dicti Oddonis promittimus, & convenimus vobis domino Pegolotto Eguliano Egucioni de Guardino Januenſis Poteſtati recipienti nomine, & vice Communis Januenſis, quod de cætero in perpetuum nos, & ſucceſſores noſtri, & dictorum minorum, pro quibus promittimus, expendemus in collectis Communis pro liberis N. N. Januenſibus de tota terra, quam habemus, & dicti Minores a jugo verſus mare, & nominatim de caſtro Theychi, & Caſtellaniæ ejus, & de caſtro Rochæ Corvaciæ pro dimidia, & Caſtellania ejus, & de Carteno, & Caſtellania ejus, & & de Caſtello Blanco, & Zuccarello, & Choedano, & de Caſtellaniis eorum, & de caſtro Stellanelli, & Andoris, & Caſtellaniis eorum tam pro ipſis terris, quam pro hominibus eorum. Item promittimus, & convenimus vobis dicto nomine, quod ſi Commune fecerint exercitum, vel cavalcatam per terram facient homines noſtri de dictis locis exercitum, & cavalcatam, & ibunt, & ſtabunt in eo exercitu, vel cavalcata; ſicuti cæteri de Riveria, quod faciunt exercitum, & cavalcatam pro Communi Januenſi, & unus ex nobis, & Marchionibus ibit, & erit in eo exercitu, & cavalcata, & ſi non poterit pro ſe mittet idoneum cambium. Item promittimus, & convenimus vobis dicto nomine, quod ſi Communis Januenſis fecerit armamentum galearum decem, dabimus in eo homines quindecim ad noſtras expenſas, & ſi plus armaverit ad eandem rationem, & ea ſex infra nihil, & hæc dicimus ſalvis aliis conventionibus Andoriæ, & Stellanelli factis a Bonifacio Taliaferro, & Oddone quondam fratre meo cum Communi Januenſi, & in carta inde facta continentur per manum Bonivaſii Caligæ Palatii Notarii currente milleſim ducenteſimo vigeſimo octavo, indictione quin-

decima, die prima julii. Salvo quod si pro aliqua possessione dictarum debemus expendere in Albingio, quod pro prædicta non fuit in eo præjudicium. Item promittimus, & convenimus dicto nomine, quod omnes Rectores omnium prædictorum locorum jurabunt annuatim deveta generalia Communis Januensis, & specialiter de facto salis in voluntate Communis Januensis, vel ejus missi. Insuper promittimus, quod per nos, & successores nostros facimus rationem in Janua civibus tantum ibi habitantibus super contractibus, & obligationibus futuris, & nascituris tantum, & de contractibus in Janua factis hinc retro. Insuper promittimus dicto nomine, quod aliquem forestatum per Communem Januensem non recipiemus in dictis locis, nec receptum promittemus. Item concedimus Communi Januensi, quod ipsum possit hominibus ipsorum locorum banna imponere, & exigere si contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerint. Prædicta omnia pro nobis, & dicto nomine promittimus, & convenimus vobis Potestati prædicto pro Communi Januensi recipienti, & singula attendere, & observare, & observari facere per nos, & successores nostros in perpetuum, & promittimus nos facturos, & curaturos, quod alii filii dicti quondam Oddonis fratris nostri Bonifacii Talliaterri, & patris mei Bonifacii minoris prædicta omnia observabunt, & quod in simili modo se obligabunt, cum pervenerint ad ætatem, in qua se obligare possint; & quisquis nostrum se obliget in solidum. Renunciantes Epistolæ divi Adriani, & beneficio novæ Constitutionis de duobus reis; & pro prædictis omnibus observandis, & singulis omnia bona nostra habita, & habenda vobis pro Communi Januensi recipienti pignori obligamus, & ut supra per omnia continet, juramus tactis Evangeliis attendere, & observare, & non contravenire. Ad hæc nos dictus Pergoletus Januæ Potestas nomine, & vice Communis Januæ de voluntate consiliariorum Januæ more solito pro cornu, & campana convocatorum, & insuper hominum duodecim pro compagnia, & eorum consessu, & auctoritate recipimus vos Bonifacium Taliaferrum, & Bonifacium vestrum nepotem, & cæteros fratres dicti Bonifacii minoris Marchiones Cravexaniæ cives Januæ, & hæredes vestros; ita quod non teneamini item facere in Janua, nisi civibus Januæ tantum ibi habitantibus super contractibus, & obligationibus tantum futuris, & nascituris, & de contractibus in Janua factis hinc retro. Item promittimus, & convenimus vobis pro Communi Januæ, quod ultra, quod dictum est, Commune Januæ. el aliquis pro Communi non petet, vel exiget in dictis terris, & hominibus contra voluntatem vestram, & hæredum vestrorum, salvis devetis generalibus Communis Januæ, & salvo quod non debeat ibi, & aliquis forestatus pro Commune Januæ habere receptum, & salvo quod Commune Januæ possit hominibus ipsorum locorum banna imponere, & exigere, si contra prædicta, vel aliquod prædictorum facerent. Item promittimus vobis pro Communi Januæ, & nomine Communis, quod Commune Januæ destruet bona fide .... rasas, & juras præsentes, & futuras hominum ipsorum locorum, & regimina præsentia, & futura facta, & facienda per ipsos homines inter eos, quæ facere non consueverunt, & illud regimen, quod faceret Communitas Andoriæ contra id, quod concessisset alicui ex dominis suis per cartam. Item promittimus vobis, quod Commune Januæ non manutenebit ipsos homines, vel aliquos ex eis contra vos Marchiones, vel vestros hæredes. Item promittimus vobis, quod si homines ipsorum locorum, vel aliquis ex eis vellent esse rebelles hiis, quæ per vos super promissa fuerunt Communi Januæ, quod Commune Januæ dabit forciam ad ipsos homines contra prædicta facienda compellendos. Prædicta omnia, & singula pro Communi, & nomine Communis Januæ; promittimus vobis pro vobis, & dicto nomine, & hæredibus vestris, ac attendere, & observare, & non contravenire de beneplacito, & auctoritate dicti consilii Januæ, & insuper hominum duodecim pro compagnia, & sub obligatione bonorum ipsius Communis. Actum Januæ &c. C. testes Ansaldus Fallamonica, Bonifacius Sardena, Manuellanæ, & Sortius Piper, Ansaldus Mallonus, Porchetus, Strecta Pontis, Joannes Gueceri, & Ansaldus Buleti, & Guillelmus Pictaniæ, & Richolonus Judex decimosexto die septembris inter nonas, & vesperas millesimo ducentesimo vigesimo tertio (1), indictione quinta Ego Argius de Montegrosso imperiali auctoritate Notarius prædictum exemplum scripsi, & hic fideliter exemplavi de mandato domini Conradi de Parma judicis plebis, & Marchionatus Cravexaniæ.

(1) *Hic error irrepsit pro XXXII., cui respondet indict. V. juxta cursum Januæ, & regimen Egulionis in Prætoris officio, uti Selavus erudite per epistolam monuit. At charta aliis mendis scatet.*

Digitized by Google

NOTÆ POSTERIORES

Col. 4. *n.* 5. *In charta divisionis hoc anno inter fratres celebratæ oppidum Salutiarum caput Marchionatus institutum fuit; quapropter haud recentem eo tempore fuisse hujus oppidi fundationem, ut nonnulli putarunt credi par est. In Tabulario civitatis Pinerolii habetur membrana vetustissima cujusdam donationis anni* 1081. 16. *maii ab Adelaide factæ Monasterio Pinerolensi de quadam possessione sita* in villa mea, quæ dicitur Saluciæ *Giselberto Notario.*

Col. 13. *n.* 10. *Jam Alexandrini hoc anno Ecclesiam ædificaverant, quam B. Petro dicaverunt. Atque ad hæc tempora referri potest rarissimus ille nummus, qui Mediolani adservatur in Trivultiano Museo, in cujus anteriori parte apparet caput Episcopi mitrati cum verbis circumstantibus S. PETRUS; ex altera vero crux in medio, & circum ipsam ALEXANDRIA. Hisce enim temporibus toti erant, ut omni qua possent honoris significatione suam erga Romanam sedem devotionem, fidelitatemque patefacerent.*

Col. 13. *n.* 11. Sententia Algisii &c. *Hanc Pedrocæ exscripsis ex ipso autographo, ut innuit in suo libro MS., cui titulus* Solatia Aquensis Ecclesiæ, *ejusque olim Beccium Episcopum decessorem suum meminisse tradit. Cum autem nunc synchrona membrana perierit, ex ejus apographo lectiones varias, quæ a meo hoc exemplari discrepant excerpsi, quæ cum aliis in ejus appendicem rejectis conferri possunt. lin.* 62. & sequens *l.* ut sequens *lin.* 63. *deest* semper.

Col. 14. *lin.* 17. autoritate, ut *l.* auctoritate, ac *lin.* 61. circa vos in hac sumsimus paste *l.* circa nos in hac senserimus parte.

Col. 15. *lin.* 10. Testarius *l.* Ferrarius *lin.* 16. *litteras ait ita in membrana detritas fuisse, ut nomen Notarii legere non potuerit.*

Ibi l. 35. *Celebris ea tempestate fuit hic Bonus Johannes Vercellensis, ac negotiis expediendis, prudentiæque laude excellens, usi ex officio legati, quod jussu Henrici VI. Imperatoris gessit apparet, de quo vide Murat. A. I. M. Æ. T. II. C.* 72.

Col. 21. *n.* 18. *prætermisi variantes, in quibus Ughellius differt ab hoc apographo, licet adjecerim eas, in quibus differt a Ghilini exemplari, defectum emendabo lin.* 22. Alexandrinorum *Ugh.* Alexandrina *lin.* 23. populosior *Ugh.* populatior *lin.* 38. qui cum super hoc cœpissent *Ugh.* qui cum hac re coram nobis cœpissent. *lin.* 59. tantum *Ugh.* tunc.

Col. 22. *lin.* 20. Causa Episcopi specialis. Nolumus etiam ut *Ugh.* contra Episcopum specialem, & ut propter.

Col. 23. *lin.* 2. præscriptæ unionis vinculum dissolvatur *Ugh.* perceptæ unionis vinculo dissolvantur. *lin.* 20. Johannis *adde* S. Mariæ in Cosmedin Diaconi Cardinalis, *& ita habet Raynaldus, & ex eo Guerra &c. Reliquæ minoris sunt momenti.*

Ibi n. 19. *Quam Religiosus esset hic Pontifex, atque ab omni qualibet simoniaca labe abhorrens patet ex* §. *VI. Institutionis anno* 1220. *Cancellariæ Romanæ ab eodem præscriptæ, atque a Muratorio R. It. M. Æ. T. I. editæ. Sic autem statuit Innocentius.*

„ *Ad hæc si pro justitia, vel spirituali negotio promovendis fiat pactio, vel certa promissio; dans, & „ recipiens ab officio, & beneficio suspendatur, si Cle- „ ricus fuerit, & offerens insuper careat impetratis „ Neque otiosam legem tulisse demonstrat hæc suspensionis in Episcopum Alexandrinum in hisce litteris præscripta sententia; tum etiam Epistola in Baluzii Regesto n.* 376. *data Tuderti V. nonas octobris Prælatis & Clericis Lombardiæ*, ne justitiam vendant, aut cum clientibus de mercede pacificantur.

Col. 28. *n.* 21. *Cum jam edita hæc fuisset conventio clarissimus P. M. Cavallerius ad me aliud exemplar misit ex annalibus MS. Schiavinæ defunctum, qui illud multo diligentius exscripserat ex membranis Tabularii civitatis Alexandriæ. Contuli autem cum hoc accurate, ac varietates majoris momenti selegi, quas hic exhibeo. Paucæ sunt, at quæ textui contexui, & præcipue nominibus haud medicam lucem effundent.*

Col. 28. *lin.* 56. actorem *l.* Rectorem *lin.* 60. consulibus *deest col.* 29. *lin.* 18. congrue *l.* congruum *col.* 30. *lin.* 4. Anselino *l. semper hic & in decursu* Anselmo *lin.* 9. communis *l.* Civitatis *lin.* 48 pluria *l.* Plovera *lin.* 50. *desunt puncta* clar. *l.* clarus *lin* 52. Guastanis *l.* Guastarinus *lin.* 53. Jovar *l.* Jovar *ita quoque Grassi lin.* 54. Gazarus *l.* Gazanus *lin.* 55. Ugolis *l.* Ugolius *lin.* 61. spandum *l.* spandonarius *lin.* 62. Merzarius *l.* Marzarius *lin.* 63. Mazaca *l.* Mazza.

Col. 31. *lin.* 1. Martius *l.* Mattius *lin.* 2. Garobalus *l.* Garobaldus *lin.* 4. Belengi *l.* Belengerius *lin.* 6. a Sana *l.* Alfana *lin* 7. Turvetula *l.* Turre vetula *lin.* 9. Nicolas *l.* Nicolaus. *ibi* Salut. Carbon. *l.* Salut. . . . . Carbon. *lin.* 10. Acarin. *l.* Acarius. *Sic etiam terminantur alia nomina propria, quæ in meo abrupta in fine cernuntur. lin.* 16. Inucard *l.* Inverard *lin.* 18. Cairet Proba *l.* cairet . . . . . Proba *lin.* 19. Aruit Benzo *l.* Arnutius . . . . . Benzo *lin.* 25. Perelle *l.* Stella *lin.* 26. Rauxi *l.* Bajoxi. ibi Mulinati *l.* Mulinarius *lin.* 28 Tuajol *l.* Fuajol *lin.* 29. Invcard *l.* Inverarius. *ibi* Albertinus *l.* Albericus *lin.* 31. de Guala *l.* D. . . . . olive . . . . . *lin.* 32. Abarius *l.* Aularius. ibi Bleng *l.* Belengerius *lin.* 34. Boveren *l.* Bouren *lin.* 39. Capa *l.* Cuppa *lin.* 46. Fulia Spandin *l.* Cullia Spandonarius *lin.* 48. abtrutus *l.* antruffus *lin.* 49. Truarti *l.* Eruarti *lin.* 53. Rex *Grassi legit* Rez.

Col. 32. *n.* 25. *descripseram exemplar, quod edidi ex altero, quod ad D. Conradum Chiabreram Aquensem Romæ ex Regestis castri S. Angeli transmissum fuerat. Nunc operæ pretium duxi illud cum edito ab Ughellio conferre, ex quo hæc bene notæ accipe varietates lin.* 9. sibi regenerationis *l.* sibi per regenerationis *lin.* 45. offenditur in devotione *l.* offenditur, & fides Catholica damnabiliter impugnatur *lin.* 53. maj . . . . idus *pene in fine* idus maii.

Col. 33. *n.* 27. *Cum nuper in Regio tabulario hujus chartæ synchronam reperissem membranam, eam diligenter excussi, qui plura illius loca, quæ corrupte admodum edidit Rousset, emendarem, quod feliciter contigit. En ergo illarum specimen. lin.* 45. Alamar . . . . Ruffinus *l.* Alamanus de Coconato *lin.* 48. Faxolius arius Ast *l.* Faxolus civis Ast *lin.* 49. Guasta . . . . treff. *l.* Guasta molia perronus *lin.* 50. Oecagna *l.* Cocagna *lin.* 51. Mussius *l.* Mussus. *ibi* Frigonus *l.*

Tignoſus *lin.* 52. Brignonus Tarcus, Guardus *l.* Brignonus Turcus, Girardus *lin* 53 Ruffinus . . . . . D. Albanus *l.* Rufinus conoſtra Auguſtus D. Albane *lin.* 55. Palodius Viciatus *l.* Palodus Viciatus *lin.* 57. Moyetus *l.* Moycius *lin* 58. ſpanteadenar . . . . . Matheus *l.* ſpanteadenar Bos facinus, Manfredus *lin.* 59. louvaſtus *l.* lovaſtrus *lin.* 60. Alleriam *l.* Aleramo *ibi* Coveram *l.* Cruera *ibi* Beccius *l.* Bencius *lin.* 62. Epo *l.* Epiſcopo *ibi* paſto .... Fred. *l.* paſtorius, Federicus.

Col. 34. *lin.* 4. Ritiis *l.* Ricciis *lin.* 6. Tranchedus . . . . . Judex *l.* Tranchedus Blancalius Judex *lin.* 8. Beſacca *l.* Biſacca *lin.* 10. Petrus . . . . . Ruffinus *l.* Petrus Guaſcus, Ruffinus *lin.* 14. Anfuſ . . . . . Jacob *l.* Anfuſſus, Vaſtavinus, Jacob *lin.* 16. Viragius *l.* Viſagius *lin.* 18 Battmerius Bucca *dele comma intermedium lin.* 29. eis nobilis *l.* eis ratione nobilis *lin.* 48. & . . . . . præſtare *l.* & prædictis præſtare.

Col. 35. *lin.* 6. Genz *l* Genzani *lin.* 21 quod nolit *l.* quod Dominus nolit *lin.* 31. fuerint *l* fuerunt *lin.* Bono *l.* Boſco *lin.* 41. S. Ciro de Communitate *l.* de S. Georgio Comite *ibi* Amedeo *l.* Ameo *lin.* 41. Baldeſſen *l.* Baldeſſerio *lin.* 53. fultius &c. Moyocius *l.* fultus &c. Moycius.

Col. 36. *lin.* 2. Rugerius *l.* Buzerius *lin.* 3. Kal. Canefrus *l.* Karolus Canefrus *lin.* 4. Occinnano *l.* Occimiano *lin.* 12. Erix Poteſtate Calialcatæ *l.* de Orux Poteſtate Cavalcat.

Col. 38. *n.* 29. *Inter membranas Monaſterii de Aquis incidi in exemplar hujus conventionis, quod ab Ottone de Porta de Aquis Notario ſuerat ex originali coram multis teſtibus, ac complurium Notariorum approbatione anno MCCCXXXVIII. deſcriptum. Aliud etiam membranaceum in tabulario Civitatis inveni, ſed memorato poſterius. Hæc autem duo exemplaria exegi ad meum hoc editum, & haſce exceptiones.*

Col 38. *lin.* 36 Carmillio *l.* Cirmillio *lin.* 51. Ghignonum *l.* Ghighonum *lin.* 54. junctene *l.* juncte &c.

Col. 39. *lin.* 3. donationis *l.* alienationis.

Col. 40. *lin.* 35. promiſſus *l.* promiſſas *lin.* 38. nec *lege* vel *lin.* 61. omni jure quod haberet *l.* omni jure quod haberent.

Col. 41. *lin.* 21. prædictis cauſis *l.* prædictis de cauſis *lin.* 24. nec *l.* ſeu *lin.* 53. caperet *l.* caperent.

Col. 42. Item quod dictus *l.* 7 *Hieronymus Banzola I. C. anno MDCLXXIV. VI. Jan. conſultum Duci Mantuæ obtulit ſuper extenſionem jurisdictionis, quam juxta haſce conventiones circa delictorum punitionem ad Aquenſem Poteſtatem ſpectabat. In eo refert ſententiam poſt appellationem die X. martii an. MCCCLXXXVI. latam a Guardorino Guartori generali Theodori Marchionis Montisferrati Vicario, qua declaravit ſententias a Vicario Poteſtatis latas adverſus ſtatuta Aquenſia nullas eſſe repugnante primigenia hac cum Guilielmo inita conventione, ac definiit eam juriſdictionem, qua potiebatur Judex Aquis non privative, ſed cumulative cum Poteſtatis juriſdictione intelligi oportere, ut locus eſſet præventioni, quæ ſane licet antiqua conſuetudine abolita ſint, admodum tamen juvant ad veteres chartas intelligendas lin.* 30. gaudie *l.* godie *lin.* 33. Civitatis Aq. *l.* Communis Aquis *lin.* 60. obtineret *l.* obmitteret.

Col. 43. *lin.* 24. preſtitto *l.* predicto *lin.* 28. l'alturca *l.* de la Turcha *lin.* 36. Annoto *l.* Amioto.

Col. 43. *n.* 30. *harum conventionum duplex extat in R. Tabulario membranaceum, ac synchronum exemplar, nec tamen ſine aliqua inter utrumque differentia licet modica. Horum ope emendavi, ac ſupplevi, quæ in iſto a Rouſſeto edito mutila, vel obſcura leguntur: præmittendum tamen in hoc documento memorari duo alia inſtrumenta XIX., & XXIII. m. aprilis hoc anno condita, quæ ambo extant in eodem R. A., quorum primum eſt delectus legatorum in concione Alexandrinorum habitus ad tractandam pacem cum Marchione Montisferrati; alterum procuratio ab Alexandrinis demandata Oberto Cani de Guaſchis, Rufino de Petro, Gulielmo Cirimello, & Gamba ino ad ineundam pacem cum Guilelmo Marchione Montisferrati, & ejus confœderatis. Nunc ad varietates lin.* 51. Calium *l.* Calvum *lin.* 52. Gemimiano *l.* Germano *lin.* 53. Ucellarum *l.* Vercellarum *lin.* 55. Montesulo *l.* Montemelo *lin.* 56. ambaxiatæ *l.* ambaxiatoribus.

Col. 44. *lin.* 6. Picenum *l.* Pitorium *lin.* 16. diſtrictus . . . . . *l.* diſtrictus ex altera de omnibus damnis hinc *lin.* 37. caſtrum ..... vel quod *l.* caſtra, & eo ſalvo quod.

Col. 46 *lin.* 45. quam pacem *l.* ipſam *lin.* 56. Stuanaria *l.* Frixinaria.

Col. 47. *lin.* 54. fuerunt *l.* fuerant *lin.* 61. Aquenſia Carponen. *l.* Aquis, Carpen.

Col. 48. *lin.* 62. Rombi Comiti *l.* Rubacomiti.

Col. 52. *n.* 31. Synodus Aq. *Cum codex Capituli, ex quo hanc synodum eduximus, mendis ſcateret, multa tunc, quæ in oculos irrumpebant, correximus, alia vero intemerata reliquimus curis poſterioribus ea dimittentes, quæ nunc poſt diligentius examen ſubimus ad majorem hujus præclari documenti illuſtrationem*

Col 53. *tit.* 1. *lin.* 33. *poſt* Clerici *adderem* Civitatis.

Col. 54. *tit.* 5. *lin.* 34. *Lajas in vulgari ſermone dicunt plebej* Laja *enſem diſtrictum, quæ ſi haud arrideat acceptio, legendum eſſet* laicis *lin.* 4. ad accardanjis *puto hic* chartas *legendum.*

Col. 56. *lin.* 56. *dele litt.* n. *ante Reſtorem.*

Col. 64. *lin. ultima* ſuarum *l.* ſuam.

Col. 65. *lin.* 3. ſeu modo *l.* ſeu modo alio *lin.* 4. non vero *l.* nec non *lin.* 39. valeant *l.* debeant *lin* 43. factæ *adde* vel faciendæ *lin.* 46. Diocefis poſſeſſionem *interpone* ſeu poſſeſſionem.

Col. 66. *lin.* 3 *dele comma poſt* nobis, *& pone poſt* eos *lin. ſeq. dele* ad.

Col. 70. *Statuta, & ordinamenta &c. Quæ ſequuntur puto ad pleniorem textus intelligentiam emendari oportere hoc modo.*

Col. 72 *lin.* 8. *dele* vacaturæ.

Col. 73. *lin.* 23. Combono *l.* Gambono *lin.* 28. decentibus *l.* decedentibus.

Col. 80. *lin.* 23. Damaſii *l.* Dalmaſii *lin.* 40. Bellungio *l.* Bellengio *lin.* 51. VIII. *l.* VIIII.

Col. 81. *lin.* 14. *poſt* ſinguli *adde* interfui.

Col. 92. § *igitur in hac ſectione plura Calceatus refert, quæ nonnulla egent emendatione. Primo enim auctor, quem de Longobardorum origine ſcripſiſſe tradit, non Plinius, ſed Paulus Diaconus eſt. Ceterum hunc non Calceati, ſed Amanuenſis, ac Codicis erro-*

rem puto ex similitudine nominis ortum. Aliter vero sentiendum de altero errore, quem ex amore patriæ ubi facile persuasit Aquas præcipuam fuisse Cottiæ provinciæ civitatem, eamque Silvam nuncupatam, quemque eo præeunte admiserunt Nanus a Mirabello, L. P. Blesius Pedroca, alii ut sequiores scriptores. Neque enim Aquæ Civitas uspiam sylva dicta ab ullis veteribus fuit; multoque minus caput Cottiæ provinciæ, quod erat Segusia, vel Susa. Scio equidem Fr. Jacobum scripsisse aquas a Silvestro dictas antiquitus Silvestriam. At hoc manifestum est posteriorum temporum inventum. Cum enim Alexandrini ob sibi concessam ab Alexandro Episcopalem Cathedralem Alexandriam civitatem suam Pontificis nomine, cujus partes tuebantur, dictam voluerint, eoque privilegio gloriarentur; Aquenses ut longe majorem suæ Cathedræ antiquitatem illis objicerent Silvestriam Aquas dixerunt. Nam traditio eo tempore invaluit, primum Aquis Episcopum Majorinum nomine a Silvestro huic Ecclesiæ destinatum ut ipse Jacobus tradit. Caterum hoc nomen neque aliis probatum, neque scriptis, atque chartis usurpatum uspiam invenio. Illa ergo opinione explosa præstat divisionis provinciarum a Calceato hic indicatæ originem explicare. Hoc enim & jucundum, & huic operæ haud absonum judico. Diocletianus an. Christi CCXCVI. Italiam in duos Vicariatus divisit, quorum unum Romæ, alterum Mediolani constituit. Hic septem provincias complectebatur Liguriam, Æmiliam, Flaminiam, Picenum, Venetiam, Cottiam, & Retiam. Liguriâ vero juxta Holstenium has numerabat civitates Mediolanum, Ipporediam, Vercellas, Novariam, Papiam, Laudem, Comas, Cremonam, Bergamum, & Brixiam. Alpes Cottiæ habebant Segusiam, Taurinum, Astam, Terdonam, Album, Aquas, Albingaunum, Vigintimilium, Bobium, Januam, Vada Sabbatia. Hæ omnes civitates olim peculiare Cottii Regnum constituebant, sed eas postea Adrianus Imperator in provinciam redegit, & Liguriæ conjunxit.

Col. 94. *l.* 15. Gastaldi erant instar Vice-Comites. In statutis Veronensibus an. MCCXXVIII. n. 193. excipiuntur qui habent gastaldias ab Imperio, vel a Comite. In Chartulario Alberti Episc. Aq. an. MCCXX. II. maii nominatur Gastaldus pro Capitulo Aq. in Montebono Canonicorum feudo: ibi in charta an. MCCXLI. Bonacursus Gastaldus Capituli: ibi eod. anno Lavagius Gastaldus Capituli Aquensis, & dominorum de Melaz. Extat membrana in Capituli Tabulario an. MCCLXIV. I. januarii, qua Albertus Episcopus D. Guliel. Baudezonum suum Gastaldum constituit. Post hoc tempus nullam amplius eorum mentionem repperi in chartis Aquensibus. Siquis plura de illorum officio V. Murat. A. I. M. Æ. diss. VIII. Tom. I. col. 447.

Col. 134. *lin.* 52 Hanc Aquis esse volunt Aquesanæ, quæ dicitur inde. Blesius, Pedroca, Augustinus ab Ecclesia, Gatti, Turrius, aliique multi multa de hujus nominis origine commentati sunt alii Comitatus Aquensis, alii Pagi, vel oppidi cujusdam, alii gentis, ac familiæ nomen esse putantes. Præ cæteris mihi arridet sententia Fr. Jacobi, qui ab Aquis civitate nomen derivatum credit. Sic enim eo tempore Civitas appellabatur; & quidam collis versus Meladium ab Aquis Aquisanæ podium dictum legimus in veteribus chartis. Cujus rei luculentissimum profero in simili causa documentum. A. Murat. M. Æ. T. III. edidit antiquissimum Chart. Ecclesiæ Pisanæ, in quo fit mentio cujusdam curtis de Aquis ad Monasterium S. Mariæ de Morono spectantis, in qua erat balneum, & aquæductus. Illa autem curtis licet ante sæc. XI. de Aquis diceretur, postea variato nomine non amplius de Aquis, sed Aquisiana dicitur uti videre est in charta an. MCXXVIII., MCXLVIII., item Lunensis ora, & Laudensis regio ab Ottone Murena ad an. MCLIV. Lunesana, & Laudesana, vel Laudexana vocatur. Sed cur ad extera confugimus exempla? Nonne Astensis regio vulgo Astesana dicitur? At si hæc vera essent toti Aquensi Comitatus commune nomen esse deberet, non vero parti, uti videntur innuere sequiores chartæ, ac etiam ipsa Chronica Jacobi, in quibus Aquesana dicitur illa regio, quæ oppida vallis Belbi Aquas versus complectebatur? Hæc vera esse haud diffiteor, sed priori meæ sententiæ haud pugnantia esse contendo, immo potius excitare nos debere ad circumscriptæ hujus significationis causam investigandam. Ob inopiam documentorum vix aliquid certi constitui potest. Attamen quid diutius singula, quæ suppetunt perpendenti in mentem venerit, proponam. Aquensem Comitatum Burmia in duas fere partes dividit, superior una versus mare, inferior altera versus Astam: prior quæ maritima dici posset sub finem sæculi X. Saracenorum direptionibus exposita magnas passa est calamitates, longe minores vero altera. Aledramus, qui ut multorum est traditio, exercitum duxit in Saracenos ab Imperatoribus impetravit totam illam ultra Burmiam ditionem, quæ de Vasto dicebatur, vel devastata, ac deserta, uti videre est in celebri ab Otone ei concesso diplomate. Et sane late trans Burmidam dominatos Marchiones fuisse constat, vix aliquid vero possedisse infra Aquas, dum horum in illis partibus augebatur potentia, Comitis Aquensis jurisdictio imminui necesse erat. Hinc factum est, ut hujus jurisdictio fuerit limitata ad pauca oppida, minimamque ditionem Astas versus, quam ex urbe Aquis Aquesanam dictam contendo. Nam S. Guido, qui a veteribus ex dominis Aquesanæ dictus fuit, ac ut mihi videtur ex ultimi Comitis Aquensis prosapia genitus, quæ in ipso, ac fratre Opizone defecit, octavam partem Aquis possidebat, ejusque feuda citra Aquas existebant Meladium, Cartosium, Castelletum, Alicem, Bistagnum; maximas item ipsum vexationes passum a vicinis domibus, ac potentioribus innuit ipse in chartis fundationum a me prima parte editis? Qui autem esse poterant optimates illi, qui tantam ei molestiam creabant nisi Aledrami soboles, quæ Imperatorum privilegiis fulta ejus avita jura sibi usurpare volebat? Cum itaque vetus Comitum Aquensium jurisdictio ab aliis Diœcesis partibus fuisset depulsa, totaque ad Aquam civitatem, inferioraque vallis Belbi oppida restricta hinc factum puto, ut regio illa Aquesana diceretur, ac si novam Comitatus indolem, ac formam a præcipua civitate Aquis esset adepta?

Col. 143. § anno ecc. Huic de ecc. de Alexandriæ civitatis origine scriptori addo Bernardum Guidonem, & Jacobum a Varagine Archiepisc. Januen. Hic prope ea tempora floruit, scripsit enim Chronicon usque ad an. MCCXCVII., qui aperte asserit Alexandriam subesse Episcopo Aquensi, de quo jam plura protulimus in prima parte col. 686.

Digitized by Google

Ex vita Alexandri III. a Bernardo Guidone compoſita apud Muratori. S. R. I. T. III. p.

Anno Domini MCLXVIII. Mediolanenſes, Cremonenſes, & Placentini in deſpectum, & odium Friderici Imperatoris, & in favorem Alexandri Papæ, & contra Civitatem Papienſem ædificaverunt quandam coloniam, ideſt novam Colonorum habitationem, quam ut famoſa eſſet ab Alexandro Papa Alexandriam vocaverunt: alii vero Civitatem novam: Papienſes vero Paleam uſque in hodiernum diem appellant (*obiit Bernardus Guido, qui hæc conſcripſit anno MCCCXXXI.*) Alexander vero Papa ad petitionem Lombardorum Epiſcopum conſtituit in eadem; Papienſem vero Epiſcopum crucis, & pallii dignitate privavit, eo quod Friderico Imp. tunc, & ab antiquo Regibus Eccleſiæ perſecutoribus adhæſiſſet.

„ *Duo erant hoc tempore Papiæ Epiſcopi legitimus*
„ *alter ex Ordine Ciſtercienſi Petrus nomine, intruſus*
„ *alter a Friderico Imperatore, qui Petrum eo quod*
„ *Victoris factioni adverſaretur, e ſede ejiecerat. Hunc*
„ *non alterum Alexander III. ſacris inſignibus pri-*
„ *vavit.* Lege librum recens editum Mediolani ſub hoc
„ *titulo* Delle vicende di Milano pag. 228. *Item*
„ *Epiſtola Joh. Sarisbur. hic editam in II. parte.*

MCLXVIII. Alexandria de novo in Lombardia conſtruitur, quæ prius Cæſarea dicebatur, ſed poſtea mutato nomine in honorem Alexandri PP. III. Alexandria eſt vocata. Dominus autem Alexander Papa in partibus illis tunc conſiſtentibus favorem dedit, ut illa Civitas ædificaretur. Unde cum primo in honorem Imperatoris Cæſaream appellaſſent, poſtmodum in honorem Papæ Alexandriam vocaverunt. Dominus autem Alexander Papa Epiſcopum eis dedit (Ottonem, ut ait infra, natione Alexandrinum primum Epiſcopum Bobienſem, poſtea Archiepiſcopum Januæ quartum) quo mortuo Epiſcopum non habuerunt, ſed illa Eccleſia ſubeſt Epiſcopo Aquenſi: quia vero Papienſes Romanæ Eccleſiæ rebelles erant, ideo Dominus Alexander Papa Epiſcopum Papienſem pallio, & crucis dignitate ſententialiter ſpoliavit. *Jac. a Varagine Archiep. Januen. in Chron. apud Murat. Script. Rer. Ital. T. IX. ſcripſit uſque ad an. MCCXCVII.*

Col. 154. *Quæ fuerit Civitatum Lombardiæ ſententia, cum apud eas percrebuit nuncium de adventu Corradi, vide apud Mur. A. I. M. Æ.* col. 487. *T. III., qui pacta nova ſocietatis Lombardorum adverſus illum inita refert, ubi etiam plura de Alexandria.*

Col. 168. *lin.* 50. *En origo vocabuli Montisferrati ex oppido ſcilicet hujus nominis prope Padum ita conſpicuum, ut ex Salutiis conſpici poſſet. Quamvis vero jam a multis retro ſæculis ex variis bellorum motibus fuerit dirutum, ejus tamen notitia in antiquis chartis ſuperſtes remanſit. In diplomate Henrici III. an. MXLVIII. Canonicis Eccleſiæ Taurinenſis conceſſo inter varias Eccleſias trans Padum in colli ſuburbano poſitas memoratur Capella* S. Solutoris in Montepharato (*Dur. Piem. Ciſp. pag.* 308). *Neque obeſt paullo diverſa vocabuli deſcriptio. Nam & Comitatus ipſe Montisferrati in veuſtiſſimis membranis* Montiſpharati, *vel* Montisfarrati *dictus fuit. Sic legitur in diplomate Corradi anno MXXXIII. Monaſterio S. Petri Papienſi dato apud Murat. T. I. C.* 595. *ubi hæc habet,* confirmamus curtem, quæ in Roboreto dicitur Corte Regia .... & omnia quæ in Montefarrato, & quæ in Comitatu Vercellenſi &c., *item in diplomate Friderici I. Monaſterio Locedienſi, quo confirmantur poſſeſſiones ei donatæ a Marchione* Montefarrati, *ut habet autographum a me viſum, non Montisferrati uti perperam Iricus, qui etiam erravit in anno imperii, & oppido; annus enim imperii non IV., ſed III, & oppidum non* Orimiani, *ſed* Occimiani *legendum. Guilielmus etiam Epiſcopus Aquenſis in decreto a me edito p. I. col.* 65. *lin.* 13. Montefarrato *habet: quod ſi alia acceptio invalucrit, in cauſa fuit opinio de ejus æthimologia, quæ a monte, & ferro, vel ferrario putabatur aeducenda, & ejus analogia cum duabus latinis vocibus nomen Montisferrati componentibus. Neque ſolum in chartis, ſed in ipſa populari traditione nomen illud in ea regione manſit. Etenim in illo collis acumine, quo ad Taurini meridiem Crux Camaldulenſium videtur erecta in ſignum loci ſacri, adhuc ab incolis Peceti, ad quorum territorium pertinet,* Monfarratus *dicitur, atque haud ita pridem ibi capella extabat, in qua Camaldulenſes Monachi loci Domini Miſſam ſingulis feſtis diebus ex antiqua conſuetudine celebrabant. Atque circum eam adhuc antiquarum habitationum rudera, vetuſti, ac diruti oppidi indubia ſigna conſpiciuntur. Atque huic colli conveniunt, quæ tradit Fr. Jacobus, ſcilicet ita prominere, ut ejus faſtigium e longinquo cerni poſſit. Hæc vero interpretatio eo certior fiet, ſi veterum Hiſtoricorum de Montisferrati confinibus teſtimonia præ oculis habeantur. Licet enim inter eos omnes maxima ſit contentio de ejus extenſione ad occaſum, vel meridiem; attamen ne unus unquam dubitavit aſſerere ejus limitem ad ſeptentrionem a Pado, ac collibus Pado eminentibus eſſe conſtituendum. Antiqui ſcriptoris, ac rari teſtimonium proferam Lilii Vicentini, qui e vita ceſſit medio ſæculo XV. Is in ſuo orbis breviario, quod a Petro Calcedonio typis Antonii Sabellici Venetiis editum fuit an. MCCCCLXX. hæc habet* Monsferratus regio eſt Italiæ, cujus fines ſunt hinc Padus inde Apenninus, & Tanarus amnis, & ſuperiori parte montes proximi Monte Calerio, ubi Pedemontium incipit. *Quæ commentarii loco eſſe poſſunt textui Fr. Jacobi, ubi de antiquis M. M. Montisferrati ſcribit,* iſti habent totam terram inter Padum, & Tanagrum. *Conſona ſunt teſtimonia Blondi qui in Italia illuſtrata p.* 92. *edit. Ven. MDX. habet:* ad Tanarum amnem ora incipit celebris nunc Monferratus appellata, cujus fines ſunt hinc Padus inde Apenninus, & in ſuperiori parte montes Moncalerio proximi. *Item Sabellici, Bergomatis, Merulæ, Alberti, aliorumque & ſane locum de Pulcherada, cis Padum juris ſui eſſe aperte aſſerunt fundatores in charta an. DCCCCXCIX. par.* 1. *col* 10. *Poſſem etiam in medium afferre Ottonis Friſingenſis lib. II. cap. XIII., ac Ligurini vatis teſtimonium, qui Cherium Peceto conterminum* locum Ferrati montis *appellat.*

Col. 170. *lin.* 35. *Rondenaria &c. De hac forte mentio in charta D. Rodulphi Abatis Nonantulani, qua anno III. Henrici Regis II. ind. IV. dedit* precariam in agro Papienſi Aledramo filio Alberici, qui in compenſationem *donat Monaſterio jugera* 50. *terræ in* Runco Rondenarii. Vulgo *Roccagrimalda: adeſt alia* Rondanina *prope Saxellum.*

Col. 190. *lin.* 28. *erravit hic ſcriptor in anno emor-*

tuali Gulielmi, quem discе ex hac nota Necrologii Casalensis.

XV. Kal. octobris MCCXXV. obiit D. Vilielmus Marchio Montisferrati anno currente MCCXXV. benefactor hujus Ecclesiæ, qui multa bona suo tempore, & ejus antecessores huic Ecclesiæ fecerunt.

Col. 191. *l.* 38. *quo anno obierit Bonifacius liquet ex hac altera ejusdem Necrologii nota.*

II. id. junii anno MCCLIII. Bonifacius Marchio Montisferrati vir illustris migravit ad Dominum.

Col. 128. *lin.* 29. *De captivitate Gulielmi Marchionis Montisferrati hæc habet Benvenutus ab Imola in suis commentariis ad Purgatorium Dantis a Murat. in fine Vol. I. editi. Ad cantum VI. post vers.* 142. *hæc habet.* Sciendum quod iste fuit Gulielmus Marchio Montisferrati vir ferox, & crudus, tamen potens, & valens, qui fuit aliquando Capitaneus Mediolani contra Papiam. Iste an. MCCXC. cum iviſſet cum paucis in civitatem Alexandriæ Alexandrini ad instantiam Astensium, quibus Marchio erat inimicus, eum ceperunt proditorie acceptis magnis pecuniis ab Astensibus, qui sunt pecuniosiores omnibus Italicis cæteris paribus, quia sunt magni usurarii, & mortuus est in carcere prædictorum captivus, immo unus civis saltavit crudeliter super corpus defuncti, & cepit caput ejus cum manibus, & percussit ad terram *&c.*; *reliqua lubens omitto.*

Col. 201. *lin.* 30. *quid egerit hoc anno aliquatenus accipe ex Necrologio Casalensi.*

Nonas februarii anno MCCCIII. currente Casale venit Marchio domino jubente Johannes cum forensibus multum diligenter. Hoc fuit . . . . . in festo sanctæ Agatæ: cum magno honore ejus festum extrinseci celebrabunt corde.

Col 211. *lin* 20. *seq. Circa hoc tempus dum esset forte Constantinopoli Theodorus contigit mors Violantis matris Theodori Marchionis, de qua hæc habetur in Necrologio Casalensi mentio.*

XVI. Kal. augusti an. MCCCXVI. ind. XIIII. Serenissima Domina Imperatrix mater Domini Marchionis Montisferrati debitum universæ carnis persolvit.

In ejus ad patriam reditu socium forte habuit fratrem suum, de quo hæc in eodem Necrologio leguntur.

Anno MCCCXVII. D. Bonus Joannes frater Domini Marchionis Montisferrati decessit, & eodem anno . . . . . .

Col. 212. *lin.* 21. *non die XIX. martii, sed XXI. aprilis obiit, uti ex hac nota Necrol. Casal.*

XI. Kal. madii anno currente MCCCXXXVIII. Ill. Princeps D. Theodorus genitus Imper. Græcorum Marchio Montisferrati hac præsenti die in Domino requievit.

Col. 218. *lin.* 33. *ad an. MCCCXLV. hæc adde ex Necrologio Casalensi.*

III. Kal. junii MCCCXLVII. Post hanc diem hoc ipso anno, & sequenti per universum orbem maxima mortalitas fuit.

Col. 222. *adde ad hunc annum notam Necr. Casal.*

X. Kal. aug. anno Nativitatis Dom. MCCCLXIV., indict. II. hora mediæ nonæ apparuit super poderio nostro Casalis inter Lapidem, & Pacilianum maxima abundantia, & innumerabilis multitudo locustarum, quæ radios solis ita occupabant, ut solet tenuis nubis solem tegere, & fuscare, quæ transiens vineis nullum dampnum nobis fecerunt, nisi quod folia arundinarum corroderunt, dictum tamen fuit quod in partibus Thusciæ corroderunt herbam, frumentum, & vineas, ita quod nil dimiserunt.

Col. 224. *lin.* 1. *Quæ hic leguntur contigerunt anno MCCCLXX. uti ex Jofredo, & Necrol. Casal. colligitur, ex quo præterea discimus: quando Casale obsideri cœperit: sic enim habet.*

II. id. julii *post aliquas lineas abrasas.* Sit igitur hoc memorabile posteris, quod anno Domini MCCCLXX. die XIIII. mensis junii D. Galeaz Vicecomes Dominus Mediolani, & Papiæ &c. posuit, ac firmavit exercitum suum circumquaque burgum Casalis per terram, & per aquam cum maxima quantitate trabuccorum, & machinarum ita & taliter, quod nemo valebat intrare, nec exire de dicta terra, nisi solum aves cœli, & perduravit usque ad diem XIV. mensis novembris insequens sic, & taliter quod terrigenæ . . . . . .

Col. 225 *lin.* 61. *Hæc confirmamus sequenti nota Necrologii Casalensis.*

XVI. Kal. novembris MCCCLXXIII. dicta die capta fuit civitas Vercellarum per Advocatos, & Gentes Ecclesiæ.

Col. 231. *lin.* 36. *quoniam hic filet & diem, & viros, qui possessionem Casalis pro Marchione ceperunt, addam ex nota Necrol. Casal.*

Ad VIII. id. marcii MCCCCIV. Nobiles viri, & Domini Nicola de Aquapendente utriusque juris Doctor, Bonifacius de Mirotio, & Baldracchus de Cellis de consilio Illustrissimi Principis, & DD. Montisferrati pro eodem Principe acceperunt corporalem possessionem de terra, & loco Casalis S. Evaxii.

Col. 235. *lin.* 11. *hæc adde ex Necrol. Casal ad h. a.*

Ad VII. id. marcii MCCCCXIII indict. XII. D. Theodorus Marchio introitum fecit in terram Casalis S. Evaxii.

Col. 236. *lin.* 14. *quo anno Gulielmus, & Theodorus fratres hic memorati nati sint, accipe ex lib. antiquo MS. a Hier. de Medicis in quadam consultatione.*

MCCCCXX. die XIX. julii natus est Gulielmus Marchio Montisferrati.

MCCCCXXV. die XXV. augusti natus est Theodorus. Ex eodem MS.

Col. 237. *lin.* 36. *quid intermedio hoc tempore evenerit ex parte discimus a Necrol. Casal. his verbis.*

Ad IV. non. augusti MCCCCXXXIX. Facta fuit processio in Casali, quia Græci venerunt ad fidem tempore S. D. D. Eugenii Quinti, & Johannes Jacobus Marchio Montisferrati, & Jacobus de Bazinis Præpositus S. Evaxii illo tempore.

Ad XV. Kal. madii MCCCCXL. Desponsata fuit Amedea filia Ill. D. D. Joannis Jacobi Marchionis Montisferrati in Ill. Principem, & D. D. Regem Ciprii, & Jerusalem in Ecclesia S. Francisci, in qua ipsam desponsavit R. D. D. Odonus Cardinalis Ciprii, & præsent. R. R. Episc. Aquen. D. Episc. Albarum, D. Episc. Ciprii, & Ill. D. D. M. Salutiarum, & plures alii, tunc temporis D Jacobus de Bezinis erat Præpositus Ecclesiæ S. Evaxii, & præsens.

VI. id. ſeptembris MCCCCXLIV. In feſto Nativitatis B. Mariæ fuit facta magna ſolempnitas per Ill. D D. Joannem Jacobum Marchionem Montisferrati cauſa ædificii Eccleſiæ S. Mariæ de Platea, & ibi celebravit Miſſam D. Jacobus de Bazinis Præpoſitus Caſalenſis . . . . . multa offertoria per Commune Caſalis, & maxime per . . . . . .

Col. 237. *lin.* 48. *En de morte Johannis vera temporis epocha, aliaque nonnulla, quæ ipſam ſunt conſecuta ex Necrol Caſal.*

III. id. marcii MCCCCXLV. Obiit Ill. D. D. Johannes Marchio Montisferrati in feſto B. Gregorii, ut per ſuam miſericordiam &c. corpus requieſcit in Eccleſia Beati Franciſci de Caſali.

III. id. marcii MCCCCXLV. die ſupraſcripto. Factum obſequium magis ſolempniter, de quibus celebratæ fuerunt tres Miſſæ. D. Jacobus de Bazinis hujus Eccleſiæ Præpoſitus Caſal., ſecunda R. D. Abbas Locedii, tertia R. D. Gullielmus Bulla Epiſc. Bethlem.

VII Kal. junii MCCCCXLV. Tempeſtas Caſalis die XVII. maii . . . . . .

III. non. junii MCCCCXLV. Locus Montaboni comburuit, bruſavit, & crematus hora XVII., & in ſupraſcripto loco cremuerunt CC. viros, & mulieres, de quo fuit magnum miraculum &c., & eo die fuerunt magni venti, & magis ut uſque fuit viſus . . . . . .

II. Kal. ſeptembris MCCCCXLV. indic VIII., die ultima ſeptembris ædificatio Eccleſiæ S. Mariæ de Platea . . . . . Ill. D.D. Gullielmus Marchio p. tempore, & præſenti D. Jacobo de Baxinis Præpoſito Eccleſiæ S. Evaxii, & Presbitero Imoneto de Gratis Martino Caxin. . . . . .

XVII Kal. julii MCCCCXLVI. Datum fuit caput B. Evaxii . . . . . in argento per nobilem D. Joannam de Montilio alta de argento, & ipſa fecit fieri, ut caput B. Evaxii poſitum fuiſſet in ſupraſcripto tabernaculo tempore Dominæ Johannæ de Sabaudia Marchioniſſæ Montisferrati, & D. Theodorus Protonotarius ejus natus: tunc Jacobus de Bazinis Præpoſitus hujus Eccleſiæ.

Col. 237. *lin.* 52 *Et horum meminit Necrologium, ubi & alia habet ab hoc anonimo pretermiſſa: quæ hic adjungimus.*

MCCCCXLVI. die ultima ſeptembris. Facta fuit concordia cum Ill. D. . . . . de Domo Gonzaga, qui die VI. ſeptembris poſuit locum Fraxineti ad ſaccomanium. Deus provideat in bono.

VII. id. ſeptembris MCCCCXLVI. die VI. ſeptembris. . . . . de Conziaco poſuit ad ſaccomanum locum Fraxeneti, & fecit multa ſpreta D. Marchioni.

II. id. auguſti MCCCCXLVII. die XII. auguſti. Ill. Princeps D. Philippus Maria Dux Mediolani migravit ab hoc ſæculo, & cum illo D. Viniciani fecerunt ſibi multas guerras, & obierunt multi ex ſuis Capitaneis . . . . . Deus provideat.

VII. id. junii MCCCCXLVIII. die VII. junii. Captus fuit locus Vigeveli (Vigevani) per D. Franciſcum Fortiam, a quo bombardatus fuit per tres dies, & interfecti fuerunt multi homines.

Id. maii MCCCCXLIX. die XIV. maii die ſupraſcripto, fuit captus D. Guillelmus de Monteferrato per Franciſcum Fortiam in caſtro Papiæ ſtetit uſque ad diem XXIII. maii. Deus providebit.

XVI. Kal. ſeptembris MCCCCXLIX. die ſupraſcripto. Ill. D. noſter D. Gullielmus . . . . reliqua per tres lineas abraſa. . . . . .

VI. Kal. januarii MCCCCL. In feſto Agnetis fero Inluſtriſſima Princeps D.D. Johanna de Sabaudia Marchioniſſa Montisferrati migravit ab hoc ſæculo corpus ſuum ad S. Mauritium.

MCCCCL. IV. Kal. junii. Venit Ill. Princeps, & Dominus Gullielmus de Monteferrato venit Caſali cum magna ſocietate. Dominus conſervet eum in bono ſtatu, & gubernet.

XVI. Kal. junii MCCCCL. Ill. D. Gullielmus dedit D. Franciſco Fortiæ civitatem Alexandriæ cum toto jure, caſtris, diſtrictu.

MCCCCL. X. Kal. junii. Ill. Princeps, & D. Guillielmus Marchio Montisferrati exivit de carceribus de caſtro magno Papiæ, ubi ſtetit per annum in dicto caſtro.

V. Kal. auguſti MCCCCL. die VIII. julii. Incepit pidimia in loco Caſalis, & obierunt triamillia hominum, & mulierum. Primo obiit Lucas de Cereto, P.s Monacus, Joannes Nazaria, Joannes Guta, Moder.s Chriſtophorus Pellicius, Chriſtophorus de Bercio Comiti, & Plebanus Montiſcalvi, Obertus Magnacavallus, & plures alii, qui non poſſunt brevi regiſtrari &c., & illo anno fuerunt multæ terræ tempeſtatæ.

V. id. junii MCCCCLI. die ſupraſcripto. Fuit poſitum campum per Ill. D. D. Gullielmum Marchionem Montisferrati in loco . . . . . .

Col. 241. *lin.* 32. *quoniam circa hæc tempora definit quoque Benvenuti a S. Georgio Chronica: haud abs re puto hic ſubdere, quæ in fine cujuſdam exemplaris Chronicæ Latinæ Eq. Benv. a S. Georgio ad Clar. Virum D. Boſco R. Judicem Parmi ſpectantis vetuſta, ac ſincrona manu ſupplementi inſtar ſtatim legebantur.* Bonifacius filius Gullielmi ſucceſſit in Marchionatu die IV. octobris MDXVII. die VI. junii MDXXX.

Johannes Georgius patruus ſupraſcripti Bonifacii ſucceſſit in Marchionatu die VI. junii MDXXX. & obiit die ultima aprilis MDXXXIII., & hic finivit progenies Montisferrati.

Supraſcripta Margarita (*Benvenutus ſcribit* Mariam) fuit data in uxorem Frederico de Gonzaga Marchioni, & Duci Mantuæ, & ſucceſſit in Marchionatu de jure ſucceſſionis, & ex ſententia lata auctoritate Imperiali.

MDXXXVI. die XXII. novembris hora circa nona noctis . . . . . Redonus Galliarum mons, ... De Buſi Me . . . . . auxilio Johannis Gullielmi de Blandrate, & . . . . Damiani de Neapoli cum ſuis complicibus intrarunt in civitatem Caſalis poſt latam ſententiam de jure in favorem illorum Dominorum Friderici, & Margaritæ cum maxima proditione credentes patriam in libertate poni, & illam ſubjugari fecerunt, & depopulari, propter quod mortes, violentias, ſacrilegia fecerunt, & ad . . . . . ipſa Civitas fere tota minata per cauſa de li traditori, abbenchè e'

ſtata troppo benigna la Illuſtriſſima clemenza, & bontade, che Iddio loro conſervi lungamente.

Addebatur præterea Noſocomii in civitate Caſalenſi a Gullielmo Anno MCCCCLXXXIII. exſtructi, & cujuſdam præpoſituræ in Delfinatu, ac XI. Monaſteriorum in Pedemonte fundatorum notitia, ab editis tam in Catal. R. Bibl. MS. Taur., quam in præfatione ad Chronicon Benvenuti paulo diverſa; attamen omittendam cenſui, tum quia aperte falſa, & apocrifa, tum quia recentiora ſapit tempora.

Col. 290. *lin.* 16. *Clariſſimus Tiraboſchi Vol. II. Hiſtoriæ Mon. Nonantulani refert Lotharii diploma anno DCCCXLI. Kal. februarii, Imperio D. Hotarii* I. *ind. XVIII.* Datum Curte Auriola.

Col. 292. *n.* 5. *l.* 13. *Gerberga filia D. Berengarii Regis &c. de hac Aledrami uxore mentio extat apud Luitprandum Hiſt. lib. V. cap. XXV. hiſce verbis.*

Habuit etiam ea (Villa uxor Berengarii) presbiterulum capellanum nomine Dominicum ſtatura brevem colore fuligineum, ruſticum, ſetigerum, indocilem, agreſtem, barbarum, durum, villoſum, petulcum, inſanum, rebellem, iniquum, cujus magiſterio duas Villa commendarat natas Gislam ſcilicet, atque Gerbergam, ut eas literarum ſcientia aptaret: occaſione itaque puellarum, quas presbiter Dominicus hirſutus illotus facete docebat, mater ei propitiaverat ut viſa, ingrata, & tenax hinc exiſteret larga. *Luitp hiſt. l.* 5. *c.* 15.

Col. 292. *l.* 30. *Vici* Penengum, & Patrum, *ſive pautrengum, qui in hac charta nominantur ex Saletta in libro inſcripto de feudis Monferrati in R. A. exiſtente fuerunt poſterioribus temporibus ab oppido Monciſcalvi ſeparati, ac dati in feudum Johanni Gualberto ex antiqua familia de Campiſtron.*

Col. 293. *lin.* 20. acquiſtu *l.* adqueſtu *ſicuti etiam lin.* 38. *lin.* 33. noſtri dominii *adde* noſtri ſubdiviſæ ſunt dominio.

Addimus hic notulam, quam inter MSS. folia Terranei obviam habui, ſed antea præmonco hanc inveſtituram, de qua olim tot, tantæque lites, de allodio intelligendam eſſe, prout modo omnes pene Critici ſentiunt, & haud ita pridem conſtabat ex deciſione R. Curiæ Rationalium XXX. januarii MDCCXL. referente Perno de feudo Scagnelli.

„ *Ait Otto dare ſe licentiam Aledramo per pugnam,*
„ *aut per ſacramentum utro, quo voluerit modo declarare ſe reſte inveſtitum. Quod ut intelligatur ſciendum eſt, quod dicitur in præfatione ad Capitulare*
„ *Ottonis II. Imperatoris Veronæ publicatum anno*
„ *DCCCLXXXII. ap. Murat. Scripp. Rer. Ital. Tom. I*
„ *par* 2. *pag.* 169. *Antiquis eſt conſtitutum temporibus,*
„ *ut ſi chartarum inſcriptio, quæ conſtabat ex prædiis*
„ *falſa ab adverſario diceretur, ſacroſanctis Evangeliis*
„ *tactis veram eſſe ab oſtenſore chartæ probaretur;*
„ *ſicque prædium ſibi deliberatione judicum vindicabat.*
„ *Quæ ex re mos deteſtabilis in Italia, improbuſque*
„ *non imitandus inolevit, ut ſub legum ſpecie jurejurando acquireretur, qui Deum non timendo minime*
„ *formidaret perjurare. Tempore ergo quo piiſſimus*
„ *Rex Romæ unctionem imperii ſuſcepit an. ſcilicet*
„ *DCCCCLXII. ab Italiæ proceribus eſt proclamatum*
„ *ut Imperator ſanctus mutata lege facinus indignum*
„ *deſtrueret, per quod eſſi corpore quiſpiam dives fieret*
„ *anima pereunte pauper in æternum permaneret. II.*
„ *idem proclamatum eſt in illa Synodo, quæ parva*
„ *poſt intercapedine habita eſt Ravennæ. Verum ob quorumdam procerum abſentiam uſque ad id tempus eſt*
„ *exſpectatum quoad glorioſiſſimi Ottonis Regis Otto*
„ *glorioſiſſimus filius, & Conradus Burgundiæ Rex Italiam properantes Veronæ colloquium cum omnibus*
„ *Italicæ proceribus habuerint. In eo conventu abrogata ſacramenti lege hæc promulgata ſunt capitula.*
„ 1. De prædiis ſi contentio emerſerit, & utraque
„ pars ſine (*forte* ſive) altera cum chartis, ſeu deſcriptionibus prædium ſibi vindicare voluerit; ſi
„ ille, qui falſam cartam appellaverit, per pugnam
„ declarare voluerit, ut veritas ita decernatur.
„ 2. De inveſtitura prædii ſi contentio fuerit, ut
„ per pugnam decernatur edicimus; (*p.* 170.) *vi*„ *detur itaque Otho Imperator aug.* 1. *In Aledrami*
„ *gratiam eum a lege, quam daturus mox erat ſolvere, ita ut quocumque vellet modo, aut ejus po*„ *ſteri, ſi charta in controverſiam duceretur, poſ*„ *ſent jurare, aut per pugnam declarare eam veram*
„ *eſſe.*

Col. 296. *n.* 12. *haud incongruum erit prodere quo anno, & a quibus poſſeſſiones S. Perpetui de Solario fuerint Eccleſiæ S. Martini a Turonenſibus Canonicis acquiſitæ. Extant autem donationis tabulæ in eodem anecdotorum theſauro a Martene &c. edito p.* 39. *T. I.*, *in quibus Carolus Magnus cum Hildegarde conjuge ſua duabus cortibus jam ibi conceſſis adjungit* „ *ad præ*„ *fatum locum ſinodochium illum ſitum inter Padum,*
„ *& Ticinum, quod eſt in honore S. Mariæ conſtructum*
„ *prope civitatem Papiam in locum VVahan cum villa*
„ *Solario, vel omnibus appendiciis eorum, & caſilla*
„ *una infra Papiam .... &c.*

De hoc Solarii oppido fit mentio in diplomate Berengarii anno DCCCCIV. datum in Corte S. Martini in Solaria *apud Ughelli in Epiſc. Aſten. col.* 343. *Item in vetuſtiſſimo documento anni Chriſti DCCC. nuper ex Ambroſiana Bibliotheca in libro de jure Metropolitico Eccleſiæ Ambroſianæ edito Mediolani ad h. a.* 1771. *prolato a C. V. Caſtilliono Joh. Bap., in quo pag.* 54. *plura referuntur oppidorum nomina vet rem Ciſpadani Pedemontis hiſtoriam illuſtrantia Sic autem ejus ſumma ſe habet. Charta Ratherii Abbatis Bobienſis, qua concedit Liutardo Epiſcopo Albanenſe civitate* ad laborandum livellario *nomine ad annos vigintinovem cortes poſitas in comitatibus Abdonenſe, Dionenſe, & Aſtenſe locus, ubi dicitur Rega Solaria, Perolas, Cocianico Alpe, quæ dicitur tritinio, Caſaliglo, monte Gullielmi, pane ſole, pecoraria, panantera, vel vina per ſolidos* 30. *ſingulis annis teſtes ſunt de Oneto, de Ogliano, de Ugiola, de Scociano, de Caſale.*

Comitatum Abodonenſem *puto non alium eſſe niſi* Aquenſem, *ſive* Aquodonenſem *ex corrupta illorum temporum pronunciatione ſicut in Albanenſi factum videmus, ubi Albenſem per alterius ſillabæ additionem in Albanenſem protraxit Notarius. Sic Alpes, quæ Cottiæ a veteribus ſcriptoribus appellabantur, ipſe Cocianicas dixit. Neque unicum hoc eſt hujus regionis nominis corruptionis exemplum. Protulit Plancherius in hiſtoria Galica Burgundiæ Tom. I. p. XI. n.* 13. *Ex archivo Eccleſiæ Auguſtodunenſi Epiſtolam in Con-*

cilio Ravennatenſi a Joh. PP. VIII. an. DCCCLXXVII. editam, ut poſt Mediolanenſem, Bergomenſem, Albenſem, Aſtenſem Epiſcopum ſubſcribit Bodo Apienſis Epiſcopus, poſt quem ſequuntur aliorum provincialium Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcoporum nomina. Quis dubitet hic Aquenſis legendum eſſe, atque turpiter erratum a Gallico ſcriptore qui Apienſis edidit? Aliter etiam hoc nomen variatum ab antiquis legitur: ſic Aquenſis in ſtatutis Cavatorii Aquis a Calenzano typis editis pag. 19. appellantur Aquitani. Aquas urbem Aquilinam appellavit Venturinus de Prioribus a V. C. Joſ. Vernazza in diſſertatione T. XXV. Diarii Muri enſis inſerta. Pro Aquenſi Aquinenſem Eccleſiam nominavit Corius in ſua Mediolanenſi Italica hiſtoria edit. Venetiis 1565 pag. 342. ubi refert Concilium provinciale ab Ottone Vice-Comite Mediolani celebrato, cui affirmat ſubſcripſiſſe Uberto Mareſcalco Canonico per il Capitolo, e Chieſa Aquineſe.

Item in quodam diplomate apud Bartol. Areſium in indice docum pro Abbatibus Monaſterii Ambroſiani in hoc opere allato Epiſcopus Aquenſis Accuenſis *ſcriptus legitur. Sic apud Sam Guichenon. Bibl. Sebuſian. p.* 139. *ed. Taurin. Papienſis nomen converſum fuit in Papinienſe in titulo cujuſdam chartæ:* litteræ obedientiæ ab Henrico Priore S. Majoli Papinienſis D. Abbatis Cluniacenſis in Lombardia Camerarii 1245. *vide col.* 784. *lin.* 7., *& additiones in hiſce notis.*

De Solarii vero oppido vide apud Mur. A. I. M. Æ. T. V. c. 432. *breve Anaſtaſii PP. IV., quo Monaſterio Pompoſiano in Epiſcopatu Aſtenſi an. MCLIII. confirmat in* caſtro Solerie Eccleſiam S. Johannis, & in villa ejus Eccleſiam S. Michaelis, *it. T. III. col.* 199. *an. MCLXI. dipl. Frid. I. Imper., quo Monaſterio Senatoris Papiæ* curtem Solariolo cum capella S. Johannis ſita in Monteferrato cum omni ſua pertinentia confirmat.

Col. 303 *n.* 2. *Plurima piiſſima hæc Seguſiæ Comitiſſa ſubalpinis Eccleſiis largita fuit dona, ac prædia, ut nulla fuerit Eccleſia ex S. Petri Damiani ſententia, quæ ejus liberalitate non fuerit locupletata. Attamen hic ea ſolum diplomata in medium proferenda duxi, quæ ob aliquam Marchionum in eis contentam notitiam nonnullam habebant cum opere noſtro adfinitatem. In horum ſerie ſunt donationes Eccleſiæ Taurinenſi S. Solutoris par. I. col.* 467., *S. Johannis par. II. col.* 303., *S. Antonini in valle Seguſiæ c.* 305., *S. Mariæ de Caburro c.* 307., *Eccleſiæ Aſtenſi par. I. col.* 37, *item col* 38. *Siquis vero alias Eccleſias, quas ipſa vel fundis ditavit, vel fundavit noſſe cupiat, adeat Auguſtinum ab Eccleſia, qui in diſſertatione hiſtorica capitis IX. Chronologiæ &c. edita Monteregali* 1649. *eas ita recenſet* Abbatiam Pinerolii, Templa S. Mariæ, & S. Juſti apud Seguſianos, S. Mariæ in monte Cineſio, S. Bernardi in monte Jovis, S. Laurentii Ulcienſis, S. Mariæ Revelli, S. Euſebii Salutiarum, S. Petri apud Taurinos, *quibus adde Eccleſiam Novarienſem, uti mihi quandoque narrabat C. V. Franciſcus Berta ex diplomate a ſe viſo, cujus exemplar in Regio tabulario reponendum curavit; item Monaſterium S. Petri Novaliciæ, uti ex diplomate in R. A extante, aliaſque multas Eccleſias, quarum notitiam haberemus, ſi typis editum fuiſſet hujus magnæ Comitiſſæ chartularium, quod fama refert ab equite Morotio Regis olim adminiſtro, ac magnæ Crucis Ord. S. Maur. & Laz. equite clariſſimo fuiſſe collectum. vel Cl. Terranei Adelaidis illuſtrationem Taurini duobus Vol. incaptam abſolutam haberemus.*

Col. 311. *n.* 30. *Protuli documentum, quod olim in cauſa de patronatu Ferraniæ productum acerrimas de ejus ſinceritate controverſias inter noſtrates Juris Conſultos provocaverat, quibus adhærebant, partibus excitavit. Ut autem omnium, quæ ad ipſam pertinent, integram lector notitiam præ oculis haberet, non ſolum purum, ac ſimplex illud Bonifacii exemplar, prout in aliis litis editum fuerat hic typis conſignavi, ſed & inferius col.* 523. *ex docti viri Eq. Jo. B. Vaſchi conſilio iteratæ ſcriptionis de an. MCCLXXXIX. & MDXXXIV. rite peractæ expoſitionem cum notis Cl. V. Terranei edidi. Hiſce aliæ animadverſiones eidem probantes addi poterant, quas tunc colligere in re, ut mihi videbatur, ſatis clara, haud neceſſarium exiſtimavi. Cæterum ſi quis harum ſibi fieri copiam velit, habeat & illas, quas & mihi idem Cl. Vir communicavit, & alii juriſperiti in ea cauſa protulerunt. Ac primo intelligi vix poteſt ibi agi de primigenia Canonicæ fundatione, ac tamen nullas vel terras, vel poſſeſſiones ei a Bonifacio donari. In hac ſolius immunitatis a veſtigalibus privilegium concedi, quod natura ſua fundos jam antea donatos ſupponit; de qua tamen donatione nullum veſtigium, cum potius terræ circum Eccleſiam extantes poſteriorum diplomatum beneficio concedantur. Indictio haud convenit cum anno, quo fuit in litem producta. In reliquis haud multo poſt conſcriptis donationibus, & extra controverſiam ſinceris Eccleſia illa titulum SS. Mariæ, Petri, ac Nicolai præfert, in hac SS. Petri, & Pauli. Adde videri ad litteram exſcriptam a charta anni MC., quod tum ex ſcriptione illius, tum ex eorundem teſtium nominibus colligitur, quod ſive de induſtria factum fuerit, uti ex quadam retractatione Oddonis M. de Carreto a me edita poſſet quis ſuſpicari, ſive caſu contigerit, facile enim fuit ſcribæ inadvertenti numerum X. interponere, ſcire parum refert. Alia prætermitto. Puto enim ex ſuperioribus ſatis ſuperque ejus falſitatem demonſtrari.*

Col. 312. *n.* 31. *licet hoc documentum nullam Marchionum Gentis Aledramicæ mentionem contineat; attamen hic inferendum putavi, quia meminit cujuſdam Burchardi Marchionis viri rerum in Pedemontio ſtarum gloria hac tempeſtate illuſtris, licet noſtris hiſtoricis vix notus ſit nomine, cujus ſi quis cupiat facta, ac quas habuit cum noſtratibus Principibus neceſſitudines cognoſcere lubens agam ea proferens, quæ facem præeunte equite Rangono Regis a conſiliis, viro, & legum peritia, & patriæ antiquitatis ſcientia clariſſimo collegi. Erat hic ex illuſtri Comitum Tauronenſium familia, qui cum monachalem habitum majore cogente vi ſuſcepiſſet Monaſterio evadens Romam petiit, ut nullam ejus eſſe profeſſionem S. Pontifici Clem. II. probaret, quod obtinuit. Urbe digreſſus in hanc regionem pervenit, ubi Agnetem Pictavienſem ſibi jam ex terrarum, quibus eorum parentes præerant, vicinitate jam notam, inviſit. Erat hæc ex Petri Marchionis magnæ Adelaidis ex Odone filii obitu marito viduata, ac cum duabus filiabus relicta, quarum una Bonifacio Marchioni, altera Friderico de Montefeltro nupſerat. Poſt Adelaidis fatum plurimi in hac regione excitati ſunt*

Digitized by Google

bellorum motus multis ejus terrarum, ac ditionis partem sibi vindicantibus adversus Agnetis jura, quæ multa ad ejus hæreditatem ei competebant. Opportune ad hæc tempora venit Comes Burcardus vir bello strenuus, quem ut in suas partes adduceret, ejusque jura tueretur nuptias filiæ suæ Agnetis ex Friderici obitu viduæ proposuit, ac conciliare curavit. Ducta Agnete Petri Marchionis hærede Marchionis titulum suscepit, qua ratione Oddonem post initos cum magna Adelaide nuptias Marchionem dictum a scriptoribus legimus. Ut Agnetis jura quæ sui quoque intererant sarta tectaque servaret fortiter contendisse novimus, ac Taurinensibus infensissimum fuisse, eosque bello devicisse ejus docet epitaphium a Duchesne Rer. Franc. script. T. IV. p 264. editum, ex quo hæc duo emistychia seligimus.

Tu Taurinenses solus sic edomuisti
Ut tu credidernt mille fuisse viros
Agnetis viduæ tutor domitorque reorum
Corruis uxoris ultor adulterii.

Obiit autem anno circiter MCXCVI. nullis ex Agnete liberis ut videtur relictis. Siquis scriptores, ac loca, quibus de Burchardo fit mentio noscere cupiat, ea breviter indicabimus, scilicet Bouquet Recueil des Historiens de France *T. XI. p.* 259. 274., *item T. XII. V. indicem. Murat. A. M. Æ. T. II. c.* 945. *T. V.* 1045. *Ducheſne T. IV.* 264-57., *necnon hæc de Burcardo abs re dicta erunt. His enim temporibus ob permixtas consanguinitates publica totius paene subalpinæ hujus ditionis negotia inter supremos Sabaudiæ, & Aledramicæ gentis Marchiones agitabantur, ita ut neutrius historia perspici accurate possit, ni prius eorum necessitudinum plena habeatur notitia. Quam ut facilius hauriant lectores, schemate delineatam exhibeo.*



De Petro, & Berta hic addimus scilicet Petri uxorem Agnetem filiam fuisse Gulielmi, & Ermentrudæ, qui Gulielmus filius fuit alterius Gulielmi Comitis Pictavienſis, & Agnetis de Burgundia; Bertæ vero maritum Henricum IV. filium fuisse Agnetis filiæ Gulielmi C. Pictavienſis, & Henrici III, ac proinde Petrum Marchionem, & Henricum IV. affines fuisse in secundo gradu.

Col. 315. *n.* 33. *Ad hujus Epistolæ juvandam intelligentiam addimus notam, quam Iohannes Baptista Sonchetus attexuit Epistolæ CLVIII..*

Digitized by Google

Ivonis ed. Paris 1647. p. 236. in hanc rem sic loquitur.

„ Ille autem Hugo Theobaldi Carnotensis Comi-
„ tis, & Adelitiæ Crespiensis filius, Henrici Stephani
„ Comitis quoque Carnotensis, & Meldensis frater
„ fuit. Comitatibus Trecensi, & Barensi super Al-
„ bam ex parentum successione potitus est, unde
„ Campaniæ Comitis aliquando sibi titulum usur-
„ pavit. Desponsavit sibi primum an. 1067. Con-
„ stantiam Philippi I. Francorum Regis filiam, ex
„ qua Oddonem, & Philippum suscepit, ut ex char-
„ tulario Monasterii Arvernarensis patet. Verum
„ propter consanguinitatem divortio facto 1104. (*quo*
„ *anno haec epistola fuit scripta ex Soucheto*) illa
„ Boamundo Antiocheno Principi Carnuti 1106.
„ nupsit ut est apud Sugerium in Crasso, Order.
„ Vital. lib. 11 pag. 817, & alios. Hugo vero Lom-
„ bardam quamdam superduxit, quam uterum ge-
„ stantem reliquit, & Comitatu Theobaldo magno
„ Carnotensium Comitis ex fratre nepoti vendito in
„ Syriam perrexit, ubi conjuge vivente militiam
„ fratrum templi professus est, ut est apud Bernar-
„ dum epist. 31. (*quae ex Mabillonio scripta fuit*
„ *an. MCXXV.*) *& Ivonem epist. 245. sequenti.*

Col. 316. *n.* 38. *lin.* 48. Albertus de Blandrate &c. *De origine hujus familiæ in diversas Critici abiere sententias. Saxius Mediolanensem putabat, alii aliam. Ego vero putarem ex Marchionum Ipporegiensium stirpe deducendam esse. Conjiciebam Albertum, qui Monachos Novalicienses Bremæ recepit Berengario II. regnante, patrem fuisse Guidonis Comitis de Blanderate, qui anno MXXV. de civitate Ypporegiæ fuit investitus, ac filium fuisse Corradi Marchionis fratris Regis Adalberti. Cæterum haec latius persequi non est mei instituti. Illud praestat animadvertere ad hunc Albertum ut puto datam a Gregorio VII. fuisse epistolam, quæ est lib. II. n. XI. ejus regesti apud Labbeum Collect. Conc. Gener, quod a nemine adhuc notatum.*

Ibi l. 49. Vido de Canavisio &c. Canavisium *hoc puto regionem illam esse, quam nos Canavesium dicimus. Hoc enim tempore Vido ibi feuda obtinebat. Haec prima hujus regionis sub eo nomine ad nos, ni fallor, transmissa notitia, a scriptoribus deinceps frequenter usurpata, uti videre est in documento sub n. 534. n. 29, tum etiam in Dantis purgatorio canto VII. v.* 118. *ubi de Gulielmo M.*

„ Per cui Alessandria, e la sua guerra
„ Fa pianger Monferrato, e Canavese.

Ad quæ verba Benvenutus ab Imola a Muratorio in fine T. I. editus sic Canavesium est interpretatus. Canavese est contrata, quæ clauditur a duobus brachiis fluminis, quod dicitur Dura, a tertia parte clauditur Pado, a quarta Alpibus, & habet forte CC. castella, quæ est valde fertilis. *Unde vero nominis origo peti debeat, haereo. Puto autem ab oppido* Canneva *in vetustis Ottonum diplomatibus ad Episcopos Vercellenses datis deduci jure posse. Praeterea quidam Sanvalli in quadam historica Canavesii MS. descriptione meminit oppidi Canevae, cujus adhuc vestigia suo tempore conspicua fuisse refert.*

Col 320. *n.* 47. *Cum hujus testamenti haud ita pridem ex membrana antiquissima existente in Curia Rationalium Delphinatus exemplar extractum fuerit a Marchione Ceva de Lesegno, illudque cum editis contulissem, inveni nonnullas optimæ notæ lectiones, quæ textus emendationi admodum inservire possunt: eas idcirco hic consulto adscribam. lin.* 13. suæ *adest. lin.* 29. Siobaldus, & Antonius *l.* Gribaldus, & Antoninus *lin.* 30. Manciano *l.* Manzano: *ibi* Salucio *l.* Calucio *forte* Calocio *lin.* 31. Anselmus, & Ojerius *l.* Ascherius, & Alerius *lin.* 33. Anspertus *l.* Anpertus. *Numquid hujus soboles, Ugolinus ille de Belmonte qui testis subscribit diplomati Henrici VI. a.* 1186. *Reipublicæ Senensi concesso, uti est apud Murat. col* 470. *T. III. A. I. M. Æ.? lin.* 36. Petrus *l.* Peletus *lin.* 37. Landulfus *l.* Gandulfus *lin.* 42. Asterius *l.* Ascherius *lin.* 42. Merla *l.* Merlato *lin.* 46. judice *l.* judixe.

Col. 327. *n.* 64. *Cum ederem hoc ex Benvenuto documentum, putavi nil ultra desiderari posse ad rectam ejus lectionem restituendam; at illud conferens cum alio exemplari, quod Saletta in suos codices protulit nonnihil in testium nominibus varietatis adversi, quam hic adnotare haud pigebit lin.* 55. pristini . . . . . *l.* parita part *l.* pristen . . . . . parisa part. *lin.* 57. sine bracha *l.* sine barca *lin.* 58. Lidonis *l.* Ludonis. *Superfluum vero puto animadvertere editum hoc quoque a Guichenonio Bibl. Sebus. n.* 94. *At in eo tot sunt deformitates, ut nihil ad textus illustrationem deprompi possit. Gulielmus IV. in hoc diplomate memoratus jam ante decem annos duxerat Julitam filiam Lupaldi de Austria, prout ostendunt verba, quæ in gestis Ludovici VII. Regis ad an. MCXLVI. cap. VIII. leguntur, ubi sermonem facit de Regibus, & Baronibus, & Prælatis Hierusalem congregatis.* „ Ibi similiter fuit
„ Hermandus Veronniæ (*Veronæ*) Marchisius Ber-
„ nardus de Handis, qui postea fuit Dux Bajoariæ,
„ Gullielmus Marchisius de Monferrato sororius
„ Imperatoris, Comes de Blandras, qui sororem
„ Gullielmi Marchisii desponsaverat. Isti duo magni
„ homines erant, & nobiles de terra Lombardiæ,
„ qui cum Imperatore illo die in convocatione pre-
„ cerum convenerunt.„ *Quæ si conferantur cum aliis, quæ leguntur infra col.* 371. *lin.* 10 *ubi Henricus Dux Austriæ dicitur* patruus Imperatoris *facile erit colligere uxorem Imperatoris sororem fuisse uxoris Gulielmi Monferratensis. De hac in Palestinam profectione a Vilelmo suscepta aliud repperi testimonium in libro, cui titulus* S. Bernardi Clarevallensis Genus illustre *Petri Francisci Chifletii in* 4. *Divione an.* 1660. *p.* 4. *ubi ait.*„ Comes Morianensis, & Marchisius de Mon-
„ teferrato avunculi Regis in conspectu suo tentoria
„ fixerunt.

Col 330. *n.* 70. *Hujus diplomatis Henrico Guercio a Friderico donati exemplar inveni inter Terranei schedas, qui innuit se exscripsisse ab alio, quod ad Cl. virum Comitem Salutium de Munesilio spectabat: huic adjunxi alterius a Lunigio in Cod. Ital. Dipl. editi lectiones. Horum auxilio plura emendanda suscepi, quæ ita se habent, incipit:* In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis *lin.* 6. semper Augustus *lin.* 14. Henricum Marchionem de Saona *lin.* 25. fructibus *l.* Fictibus *lin.* 36. Orche *l.* Otechie *lin.* 37. possedit *l.* possidet. *Quoniam vero testium nomina apud utrumque memoratum exemplar & frequenter, & valde ab edito hoc differunt, commodius erit hic singula juxta utriusque lectionem sine interruptione describere.*

„ Reynaldus Colonienſis Epiſcopus electus, Henricus Leodienſis, Hodienus Baſilienſis Epiſcopus, „ Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus, Hugo Norimbergenſis (*al.* Virziburgenſis) Epiſcopus, Hermanius Ildensheimenſis Epiſcopus, Garſendonius „ Mantuanus Epiſcopus, Udalricus Auguſtenſis Abbas, Hermannus Herſurden Abbas, Henricus Protonotarius, Anſelmus Aſtenſis Epiſcopus, Ajcaldus Parmenſis Epiſcopus, Syrius Papienſis, Aquenſis Epiſcopus, Terdonenſis Epiſcopus, Conradus „ Palatinus Comes Rheni frater D. Imperatoris, „ Henricus Dux Auſtriæ patruus D. Imperatoris, „ Otto Palatinus, Comes de VVitelensbac, Theodericus Marchio, Comes Theto, Comes Albertus de Saxonia, Comes Rodulfus de ſalendorp, Comes Henricus de Lintburg, Curardus Caſtellanus de Magdeburg, Vilelmus Marchio Montisferrati, Marchio Opizzo Malaſpina, Comes Guido de Blandrato, Geruardus de Luzembourg, & Marquardus frater ejus, Henricus Mareſcalcus, Vido de S. Nazario, Gittus de Dovaria, & alii quamplures *Linea vero* 5. *poſt* ſeptimo *adde* ego Uldaricus Canzellarius Vice-Colonienſis, & Archicanzellarius recognovi.

Col. 334. *n.* 90. *In hac conventione jurant Oddo, & Henricus Januenſibus* habitaculum civitatis Januæ quamdiu marcam communem habebimus. *Hæc marca in Civitate Saonæ, & ejus Comitatu continebatur. Hoc patet tum ex hoc ſacramento, tum ex aliis chartis, quas Raphael a Turri in lucem edidit, atque huc nos congeſſimus, in quibus ſemper* Marca Saonæ *dicitur, & Marchiones, quibus contigit in diviſione Civitas, ac Saonæ Comitatus, Marchiones Saonæ, non de Saona uti de Saluciis, de Carreto, de Claveſana denominantur. Si quæ forte exempla in contrarium reperientur, hæc vel præceſſerunt legem a Frederico in publicis Comitiis latam, qua ſtatuit feuda individua manere oportere, vel vitio ſcriptorum ſunt tribuenda, qui antiquas autographorum formulas fœdarunt. Ad hoc demonſtrandum ſatis ſuperque erit documentum, quod præ manibus habemus, in quo conveniunt, ut poſt diviſionem inter Ottonem, & Henricum inſtitutam, is, cui Marca Saonæ in partem ceſſerit, Januæ habitationem juret. Non alia ergo erat Marca niſi civitas Saonæ, ejuſque ſuburbicariæ regiones. At non diu indiviſos fratres illos ſtetiſſe arguunt poſteriora documenta, in quibus Oddo M. Saonæ inſcribitur, Henricus ſimpliciter Marchio V. col.* 344. *n.* 96, *item col.* 350 *n.* 98. *&c, quæ ſane argumento ſunt Oddoni ceſſiſſe Saonam, Henrico vero Finarium, Naulum uti ſequiora docent monumenta.*

Neque hiſce repugnat, quod intermiſſa pauliſper Saonæ denominatione ſub finem ſæculi XII. aſſumſerint aliam de Carreto. Puto enim hoc non ſine cauſa factum fuiſſe. Brichierius enim Columbus in Manuductione ad tabulas Carreſtenſes protulit notitiam cujuſdam chartæ, qua Otto Henrici Guercii filius anno MCXCII., ind. X., IX. Kal. decembris ex conſilio Ambroſii ejus fratris, et Saoneſis Epiſcopi vendit civitatem Saonæ Januenſibus pretio librarum V mo- 60 *netæ Januenſis, quæ venditio fuit rogata a Raimundo Notario S. Palatii apud Leginum. Dubius hæret memoratus ſcriptor circa illius ſinceritatem; at Lunigius C. I. D. T. I. col.* 370. *n. LXVII. refert a noſtri Regis Miniſtro prolatam in feudorum Langenſium enucleatione, licet ei aſſignet annum MCXCI., cui profecto repugnat indictio X. ſive Imperialis, ac communis, ſive a Januenſibus uſurpata. Nam prima reſpondet anno MCXCII., ſecunda MCXCIII. Quare veriori epochæ proprius accedit Brichierii lectio: attamen quia Januenſes non Imperialem, ſed propriam habebant indictionem uno anno minorem, idcirco ad annum MCXCIII. collocandam ego eam venditionem cenſerem, quanti autem valeret illa ſumma, qua Januenſes Saonam emerunt, diſcimus ex auctore Eompendii hiſt. Jan. jam cit., qui refert ab annis MCLX. ad MCCXXIII. Januæ tres libras confeciſſe unam auri unciam, & aliquid amplius; idque colligit ex inſtrumentis Lanfranchi, & Giberti illorum temporum Notariorum, ex qua notione facile intelligi poſſet quantum pecuniæ noſtratis monetæ ea ſumma conficeret. Profecto circa hæc tempora magnam factam ab hiſce Marchionibus antiqui imperii dilapidationem probant alia documenta a me relata, tum illud quod idem Brichierius indicavit* Manud *p.* 84. *ſcilicet oppidi Nauli venditio an MCXCVIII. die XIV. ſeptembris a M. Henrico Januæ Prætori pretio lib. MDCCXX. facta, atque a Rebellino de Montanario, Bertono de Medico, & Oddono Rotario Notariis rogatis ſcripta, tum aliæ venditionum chartæ a nobis ſparſim relatæ.*

Illud obiter ex memorato compendio, ac Juſtiniano in Ann. Jan. referre haud abs re erit, Saonenſes ſe Communitati Januæ dediſſe annis ſequentibus MCLIII., MCLXXIX, MCCII., MCCCLVI., MCCCXCVI. Cæterum cum hæc ſola illorum aſſertione nitantur, nec documenta protulerint de iis judicium ferre ſuperſedemus.

Col. 348. *n.* 97. *Auguſtinus ab Eccleſia de hac venditione loquens in ſua deſcriptione Italica MS. Pedemontis p.* 1. *c, XXI.* § Conſtanzi *ait an. MCLXXXVII. peractam, quæ lectio huic a Joſredo deſumtæ antetenenda. Cæterum jam a nobis fuit animadverſum parum hiſce Joſredi epochis fidendum eſſe ſive ejus culpa, ſive ſcriptorum oſcitantia. lin.* 53. atti *corrige Aſti.*

Col. 350. *lin.* 9. die lunæ menſe julii IV. non ejuſdem menſis. *Vide ſimilem locutionem infra col.* 538. *lin* 11.

Col. 351. *lin.* 5. aquaſſabit *corrige* acquiſtabit *lin.* 12. Bonvicinus *corr.* Boviculus. *Hæc ex Auguſtino ab Eccleſia, qui hanc refutationem ex Alpherio in ſuam deſcriptionem Pedemontis traduxerat, ex qua proderit quoque emendare conſequens documentum & mutilum, & deforme. lin.* 23. *poſt* Sanctorum *adde* & Sanctarum *lin.* 27. Sodalius *l.* Baldus *lin.* 38. *poſt* Comitatus *adde* dederunt in feudum, & confeſſus fuit idem Bonifacius, quod hæc ſupradicta medietas eſt feudum & quod ipſe Bonifacius hanc eandem medietam caſtri Laureti, & Curtis, & Comitatus cum omnibus pertinentiis tenet, & poſſidet ſicut &c. *lin.* 42. *poſt* nona *adde* intrante auguſti. Actum in urbe Aſtæ in domo Communis, & in communi Credentia.

Col. 353. *n.* 106 *accipe nonnullas annotationes ad hanc chartam a Cl. V. Terraneo adſcriptas lin.* 14. „ *Frid. I. jam obierat hoc ipſo anno MCXC. die X.* „ *junii: quum autem in Armenia ad amnem Serram*

Digitized by Google

„ *obierit fortaſſe poſt ſex integros menſes rumor nondum in Italiam pervenerat. lin* 15. *Henricus jam ab anno MCLXXXIV. patri conregnabat lin.* 16. *rectè. Nam in diem Jovis incidebat dies XIII. decembris, qui a ſeptima feria ſive ſabbato initium ſumſerat. lin* 17. *indictio quidem octava anno MCXC congruit, ante Kal. tamen octobris, a quibus incipiebat indictio nona, quæ fuiſſet hic adnotanda. lin.* 18. *damiſella ſive damicella, ſive domnicella nobilium puellarum nomen. Chronicon Fructuar. apud me MS. memorat* „ Domnam Damiſellam Abbatiſſam (*Pulchrimontis*) de Aſt de Rotariis „ *lin.* 18. *Alberti Marchionis. Albertus hic Marchio, cujus origo mihi adhuc incomperta, tametſi ad Aleramum Montisferrati Marchionem ſint, qui referant Vivebat an. MCLXVII. Inveſtituræ enim Marchiæ Guidonis Henrico Marchioni conceſſæ a Friderico Imperatore in territorio Ariminenſi XII. Kal. maii dicto anno MCLXVII. interfuiſſe legitur Albertus Marchio de Inciſa. Hæc Terraneus quo tempore multa adhuc documenta delitescebant.*

„ Paganus *qui dictus eſt* Opico, *ſive* Opizo. *lin.* 20. „ *ſive Albertinus M, ſive Raimondinus ut infra. lin.* 25. „ Rolli *forte Rollandi. lin.* 40. Communitati *legerem* immunitati. *lin.* 61. *poſt* ſublimen *aliquid hic deeſſe videtur forte verbum* contraire, *aut ita legendum*, aut quodvis ingenium per ſe ſe, vel per aliam perſonam ſublimem quæſierint ſpeciale ingenui *nomine fraudem, malumque dolum appellarunt.*

„ *Col.* 354. *lin.* 37. legi *corr.* legitur.

„ *Col.* 355. *lin.* 14. Aſinus *l.* Aſinarius. *Erat Aſinaria gens Aſtæ perantiquæ lin.* 7. *Ea Solariæ familiæ teſtimonium, in quo quidem Manfredo aptius quærenda ſit Solariorum origo, quam in Ariminenſibus Malateſtis longe poſterioribus. lin.* 20. *quæ ſequuntur confuſiſſima ſunt, & ut plane in bonam valetudinem redigantur Medicum, quam ego ſim aptiorem deſiderare videntur lin.* 23. *de hujuſcemodi chartis, quas dentatas appellant, multa habes V. Cl. Mabillonius in libris de Re Diplom. & ingenio, & eloquentia tanto opere dignißimus. lin.* 26. *Columbi Monferratenſes, ex quibus forte celeberrimus ille Columbus novo orbe conquiſito, ut contendit Franciſcus no- - - - - - - Auguſtinus ab Eccleſia in Corona Regali, ubi de Columbis Cuccari Domini verba facit.*

Ne quis hæc inaniter a noſtratibus autumari quis putet, proferam documenti notitiam, quod in Regis Tabulario extat iiſdem verbis, quibus in Catalogo indicatam conſpexi.

1588. 22. marzo. Relazione del Senatore Ferrari ſul ricorſo ivi ammeſſo di Aſcanio Colombi, e conſorti nel feudo di Cuccare per ottenere la reſtituzione delle inveſtiture di detto feudo ſtate da eſſi rimeſſe al detto Senatore in tempo che Baldaſſarre-Colombo litigava in Spagna un ducato da lui preteſo come ſucceſſore di Criſtoforo Colombo inventore delle Indie ad effetto di potere ottenere la confermazione dell' inveſtitura di detto feudo. *Quid vero ſi ex ejus litis actis monumenta idipſum probantia in lucem edantur? at hanc Spartam adornabit vir & ingenio, & eloquentia clariſſimus.*

Col. 357. *in fine linea* 7. *adde &* Mirealdi *vide col.* 358, *lin.* 1.

Col. 364. *n.* 120. *lin.* 62. Dominico *hic erratum vel in anno, vel in die hebdomadæ. Hoc anno XI. aprilis erat dies Jovis.*

Col. 370. *n.* 131. *Meminit ſub hoc anno hujus fœderis Auguſtinus ab Eccleſia in ſua MSS. deſcriptione par. I., aitque initum inter Leonardum de Cruce Albenſium Poteſtatem, Manfredum Marchionem Saluſiarum, Manfredum Lanceam, Marchionem Buſchæ, & Caſtellanos Aſteſanæ, & Aqueſanæ adverſus Aſtenſes. In eo prædicti jurant ſe cives Albenſes in poſterum fore.*

Col. 381. *n.* 150. *adde correctiones ex exemplari ab Auguſtino ab Eccleſia in ſua MS. deſcriptione relato. lin.* 60. *ind. VI. currebat indictio VII., at videntur Notarii Aſtenſes toto anno una indictione uſi. lin.* 60. l. ſabbati exeunte *l.* ſabbati V. exeunte *lin.* 62. clara *l.* cauſa *lin.* 63. *dele* non *in fine.*

Col. 382. *lin.* 18. Aſt. *lege hic, & in ſequentibus lineis* Aſtenſes *lin.* 33 auferent *l.* auferrent.

Col. 387. *n.* 159. *contuli cum vetere ſcriptura lin.* 43. quod que *l.* quoque *lin.* 54. filiam *l.* filias.

Col. 388. *lin.* 26. fratres &c. *Corrige hoc modo* patruos ipſius Gulielmi M. Inciſæ ſecundum.

Col. 389. *accipe nonnullas ex antiqua ſcriptura hujuſce documenti emendationes lin.* 16. abjuvabo *l.* adjuvabo *lin.* 18. contra homines *l.* contra omnes homines *lin.* 21 poſt eos *adde* tenere, & defendere contra omnes homines, & ſi eam perdiderint adjuvabo eos recuperare *lin.* 28 cujuſcumque voluerint *l.* cuicumque homini de Aſt voluerint *lin.* 55. Siriolengo *l.* Serifolengo.

Col. 390. *n.* 164. *Dubito utrum epocha hujus contractus ſubſiſtat. Terraneus hæc habet in notis MS. ad hanc Joffredi Chronicam*; at in aliis codicibus legi *MCCXIV. profecto nomina Principum de Sabaudia haud hiſtoriæ cohærere ipſe animadvertit. Ad eumque pertinet notatio, quam ſub numero* 2. *in fine documenti appoſui: at rem bene perpendenti haud mihi videtur alicujus eſſe momenti; nil enim vetat Ruſinum de Salmorio acceptum ferre potuiſſe feudum ſuum a Marchione Saluſienſi, & inſimul ab Eccleſia Aſtenſi, cui exemplum ſuppetit in ſequenti documento n.* 166., *aliiſque ut in feudo Lequii.*

Col. 397. *n.* 169. *lin.* 30. *ante* acquiſti &c. *premitte* Manfredo Marcheſe di Saluzzo: *ibi n.* 171. *Cum Synodum hiſtorialem D. Britii Epiſcopi Albenſis perlegerem incidi in exemplar hujuſce fundationis, quod diligenter cum hoc ex collectione documentorum in cauſa patronatus Ferraniæ prolatorum deſumto, & jam in hac ſerie typis edito contuli, ex quo multa emendanda, ac ſupplenda tibi lector exhibeo; ſic enim incipit in ea Synodo.*

Anno Domini MCCXVI., indictione IV., die Dominico intrante martio in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti amen. Patet &c. *linea vero* 12. *col.* 398. tum ſervien. *l.* cum ſervien. *in fine lin.* 37. *hæc adde ex eadem Synodo* nota (*corr.* acta) in Caminuta Finarii juxta Fornelium. Interfuerunt frater Petrus Monacus de Altacompa, & Presbiter Brunus Capellanus D. Marchionis de Cingio, Presbiter Bernardus Capellanus de Bitumine, Jordanus de Aleria, Bonifacius de Languella, Veſtius de Alba, & Dominus Drodo teſtes; & ego Vilielmus Imperialis aulæ Notarius interfui, & hanc cartam ſcripſi, *hic oppoſitione*

d by Google

monco notam ſub numero 3. *pertinere ad numerum* 2, *ſcilicet* Duciſſæ, *& poſitam ſub n.* 2. *referri ad n.* 3.

Col. 398. *n.* 172. *Editum fuerat a Ludovico ab Eccleſia p.* 46-7. *de geſtis MM. Salut., ex quo lin.* 57. piſcaticis *corrig.* paſquaticis, *& adde poſt lineam* 61. *lineas XXVI., quæ prætermiſſæ fuerunt*, & quod confeſſus eſt ſe recepiſſe renunciando exceptioni non numeratæ pecuniæ, & quod precium recepiſſe confeſſus eſt in utilitatem ipſius ſcilicet in ſolutionem emptionis caſtri Revelli, & in acquiſitionem Doliani, & in aliis utilitatibus ſuis confitendo ſe eſſe majorem quatordecim annis, & pro utilitate ſua prædictam venditionem factam eſſe, ita ut dicta Agnes, & cui ipſa dare voluerit, habeant, teneant, & poſſideant cum omni honore, ut prædictum eſt, & faciant quicquid facere voluerint ſine contradictione dicti D. Manfredi, & hæredum ejus. Quæ omnia ſcilicet eum eſſe majorem quatordecim annorum, & quod pecunia prædicta verſa fuerit in prædictis utilitatibus D. Alricus de Drua præcepto prædictæ D. Allaſiæ in animam ipſius juravit, quam venditionem per ſe, & ſuos hæredes promiſit firmam, & ratam ſe in perpetuum habiturum, & ſub pœna quingentarum marcarum argenti, ita quod ſoluta pœna contractus nihilominus perduret in ſua firmitate, medietas cujus pœnæ Imperiali Cameræ applicetur, & alia medietas prædictæ Agneti, vel cui ipſa jura ſua dare voluerit, & prædicta omnia promiſit prædictæ Agneti, & cui ipſa dare, vel cedere voluerit, & ſub pœna prædicta ab omni homine defendere, ac varire, quæ omnia prædictus Manfredus tactis ſanctis Evangeliis juravit attendere bona fide, & ſine fraude, & rata, & firma habere, nec aliquo tempore contravenire, & cum ætatem vigintiquinque annorum compleverit, juravit prædictam venditionem ratificare ſi requiſitus fuerit, & juſſit prædictam Agnetem ſua auctoritate, mandato, & voluntate ipſius Manfredi poſſeſſionem prædictæ Villæ intrare, & ſi contingeret, quod in prædicta Villa conſtrueretur Monaſterium, promiſit illud ſalvare, cuſtodire, & defendere cum omnibus, quæ ad prædictum Monaſterium pertinebunt, dans, & concedens ipſi Monaſterio facultatem, & libertatem, & jus in paſcuis ſecundum quod habet Monaſterium de Stapharda per totum Comitatum ipſius. Huic autem contractui probatis, & examinatis cauſis D. Jacobus Aſtenſis Epiſcopus auctoritatem, & decretum ſuum interpoſuit. Actum eſt hoc in caſtro Salutiarum: teſtes ibi fuerunt rogati D. Manfredus Abbas Staffardæ, D. Anſelmus Celerarius, frater, Villelmus de Sebliæ, D. Johannes Præpoſitus ſancti Albani, D. Millo Cantor Taurini, D. Ubertus de Caneva Aſtenſis Magiſter Signorinus, Reynerius de Fico, & multi alii. Ego Merlo S. Pal. Not. interfui, & rogatus hanc cartam ſcripſi.

Col. 401. *n.* 177. *ut hujus cauſſa intelligatur adſcribam narrationem, quæ in annalibus Januenſibus a Caffaro incaptis ad an.* 1223 *legitur.* Caſtrum Peretæ (Paretæ) quod D. Ugo Marchio de Carreto detinebat injuſte, de virtute Henrici de Uxerio (Uxeſcio) Marchioni ſurreptum . . . . . Poteſtas Januenſis recuperavit ad inſtantiam . . . . ipſius Henrici pretio librarum MMM. Communi Januæ, in cujus venditione quam omnia jura, quæ habebat in caſtro Delphino . . . . . Communi Januæ tradidiſſet, citato jam dicto Ugone, qui ipſum tenebat multoties ad reſtitutionem ipſius, Poteſtas . . . . . injunxit Thomæ Fornario . . . . . ejus poſſeſſionem capere pro Communi. At hic cum turrim capere haud potuiſſet re infecta reverſus eſt. Poteſtas edixit omnibus incolis a Janua ad Naulum, ut ad obſidionem caſtri Delphini proficiſcerentur. Ex quibus cum Saonenſes aliqui oppugnationem eſſent aggreſſi, repulſi fuerunt, quique ex eis capti crudeliter ſunt necati. Poteſtas ipſe cum delecta militum manu ad caſtrum perrexit; vix autem Stellam devenit, ut caſtrum fuerit derelictum. Eo capto Otto, ac filius Hugo ob interfectos Saonenſes, aliaſque cauſas Januam in judicium vocati ſunt. Adfuit Otto, qui juravit ſtare mandatis Poteſtatis, quod caſtra Cari, & Dei, de quibus donationem fecerat Communi Januæ deberet in virtute ipſius Communis. vel nunciorum ſuorum ponere, & liberare . . . . . & poſuerunt in virtute Januæ. *Hæc Caffarus. Ad horum documentorum, quæ ſub titulo* Venditionis *&c. continentur, editionem duplici exemplari uſus ſum. Haud tamen effugere potui, quia nonnulla ſphalmata irreperent, quæ ſerius cogitanti occurrerunt expungenda.*

Col. 412. *lin.* 32. dividente *l.* dividentes.

Col. 414. *lin.* 6. aliquis *l.* aliquibus *lin.* 32. acto *l.* pacto: *ibi lin.* 57. *qua circiter forma ad hæc tempora galeæ conſtruerentur, intelligi poſſe arbitror ex adnotatione auctoris compendii Hiſt. Reip Januenſ. alias hic memorati, qui hæc protulit ex MSS. Kocchataliatæ:* nel 1183 fu fatto decreto in Notajo Rafaele Guaſco Cancelliere della Republica, che le Galere da fabbricarſi foſſero in lunghezza di Robo in Robum cubiti palmi 151., in larghezza palmi 17 $\frac{1}{2}$ altezza di bocca palmi 14. $\frac{1}{2}$: nel 1569. fu ordinata qualche maggior larghezza, e lunghezza. *Quæ deſcriptio licet ab hoc tempore admodum diſtet, haud tamen galearum formam multum variaſſe cenſendum erit. Facultas enim, quam habebant Januenſes an. MCCLXI. in Monte Urſali ligna colligendi ad* 50. *galearum conſtructionem, eadem fere limitatione confirmatur an. MCCXC. V. col.* 702. *lin.* 50, *uti etiam deinceps factum fuit.*

Col. 415. *lin* 45. *in fine adde* de Carreto *lin.* 47. Jacobi, & Marchionis *l.* Jacobi, & Manuelis.

Col. 416. *lin.* 1. *ind. IIII. l. IV. l.* 21. *ind. XIII. l. XIV. lin.* 28. pa-*l.* panem.

Col. 421. *lin.* 18. Albano *l.* Aliano, *& in fine adde,* & ego Thomas Notarius ſacri Palatii &c.

Col. 421. *n.* 179. *Siquis cupiat hujus tractatus hiſtoriam, ac exitum dignoſcere, adeat Aug. ab E. col. in op. cit. cap. XXIV.* §. Lec. *qui ex Alpherii Chron. hæc habet.*

„ Era queſto Caſtello nel 1173. da un Oggero
„ di Cunico, come dal libro verde della città di
„ Aſti ſi vede tenuto, indi paſsò ad Ottone Mar-
„ cheſe del Carretto figliuolo d' Enrico il Guercio
„ Marcheſe di Savona, il quale nel 1190. al Mar-
„ cheſe Manfredo di Saluzzo lo vendette, ma per-
„ chè nell' anno ſeguente il Marcheſe Enrico fra-
„ tello di Ottone ſi ſottomiſe al Comune d' Aſti
„ con la parte ſua del Marcheſato di Corteminglia,
„ e di Lecco, perciò nacquero pochi anni dopo

„ guerre tra il Marchese Manfredo di Saluzzo, e „ quel Comune, le quali ebbero fine nel 1224. con „ condizione, che sebbene avessero gli Asteggiani „ già nel 1220. al predetto Marchese di Saluzzo „ ceduto Lecco, tuttavia dovesse egli, come fece „ in compagnia di Guercio Coradenzo d' Alba con- „ figliere d' esso luogo di nuovo rimettere all' istesso „ Comune ogni dominio, che avesse sopra detto „ Castello cogli uomini d' esso, che perciò nel 1231. „ Bernardino Rosso Podestà d' Asti a nome di quella „ Città, e di consenso, e di voluntà del predetto „ Marchese di Saluzzo ne investì lo stesso Marchese „ Enrico di Savona per lui, e suoi figli maschi, e „ femine: il quale d' allora in poi ne fece la fedeltà „ sì a quel Comune, che al Marchese di Saluzzo, „ come continuarono i suoi discendenti „

Col. 422. *n.* 182 *in exemplari apud M. Cevam de Lesegno additur in fine* datum Laterani.

Col. 426. *n.* 185. *ad calcem hujus chartæ retuli adnotationem CC. Editorum Chartularii Ulcienſis, quin aliquid adderem, nunc vero metuens ne quis eorum, quæ ipſi eo loco afferunt approbatorem me, ac vadem esse exiſtimet, idcirco animadverto neque in præcedenti charta, quam videntur reſpicere, & indicare, neque in aliis quod noverim Vilelmo Buſchæ Marchioni illum ei titulum inveniri adſcriptum; ſicuti immerito prorſus aſſerunt in documento an. MCXL., quod in hac collectione extat col.* 322. *n.* 55. *ottο Bonifacii filios Marchiones Saluſienſes appellari. Scio equidem in charta anni MCXLII in hac parte col* 4. *n.* 5. *ralata Manfredum, & Ugonem Marchiones de Saluſiis appellari, at de reliquis fratribus, qui ibi recenſentur, nulla talis appellatio invenitur: ubi autem exiſtat alia charta ibi in fine indicata anni MCLV. ignoro; neque enim in Cyrologia Raph. a Turri eam eſt reperire.*

Col. 433. *lin.* 14. eo *l.* ei *lin.* 40. duplici *l.* dupli *lin.* 61. *poſt* Saone *adde* curator, *quod arguo ex charta relata in col.* 415. *lin.* 45-6.

Col. 434. *lin.* 7. IV. mensis julii *hoc anno dies mercurii concurrebat cum VI. julii: error facilis ob tranſpoſitionem unius numeri.*

Col. 436. *lin.* 39. *irrepſit alia tranſpoſitio, quæ ſenſum obſcurum reddit: repone* injustitiam sibi fuisse dictam.

Col. 450. *lin.* 3. die ..... *l.* die XX. decembris *ex apographo penes D. Torrelium.*

Col. 453. *lin.* 11 sibi & suis *l.* tibi & tuis *lin.* 12. atum *l.* actum.

Ibi n. 207. *apud Aug. Eccleſia in libro ſæpius nominato* (cap. XXII. del fiume Belbo &c.) *refertur hæc eadem conſignatio ex Chronico Alpherii, at multo iſta correctior, integriorque, uti ſequentia exempla demonſtrant lin.* 27. aliter *l.* alter *lin.* 50. post totam *adſunt punctа ob deficientiam nominis* Villæ *lin.* 33. *poſt* regalia *ſcribe* Curtimiliæ, castrum, & villam, honorem, & regalia Turris Uzonis &c. *lin* 35. *poſt* Perletti *adde* castrum, villam, & jurisdictionem Salegii *lin.* 36. *poſt* Bublio adde & Monasterium (*forte* Monasterio) Burgimali *lin.* 54. ibidem *l.* itidem *lin.* 56. quondam *l.* quidam, *uti etiam in lin.* 61., *lin.* 57. Airardi *l.* Aicardi.

Col 454. *lin.* 5. *poſt* fuerunt *adde* hæredum Jacobini Dani de Burgomalo. Testes sunt D. Marchio de Quareto, Præpositus Durgienſis (*forte* Bargienſis, *aut* Bublienſis) D. Gulielmus Daniel Marchio de Carreto, D. Antonius de Bargiis, D. Petrus Vilielmus de Eccleſia, D. Thomas de Turre Marchio Carreti: die Dominica præcedente Assumtione B.M.V. anno Domini MCCCXIII. ind. XI.

Col. 496. *lin.* 39. *Turoni de O Rotundo Taurini quoque in uſu erant, ut patet ex charta Tabularii Civitatis an. MCCCXXVIII. II auguſti, qua exigitur vectigal trium Turonorum de O Rotundo pro quolibet curru vini, quod ab exteris regionibus ſive in Civitatem, ſive in territorium, quo continentur Grugliaſcum, & Stupiniſium, introduceretur, ex quibus unus ad principem reliqui duo ad Civitatem ſpectarent.*

Col. 526. *lin.* 26. Ottone de Montebasilio. *Hic Otto anno MCXXXIV. Montembaſilium Epiſcopo Aſtenſi conceſſit. Ex libro viridi Eccleſiæ Aſt. in A. R.*

Col. 529. *n.* 15. *Ne lector hæreat in literæ majoris interpretatione, quam ad nomen Marchionis Monfer. indicandam Notarius adhibuit, animadvertendum eſt a Paulo corrupte editam, & non P., ſed R. ſcribi oportuiſſe. Neque enim hoc tempore in ulla Monferratenſium Marchionum charta aliquod eorum nomen, quod a P. incipiat eſt invenire. Quare miſſa Pauli ſcriptoris auctoritate, vel Rainerius legendus eſt, vel aliquis alius ibi innuitur obſcurioris nominis, & alterius ditionis Montisferrati dictæ, quam in Hiſpania, Galliaque adeſſe ex Geograficis illorum imperiorum libris novimus, quod verius puto, ſive quia non conſtat Rainerium traſmarinum iter ad hæc tempora ſuſcepiſſe, ſive quia hic Marchionis titulus omittitur, quod in nobiliſſima hac Aledrami ſtirpe vix nunquam factitatum novimus.*

Col. 529. *n.* 17. *Quo loco editum hoc diploma fuerit, ſiluit Muratorius Cæterum iidem teſtes, qui hic ſubſcribunt, adfuerunt alteri Fridericiano diplomati, quod ex Ottonis Friſingenſis hiſtoria protulit Vercius* ſtoria di Eecclino *T. I. pag.* 353. *ſcilicet* Vilelmus Marchio de Monteferrato, Guido Comes Blancatenſis (*corr.* Blanderatenſis) ..... datum in loco Marcengo (*corr.* Marengo) & territorio Terdonenſi MCLXIX. XI. februarii.

Col. 531. *n.* 22. *Aliud hujus anni diploma refert Muratorius A. I. M. Æ. T. IV. col* 76 Datum Papiæ poſt deſtructionem Madiolani *V. Kal. maii.*, *cui etiam ſubſcribit* Vilelmus Marchio Montisferrati.

Ibi l. 13. *apud Rouſſet* Sup. au Corp. diplom. *T. II p.* 47. *ubi hoc idem a me ſub n.* 22 *relatum documentum reperitur, clarius legitur* Verze Marchio de Vaſto.

Col. 533. *n.* 55. *extat ſed imperfecta, & mutila in Collectione documentorum Ferranica; at perpendens quinam eſſe poſſit* ille Dominus C. de Carretis, *qui venditionem confirmavit; in ſententiam veni eſſe Oddonem qui ſuperius col.* 423. *n.* 182. *dicitur* Poteſtas Marchionum de Guaſto, *quique propterea poterat in hac venditione ſuam adjicere auctoritatem. Hujus rei aliquod exemplum habemus in doc. ſub n.* 123. *col.* 366-7., *in quo Marchio Buſchæ Berengarius convenit cum Marchione de Saluſiis, ut ſi* inter eos discordia orta fuerit *definiatur per* Poteſtates, quas inter se eligerent. *Neque multum repugnat figura literæ initialis in membrana caractere Gothico, ut dicitur expreſſa quam licet initio interpretatus ſim C. poteſt tamen accipi*

ni fallor, pro O. Ut enim ad me per Epiſtolam ſcripſit Cl. Abbas Carriſius in apographo, ex quo eam protulit, hæc ejus erat ſignra ¶ *quam ideo maneam exhibuit ſcriptor, quia in chartaceo exemplari jam aliquantiſper evanuerat.*

Col. 534. *n.* 29. *Editum hoc documentum fuit tum a Rimir* in actis Angliæ publicis, *tum a Bouquet in ſua Collectione Hiſtoricorum Galliæ. Uterque vero edidit ex vita Henrici II Regis Angliæ a Benedicto Abbati Petroburgenſi ſcripta cum hoc diſcrimine, quod Rimer ex ea eductum cum aliis publicis actis edidit ſine vitâ. Bouquetus vero cum vita, ſed illud ab ea diſtractum, & in notis conjectum. Primam ego notitiam auſi a Rimer, ex quo fragmentum hoc in meam collectionem inſerendum excerpſi. At collatione facta cum editione Bouqueti deprehendi deceptum Rimer, qui verba illa* hanc deſcriptam conventionem &c. *lin* 45. *tamquam partem documenti putavit, eademque cum illo continuato ſermone, ſimilique ſcriptura impreſſit: tum tamen ſint verba Hiſtorici, qui poſt integram conventionis deſcriptionem, a quibus illa fuerit juramento firmata poſteris tradere operæ pretium judicavit. Nuptiæ iſte ſuum haud effectum obtinuere, attamen ex his tabulis novimus quæ fuerit Humberti C Mauriannæ potentia comes comitis Canaveſii vaſſallo habuerit, ut ibi habetur.*

Col. 536. *n.* 32 *Optabam hujus documenti chartam videre tum ut integram ederem, tum quia ſuſpicio haud modica ſuberat in notis anni mendum irrepiſſe. Quare Comitem Proſperum Balbum virum & generoſum, & eruditum rogavi, ut ejus utpote ad ſuæ gentis origines aperiendas accomodatiſſimæ, vel exemplar ſiquod eſſet in promtu mutuaret, vel ſuum de ea judicium ferret: at quum nullum inveniſſet, quid de ea ſentiendum eſſet ingenue ſe neſcire faſſus eſt. Cujus ſane moderatæ ſententiæ exemplum ut omnibus innoteſcat hic libenter adſcribo. Puto ego multo poſterius eſſe tempore iſto ſub quo editum ab erudita famina, quæ illud protulit in lucem. Cæterum l.* 57. *loco* Terdonenſibus *ſcribe* Teſtonenſibus.

Col. 537. *n.* 33. *in eiſdem ſcholis ad Jofredi ab Eccleſia elogium a C. V. R. Can. Collaterali Loya, qui nuper poſt abſolutam Jobi Italico metro verſionem Riparoli in Canaveſio vita, ac literis ceſſit, compoſitum eademque pagina ex Tabulario M. a Cinſano refertur ad an. MCXI. die VIII. aug ceſſio hypothecæ a Gulielmo M. Montiſferrati nomine Thomæ M. de Vaſto, cujus erat tutor, factæ, cui ſubſcripſit* Anſelmus ab Eccleſia *juriſperitus. Quæ ſane ſibi haud conſtant. Hic Anſelmus floruit in fine ſæculi XII., minime vero ejus initio. Deinde nullus hoc tempore Thomas M. de Vaſto uſpiam legitur, & qui primus fuit hujus nominis March o non Gulielmum, ſed Boniſacium tutorem habuit.*

Col. 541. *n.* 42. *Corradus M. qui hic Piſanis gratioſum ſe præbet, anno præterito eis infenſiſſimum fuiſſe annuunt litteræ Archiepiſcopi Maguntini, ac totius Italiæ Legati ad Januæ Conſules miſſæ an.* 119. *quæ extant apud Lunig. C. T. D. col.* 2089. *n.* 10. *ubi ſic habet Archiepiſcopus*: notum facimus Univerſitati veſtræ, quod proxima feria tertia poſt letare Hieruſalem congregata apud Senas celeberrima Curia in plateis Civitatis, quum ſedimus in conſpectu Præfecti urbis Romanorum, & coram Marchionibus Anconitanis Conrado M. de Montéferrato Comite Guidone, & infinita populi multitudine contumaciam, & ſuperbiam Piſanorum offendimus, humilitatem, atque juſtitiam veſtram notam fecimus, *indeque progreſſus eſt ad revocationem privilegiorum eis conceſſorum, aliaque multa adverſus Piſanos ſancienda &c. modo Januenſes* 50. *galeas exercitum, & pecunias ſine dilatione mitterent.*

Col. 547. *lin.* 18. *In Cod. Benven. de* origine Gentilium ſuorum *dies menſis eſt* XI. K. *non vero decima quinta; filii Comitis Guidonis fuerunt Ubertus, & Rainerus.*

Col. 556. *n.* 57. *Tametſi in hoc documento nulla noſtrorum Marchionum mentio habeatur, attamen præ cæteris editione dignißimum judicavi, ut intelligatur quando, & qua ratione effectum fuerit, ut Monaſterium S. Juſti Secuſiæ, & titulum S. Mauri, & reliquias, quæ ex charta in prima hujus Collectionis parte col.* 9. *n.* 7, *edita in Pulcheradæ Eccleſia, ac Monaſterio recondebantur obtinuerit, quod ſane ex hac charta dilucidum ſit, & apertum, quod inutiliter antea non ſine maximo labore atque ingenio inveſtigare conatus eſt. Terraneus in Vol. II. p.* 116. *quodque nos alias, & latius explicabimus. Hæc tamen Monaſterii de Pulcherada ad Monaſterium de Secuſia ſubjectio poſtea fuit ſublata, quod eo tempore contigit, quo Fridericus Imperator Principibus Sabaudiæ infenſus in Epiſcoporum Taurinenſium exaltatione, ac potentia augenda totus erat. Rei notitiam prodidit Ughellius in diplomate a Friderico I. Imperatore Carolo Epiſcopo conceſſo, & ab eo edito T. IV. col.* 1048., *in quo ei conceditur, ac confirmatur* Abbatia S. Salvatoris, & S. Mauri ſita in vico de Pulcherada *cum ſuis pertinentiis, quæ ſane demonſtrant Fridericum non vetera jura Epiſcopo Taurinenſi confirmaſſe, ſed plura noviter ei donaſſe, ſecus atque Meiranenſius in præclaro ſuo de Epiſcoporum Taurinenſium opere contendit.*

Col. 559. *n.* 63. *Gulielmus Marchio Montiſferrati ſubſcribit diplomati a Friderico II civitati Terdonæ conceſſo anno MCCXX. VIII. Kal. decembris apud Murat Antiq. Eſtenſ. p.* 426.

Col. 573. *n.* 86. *Minit hujus inveſtituræ Ughellius T. IV. col.* 381. *in Epiſc. Aſten.*

Col. 579. *Cum beneficio cl. Com. Provanæ aliud exemplar MSSS. deſcriptionis Pedemontis Aug. ab Eccleſia natus fuiſſem, atque cum eo hanc a me jam editam editionem contuliſſem, admodum gaviſus ſum integram eam ibi contineri, quapropter hic ejus ſupplementum dabo*; & quolibet eorum perpetuo, & nunc facere pro Comuni Aſtenſi, & in utilitate Comunis Aſtenſis pacem, gueram, nec non recrutam cuicumque, & quibuſcumque Communitatibus & perſonis, cui & quibus Commune Aſtenſe voluerit, & guerram facere dictum Commune Aſtenſe, & dare perpetuo Communi Aſtenſi tam pro Communi, quam pro invidioſo, & omnibus, & ſingulis hominibus de Aſte, & poſſe in diſtrictu Communis Aſtenſis iuſtraſcriptis caſtris, villis, & locis, & quolibet eorum ſecurſum, reductum, auxilium, conſilium, juvamen, & favorem, & de ipſis facere pro Communi Aſtenſi exercitus, & cavalcatas modo infraſcripto, videliçet quandocumque Commune Aſtenſe

Digitized by Google

exercitum generalem faciet cum villis suis; si illum fuerit citra Tanagrum, ubicumque fiat, tunc teneantur ipsi domini personaliter venire, & stare in dicto exercitu, & exercitibus cum hominibus centum de suis hominibus, & de pluribus tunc ducendis, seu habendis in ipso exercitu, & exercitibus minime teneantur; si vero exercitus fiet pro Communi Astensi ultra Tanagrum, tunc teneantur ipsi Domini in ipso exercitu, & exercitibus venire, stare, & esse cum omnibus eorum hominibus conjunctim, & pro Communi, quia sic actum extitit intra ipsas partes principaliter, & expressim, loca vero villæ, castra, de quibus prædicta facere tenentur, sunt hæc: primo castrum, villa, & homines Inciſæ, & pertinentiæ totæ ipsius castri, & villæ; item castrum, villam, & homines Castrinovi, & pertinentiæ totæ ipsorum castri, & villæ; item castrum, villa, & homines Bergamasci, & pertinentiæ totæ ipsorum castri, & villæ; item castrum, villam, & homines Vallium, & pertinentiæ totæ ipsorum, salvo jure Rogerengorum; item partem, jura, & homines, quos habent in Malamorte; item promiserunt prædicti DD. &c. quod non antea (*forte* uti antea; *alioquin sensus videtur sequentibus repugnare*) tenentur, & debeant reddere, & facere rationem, & juri parere coram Potestate, sive Præsidibus Communis Astensis, vel teneantur in locum ipsorum, & coram Commune Astense cuicumque, & quibuscumque personis, & collegiis, & universitatibus conquerentibus, seu conqueri volentibus de ipsis Dominis, vel aliquo ipsorum, vel de hæredibus, successoribus ipsorum, de omnibus contractibus, questionibus tam de civilibus, quam de criminalibus, eo salvo, & excepto, & specialiter intellecto, quod de negotiis factis, & causis contingentibus, & contingentes inter homines ipsorum Dominorum, seu quæ essent, vel verterent inter ipsos Dominos, & homines suos quacumque occasione ecc. de his non teneantur parere juri coram Potestate Communis Astensis, sive Potestatis Communis Astensis, & de his Commune Astense, sive Potestas Communis Astensis se intromittere non debent contra voluntatem ipsorum Dominorum. Item actum extitit, quod prædicti Domini teneantur perpetuo tenere pro Communi Astensi, & nomine Communis Astensis militias duas fornitas eorum expensis propriis, & sine aliqua æquatione habenda, quoties militia tenebitur in civitate Astensi, & dum tenebitur; item actum extitit, quod si dicti Domini, vel eorum hæredes, & eo tempore, quo militia tenebitur in civitate Astensi, voluerint tenere plures militias prædictis duabus superius expressis, quod possint, & eis concesserunt nomine, & vice Communis Astensis, & pro ipso Communi, quod possint habere, & tenere usque in militiis octo ad voluntatem ipsorum Dominorum de Henciſia tenendo medietatem semper ipsarum octo militiarum eorum expensis propriis, & sine aliqua æquatione proinde habenda, vel recipienda; aliam vero medietatem expensis Communis Astensis; item actum extitit specialiter, & expresse &c., & promiserunt ipsi Domini de Henciſia eorum propriis nominibus, & quod aliquo tempore prædicta castra, villas, & loca, vel aliquem, seu aliquod ex eis nullo tempore vendent, seu alienabunt, seu in aliquem transferrent, seu alienabunt ab ipsis, vel aliquo ipsorum aliqua occasione, ratione, jure, vel modo alicui personæ vel personis, collegiis, vel universitatibus sine expressa licentia, & voluntate Communis Astensis, Verso jure prædicti Domini Rolandus Thomas, Ubertus de Govono, Conradus Malabaila, & Andreas Lajolus quatuor sapientes Communis Astensis, nomine, & vice dicti Communis, & pro ipso Communi, & forma bajliæ eis concessæ, & omni jure, & modo, quo melius poterunt, promiserunt prædictis Dominis de Henciſia stipulantibus, & recipientibus tam eorum nominibus, quam & ipsos, & quoslibet ipsorum, & totam terram prædictam, & eorum homines, & qui ipso tempore fuerint perpetuo defendere, juvare, auxiliare, & manutenere ab omni persona, & personis, collegio, & universitate, & contra quamcumque personam, collegium, & universitatem &c. Item actum extitit inter ipsas partes specialiter, & expresse, quod si contingeret aliquo tempore, quod Gulielmus de Henciſia, qui dicit se filium Domini Alberti, vel aliquis de Alexandria occasione Domini Gulielmi, vel aliquis alius pro ipso Gulielmo, seu nomine ipsius, vel ab eo causam habens aliquod jus, seu aliquod petere vellet, teneantur, & debeant, & possint parere juri coram Potestate Astensi. Item act m extitit &c. quod Commune Astense, seu aliquis pro Communi, vel occasione Communi non possit eisdem Domini, de Henciſia, vel eorum hæredibus, successoribus, vel ab eis descendentibus, vel eorum hominibus, seu qui pro tempore fuerint vetare, vel vetari facere stratam, quam faciunt, & facere possint ad liberam voluntatem in eorum terram, gabellam, & quin ab eorum terra possint extrahere victualia versus marinam ipsi, & eorum homines, & qui pro tempore fuerint de eorum, & cujuslibet ipsorum voluntate, salvo & excepto quod ipsi, vel aliqui ipsorum, seu eorum homines, vel qui pro tempore fuerint, non possint dare, seu ducere, vel duci facere aliqua victualia inimicis Communis Astensis, & quod Commune Astense possit ipsos, & quemlibet ipsorum, & eorum homines constringere, & defendere, & vetare, nec ducant, nec duci faciant, seu duci permittant aliqua victualia inimicis Communis Astensis, vel alicui inimicorum Communis Astensis, & quod Commune Astense possit distringere, & vetare totam terram Astensem, & victualia sicut hactenus consuevit. Item prædicti quatuor sapientes Communis Astensis de præcepto Communi dederunt, & concesserunt prædictis Dominis de Henciſia, eorum hominibus, & prædictorum fratrum sedimen unum, videlicet sest. 11. plateæ sitæ in suburbio Civitatis Astensis extra portam sancti Pauli, a ponte qui est juxta domum Bartolomei Titulani usque ad plantam Burbugni tam intra spaldos, quam extra, ubi dicti Domini elegerint, & voluerint ad eorum voluntatem, in quo sedimine possint ædificare, stare, & quidquid voluerint facere ad eorum voluntatem, & quotiescumque fuerint in Civitate Astensi cum uno illorum de Rochetta, vel sine ad eorum voluntatem & sint, & esse possint, & debeant de consilio primæ credentiæ Communis Astensis

Digitized by Google

ſine alia electione, ita quod ſint de dicto conſilio, & de prima credentia, ſive fuerint electi per electores conſilii, ſive non, & habeant, & habere poſſint officia, beneficia, & privilegia, & immunitates, & omnia alia in Civitate Aſtenſi, quæ habent, & haberent cives nati, & habitantes in Civitate Aſtenſi. Item prædicti Domini & promiſerunt prædictis Dominis de Henciſia ſtipulantibus, & quod Commune Aſtenſe non faciet pacem cum aliqua perſona, vel perſonis, Communitate, Collegio, vel Univerſitate, Barone, Marchione, vel Communi, aliquo, quin prædicti Domini de Henciſia ſint, & debeant eſſe in pace, vel tregua ſpecialiter nominati, & appoſiti pro parte, & ex parte Communis Aſtenſis, & ſpecialiter non faciet Commune Aſtenſe, ſeu alius pro Communi, vel nomine ipſius, nec poſſit facere pacem, vel treguam cum Marchione Montiſferrati; niſi prædictus Marchio remitteret, & renuntiaret prædictis Dominis de Henciſia omnia jura, quæ habet, vel habere viſus eſt in eis, vel eorum terra, quam habent ſeu tenent &c. Item promiſerunt prædicti quatuor ſapientes Communis Aſtenſis &c. prædictis Dominis Albertino, & Raimondino ſtipulantibus & facturos, & curaturos, ſic quod ipſi recipiant, & eos recipi facient in quatuor ſocietatibus Civitatis Aſtenſis, in quibus ipſi voluerint ad eorum voluntatem, & quod ipſi erunt de quatuor ſocietatibus, qui & eorum hæredes, & deſcendentes ab eis perpetuo, videlicet ita curare, & facere, quod dictus Albertinus erit, & recipiatur in ſocietatem Albertorum, & ejus frater Manfredus in ſocietate Vajrorum, & dictus Rajmondinus in ſocietate Burzi, & Jacobus ejus frater in ſocietate Vermegorum, quæ omnia, & ſingula &c.

Col. 619. *n.* 1. Clericus *i. e. litteratus V. F. Jac. ab Aquis, qui pag.* 59. *partis. II. col.* 1. *Cod. M. S. ſcribit* D. Bonaventuram fuiſſe magnum Clericum, & Albertum, & Thomam de majoribus Clericis de toto mundo.

Col. 634. *n.* 24. *Serralunga, de qua hæc inita conventio jam ab anno MCXII. ad Fructuarienſe Cœnobium ſpectabat, uti ex diplomate ab Henrico IV. Imperatore ei conceſſo colligitur, quo confirmavit ſingula eidem donata cum omnibus pertinentiis.* „ ſuis in Epi„ ſcopatibus Auguſtenſi, Albenſi, Novarienſi, Me„ diolanenſi, Ticinenſi, Derthonenſi, Aſtenſi, Aquenſi, „ Albingarunenſi, Saonenſi, Ferrarienſi, Parmenſi, „ obtinentque prænominatus Abas Almeus cum Curte „ illa Serralunga, & Caſtello Longobardorum... „ nec non cum prædiis omnibus intra fines Moro„ tienſes poſitis, atque cum illa Villanova, quam „ dedit Agnes filia Marchionis Petri, Fabula, & Villa, „ quæ dicitur Airaſce &c. dat. VIII. id. octobris „ ind. V. anno Dom. Inc. MCXII. &c. Actum Spiræ. Guichenon Preuves &c. *p.* 664.

De veteri jure Albergariæ Abbatibus, Epiſcopiſque proprio in eorum feudis videndus Muratorius in Ant. It. M. Æ. T. III. col. 59. *ubi chartam albergariæ profert anno MCXVI. Abbati Monaſterii Placentini S. Sixti, conceſſam; item Graſſi.* Storia di Monteregale *T. II. p.* 19. *In charta anni MCCX.* 17. *aug. pro Epiſcopo Aſtenſi in Montevico it. pag.* 41. *n.* 21.

Col. 635. *lin.* 21. *Frequens in chartis Monaſterii Staffardæ* Torrejanæ, *vel* Toreſanæ *mentio. Numquid ipſa nomen dedit Comitatui Toreſiani? De quo apud Muratorium T. IV. A. I. M. Æ. p.* 28. *ubi refert diploma Ludovici II. Imperatoris, quo an. DCCCLXIX. plures cortes in diverſis Comitatibus ſitas Angelburgæ Auguſtæ largitur in* Aſtenſi, in Terdonenſi, & in Toreſiano Comitatu Segillam cum Vara, & Laucillo &c.

Col. 638. *n.* 40. *Notæ Chronologicæ a Ghilinio prolatæ hæ ſunt ind. XI* regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore invictiſſimo Regni ejus XXIII. imperii II. (*corr.* III.) pridie nonas februarii, *quæ omnia incidunt in annum MCXCII.*

Col. 638. *n.* 42. *Plures interfuiſſe de Laureti Comitatu oppidiſque ſubjectis deditiones a Marchionibus Buſcæ celebratas conſtat tum ex alia charta n.* 69. *col.* 648. *ex Aug ab Eccl. hic indicata, tum ex iis, quæ habet cap. XXII. ejuſdem operis i. e. an MCCXXIX. Villelmi M. Buſchæ filios caſtrorum Rochettæ, Coſſani, S. Stephani, Fravere cum parte Comitatus Laureti ad eos pertinentis ſupremum dominium Aſtenſibus ceſſiſſe mediis quibuſdam pactis, quæ aiit contineri in charta ab Alpherio in ſuo Chronico deſcripta.*

Col. 662. *n.* 111. *Fœdus pacis percuſſum inter Pinarolienſes, Marchiones Romagnani, Hugonem Taurinenſem Epiſcopum, ſocioſque Taurinenſium ex una, & Amedeum, & Thomam Sabaudiæ Comites, in quo inter cætera compoſita controverſia de juribus Amedei, & Margaritæ ejus filiæ Bonifacii Monferratenſis uxoris circa Collegii opidum exorta: extat in Tabulario civitatis Pinarolii.*

Col. 670. *n.* 151. *Fit mentio in hac membrana cujuſdam venditionis multorum locorum factæ Prætori, ac Sindico Albenſi a Marchionibus Cevæ, Georgio, & Gulielmo cum inveſtitura ſubſequenti. Quo anno hæc fuerit peracta V. C. Eq. I. B. Vaſcus, qui hujus mihi copiam humaniter largitus eſt colligit ex annotatione, quæ repetitur in quibuſdam authenticis actis eorum R. Magiſtratu agitatis inter procuratorem R. Fiſci vulgo Ducalem patrimonialem appellatum nomine Gaſtaldum, & varios Caſtellini Dominos ab anno MDXV. ad diem XV. martii an. MDXVI., quæ authentica extant penes Cl. V. M. Vivaldam, ab eoque in nupera de eo feudo lite fuerunt producta. In iis memoratur quædam inveſtitura conceſſa die XIV. aprilis an. MCCLI. DD. Georgio, & Gulielmino MM. Cevæ, & DD. Caſtellini, in qua eis beneficiario jure a Communitate Albæ conceditur feudum Caſtellini* pro maſculis, & fœminis, *qua fuit in ea lite coram Magiſtratu prolata. Res extra omnem controverſiam eſſet, ſi conſtaret Henricum Bauduinum, & Nicolaum Imbriacum, quibus illa facta fuit venditio, quique inveſtituram dederunt illum eo anno Sindicum, hunc Prætorem, ſive Poteſtatem Albæ fuiſſe; at cum hac de re cl. V. Baronem Joſephum Vernazzam Albenſem a ſecretis Regi, ac diverſarum Academiarum ſocium rogaſſem, num aliquam haberet chartam anni MCCLI., in qua Poteſtatis Alben. mentio fieret, unius meminit, ubi* Thebaldus de Oxaxali *Albæ Poteſtas legitur, ſed cum menſis, ac dies ignoretur, nihil ex ea adverſus illam ſententiam colligi poteſt.*

Col. 691. *n.* 176. *Formulas, ac ritus emancipationis apud Lombardos ſæc. XI. &c. uſitatas juxta diverſas, quam ſinguli profitebantur leges, vide in libro Mediolani edito, cui titulus* Vicende di Milano ec. *p.* 40. *it.* 106. 108-9-10-11

TABULAE GENEALOGICAE GENTIS ALEDRAMICAE EX PRAEIACTIS DOCUMENTIS CONFLATAE AC NOTIS ILLUSTRATAE.

TAB. I.



1 *Par. II. col.* 289. 292.

2 *Nupsit primo NN., secundo Gerbergæ filiæ Berengarii Regis, de qua vide not. poster. par. I. col.* 9. *par. II. col.* 290. 291 292. 293.

3 *Par. II. col.* 292. *V. n.* 2. *supra.*

4 *Vid. n.* 3.: *item col.* 629. *lin.* 39 *Ex documentis in cap. IX. n.* 2. *inferius cit. constat Azonem Episc. Aq. hujus Anselmi pronepotem sanguinis cognatione junctum cum Guidone Archiep. Vien., ac dein S. P. Calixto II. qui Ottonis Gulielmi Comitis Burgundiæ, etc., juxta D. Chevalier* hist. de Poligni *T.* 1. *p.* 95. *pronepos fuit. Oportet itaque, ut inter Azonis et Calixti progenitores, atque Alerami, Ottonisque Gulielmi liberos, ac gentiles connubia inita fuerint: quo autem in gradu, et a quibus specialim, mihi hactenus incompertum.*

5 *Par. I. col* 10. *par. II. col.* 292., *item* 629.

6 *Par. II. ibi col.* 295. *n.* 10. *col.* 296. 300. *n.* 19., *item col.* 629. *ubi* Clericus *vocatur non ratione status, sed doctrinæ:* Clerici *enim latine, &* Chierici *italice olim dicebantur literis exculti. V. Ducange Glossarium; adde Order. Vital lib.* 3. *Hist. Normanniæ apud Duchen. T. I. p.* 464., *qui refert Radulphum Clericum cognominatum, quia peritia litterarum, aliarumque artium apprime imbutus erat. De Hugone vide præterea Murat. A. I. M. Æ. T. I. c.* 857. *ad an.* 1028.

7 *Par. I. col.* 25. *par. II. col.* 167. *lin.* 35, *& seq., col.* 294. *De hoc, & Hugone Clerico vide Murat. A Est. p.* 116. *ubi hæc refert* 1025. orta est querela Canonicis S. Martini contra quosdam Marchiones Italiæ Bonifacium (*Tusciæ*) Albertum, Azonem, OTBERTUM (*alium ab Estensi, qui jam obierat*) & HUGONEM.

Digitized by Google

8 *Duxit Adilam filiam Azonis M. par. I. col. 24. 33. par. II. col. 296. lin. 12., item 308. n. 24.*

9 *V. chartam an. 996. arch. Eccl. Cathed Aſt relatam a me col. 738. par. II. duxit Amelgauſum.*

10 *Vido I. duxit Matildem ut conjicio, de qua vide par. I. col 25., item par. II. col 519. 520. 521. ubi IV. epiſtolæ Gregorii VII. de ejus matrimonio cum Azone referuntur. Putabat Muratorius in antiquitatibus Eſtenſibus Vidonem maritum Matildis ad Marchiones Luniſanæ ſpectaſſe. At qui hoc tempore floruerit, cujuſque acta cum iis, quæ in hiſce epiſtolis leguntur, concurrant. Vidonis nomine nullum invenio. Adde Marchiones Luniſanæ vix ullam habuiſſe cum Papienſibus conſuetudinem, nec de illorum cum Azone in hoc gradu propinquitate notitiam aliquam extare. Quæ omnia ſi cauſæ Muratorii adverſantur, noſtræ favent. Vido M. de Sezadio ex Gisla Adalberti M. Eſtenſis nepos erat, genus illuſtre, ditio Papiæ proximior. Neque obeſt quod per litteras humaniſſime expoſuit P. Capſonius, Papienſis hiſtoriæ clariſſimus auctor, ſcilicet Vidonem Sezadienſem adhuc in vivis fuiſſe an. MLXXIX. Qui enim hoc tempore floruit ejus filium fuiſſe dici jure poteſt, cum in hac familia Otbertum alterius Otberti filium certo teneamus. Adde Vidonem Luniſanæ adhuc vivum fuiſſe 1081. ex doc. p. II. col. 521. at hæc haud modicam lucem accipient ex ſequenti ſchemate genealogiæ familiæ Eſtenſis jam a Muratorio delineato, nunc vero novis Terranei meiſque obſervationibus emendato & auctо.*

OTBERTUS I. M. ad 975.



Obertus II. filios habuit, præter recènſitos, Hugonem M., & Comitem Mediolani, Adalbertum M., & Opizzonem M., *de quibus vide Terraneum Adel. Illu. p. II. c. 55. Vide etiam Mon. Aquen. Part. II. col. 630. lin. 14.*

11 *Marchionem Saonæ fuiſſe puto, atque ſine liberis obiiſſe par. I. col. 25. 38.*

12 *Ex Perengardæ donatione Eccl. Vercel. Erat filia VVidonis M. lege Salicæ: duxit Opizonem C. Blanderatæ. Ex arch. Epiſc. Vercell. Aug. ab Eccl. in MSS. Collectaneis.*

13 *Par. II. col. 309., item 310. lin. 41. Hic reſtitit Henrico IV., a quo devictus fuit, ut habet Benzo Albenſis pſeudo Epiſcopus his verbis:* ab ætate ſeparato jam jam ſolis radio viſitavit Rex Vidonem, evetſo Sezadio, nullus hominum cum Rege contendat in ſtadio.

14 *Par. I. col. 44. vocabatur* Alemannus.

15 *Ibi: duxit Brunonem Oddonis filiam.*

16 *F. Anſelmi par. I. col. 24. n. 14., item col. 39. n. 27., duxit NN. Ex C.C. Vintimiliæ par. I. col. 56. l. 35. V. n. 1. Tabulæ III. Adde Aug. ab Eccl. Cor. Real. par. I, c. 6. fol. 414. 415. p. II. c. 16. fol. 303.*

17 *Par. I. col. 33. lin. 47. Ex quo M. Boſchi, & Ponzoni.*

18 *Par. I. col. 33. n. 21. Hujus progenies ignoratur.*

19 *Par. II. col. 311.* ✠ 1080.

20 *Par. II. col. 311.* ✠ 1080.

21 *De hoc infra in Tab. III.*

22 *Hujus imperium in Comitatu Auriadenſi inter Geſſium, & Tanagrum: nepos Bonifacii par. II. col. 313., item col. 324.*

23 ✠ 1148. *V. infra n. 27. Aulifiam duxit V. col. 324. lin. 11.*

24 ✠ 1161. *F. Henr. par. II. col. 324.*

25 *F. Henr. par. II. col. 324, item col. 332. n. 78.*

26 *F. Henr. part. II. col. 324., item col. 332. n. 78.*

27 *Par. II. col. 323., n. 60. item 332. n. 78. Hujus ſedes in Rocca nomine ejus dicta Guidonis. Dur. Piem. Ciſp. p. 304. in fine.*

Digitized by Google

TAB. II.



1 *Hic primus occurrit Marchionis Occimiani titulo insignitus an.* 1178. *par. I. n.* 58. *col.* 74. *lin.* 31. *Marchiones autem Occimianenses ab Aledramo originem ducere tradiderunt Jacobus Bellingerius, & Galvaneus Flamma. Illud investigandum, a quo ille progenitus fuerit. Num a Bernardo Henrici Monferratensis filio V. Tab. XI. qui, uti in Ardicione evenit, patris nomen iterato filio imposuerit? Non solum nomen, sed ditio, qua positi sunt, videtur hanc conjecturam confirmare. Possidebant enim ex p. I. n.* 100. *col.* 114. *præter alia in Dioc. Aquen. Occimianum, Sarmatiam, Vicobrunum, Mirabellum, ac Pomarium, S. Salvatorem, Vignalem, quæ tria cum altero anonymo ab eis beneficiario jure obtinebat M. Montisferrati. Ista autem Montisferrati ambitu contenta fuisse posteriora nos edocent documenta Benven. a S. Georgio tradit Frid. II. an.* 1240. *meditatem Montisferrati eis confirmasse; quod indicat Occimianenses Marchiones jus aliquod in ea se habere contendisse. Quæ si vera sunt dicendum videretur, ita imperium, quod Eridanus partiebatur ab Ottone II. filiis divisum ut Monferratum Vilelmo II. & Henrico, Canavesium Ardicioni cesserit. Hunc enim Canavesio dominatum suadent chartæ a me relatæ, quibus aliam recens a Torellio in tabulario Civitatis Vercellensis detectam adjungam. In ea an.* 1142. 12. *martii Guliel. Bogius de Martinasco jurat se Vercellis habitaturum; item quod* faciet jurare omnes homines suos de Martinasco, & Strambinello, & S. Urbano, & de Caluxio &c. testes Ardicio (*i. e. hujus nominis II*) Marchio, Trenclerius de Caballis, Milo, & Obertus de Cerrione, atque Cuminus de Burgaro &c.

At quis erit Obertus ille, qui Occimiani cum Rainerio consanguineo suo de Ecclesiæ Zinzani, aliarumque uti videtur Casali proximiorum restauratione an. 1111. *agebat, de quo vide par. II. col.* 3. *p. I. col.* 46. *n.* 34. *numquid Anselmi I. abnepos (V. Tab I.) uti ex collatione duorum documentorum p. II. col.* 295. *n.* 12. *& col.* 374. *lin.* 29. *colligi videtur? Hoc vero posito eritne ab eo potius Occimianensium MM. origo repetenda? Ista sentiebam cum has tabulas typographo imprimendas dedi; at nunc quousque novæ e tabulario erumpant membranæ quod historiæ patriæ amatoribus maximopere est exoptandum, in sententiam quam superius explicavi pronior inclino.*

2 *MCCXII. die* 22. *septemb. Venditio loci Confluentiæ a Guidotto de Rodobio, ejusque fratribus, & Marchisetto filio quondam Petri Camari Marchionis Occimiani facta Communitati Vercellarum. In ea inter cohærentes nominatur* Rufinus M. de Occimiano. *Extat in tabul. ejusd. Civit. in libris. vulgo* Biscioni-

3 *V. par. I. n.* 100. *col.* 114. *Cur autem contractus in hac charta fiat ab Anselmo, Vermo, & Corrado fratribus, in fine autem alterius Anselmi, & Vermi Monachi nomina habeantur, obscurum videtur. Corradi mentio etiam in charta* 1203. *p. II. col.* 643. *n.* 53.

4 *V. Benv. a S. Georgio ad an.* 1240. *qui huic adiicit Manfredum Tasium, Petrum Arnaldum, Nicolaum, & Bernardum Zacidas omnes Marchiones Occimiani. Nunc vero alios de Occimiano Marchiones qui legenti occurrerunt adscribam, neque enim eorum cum superioribus nexus nuda nomina cognoscere sinebant. Alexandrini excipiunt Delphinum, & Henricum MM. Occimiani par. II. col.* 643. *n.* 52. *de Rufino vide supra n* 3. *D. Manfredus M. de Occimiano Potestas Paciliani an.* 1219. *V. Durandum Piem. Cisp pag.* 338. 1229. *Albertus de Occimiano Rector societatis Lombardiæ pro Alexandria ap. Verci in hist. Eccelini T. I. p.* 76. *doc. n.* 58. *de Anselmo de Grana, & Nicolino de Baldesco vide Benvenutum a S. Georgio pag.* 87 *ad an.* 1305. *Saleta in MS. alias citato verbo* Occimianum *refert anno* 1375. 13. *decembris Ottonem Astæ in palatio Marchionis Montisferrati Occimianum in feudum dedisse Johanni Bastardo M. Gulielmi Paleologi. Benv. initio pag.* 230. *de hac investitura verba faciens Johannem filium Theodori verius nominat, non Gulielmi. Memorat præterea S. Georgius initio sæc. XV. illud occupatum a Comite Francisco Sfortia Duce Mediolani, dein an.* 1434. *restitutum Marchioni Montisferrati. Saleta addit an.* 1519. *transisse ad Marchiones Incisæ Gabrielem, & Annibalem, Bartholomeum, & Johannem Franciscum filios Nicolosii M. Incisæ. Anno vero* 1562. *die* 4. *junii ex sententia Cameræ Ducalis adversus Dianam Comitissam Incisæ prolata ad Fiscum Ducalem rediisse.*

Digitized by Google

TAB. III. MM. INCISAE

BONIFACIUS = NN. = ADELAIS F. PETRI M. = AGNES F. HUGONIS
1 2 3 4 5

BONIFACIUS M. Inciſi 6 — N. N. = LUDOV. VI Rex Gal. 7 — MANFREDUS M. Sal. 8 — VILELMUS M. Bufcha 9 — HUGO M. Clavefanus 10 — ANSELMUS M. Cevæ 11 — HENRICUS Saonæ 12 — BONIFACIUS M. Curtiſmiliæ 14 — ODDO C. Laureti 14 — NN 15 — NN. 16 — NN. 17 — SIBILLA 18 — ADALASIA 19

Tab. IV. — T. V. & XII. — T. VI. & VII. — T. VIII.

ALBERTUS 10 = DAMICELLA — UBERTUS 21 — ISABELLA 22

HENRICUS 23 — ALBERTUS II. 24 — GULIELMUS 25 — MANFREDUS 26 — RAIMUNDUS 27 — JACOBUS 28 — PAGANUS seu OPIZO 29

HENRICUS II. 30 — ODDO I. 31 — HENRICUS 32 † 1291 — JACOBUS 33

HENRICUS 34 — ODDO II. 35 — ALBERTUS III. 36 — GULIELMUS II. 37 — JACOBUS 38 — ALBBERTUS 39 — PAGANUS 40 — THOMAS † 1271 41

RAIMONDUS II. 45 — JACOBUS 43 — ALBERTUS IV. 44 — MANFREDUS 45 — GULIELMUS III. 46 — UBERTETUS — JOHANNES 47 — OPIZO 48 — NN. 49

JOHANNARDUS 50 — ALBERTUS 51 — FRIDERICUS 52 — ODDO V. 53 — ODDO VI. 54 — GUIDO Ep. Aq. 55

JACOBUS 56 — GIRARDINUS 57 — ANTONIUS 58 — LOYSIUS 59 — ANTONIUS 60 — GEORGIUS 61 — JACOBUS 62 — JOHANNES 63

ISNARDUS 64

Digitized by Google

1 *Par. I. col. 39. n. 27. col. 45. n. 33. col. 33. par. II. col. 311. col. 312. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 528. Henricum IV. Roma convocasse Concilium præsente Marchione Bonifacio, ubi die Natalis Domini fuit electus Clemens III., ab eoque Henricum in Imperatorem consecratum tradit Benzo in Commentariis de Henrico pag. 392. edit. Menkenii.*

2 *Illa quam Anselmus frater prius desponsaverat. Ex Terraneo in notis MSS. Josredi ab Eccl. vid. par. II. col. 311.*

3 *Par. II. col. 318. in fine.*

4 *P. I. col. 53. lin. ult. & 54. lin. 3.*

Nunc ad conjecturas de Uberto veniam. Qui recentius MM. Inciſæ de Rocheta Genealogias texuerunt Bonifacio I. Inciſæ M. unicum filium Albertum aſſignarunt, cui ego fratrem addidi Ubertum documentis compulſus; duo enim extant de Uberto monumenta, alterum Joſredi ad an. MCLXXXII. (*v. col. 344. n. 89.*) *ubi OBERTUS dicitur, alterum cujuſdam compromiſſi Friderici I. Imperatoris an. MCLXXV.* (*v. col. 535. lin. 34*) *apud Muratorium. De Joſredo haud multum fuiſſem ſollicitus cum ejus MSS. codices tam in nominibus, quam in annorum notis ſint admodum deformati: at movebar quam maxime Muratorii accurati diplomatum ſcriptoris auctoritate. Certum autem eſt* Alberti & Uberti *nomina inter ſe prorſus differre, nec promiſcue uſurpari. Hæc itaque duo ſeorſum poſui; attamen ut quod ſentio, libenter fatear non ſine aliqua repugnantia. Nam in citato Muratorii compromiſſo teſtes hoc ordine deſcribuntur* Marchio Henricus Guercius, Ubertus de Inciſa *eodem plane modo, quo in altero diplomate an. MCLXXII. a me alibi in col. 334., ubi lin. 26 nominantur inter teſtes* Marchio Henricus Wercius, Ubertus Marchio de Inciſa, *quæ cum ſimilia prorſus inter ſe ſint, videntur utrobique eadem indicare perſonæ. Quæ cum ita ſint dicendum eſt inter ſphalmata, quæ Muratorio excederunt, recenſendam eſſe nominis* Uberti *pro* Alberto *deſcriptionem, ut non duæ, ſed una, eademque ſit perſona.*

Hac explicata conjectura, nunc alteram proponam ſpectantem ad tabulam VI., qua origines Marchionum Cevæ illuſtrantur. In ea conſtitui Bonifacium, & Rolandum filios fuiſſe Bonifacii I. de Claveſana. Nam hunc filios habuiſſe arguebam ex documento an. MCXCVIII. n. 134. col. 372. lin. 33., in quo Vilelmus I. (*ut videbatur*) *Bonifacio Epiſcopo Aſtenſi vades offert Bonifacium* fratrem, & nepotes ſuos, *neque obeſt ſumma chartæ anni MCXCVII. a me exhibita in nota 7., ubi Anſelmus I. nominat quondam* Gulielmum *patrem, ac ſi eſſet defunctus, delenda enim eſt litera q., quæ deeſt in textu italico, qui ſic habet: MCXCVII.* Signor Anſelmo detto Marcheſe Molle figliuolo del signor Guglielmo Marcheſe di Ceva inveſtì Lanfranco Niello d'Alba di ſua parte di Caſtagnole, e del Contado di Loretto, cioè la quarta parte della metà pervenuta per l'eredità del q Bonifacio M. di Cortemiglia in parte a Rollando, e Bonifacio di Craveſana, e che era ſtata data a lui Anſelmo da Guglielmo ſuo padre, e Bonifacio ſuo zio. Ex Chron. Alterii. *Vivus itaque adhuc erat Gulielmus I., qui itaque erunt ejus nepotes, niſi Bonifacius M., & Rolandus? Præter enim quam quod Aug. ab Eccleſia hos duos in ſerie ſua nominat, utrumque videbantur indicare nonnullæ chartæ in notis indicatæ, ſi eorum tempora conſiderentur.*

ed by Google

At nunc post iteratam meditationem aliam propono conjecturam scilicet superiorem chartam an. MCXCVIII. non ad Gulielmum I., sed ad Secundum esse referendam, nepotesque Gulielmi in filiis Oddonis esse requirendos, ac Rolandum ab Augustino memoratum, vel cognomen esse Oddonis de Clavesana uti Taliaferrum Bonifacii, vel vitiatam lectionem haberi pro Oddone, qui etiam denominatus fuit Bellengerius uti monuit C. V G. Sclavus in charta apud ipsum MCCXXVI die XV. jan. Moveor ad hanc conjecturam textu Augustini ab Ecclesia nuper adducto. Ex eo elucet medietatem hæreditatis Bonifacii de Curt·milia in quatuor partes divisam nempe inter Gulielmi filios, ac Bonifacii patrui nepotes, ut una Anselmo, Gulielmo altera, duæ vero Rolando, & Bonifacio de Clavesana traditæ fuerint, uti textus Augustini ab Alpherio defuntus aperte indicare videtur. Quo in casu Berta vel Gulielmi I. filia fuisset, vel nepos, quod sane verisimilius apparet. Si enim illa Bonifacii II. filia erat, jam ejus etiam ex esse hæres fuisset. Qui ergo Clavesanæ Marchionatus ad Ceva Marchiones licet proximiores consanguineos pervenire potuisset? Atque hæc est sententia, quam secundis curis emendatam propono, dum interim faustus aliquis dies nova nobis documenta proferat, quæ rem in aperto collocent.

Interim ad integram tabulæ explicationem animadvertere oportet Anselmum, qui in chartulario Ecclesiæ Astensis Marchio Mallis *scribitur, acceptum a me esse pro una, eademque persona cum Anselmo, qui ab Augustino ab Ecclesia dicitur* Marchio Mollis *uti in superiori textu. Tempora conveniunt, nomen etiam, nec dedecet officium Prætoris, quod ab aliis Marchionibus Carretensibus alibi gestum ex historia discimus: quid ni ergo dicamus eandem esse personam, & forte deceptum Augustinum, qui* Mollis *nomen agnomen putaverit ei ob ignaviam inditum, non secus ac Tali ferri denominatio, quam Bonifacio III. tributam novimus? Quid autem sibi velit hoc* Mallis *nomen, hoc opus hic labor. Neque enim oppidulum esse potest, quod Maleriæ vocatur, sive* Mallere; *erat enim Saonæ proximum, ac in ditione Carretensium situm. Alii itaque viderint. Modo tamen addam, ubi in notis numerus* 8 *appositus fuit, ibi statim postea* 9. *addi oportuisse; nam a n* 8. *usque ad* 11 *afferuntur documenta ad Oddonem, & Bonifacium spectantia, idque promiscue: item in col.* 808. *lin* 21. *post* duxit *interpone* Argentina, *ac in tabula dele n.* 10., *quod oscitanter amanuensis posuit putans Bonifacium, & Taliaferrum duas diversas esse personas.*

Ad tabul. VII. cum huic tabulæ manum admoverem, putabam Gulielmum illum, cujus filiam Sophiam nupsit Roberto de Lavena memorato in charta an. MCCLXX. n. 168. *col.* 684., *eundem esse, ac Gulielmum III. Cevæ Marchionem, trepidanter tamen. Quædam enim animum subibant, quæ difficultatem ingererent: nam fratres Sophiæ an. MCCLXX. diem extremum obierant: at filii Gulielmi III. adhuc eo tempore in vivis erant, uti ex documentis a me prolatis col.* 812 *constat. Hæc autem falsitatis accusare sine ulla probatione (vide notam n.* 18. *ad hanc tabulam) nimiæ videbatur, audaciæque intemperantiæ: diu itaque, multumque cogitanti in mentem venit hanc eruditis hypothesim proponere, quæ, cum reliquis historiæ adjunctis (ni fallor) ita cohæreat, ut nihil supra, haud dubium, quin in ea ipsam veritatem, reique historiam teneamus. Res ab exordio est explicanda. Defuncto Hugone M. de Clavesana sine liberis devenit Marchionatus Anselmo de Ceva, qui duobus liberis suis utrumque reliquit, ut Bunifacio in Clavesanam, Gulielmo in Cevam imperium esset. Cum linea Bonifacii brevi fuerit extincta, Clavesanæ Marchionatus devenit iterum ad quatuor Gulielmi I. filios hoc pacto, ut duobus scilicet Gulielmo II, & Anselmo Molli cesserit Ceva dominium, Oddoni vero, & Bonifacio Clavesanæ principatus. At quomodo Cevensis ditionis partitio facta? Tria sunt nobiliora hujus Marchionatus oppida, quæ multa alia sub singulorum imperio continent Cevam, Garexium, Ulmetam, Ceva Gulielmo, Ulmeta Anselmo in sortem cecidit, Garexium vero pro medietate utrique divisum. Penamus nunc Anselmum Mollem genuisse Gulielmum, ex qua nata Sophia cum Roberto de Lavena conjugio copulata, atque alii liberi, qui proles decesserint quid inde eveniet? Nimirum ut ad Sophiam, atque ad Robertum, ejusque filium jure successionis devenerit tota medietas Cevensis Marchionatus, idest integrum Ulmetæ dominium, ac adjacentium villarum, ac medietatem Garexii. Atqui hæc reapse obtinuit Robertus, quamvis a Marchionibus Cevæ lis sibi de supremo Garexii dominio fuisset mota, oportet ergo, ut Sophia ex Anselmo medio Gulielmo hæres ex esse fuerit.*

Hæc quidem sibi constant, at unde petenda causa alterius juris, quod Robertus in tertia Cevæ parte ad se spectare contendebat? Ex matre Sophia videtur repetenda, uti charta ipsa col. 685. *linea ultima videtur aperte innuere, non quasi tertia hæc pars ad se ex successione devenerit; nam proximæ consanguinitatis impedimentum obstitisset, quominus eam ducere posset Anselmum, qui ex eodem stipite proficiscens nonnisi uno gradu distabat, sed alio quopiam pacto E. G. si dotem uxoris Anselmi acceperit pater Gulielmus I., vel dos ejus fuerit Gulielmo II. soluta, non vero Anselmo marito, vel aliquo alio modo, quod diversimode contingere potuisse quis inficiabitur? Debilius tamen cæteris hoc jus ad tertiam Cevæ partem fuisse patet ex transactione inde secuta, cujus modica, vel nulla fere habita fuit ratio. Hæc hypothesis eo mihi probabilior videtur, quod ex ea cuncta commode explicantur, ac modus solvitur omnium difficillimus.*

Scio equidem carere nos documentis ad Gulielmi Anselmi filii existentiam comprobandam; at tanti hoc argumentum esse non debet, ut nos deterreat a memorata hypothesi amplectenda; primo enim si adesset, non opus esset conjecturis, deinde omnes patriarum rerum periti norunt quanta penuria antiquiorum chartarum ad hos Marchiones spectantium laboremus; vix enim ante paucos annos aliquis erat, qui de Marchionibus Cevæ ultra Nani tempora quidquam nosset. Quis vero de Marchionatus Clavesanæ vicissitudinibus nisi Cassaro præeunte (v. col. 807. *lin.* 10.) *in cognitionem veniret? Præterea cum duo, tresve Gulielmi Cevenses circa hæc tempora floruisse noscamus, nec dici, nec adfirmari potest nullum de hoc Gulielmo proditum documentum. Quis enim certus esse poterit nullum eorum, quæ attulimus de Gulielmis documentum Anselmi filium affecre? At dato etiam nullum extare, haud tamen adeo difficilem esse puto hujus causæ investigationem. In matrimonio enim Sophiæ celebrato cum extero viro*

Digitized by Google

mihi videor quidquam cernere, quod rei lucem aliquam afferat. Vixit pater Sophiæ calamitosis iis temporibus, quibus per vim, ac majorem impetum cuncta pene gerebantur. Gulielmo II. numerosa proles enata, majores natu ejus minores sibi subjugare contendebant, uti eorum historia declarat, quidni & adversus Vilelmum, & filios, quibus medietas Marchionatus cesserat, bella non fuerint excitata vel litium, vel factionum Guelphicarum causa, ut ille fuerit a patria discedere coactus, ac sibi potentiorum, ac viciniorum principum patrocinium in Provincia quærere. Mors etiam immatura (v. col. 685. lin. 5.) omnium ejus filiorum, nonne indicant gravia aliqua infortunia in ipsos irruisse? Alios vero Robertum de Laveno illustrem in Provincia fuisse suadet historia Caroli Andegavensis, cui fuit acceptissimus; uti enim narrat Nicolaus de Jamsilla eorum temporum scriptor apud Murat. R. I. S. T. VIII. col. 840., item 851. it. A, electus a Rege fuit, ut militarum navium classem in Siciliam adversus Manfredum duceret, de quo videndus prædictus historicus, qui Robertum hunc appellat titulo juris civilis Professorem, *qui titulus etiam ostendit, quanto eo tempore in honore jurisprudentia apud principes haberetur.*

Nunc huic novo Gulielmo adinvento alterius notitia est ingerenda, quam per epistolam C. V. Gasparis Sclavi recens accepi. Is enim in tabulario Cartusiæ Casotuli duas reperit membranas, in quibus fit mentio cujusdam Gulielmi agnomine Sevenci *filii Marchionis Gulielmi II., & quidem naturalis, ut ego arbitror ex ejus tenui fortuna. Prima est epistola Gregorii IX., qua anno MCCXXIX., die VIII. novembris ad preces* Gulielmi Sevenci filii cl. mem. Wilelmi M. Cevæ, *qui occasione naufragii voverat se Ecclesiam ædificaturum, hoc ejus votum commutat in donationem novem modiorum frumenti, quas Chartusiæ Casotuli pendere deberet, ubi hæc affertur ratio,* non enim est multum dives ad vota complenda, nisi eum cum eo dispensandum duxerimus in hac parte, ab eodem nil haberet Ecclesia &c., quoniam nobiles viri Emmanuel Villelmus Leo Benedictus Bonifacius, ac Georgius Marchiones Cevæ filii quondam Gulielmi Marchionis, quorum ipse Gulielmus orator vassallus existit, & a quibus id quod habet dignoscit, id obtinere non permittent. *Alia est anni MCCXXX XIV. aprilis, qua Vilelmus Sevencus filius quondam Vilelmi Marchionis Cevæ donat IX. modios frumenti Chartusiæ Casotuli, in quos facta fuit a Pontifice voti commutatio, accipiendis super redditus Rocchæ Ciliarii cum decreto consensus aliorum Marchionum Cevæ, qui huic donationi interfuerunt.*

Scripsi in nota 2. ad tab. VII. Thetem a quibusdam inter Gul. II. filios recensitum eundem esse, ac Oddonem, at obstat chartæ illius notitia, quam nuper ad me detulit C. V Gasp. Sclavus. Præfert ea an MCCLIII. diem II. martii, ac est investitura Montiszemuli concessa Benedicto Tetolino, & Jacobino a Marchionibus Cevæ juxta formam alterius Thetæ eorum patri largitæ. At adhuc probandum esset utrum legitimus hic an naturalis foret.

Omissæ fuerunt notæ ad seqq nn., quas sic adde.

28 *V. supra ad n. 24, item ad n 47.*

35 *V. n. 32. 56. col. 449. lin. 46. & seq., item col. 724. n. 214. &c.*

44 *Vide chartam anni MCCCXL., die XI. decembris in R. A., cui titulus:* venditio facta a Gulielmo de Bastifollio Michelono filio Oberti de Scagnello de castro Scagnelli &c.

45 *Hunc sub solo Baptistæ nomine inseruit in sua Genealogia C. Vetorellus; at putarem eundem esse, ac Johannem n. 46. Leonis filium.*

50–1–2 *Hos addidi, quia reperi in Genealogia MM. Cevæ ab Aug. ab Eccl confecta relatos: retinuit Torelli in sua arbore addens sine liberis defunctos: habentur etiam in alio schemate Genealogico ex stente in R. A.*

60 *V. n. 58–9.*

Antequam vero ad alia progrediar monendus hic lector ad hanc tabulam conficiendam maximo mihi usui fuisse plura excerpta, ac titulos documentorum in Regio Aulæ tabulario existentium, quorum sibi notionem comparaverat C. V Marchio Cevæ Bosii, mihique nuper humanissime communicavit, cujus beneficio causa ipse me magnopere devinctum esse profitor. Ut vero ipsa quam merentur auctoritatem apud lectores obtineret, locum unde edutta citavi hoc pacto ex R. A., vel in R. A.

POSTERIORES OBSERVATIONES.

Col. 15. *n.* 11. *nimis oscitanter Ughellius ex Regesto Innocentii III. hoc documentum exscripsit, uti patet ex alio exemplari haud ita pridem ex lib. III. ep.* 53. *ejusdem Regesti extracto a C. V. Marino tabularii Romanæ arcis Præfecto, ac ad q D. Corradum Chiabreram transmisso, ex quo hæc emendanda deprehendi lin.* 39. perspeximus gratiam quod ipse *l.* perspeximus contineri, quod &c *lin* 47 insignire *l.* insigniri, *lin.* 49. concedere *l.* concedens, *lin* 50. nihil sibi minus *l.* sibi nihilominus.

Col. 16. *lin.* 19. pastore errantes *l* pastore passim errantes, *lin.* 21. prædicti *l.* post, *lin.* 24 5 Apostolicæ sedis *l.* Apostolica sede, *ibi* volumus *l.* velimus, *lin.* 35 diligenter *l.* diligentius, *lin.* 38. eidem personam *l.* eidem appellatione remota personam, *lin.* 39. scripturis *l* scriptis, *lin.* 44. IV. id. *l.* III. idus.

Col. 28 *n.* 23. *edita a Baluzio T. II. Regesti ep. Innocentii III. lib.* 16 *epist.* 140 *pag.* 815., *ibi lin.* 18. *loco* Gratianus *habetur* Gr.

Col. 32. *n* 25. *En aliquas varias lectiones inserendas in textu desumtas ex apographo a C. V. Marino Roma ad memoratum virum transmisso (extant autem hæ literæ in Regesto Greg. IX. an. Pontif. IX. n.* 36.) *lin.* 2. transferatur *l.* transferretur, *lin.* 44. iftis per *l.* iftis, quibus per, *lin.* 47. vobis reperire *l.* vobis gratos reperire, *lin.* 50. vobis speciali auctoritate Apostolica, ut ipsa supradicti &c. *l* speciali vobis auctoritate præsentium, ut ipsas secundum dicti formam &c. *lin.* 53. *lege hoc modo:* datum Laterani VI. id. maii an. XIIII.

Col. 34 *lin.* 49. *in Registro Curiæ sub Thoma de Regibus an MCCCCLXXVII mense januarii habentur acta inscripta* processus Pauli Rectoris Cassinaschi olim ad chartas, *quo confirmatur nostra ad hunc Catum interpretatio, simulque illius observantia.*

Col. 83. *n.* 34 *C. V. a Turri Aquensis sæpe in priori parte non sine laude commemoratus observabat jam ante hoc Sigismundi diploma Marchionis Montisferrati* Comitis Aquesanæ *titulum assumsisse, uti litteræ quæ-*

dam apud ipsum asservata demonstrabant. Sic Johannes Jacobus in epistolis ad Communitatem Casalis an. MCCCCXII. XXVIII. junii, IV., & VII. septembris, XXV. novembris, X. decembris, & MCCCCXIII. die XXIII,, & XXIV. martii, XIX. junii Comitem se Aquesanæ *inscribit, quemadmodum etiam videre est apud Benvenutum a S. Georgio in charta dotali an. MCCCCXI. Neque tamen concedam in sententiam P. Beretæ, & Benvenuti a S. Georgio, quorum primus in sua* Corografia Italiæ *T. X. R. I. Script. n. 42. ad saeculum XI. hunc Monferratensium Marchionum titulum refert, alter vero in chronico latino illum ab Aleramo patre adhuc vivo, cæterisque Marchionibus assumtum fuisse contendit. Quamvis enim eorum in Comitatu Aquensi imperium antiquissimum sit: titulum tamen* Comitis Aquæsanæ *ante sæc. XV., neque aliquis eis attribuit, neque usurpatum ab ipsis in aliquo documento est invenire.*

Col. 161. *linea ultima post* tenet *pone ..... deest enim alterius nomen.*

Col. 162. La Murazza, *ubi nunc Conventus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia extra muros Aquas versus, constructus cœptus anno MDCXIX.*

Col. 172. § prædictus *hæc eadem habet Gul. Ventura in suo Memoriali ap. Murat. R. I. S. T. XI. col.* 133. *hæc referens ad an. MCCLXX. addens Rainerium fuisse* avunculum *Marchionis Montisferrati, ac in Alexandriæ carceribus obiisse.*

Col. 257. *lin.* 33. *ante hoc tempus regimen Monasterii S. Petri mansit penes Scarampos. In Bonjoannis Not. Aquensis protocollo adest charta, qua constat an. MCCCC. Aleramum de Scarampis Abbatem Mon. S. Petri de Aquis deposuisse ducatos XVIII. super Bancum de Medicis de Florentia. Item in charta an. MCCCCXI. VIII. augusti fit mentio Ven. viri D.* Gullielmi Bullæ de Aquis procuratoris Mattei Fr. de Scarampis & Rectoris, & Gubernatoris Monasterii S. Petri de Aquis. *Post Johannem Mariam Scarampum in castro Lignani defunctum uti in hoc Chronico habetur fuit hoc Monasterium cum altero Tilieti in hac Diœcesi posito Theodoro Cardinali Monferratensi commendatum; uti videre est in actis Curiæ Episcopalis ad an. MCCCCLXXVII.*

Col. 268. *lin.* 24. *Prima uxor Bartholomei de Carreto fuit Mentia, quæ præturam Niciæ gessit toto anno MCCCCLIV. uti ex libro Convocatorum existente in tabulario ejus Civitatis. Vicarium habebat I.C. Carmelitanum Aquensem.*

Col. 293. *n* 6. *Ludevigius, de quo in præfatione locutus sum, ad hujus celeberrimi diplomatis sinceritatem convellendam hæc protulit argumenta: multa scilicet in hoc diversa prorsus reperiri ab aliis Ottonianis diplomatis, in quibus hæ phrases reperiuntur.* In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis ... divina favente clementia Imperator semper augustus ... Noverit omnium fidelium ætas ... Ottonis II. filii æquivoci, & coimperatoris nostri consensu ... Ludigerus ad vicem Oddonis. *In hoc autem prædicta vel omittit, vel diversis formulis ac insuetis exprimi. Præterea vix credibile existimat Marchionatum alienabile, ac feminæum concessum sine imperii consensu; ac duellum proponi, ut medium licitum ad lites dirimendas &c. Hæc omnia uti quisque videt ita levia sunt, ac exigui momenti, ut & pudeat virum cæterequin clarissimum hæc protulisse, neque vacet in eorum refutatione diu immorari. Sufficit ad illorum confutationem producere diploma autographum, quod extat in Regio nostræ Aulæ tabulario, & quidem ex omnium diplomaticæ artis peritorum judicio sincerum, ac aliis sine controversia Ottonianis in antiquitatis notis usquequaque consentiens. Quod vero orationis color non idem sit, at nonnullorum aliorum, ratio pendet ex diversis scriptoribus, quibus in italico hoc itinere, quo hoc fuit expeditum, usus est Imperator. Quod probatur ex aliis pluribus diplomatibus editis a Muratorio, & Ughellio, in quibus ea reperias, quæ in nostro Germano huic auctori insueta visa sunt. Prætermisi autem tum ne in re non necessaria lectorem detineam, tum quia quisque in seriebus diplomatum ab iis scriptoribus concinnatis illa quasi oculi deprehendere quæ asserimus potest. Cætera autem refelluntur ex annotationibus, quas ei adjunximus.*

Col. 316. *n.* 38. *Post impressum hujus diplomatis fragmentum, illud deprehendi jam editum in annotationibus ad Vol. II. historiæ Taurinensis Emmanuelis Thesauri an. MDCCXII. Taurini editæ pag.* 88., *confectæ a Francisco Maria Ferreri Comite Lavriani, atque utinam quemadmodum integre prolatum, ita accurate fuisset exscriptum. Notas temporis solummodo asseram.* Data X. Kal. aprilis, indict. III. a D. I. MCXI. regnante Henrico IV. Imperatore Romanorum anno V. imperante ordinationis ejus XI. Actum est intre Christi nomine. Amen. *At quot monstra? Anni ordinationis Henrici incipiunt in sinceris diplomatibus a die VI. januarii MXCIX.; Regni a die VI. januarii MCVI.; imperii a die XIII. aprilis MCXI.*

Col. 334. *n.* 79. *Difficultatem ingerit in hac charta florenorum mentio, quorum in nostris regionibus ignotum eo tempore nomen, nec nisi seriori ætate cum ipsa moneta inductum. Præterea hic supponitur Buschæ oppidum Marchioni Salutiarum subditum fuisse, quod falsum est. Eo enim tempore Busca suos habebat Marchiones (v. Tab. V.); sicuti etiam Bernezium suos habebat dominos, qui defierunt anno MCCXXXV., quo ejus dominium ad Marchiones Salutienses devenit.*

Col. 364. *n.* 119. *Quanti ars critica posit ad veterum fraudes dignoscendas, ex hac notatione patefaciam. A tribus editum scriptoribus fuit egregium hoc diploma. A Ghilino in ann. Alex. sub hac data.* Actum anno Domini MCXCIII. indic. XI. regnante D. Henrico VI. Rom. Imp. invictissimo regni ejus XXIII. imperii II. prid. non. febr., *quæ notæ rectæ sunt, optimeque inter se respondent. Item a Muratorio in T. IV. diss. XLVIII. col.* 289. *hoc modo nomen* Actum A. D. MCLXXXIII. indic. I. regnante D. Friderico Romanorum invictissimo pridie nonas febr., *cui epochæ consentit Montemerlus in hist. Terdonæ typis Nicolai Violæ versus an. MDCXVIII. in* 8. *pag.* 32-3. *Duone itaque erunt diplomata, an unum, Idemque diversimode interpolatum? & si unum quale ex genuinis præferendum? Unum puto quale a Muratorio editum fuit. Etenim iis magis credendum, qui locos citant unde documenta extraxerunt, qui peculiarius de iisdem rebus agunt, ad quas illa pertinent, & quorum exemplaria magis cohærent. At Muratorius citat locum, ubi existunt membranæ, ex quibus ad se missa exemplaria, nempe Terdonæ archivum, unde etiam desumsit Montemerlus, qui in hac re perfecte cum Muratorio consentit*

chi sane ob peculiarem ejus in Terdonenſis hiſtoriæ ſcriptione ſtudium maxima videtur fides adhibenda. Et reapſe in Terdonenſis civitatis chartulario, quod ex originali exſcriptum ſervat R. Taurin. MSS. Codd Biblioth. extat ejus exemplar, quod cum Muratoriano conſentit. Fateor quidem anni notas deeſſe, at cum Friderici *nomen, non vero* Henrici *in eo legatur, ſatis inde conſtat anno MCXCIII. accomodari nulla ratione poſſe. Ghilinus vero ſiluit prorſus, unde acceperit. Elucet tamen exemplar præ manibus habuiſſe mendis ſcatens, uti in verbis* Derthonæ, Belaldis, unam guerram, Dernic, Montecore, Montefaro, Caſſino, Conſtarenus, Anze ..... *puncta etium interpoſuit, quaſi aliquid deeſſet, ubi tamen nihil deeſt, quemadmodum & ſenſus ipſe oſtendit. Adde hanc Ghilini epocham hiſtoriæ cohærere nulla ratione poſſe. Cancellarii, ac teſtium nomina* Friderici *non* Henrici filii *diplomatibus ſubſcripta leguntur. Ne multi in hac re ſimus unum ex eis ſeligimus Corradum nempe M. Montisferrati. Hic anno MCXCI. erat in Oriente, uti ex charta col. 541. n. 42., ac juxta Corium, & Benvenutum a S. Georgio interfectus occubuit an. MCXCII. quomodo ergo diplomati Henriciano anno ſequenti ſubſcribere potuit? Deinde quæ hæc eſt nova Terdonenſium cum Henrico Imperatore reconciliatio? Jam in pace Conſtantiæ inita anno MCLXXXIII. Terdona cum aliis liberis Italiæ civitatibus cum Friderico in gratiam redierat: neque apparet inter eos nova exorta diſcordiarum ſemina, immo potius nonnulla ſuppetunt ejus in Terdonenſes haud infenſæ voluntatis argumenta. Poſt aliquod ab hoc tempus Fridericus, ut ait Montemerlus, ad Terdonenſes epiſtolam miſit milites, aliaque ſubſidia petens. Præterea in chartulario memorato adeſt ſententia an. MCLXXXV. die VII. aprilis Papiæ lata a Friderico Imperatore ex conſilio D. Gulielmi Aſtenſis Epiſcopi, & D. Bonifacii Novarienſis Epiſcopi, ut Marchiones de Gavio reſtituant quamdam prædam Terdonenſibus captam. Quæ quum ita ſint errorem retractabo, qui mihi excidit, cum fidem Ghilini ſecutus in ſeria documentorum illud ſub anno MCXCIII. collocavi. Hanc autem emendationem ſpero ab iis fore approbandam, qui* Immobilium Alexandriæ *Academicorum duce ego ad* Ghilini Annalium *reformationem fuerunt nuper delecti.*

Col. 386. *n.* 156. *Carolus Tenivellus in Biografia decade III. pag.* 16. *lin.* 46. *legit* Turcus *non* Truſſus. *quomodo autem Gulielmus M. Montisferrati hæc jura in Lauretum, & Caſtagnolas acquiſierit, oſtendit Alpher. in Chronico Aſt. c.* 9., *qui narrat acquiſiviſſe a Manfredo Gulielmi M. Buſchæ filio. V. Teniv. dec. III. p.* 1.

Col. 530. *n* 20 *Huic diplomati a Lunigio editi deſunt temporis notæ, quæ extant apud Dumont* ſuppl. au corps diplom. *T. II. col.* 52 *quo factum ut putaverim diverſum forte eſſe ab illo, quod n.* 18. *ante hoc edidi, eoque magis, quo nonnullas inter utriuſque textum diſcrepantias animadverti. Sic autem habet temporis epocha a Dumontio relata.* Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. MCLXI. ind. IX. regnante D. Frider. Roman. Glor. anno Regni ejus X., imperii vero VII. Datum Papiæ poſt deſtructionem Mediolani VIII. idibus aprilis feliciter. Amen.

Col. 562. *ajebam in nota, de Clavaſio mentionem forte haberi ad an. MCLXIV., at in diplomatibus Eccleſiæ Vercellenſi datis ab Ottone III. an. MI. a Friderico I. MCLXII., item ab Henrico VI. MCLXXXI. ſit mentio alterius* Clavaſii, *vel* Clavaxim *ad jus Epiſcopi Vercellenſis ſpectantis, quod utrum de* Civaſſo, *an de* Chiavazza, *uti veriſimilius eſſet, ſit interpretandum, aliis dijudicandum relinquo.*

Col. 664. *n.* 122. *Apographum, e quo hoc exemplar eduxi, præferebat an. MCCXIII., uti editum a me eſt; at error irrepſit manifeſtus. Quomodo enim Thomas a ſubditis fidelitatem exigeret, ſi anno MCCXLIV., uti col.* 665. *n.* 126. *videre eſt, Manfredus prater Marchionatum regebat, ejuſque jura novis emtionibus amplificabat? Rectius proinde habet Auguſtinus ab Eccleſia, qui memoratum documentum ſub n.* 126 *refert ad annum MCCXLV. Attamen ego putarem ſpectare ad annum MCCXLVI. indict. IV., quo anno dies martis concurrit cum tertio calendas novembris, ad quem annum pertinet charta n.* 128. *col.* 665. *Mutatio autem VI. in III., & IV. in III. facile ſcribenti irrepere poteſt. Quæ ſi vera ſunt, uti veriſſima exiſtimo, magis magiſque ratio* nova Saluſienſium Genealogiæ a me efformatæ conſtabit.

Col. 578. *n.* 96. *Deſumta hæc deditio fuit, ut innui in titulo ex opere Auguſtini ab Eccleſia inſcripto deſcrizione* del Piemonte *Vol. I. Non ſolum autem in hoc numero, verum & in aliis tredecim ſparſim collocatis numeris uſque ad columnam* 666., *quibus notitias ex eodem opere produxi uſus eram Codice MS. a V. C. Matthæo Boccaccio mihi humaniter commodato. At poſtea deprehendi turbatum in hoc ſectionis capitum ordinem, idque ex comparatione facta cum altero codice MS. C. V. Provanæ a Villario Auguſti Regis Referendarii Quapropter, ut qui illius exemplaria integra, ac ſincera poſſident, poſſint loca a nobis indicata commode repperire, dabo hic citationis capitum a nobis facta ex poſteriori codice emendationes.*

Col. 364 *n.* 120. *adde c. XXXIX. col.* 578. 96. *c. XIIII. cor. XVI. ſupplementum vide in notis* 644. *n.* 55. *c. XXXI. cor.* XXXVIII. *n.* 56. *c.* 4. *&* 17. *cor.* VII. *&* XXII. 648. *n.* 69. *c.* 31, *cor.* XXXVI. 649. *lin.* 5. *c.* 33. *cor.* VII. 649. *lin.* 8. *c.* 30. *cor.* XXXV. 649. *lin.* 35. *c.* 19. *cor. XXIV.* 651. *n.* 81. *c.* 19. *cor. XXIV.* 655. *lin.* 15. *c.* 19. *cor. XXIV.* 657. *n.* 103. *c.* 16. *corr. XXII.* 659. *lin.* 8. *c.* 19. *corr. XXIV.* 666. *n.* 132. *c.* 4. *cor. VII. ib. n.* 133. *c.* 4. *cor. VII. ib. n.* 138. *c.* 4. *cor. VII.*

Col 765. *ad notam n.* 2. *col.* 303. *adde ſeqq. Aug. ab Eccleſia in ſua MSS. deſcriptione Pedem. Vol. I. c.* 13. *meminit donationis de loco Brandixii ab Adelaide Marchioniſſa Monaſterio S. Benigni an. MLXXIX. factæ.*

Col. 783. *ad notam de albergaria hæc adde ex membrana acephala Tabularii Capituli Aq. ſeculi XII. vel XIII. conſcripta.* Iſti ſunt illi, qui reddunt, & reddere debent D. Wilelmo Alberto &c. Oddino fratri ſuo &c. ..... primo Archipresbiter debet ſervire Domino per XXV. dies expenſis Domini, ſed non in menſionibus, & ſementiis, & albergare ſemel dominum cum tribus equis, & uno ſcutifero, ſed dominus pro albergaria non debet mutuare aliquem equum, ſi ipſum non habet, item grani, & ſpeltæ ſtaria quatuor reddit annuatim &c. *De albergaria v. etiam par. I. col.* 310. *n.* 300.

Col. 784. *ad lin.* 7. *adde notitiam ex charta an.* 992. *n. LXIII. in II. Vol.* Storia di Nonantula, *quæ*

Digitized by Google

continet platitum Adalberti M. Ipparedienſis pro Ludovico III. Imp. Vercell.s agitatum. In ea autem hæc habentur .... Miſſo directus fuiſſet in finibus Toreſianenſis, Aſtenſis Taurinenſis Epiſcopatus. *Putavit in notis C. V. Tiraboſchi Torſeſianenſem eſſe Tortonenſem, quæ conjectura eliditur a charta in præſtata nota a me producta. Vide in ea* Terdonenſem, & Toreſianam *Diœceſim diſtincte nominatam.*

NOVÆ ANIMADVERSIONES AD PRIMAM PARTEM MONUMENTORUM AQUENSIUM

In serie chronologica haec sunt emendanda.

MCLV. III. id. nov. Breve Adriani &c. *l.* MCLVI. *item in columna* 59.

MCXCVI. XI. Kal. octob. Forinovi *l.* Fori Noni *vide not. poſter. ad doc. n. 71. col. 653. n. 28.*

MCCXXIV. Capitula &c. *hæc Capitula ſpectant ad annum MCCXXIX., quem præferunt alia a me edita col. 195. n. 178.*

MCCCXXXIII. die XVII. jan cor *MCCCXXXII.*

Col. 39. *n.* 28. *extat in tabul. Eccleſiæ majoris Aſt.*

Col. 66. *n.* 50. *Extat in Regio aulæ tabulario membrana, in qua an. MCCXLVI. die VIII. Aug. Aſtæ ſubente Silvano Nigro Poteſtate Aſtenſi ad poſtulationem Jordani nuncii Bonifacii M. Montiſer. fuit hoc diploma ab Anſelmo Spalla ex autographo deſcriptum, ex quo hæſce accipe a me exemplari variantes lin.* 41. Guiberron *l.* Guiberronus *lin.* 43. Regum, Curcavagni, Cunico *l.* Rengo Curcavagnus chumineo *lin.* 45 Coconato Thonengo coconilis *l.* Coconao Thoanengo coconile *lin* 46 Paſſairanum *l.* Paſſeram *lin.* 50. della Fraſca *l* de Fraſca ibi Scairanum *l.* Scánvanum.

Col. 67. *lin.* 15. Marquerdus de Orobac *l.* Manfredus de Chronbac *lin.* 17. Lorreardus Pincerna, Bodgerus Caſmarius *l.* Corradus Pincerna, Rodger Camerarius *lin.* 25. indict. II. *l.* indict. XIII.

Col. 72. *n.* 58 *Extat apud Rouſſet ſuppl. Corps Dipl. T. I. pag.* 60

Col. 75. *lin.* 32. Eccleſia S Michaelis in Curtemilia. *Hæc Eccleſia nunc eſt parrochialis ejuſdem loci, eademque quæ nominatur in doc. an. MCCXCI. col* 705. *n.* 198.

Col. 92. *lin* 27. MCXC. *leg.* MCXCII. *uti innuit in notis, & habet exemplar in R. archivo aſſervatum.*

Col. 101. *n.* 86. *lin.* 53. Albertus Dux de Tcke *l.* Tecke *erat ex linea Ducum de Zaringen. ib. e.* Bartinam de Kirebe *l.* Hartman de Kirch *ſcil.* Kibourg *lin.* 56. Hartianus *l.* Hartmanus *lin* 57. Vinsberre, Malquardus *l.* Vinsberc, Marquardus *lin.* 58. Lut *l.* Luter.

Col. 102. *lin.* 1. Geiſenhuſen *l.* Geilenhuſen *ſcilicet* Ghelnhauſen.

Col. 133. *n.* 118 *meminit hujus fœderis Triſtanus Chalcus ad an MCCIII.*

Col. 153. *lin.* 24. Bonifacius Oddo *l.* M. Otto.

Col. 157. *lin.* 3. Turino *l.* Gurino.

Col. 175. *lin.* 17. *quid hoc verbum ſignificet fruſtra apud Gloſſarium Ducange, & Charpentier requiras Eſt autem quoddam ſcapularum integumentum, quo induebantur qui ad loca ſancta viſenda iter ſuſcipiebant, quod a parroco benedici, ſibique imponi curabant. Vocatur* Capſella *in benedictionis formula ex M ſſali Novarienſi citata a R. P. M. Joſepho Allegranza* Opuſc. eruditi *Cremona* 1781. *pag.* 101.

Col. 236. *n.* 224 *lin.* 6. V. intrant. octob. *l* XIII. intrant. octob. *uti optime habet Regium exemplar.*

Col. 250. *n.* 243. *lin.* 31. Frondiolio *alias* Frondidio.

Col. 310. *lin.* 27. Pontono *l.* Pontone *vid. col.* 70. *lin.* 53-4. *ideſt* molino a barca.

Col. 402. *lin.* 12. Petitus in pedibus: *Julius* Memorie Storiche di Milano *T. VI. pag.* 255. *explicans quid eſſent* ſcofones *ait fuiſſe* ſcandalia *vocata etiam* batos, patitos, pedules.

Col. 477. *n.* 27. *Extat quoque relatum a Beſſon* Memoires pour l'hiſtoire Eccleſiaſ. *de Geneve Nancy* 1759. *in* 4. *pag.* 477.

Col. 479 *n.* 33. *Niſi hic erratum ſit in nomine* Vale *habemus notitiam Epiſcopi Aquenſis haſtenus ignoti. Ad quam vero familiam pertinebit? In chartulario Alberti Epiſcopi Aquenſis a me ſæpius in hoc oper memorato reperitur charta de anno MCCXXIII. ſcripta* in Montebarutio, *qua Archipreſbiter Montisbarutii Gandulfus cum D. Jacobo de Vale Canonico Papienſi condemnavit quemdam Ottonem de Gallano ad dandum* duos panes, duos capones, & caniſtrum ficuum *Canonicis Aquenſibus pro cenſu vineæ jacentis ad Funtanile. Vicinitas Papienſis urbis, ejuſque cum Aquenſibus conſœderatio efficit, ut Papienſem Epiſcopum hunc patem.*

Col. 493. *n.* 60. *Neſcio quo fato prætermiſſa in hoc ſupplemento*

Charta, qua Epiſcopus Papienſis Laumellenſem Comitem ſacris interdixit, quæ ſic habet.

R. miſeratione divina Papienſis Epiſcopus venerabili .... fratri Abbati Monaſterii de Aqualonga Ciſtercienſis ordinis, & dilectis filiis Præpoſitis, & Capitulis Carii, Baſſignanæ, Præpoſito, & Capitulo Spetoariæ, & miniſtris Eccleſiarum Fraſcaroli, Burgifranci, & Zambarayne ſalutem in Domino. Præſencium vobis tenore facimus manifeſtum quod ex parte dominorum P. Abbatis ſanctæ Juliæ, & Al. ... Præpoſiti Bublienſis domini Papæ Delegatorum ſuper quæſtione, quam movet Abbatiſſa S. Mariæ Aquenſis contra Monaſterium S. Michaelis de Zibide ut in reſcripto domini Papæ Gregorii cum filo, & bulla plumbea pendente non viciato, non abolito, ſed ſano, & illeſo nobis exibito plenius continetur nobis diſtricte datum eſt in mandatis, quatenus nobilem virum Comitem Henricum de Lomello auctoritate ipſorum, quam a domino Papa habent excommunicaremus, & denunciari excommunicatum a vobis per noſtram Eccleſiam manduremus. Quod quidem mandatum cum animi turbacione accepimus, & cum dolore fuimus executi, quia perſonam Comitis ſincere diligimus, & eum inter noſtros conſanguineos, & amicos honorabilem, & cariſſimum reputamus. Verum quia modis omnibus Romanæ Eccleſiæ, & Delegatis ejuſdem parere neceſſe habemus, & parere velimus, & intendere diligenter, licet quandoque nobis aſpera injungantur, vobis omnibus, & ſingulis auctoritate domini Papæ, & Delegatorum ipſorum diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus prædictum Comitem in veſtris Eccleſiis publice denuncietis. Excommunicatum candelis accenſis, & pul-

satis campanis, & evitari arcius faciatis taliter id agente quod possitis de obedientia Romanæ Ecclesiæ, ac nostro merito commendari, & de negligentia non puniri.

Datum Papiæ XI. mensis aprilis indict. X.

Col.687 lin.8.& seq. hæ duæ Clementis litteræ productæ, ut innui in quadam Epistola in fine lunarii Monferrini *Actæ an.* 1781. *editi. Eadem sunt cum illis, quas ad me misit R. P. M. Cavallerius, ac protuli in col.*700., *qui nuper monuit perperam illarum priorem præferre an. MCCCXI. cum membrana, a qua desumta habeat an. MCCCXII., ubi etiam hæc corrigas l.*25. cum nobis *l.* sua nobis *lin.* 29. servi *l.* servus *adde inter errata col.* 589. adeo unus *l.* adeo ut *col.*641 *lin.*42 addo *l.* addenda. *Adde in suis locis hæc duo documenta.*

Donationes M. Mainfredi Eccl. de Casanova.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXV. mense martii, indictione XIII. Chartam ordinationis, & dijudicationis fecit dominus Mainfredus Marchius, & suis hæredibus donavit, & dijudicavit Domino, & Ecclesiæ B. Mariæ de Casanova in manu domini Alberici ejusdem Ecclesiæ Abbatis nominative quidquid habebat, & sibi pertinebat consentiente Marchione Romaniani in cimiterio, vel extra cimiterio, & in tota finem ejusdem Ecclesiæ sicuti est fitos, & per designatos terminos totum in circuitu sicuti curit de una cruce ad aliam &c. Caramaniolæ &c. Actum Carmagnola &c. *Ex tabul. R. Œconomatus.*

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXV., indictione III., VII. Kal. septembris. Ego in Dei nomine Manifredus Marchio filius quondam Manifredi Marchionis de Salutiis facio donum, investituram, & offercionem pro amore Dei, & pro remedio animæ meæ, necnon pro judicato patris nostri Monasterio S. Mariæ Casanovæ in manibus domini Mauri Abbatis ejusdem &c. de tota justitia &c. in Selvariola, & in Gastaldatio, & in locis Centanariæ, quæ sunt in finibus, & territorio Carmagnolæ &c. Acta in Raconisio. Ego Andreas Notarius. *Ex eodem.*

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

ERRATA, ET EMENDATIONES PARTIS II.

18 *Lin.* 15-6 Epocha ... Indictio *l.* Epocham indictionem.
13 *Lin.* 30 tanum *l.* tanam.
15 *Ex apographo a Reg. Innoc. nuper e Roma habito hæc corrige. Lin.*47. intignire *l.* insignivit *lin.* 49. concedere *l.* concedens.
26 *Lin.* 21. prædicti *l.* post *lin.* 24-5. Apostolicæ sedis *l.* Apostolica sede *ibi* volumus *l.* velimus *lin.* 35. diligenter *l.* diligentius *lin.* 38. eidem *l.* eisdem *lin.* 43. IV. id. *l.* III. id.
28 *Lin.* 23. multa *l.* multæ. 29 *Lin.* 15. A. V. S. *l.* A., S. Apostolica scripta. 34 *Lin.* 5. venalitaris *l.* venalitatis.
25 *Lin.* 43. rehibuit *l.* retribuit. 27 *Lin.* 25. nec sit *l.* nec fic.
70 *Lin.* 13. appellatione *l.* appellationi. 87. *Lin.* 51. Naonis *l.* Maonis. 89 *Lin.* 49. Guidoni *l.* Guidonis.
90 *Lin.* 61. annotatio *l.* annotata.
91 *Lin.* 19. Fcclesiasticam *l.* Ecclesiasticam. *Lin.* 43. explenit *l.* explicium. *Lin.* 44. Aquensi *l.* Aquensis.
92 *Lin.* 14. maritima *l.* marittimas. 95 *Lin.* 44. N *l.* illum.
99 *Lin.* 19. Domini *l.* dominium. 103. *Lin.* 30. maxime *l.* maxima. 104 *Lin.* 8. preces *l.* precibus.
205 *Lin.* 9. ac *l.* hæc *lin.* 34. qui multi *l.* quid multiplicasi.
108 *Lin.* 43. vir *l.* vis *lin.* 47. nebula *l.* nebulæ.
119 *Lin.* 42. *dele* verba *videtur* &c. 112 *Lin.* 10. militibus *l.* millibus. 114 *Lin.* 4. omnibus *l.* foribus *lin.* 22. visis *l.* visi. 117 *Lin.* 9. mensa *l.* messa.
120 *Lin.* 15. mes. e *l.* messe &. 126 *Lin.* 36. Asiensis *l.* Astensis *lin.* 39. ut *l.* & *lin.* 45. corpotis *l.* corpori.
116 *Lin.* 45. Seculares *l.* Regulares. 127 *Lin.* 23. assumentur *l.* assumerus. 133 *Lin.* 11. Tarrisino *l.* Tarvisino.
259 *Lin.* 13. polen. *l.* polenta *lin.* 56. Henrico & *l.* Hentio & Rege &c. 171 *Lin.* 61-2. ipse ditaens *l.* ipsum ditatum.
292 *Lin.* 21. da cerco posseri *l.* Da questo posseri *lin.* 27. ostendit *l.* ostenditur. 236 Boschi Marchionis Marsaschi *dele* Marchionis. 261 *Lin.* 40. MCCCLXXVII. *l.* MCCCCLXXVII.
269 *Lin.* 43. Anglix *l.* Hispaniæ.
291 *Lin.* 31. esto *l.* sunto. 318 *Lin.* 13. doc. 321, *l.* n. 34.
321 *Lin.* 30. S. Monasteri *l.* Monasterio.
322 *Lin.* 59. ind. II. *l* ind. III. *lin.* 61. Comitis *l.* Comitatus.
323 *Lin.* 10. per. *l.* pet. *lin.* 27. *post* Boverio *adde* inter se dividunt. 324 *Lin.* 53. Marchione *l.* Marchioni.
325 *Lin.* 40. tenebimus *l.* tenebimur *lin.* 42. nos *l.* non c.366. *lin.* 50. & 40. MCXCIII *l.* MCLXXXIII.
641 *lin.* 37. mancargli *l.* mantenergli.
342 *Lin.* 19. facit *l.* faciunt *lin.* 31. & per *l.* pet.
343 *Lin.* 45. MCXXXVI. *l.* MCLXXXVI. 364 *Lin.* 31. Frid. I. *l.* Henrici VI. 378 *Lin.* 15-6. Givitate *l.* Civitati.
393 *Lin.* 6. juravet *l.* juravet *lin.* 35. A pro *l.* & pro.
394 *Lin.* 13. & 15. *dele* n. X. *lin.* 19. homino *l.* hominis.
426 *Lin.* 35 MCXXXI. *cor.* MCCXXVIII.
439 *Lin.* 49. *dele* cordiam. 441. *Lin.* 34. MCCLXXVII. *l.* MCCLXXVI. 458 *Lin.* 6. fendi *l.* feudis.
465 *Lin. ult.* droditoribus *l.* proditoribus.
517 *Lin.* 17. Clar. C. *l.* Clar. V. Paulo.
538 *Lin.* 22. MCXCLII. *l.* MCXLII.
530 *n* 19. & 20. Adest utrumque apud Rouillet suppl. *Corp. Diplom. T. II. col.* 52.; quod paucis demtis cum edito a Lunigio consentit. Posteriora hæ sunt apud illum notæ, *Acta sunt hæc A. D. I. MCLXI. ind. IX. regnante D. Friderico Imp. Rege glorioſſimo, anno Regni ejus X., imperii vero VII. Datum Papiæ post deſtructionem Mediolani VIII. id. aprilis feliciter amen.*
396 *Lin.* 57. Tetronensib. *l.* Tetronensibus.
570 *Lin.* 41. MCCXLVII. *l.* MCCCXLVII.
571 *Lin.* 2. Amedeus *adde* VI. cognomine Viridis.
579 *Lin.* 4. patris sui *l.* fratris. 596 *Lin. ult. dele* (2).
605 *Lin.* 7. pastorum *l.* pastorum. 622 *Lin.* 5. Finelle *l.* Tinelle.
645 *Lin.* 54. Bonifacio filio *l.* Bonifacii filio.
651 *Lin.* 10. *dele* ex Chart. Eccl. Ast., & *adde insine* lib. vic. Civit. 652 *Lin.* 5. Saone *l.* Saone. 658 *Lin.* 19. MCCXXIII. *l.* MCCXXXIII. *lin.* 30. *adde* rescripta.
660 *Lin.* 16. posserisia *l.* scientia.
665 *Lin.* 12. MCCXLIV. *l.* MCCXLV. *lin.* 30. MCCXLIII. *l.* MCCXLIX. 670 *Lin.* 3. *post* Monferrati *adde* prafita.
684 *Lin.* 22. Gulielmi frauris sui *cor.* Thomasii.
772 *Lin.* 41. Alti *l.* Asti. 785 *Lin.* 52. *lin.* 46. l. 38. *l. ultima n.* 11. *l. n.* 10. 788. *lin.* 56. *n.* 35. l. *lin.* 55.
727 *Lin.* 26. *col.* 552. l. *col.* 521. 788 *Lin.* 1. n. 42. l. *lin.* 42. *lin.* 22. tab. seqq. *l.* tabulam III. 789 *Lin.* 30. *cap. l. col. lin.* 32. n. 240. l. an. 1240. 790 *Lin.* 32. n. 240. l. an. 1240.
794 *Lin.* 27. n. 3. l. n. 6. *lin.* 22. n. 89. l. 67.
795 *Lin.* 23. parte *adde* primo. 796 *Lin.* 9. 699. l. 693.
805 *Lin.* 50. n. 28. l. n. 38. *lin.* 56 392. l. 393. *lin.* 57. Magnis *l.* Marchio. 806 *Lin.* 44. *col.* 202. l. 200. n. 188.
807 *Lin.* 4. expedito *l.* ac expedito. *l.* 31. *col.* 268. l. 668.
808 *Lin.* 12. Duxit Jacob. *l.* duxit Argentina Jacobum.
811 *Lin.* 19. n. 144. l. 145. *lin.* 41. n. 160. l. 158.
813 *Lin.* 8. Venditio *premitte*, ca. tit. ven...tio *ita in similibus aliis ib. lin.* 17. n. 28. l. 208. *lin.* 20. MCCCXXLIV. *l.* MCCCXLIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005674376

Digitized by Google